BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XLVIII
G
15
NAPOLI

XL VIII 9 15

ITALIA
SACRA
Tomus VIII.

ITALIA SACRA.
SIVE
DE EPISCOPIS ITALIAE
ET INSVLARVM
Adiacentium.

TOMVS OCTAVVS.

Continens Metropolim Beneuentanam, eiuſdemque ſuf-
fraganeas Eccleſias, quæ in Samnio, Regni Neapo-
litani vetuſta Prouincia ſunt poſitæ.

AVCTORE FERDINANDO VGHELLO FLORENTINO,
Abbate SS. Vincentij, & Anaſtaſij ad Aquas Saluias,
Ordinis Ciſtercienſis, & Sacræ Congrega-
tionis Indicis Conſultore.



NAPOLI
B R

ROMÆ, Sumptibus Blaſij Deverſin, MDCLXII.
Typis Vitalis Maſcardi.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO.



EMIN.MO PRINCIPI
M. ANTONIO
S.R.E. PRESB. CARDINALI
FRANCIOTTO,

FERDINANDVS VGHELLVS ABBAS F. P.

APION ille Aegyptius, quem Tiberius Cæſar, per contemptum, cymbalum mundi appellare conſueuerat, eique Gellius oſtentationis, ac loquacitatis notam impingit, eò impudentiæ venit, vt immortalitate à ſe donari diceret, quibus aliquod ingenij ſui monumentum dediſſet. At ego ab huius nebulonis ingenio valde diſſideo, qui ea Eccleſiaſtica, amœnioraque ſtudia, quæ in hoc noſtro ITALIAE SACRAE *volumine deprompſi, ſi qua cedro, ſi qua vita digna eſſent, à Tuo nomine, Princeps Eminentiſs. lucem, & vitalem ſpiritum habere velim. Verùm non ea tantùm conſilij ratione hæc Tibi inſcripſi; ſed vt humilis obſequij in Te mei teſtimonium eſſent. Nec ſanè dedecet Theologum, Iuriſque peritum hominem politioris aliquando literaturæ hauſtus; quandoquidem Abrahamus, qui politici, ſapientiſque viri formam præfert, prius ex Agare ancilla, ac ſubindè ex Sara primaria vxore ingenuè orta ſuſceperit liberos; actiones nimirum prudentiæ, atque virtutis. Iudas præterea congredi cum Thamare haud erubuit ſedente in biuio. Neque me latet, congreſſum huiuſcemodi non corporum eſſe, ſed animorum probitatis ſobolem ſibi quærentium, vt Philo Iudæus, ſcriptorque Stromateus eleganter expendunt. Quid*

Lib. 4. c. 14.

De congreſſu

quaſo,

quærẽdę eruditionis Clemẽs Alex. li. 1. *quæſo eſt Sara, niſi virtus, diuinaque ſapientia cæterarum ſcientiarum Domina, ac Regina? Quid Agar, quid Thamar, quid reliquæ eius ſortis, niſi ſæculi diſciplinæ, artiumque omnium* ἐγκυκλοπαιδεία, *ex quibus ſpecies expreſsè producuntur, vt ſoboles ad cæleſtem doctrinam capeſſendam peraccommodæ? Vt laudabilem prolem gignas, volo Princeps Eminentiſſ. iugem cum Domina conſuetudinem habeas, ita tamen, vt etiam illius ancillis; quia diſpertita penſa ſuo famulatu abſoluunt, interdum vti familiariter minimè vereare, cum & illæ poſſint inter curas Tibi eſſe ſolatio. Quoties enim Tu ipſe, vel in diuinis rebus, vel in domeſticis, vel in moderando Ordinis mei grege, aliiſque Eccleſiæ Romanæ laboribus fatigatus, quietæ remiſſioni Te dederis, ex Ancillulis quoque noſtris, ſcilicet mitioribus ſtudiis, honeſtam poteris delibare voluptatem, vt ad conſueta munia vegetior, alacriorque exſurgas. Felix, qui negotium, atque otium temperare didicit eruditione ſequeſtra. Noſtras itaque humaniores lucubrationes, veluti vernulas ne reſpue Princeps Eminentiſſ. quæ tua protectione adoleuerunt. Iure nempe Tibi debentur, tanquam de optimis literis præclarè merito, qui inſerendis bonarum artium facultatibus noſtræ familiæ alumnis fautor extitiſti. Proinde in re literaria Te quiſpiam crederet*

S. Greg. Nazian. in ca. m. Hærentem polypum crinali corpore ſaxis.

Quodque magis ſuſpicio, etiamnum in maximis Chriſtianæ Reipublicæ curis conſtitutus, in iis Rachelis, ac Liæ partes feliciter exples, Teque cum illa exhibes verbo fœcundum, cum iſta exemplo formoſum. Neque multum abludit ab hac magna animi tui contentione Solonis Athenienſis dictum, qui morti proximus, ex ſciendi cupiditate aſſeruit, ſe ex viuis diſcendo excedere. Quicquam maius præſtas, Princeps Eminentiſſ. Tu ſiquidem Neſtorea dignus ſenecta, ita impensè Purpurati munus obis, vt etiam docendo, ac diſcendo mori Te velle oſtendas. Vale. Romæ Kal. Iulij MDC.LXII.

FACVL-

FACVLTAS REVERENDISSIMI PRAESIDIS *Generalis Congregationis S. Bernardi Italiæ Ordinis Ciſtercienſis.*

NOS D.Horatius Adamus Abbas S.Mariæ Magdalenæ Caſtelli de Florentia, ac Præſes Generalis Congreg.S.Bernardi in Italia Ordinis Ciſtercienſis facultatem concedimus, vt Octauum Volumen, quod inſcribitur *Italia Sacra*, *ſiue de Epiſcopis Italiæ*, à R.P. Ferdinando Vghello SS. Vincentij, & Anaſtaſij ad Aquas Saluias noſtræ Congregationis Abbate peruigili labore compoſitum prælo committatur, ſi ijs, ad quos ſpectat videbitur. In quorum fidem has litteras manu propria ſubſcripſimus, ac noſtro ſolito ſigillo firmauimus. Florentiæ ex noſtro Ciſtelli Cœnobio, Kalend. Februarij 1661.

D. Horatius Adamus Abbas & Præſes.

D. Franciſcus Maria Amidei Cancellar.

Imprimatur.

Si videbitur Reuerendiſſimo P. Magiſtro Sacri Apoſtolici Palatij.

O. Archiepiſc. Patracen. Viceſg.

Imprimatur.

Fr. Raimundus Capiſuccus Ord.Præd. Sacri Palatij Apoſtolici Magiſter.

PROTESTATIO AVCTORIS.

CVM San[illegible]em Vrbanus Papa VIII. die 13. Martij anno 1625. in S. Congregatione S.R. & Vniuerſalis Inquiſitionis Decretum ediderit, idemque confirmauerit die 5. Iulij 1634. quo inhibuit imprimi libros hominum, qui ſanctitate, ſeu Martyrij fama celebres è vita migrarunt, geſta, & miracula, vel reuelationes, ſeu quæcumque beneficia, tanquam eorum interceſſionibus à Deo accepta continentes, ſine recognitione, atque approbatione Ordinarij, & quæ hactenus ſine ea impreſſa ſint, nullo modo vult cenſeri approbata. Idem autem Sanctiß. die 5. Iunij 1631. ita explicauerit, vt nimirum non admittantur elogia Sancti, vel Beati abſolute, & quæ cadunt in perſonam, bene tamen ea, quæ cadunt in mores, & opinionem cum proteſtatione in principio, quod ijs nulla adſit authoritas ab Eccleſia Romana, ſed fides ſit tantum penes auctorem. Huic decreto, eiuſque confirmationi & declarationi obſeruantia, & reuerentia, qua par eſt, inſiſtendo, profiteor me haud alio ſenſu, quicquid hoc Octauo Tomo refero, accipere, aut accipi ab vllo velle, quam quo ea ſolent, quæ humana duntaxat auctoritate, non autem diuina Catholicæ Romanæ Eccleſiæ, aut Sedis Apoſtolicæ nituntur, ijs tantummodo exceptis, quos eadem Sancta Sedes Sanctorum, Beatorum, aut Martyrum catalogo adſcripſit.

SYNO-

SYNOPSIS
ALPHABETICA
ARCHIEPISCOPATVVM,
ET EPISCOPATVVM

Qui in hoc Octauo Tomo Italiæ Sacræ continentur.

Beneuentum	Beneuento	6
Abellinum	Auellino	165
Allipha	Aliſa	289
Arianum	Ariano	298
Aſculum	Aſcoli	317
Bouianum	Boiano	341
Bouinum	Bouino	353
Ciuitas	Ciuitate	388
Draconaria	Draconaria	394
Farentinum	Fiorentino	407
Frequentum	Frigento	409
Guardia	Guardia Alferia	428
Larinum	Larino	434
Leſina	Leſina	441
Luceria Saracenorum	Luceria de Saraceni	450
Mons Corbinus	Monte Corbino	468
Mons Marranus	Monte Marrano	480
Sancta Agatha	S.Agatha de Gott.	496
Sanctus Seuerus	S.Seuero	506
Teleſia	Teleſi	519
Termulum	Termoli	529
Treuicum	Treuico, e Vic	536
Turribulum	Torriboli	546
Vvlturaria	Voltoraria	547

ITALIA

ITALIA SACRA
FERD. VGHELLI

Abbatis Ordinis Ciſtercienſis,

PROVINCIA DECIMAOCTAVA,
SEV
SAMNIVM.

Vbi de Beneuentana Metropoli, deque eiuſdem ſuffraganeis Eccleſijs, quæ fuerunt, vel ſunt in antiquo Samnio, ſeu Ducatu Beneuenti, Comitatuque Moliſij accuratè narratur.

A SAMNITVM Regio inter Italicas bello, famaq; ac claritudine rerũ geſtarum illuſtris prouincia fuit, cuius populi olim bella cũ Romanis vario euẽtu geſſerũt, Sp. Poſthumũ Conſulem cum collega, totoq; exercitu ad Furcas Caudinas

B locorum anguſtia circumuentos, ex fœdere ſub iugum miſerunt; quam tamen ignominiam Romani non ita multo poſt, vt Liuius ſcribit, magna illorum clade deleuerunt, Samnitibus viciſſim ſub iugum miſſis. Poſtea cum ſæpius rebellaſſent, tandem

A à L. Sylla Dictatore multis prælijs fracti, cum nec ſic quidem iugum ferre poſſent, funditus ſunt deleti. Samnitum Regiones antiquitus fuerunt Martuccinorum, Frentanorum, quos hodie Aprutium Citerius vocant, & Ducatus nunc Beneuentanus, veluti Samnitum caput, ac Moliſij Comitatus in Samnium fuere recenſiti. Sed hic haud mihi conſilij eſt de Samnio, eiuſdemque origine, populis, vrbibus, rebuſque ab ipſis præclaré geſtis ſermonem inſtitue-

B te, cum ex ijs, quæ alibi ſcripſimus, tum etiam apud pleroſque veteres, nouiſſimoſque auctores, & præcipué apud Camillum Peregrinum in deſcriptione Ducatus Beneuentani doctè, ac eruditè haberi poſſint. Igitur in hac noſtra Deci-

A maoſtaua Prouincia, more noſtro, de Beneuentana Metropoli, eiuſque ſuffraganeis Eccleſijs ſolum erit noſtra narratio. Cæterum ſub hac Metropoli antiquitus plures alij Epiſcopatus fuerunt, nunc obliterati, vel alijs Eccleſijs perpetua vnione coniuncti; de quibus tamen infra, ex paucis quæ ſuperfuerunt fragmenta aliqua proferemus in lucem.

BENEVENTANA METROPOLIS.

Cuius nunc ſuffraganei ſequentes ſunt.

Epiſcopi.
- Abellinen.
- Aliſanen.
- Arianen.
- Aſculanen.
- Boianen.
- Bouinen.
- Guardien.
- Frequentinen.
- Latinen.
- Lucerinen.
- Montis Marranen.
- S Agathæ Gotthorum.
- S.Seueri.
- Thermulanen.
- Triuicanen.ſeu Vicanen.
- Vulturarien cui vnitus Montis Corbinen.



INTER Sabathi Calariſque flumina in antiquoSamnio mitiq; colle iacet Beneuentum, nobiliſſima, atque antiquiſſima Samnitum ſedes; Metropolis nunc Principatus Vltra ampliſſima: non ambitu mœnium, ſed ſpirituali dominatione celebris, quondam Beneuentani Ducatus ſub Longobardis caput, ab Vrbe Romana C L M, P. diſtans in ortum, inter Neapolim, & Luceriam, ſitu admodum opportuno, & amœno, ſumma agrorum bonitate præſtans: de cuius antiquiſſima origine variè, varijque tradidere ſcriptores. Arbitrantur ij qui cum Solino, Seruioque ſentiunt opus fuiſſe Diomedis Aetolorum regis poſt Troianum incendium. Hirpinorum Coloniam eſſe ſcribit Plinius in Samnio, prout & Strabo, & Ptolomæus, Campanum agnouit Beneuentum Auſonius. Marius Vipera non ignobilis ſcriptor Beneuenti auctores antiquos facit Sabellos, tribus ſeculis ante conditam Vrbem, quibus pulſis, ſoloque æquata

 ciui-

ciuitate, à Diomede eodem in loco ædificatam tradit, ac Mileſiam primum, & Samnium, deinde Maleuentum ab malo vento, quem iniurioſum, & horribilem ſæpe patitur appellatam, quemadmodum Procopius de bello Gothorum tradit; demum & à Romanis deducta Colonia boni ominis gratia, Beneuentum nuncupari cœpit. Coloniam deductam fuiſſe eo tempore, quo & Ariminum auctores ſunt Liuius & Velleius, *Sempronio*, ſcilicet *Sopho*, *& Appio Caci filio conſulibus Coloniæ ducta ſunt*, inquit Liuij Epitomator, *Ariminum in Piceno*, & *Beneuentum in Samnio*. Annus fuit hic Romę CCCCLXXXV. ante natum Chriſtum CCLXVIII. vel, vt alij volunt, CCCCXXIII. Chriſti autem CCLXXIX. Haud dubiè tunc primum mutato nomine dictum eſt Beneuentum. Alia rurſus eò deducta Colonia eſt, Frontino teſte, *Beneuentum* ait, *muro ducta Colonia, Concordia dicta deduxit Nero Claudius Cæſar*. Ciues autem priſcis illis temporibus virtutis, & diſciplinæ militaris opinionem apud Romanos habuiſſe notum eſt ex hiſtorijs, & quod Romanam Rempublicam aduerſus Annibalem peculiari fuerint, eo enim potiſſimum nomine à Liuio celebrati. Paruit Beneuentum ſuis conditoribus, inde Romanis, qui Samnitibus Principatum ademerunt, eorumque leges accepit, quorum deficiente imperio, ſuorum ciuium aliquandiù, mox Longobardorum, Græcorum, Normannorumque arbitrium, demum Romanorum Pontificum imperium venerata eſt. Variæ fortunæ exemplum cæteris præclariſſimis vrbibus aliquando fuit; nam ab Annibale direpta, à Totila Gothorum Rege vaſtata, à Longobardis ſub Auchtaro Rege capta, qui tota Italia occupata, ſedem & domicilium Imperij ſui in Ciſtyberina Italia, vt vocant, vna cum Beneuentani Ducatus nomine hic inſtituerunt ſub Zotione primo Duce, anno Chriſti DLXXXVI. quod annos ſtetit fere ducentos, donec ſublata ab Carolo Magno eorum dominatione, in poteſtatem & deditionem Regum Italicorum venit; à Græcis vero non multis poſt annis, & ab Saracenis, qui Montem Garganum colebant, capta, ac vaſtata, à Longobardis Principibus qui remanſerant inſtaurata, Conſtantini Imperatoris obſidionem ſuſtinuit, Romualdo Duce, ſed ab Othone Imperatore vi expugnata, ac penè deſolata, tandem ab Guglielmo Normanno, qui Regnum Siciliæ poſt adeptus eſt, reſtaurata, Romani Pontificis imperio parere iuſſa eſt, quam deinde ab Federico II. Imperatore direptam, euerſamque eſſe Platina in vita Hadriani IV. & Gregorij IX. teſtatur, à quo poſtea refecta ſit non legitur. Sunt qui ſcribant cum Baronio ab Henrico II. Imper. Pontifici Leoni IX. Romano oblatum Beneuentum, vt annua penſio ab Eccleſia Bambergenſi Romanæ Eccleſiæ pendi ſolita ea ratione compenſaretur. Sub Gregorio VII. per Landulfum Principem regebatur à Romana Eccleſia ſub certis conditionibus inſtitutum, quæ extant in lib. Regeſt. eiuſdem Pontificis; verum Principibus eius extinctis regi cœpit à Romano Pontifice per Rectores. Nobiliſſimam hanc vrbem ortu ſuo clariorem fecerunt Orbilius Plagoſus Grammaticus ætate Ciceronis magiſter, Papinianus Galuaneus, Roffindus, & Offindus Iuriſconſulti celeberrimi, Felix IV. Victor III. & Gregorius VIII. Pontifices Max. & S. Euaſius primus Aſtenſis Eccleſiæ Epiſcopus in Inſubria, & qui ſub Ætubalo Præſide palmam tulit martyrij in Gallieni, vel Diocletiani ſæuiſſima perſecutione. Inter Duces vero Beneuentanos, qui eam vrbem mirum in modum illuſtrarunt Arechis XIV. Dux, primuſque Princeps recenſetur, qui illud ingens Sophiæ Templum, Regiæ pietatis inſigne monumentum, à fundamentis extruxit, ac magnificentiſſimè dotauit, in quo poſtea innumera propemodum Sanctorum corpora, & oſſa hinc inde per diuerſas Italiæ, Mundique partes perquiſita tranſtulit, vrbemque ipſam ædificijs pulcherrimis muriſque fortiſſimis, pulchriorem, validioremque reddidit. Sic, qui ei ſucceſſit, inuictiſſimi Martyris Ianuarij Epiſcopi corpus ad priſtinam ſedem ſuam Beneuentanam reduxit. Secundus vero Sicon filius eius glorioſiſſimus fuit, cum curaſſet vt D. Bartholomæi Apoſtoli corpus è Lipari Inſula Beneuentum transferretur ad Eccleſiam Beatiſſimæ Virginis Mariæ, quæ hodie Metropolitana eſt. Horum, cæterorumque Beneuentanorũ Ducum, ac Principum acta deſcripſit Scipio Admiratus, & nouiſſimè doctus, erudituſque & parce laudatus Camillus Peregrinus Capuanus, plura de ipſis & egregiè in lucem emiſit in hiſtor. Principum Lombardorum, & de finibus, & deſcriptione antiqui Ducatus Beneuenti. Cæterum Beneuento Chriſtianæ fidei fundamenta iecisse narratur ſanctus Potinus illuc ad prædicandum à Petro Apoſtolorum Principe directus, primuſque eiuſdem ordinatus Epiſcopus, eoque in pace ſepulto, ſemel plantatam fidem, per Tyrannos in perſecutionum rabie penè extinctam, ſanctus Ianuarius Epiſcopus, Fauſto Diacono & Deſiderio Leuita ſuo, ſuorumque ſociorum ſanguine conſtabiliuit. Reddita deinde à Conſtantino Magno Imperatore Eccleſiæ pace, qui proximè Ianuario in Epiſcopatu ſucceſſerunt Apollonius, Caſſianus, Barbatus, alijque ſanctiſſimi viri, etiam atque etiam auxerunt. Igitur vetuſtiſſima Beneuentanæ Eccleſiæ Epiſcopalis dignitas vt fertur, à Petro Apoſtolo in viuis agente initium ſumpſit, perdurauit vero ad annum vſq; ſal. 969. Quando Ioannes XIII. Pon-

Pontifex in Metropolitanā commutauit, primuſque Archiepiſcopus ordinatus eſt Landulphus iam ante Epiſcopus, cui ſucceſſere in eadem Archiepiſcopali ſede numero 56. iuxta veriorem ſeriem, quorum tredecim Cardinalatus fulſere dignitate. Epiſcopi autem qui præceſſerunt Landulpho arbitrantur 48. Si à Potino incipiatur exordium: eorum qui eidem ſucceſſerunt nomina ad ſancti Ianuarij vſque electionem vetuſtate vorante perierunt. Innumera ſunt propemodum priuilegia, quæ Beneuentanæ Eccleſiæ, ſuiſque Archiepiſcopis indulſere Romani Pontifices, Imperatores, Reges, alijque Principes. Siquidem habuerunt olim Archiepiſcopi vſum Mitræ rotundæ ad modum Pontificiæ Thiaræ antiquæ, cum vna tantum corona cum auri frigio; & ſuam Prouinciam luſtrantes Venerandum Euchariſtiæ Sacramentum ſolemniter præferri cōſueuerant. Quod vtrumque hoc tempore Romano Pontifici conſeruatum eſt: illud verò nunc retinent, vt literas ſigillo plumbeo more Romano obſignent; quod tamen Pauli II. Pont. Max. diplomate comprobatum eſt. Eſt etiam Archiepiſcopus huius ſedis, illiuſque Vicarius Iudex Ordinarius Appellationum in cauſis ciuilibus à laicis Iudicibus in eadem ciuitate prouocatarum; item merum mixtumque imperium habet in Calibus ſancti Angeli, e della Motta. Synodos Diœceſanas quotannis in Cathedrali celebrat. Alteram in vigilia ſancti Bartholomæi, vbi omnes Abbates, & Archipresbyteri conueniunt, olim etiam ſuffraganei Epiſcopi tenebantur adeſſe; alteram in feſto tranſlationis eiuſdem Apoſtoli, mēſe Octobri, ex Liparitana Inſula Beneuentum, quam Synodum Litaniarum vocant, vbi Clerus Montanus conuenit. Annuus Menſæ Archiepiſcopalis cenſus ſcutorum ſex millium taxatur in lib. Cameræ Apoſtolicæ ad florenos 750. Metropolitana Baſilica ſatis decentis, & antiquæ magnitudinis Dei Genitricis Aſſumptæ titulo inſignita, olim Hieruſalem nuncupata. Præter alia ornamenta habet inſignem portam Sanctam ad inſtar quatuor principum vrbis Eccleſiarum, quæ porta Principum vulgo dicitur, & valuis ligneis obſtructam. Celebratur in hac vrbe ſanctus Iubilæi annus, ſex inſequentium menſium ſpatio, vigeſimo quinto quoq; anno quo aperiri ſolet, & adiri finitimorum pietate, & frequentia. Eſt & porta altera cum valuis æneis, in qua ſunt ſculpta nomina Epiſcopatuum Suffraganeorum. Viginti ſeptem Canonici, olim octuageſimum ſeptimum numerum explebant, qui Abbatis titulū ex Honorij III. & Gregorij VIII. priuilegio obtinent, & habitu vtuntur inſtar Canonicorum Vaticanæ Baſilicæ ex indultu Pauli V. cum viginti Capellanis & pluribus Clericis in ea litant, diurnumque penſum exſoluunt. Inter Canonicos ſex dignitatum gradus ſpectabiles ſunt. Archidiaconatus namque poſt Pontificalem prima dignitas, quæ ab Archiepiſcopali Diœceſi ſuam habet diſtinctam Diœceſim, ſeptem caſtris, ſeu locis circūſcriptam, in qua iuriſdictionem quaſi epiſcopalem exercet, habetque ſuum Generalem Vicarium, ac tribunal, à cuius ſententia ad Pontificem tantum, non ad Archiepiſcopum appellatur; ipſe vero Archidiaconus Prælatorum inſtar veſte vtitur ianthina, vel nigra ſecundum temporum varietatem, & in Cathedrali chori correctionem habet, Canonicoſque tam à Sede ſancta Apoſtolica, quam à Capitulo Beneuentano prouiſos præcedere debet. Secunda dignitas eſt Archipresbyteralis, cui incumbit onus Eccleſiæ Cathedralis, & inter alia ſanctiſſimum Sacramentum, ſacra Olea conſeruare, Aramque maximam luminaribus ornare. Tertia dicitur Primiceralis maior, quæ curam habet Chori in latere ſuo. Quarta Primiceralis minor, eandemque curam habet in ſuo latere Chori. Quinta eſt à Theſauris, quæ Cathedralis pretioſa debet cōſeruare. Sexta Bibliothecarij dignitas vocatur, quæ ſcripturarum, monumentorumque Eccleſiæ Theſaurorum curam habet. Capitulum iuriſdictionem habet quaſi Epiſcopalem in aliquibus locis, in quibus Vicarium ſuum conſtituit, multis; eximijſq; priuilegijs exornatum, quæ omnia diſtinctè à Mario Vipera recenſentur in opuſculo de Capituli Beneuentani antiquitate, priuilegijs, Canonicorumque numero. Porrò in hac Cathedrali Baſilica duo Concilia ſolemniter habita ſunt, alterum à Victore III. Anno Chriſti 1088. Alterum à Paſchali II. Anno 1108. In ciuitate vero præter Cathedralem Baſilicam, duæ aliæ Collegiatæ Eccleſiæ ſunt, quarum nobiliſſima Cathedrali attigua ſancti Bartholomæi Apoſtoli Tutelaris, vbi eiuſdem Diui corpus aſſeruari volunt; altera Sancti Spiritus, vtraque habet Canonicos duodecim Presbyteros ſæculares, licet Regularibus nominibus Prælati eorum appellentur: Præeſt enim Eccleſiæ S. Spiritus Abbas, & ſancti Bartholomæi Prior. Sunt Parochiales Eccleſiæ 26. Monaſteria virorum diuerſorum Ordinum decem. Sanctimonialium tria magnificentiſſimè extructa, omnium autem clariſſimū, ampliſſimi redditus, Sanctorum reliquijs inſigne, Monaſterium ſanctæ Sophiæ Ordinis ſancti Benedicti commendari ſolitum; Laicorum ſodalitia 18. Hoſpitales domus quatuor, ſeminarium Clericorum, vbi viginti alumni pueri. Familiæ 1900. Fidelium autem animæ intra mœnia & ſuburbijs degentium fere duodecim millia. Populus vero Beneuentanus ſatis pius, ac docilis, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ admodum deuotus eſt, ſed tamen magna paupertate depreſſus, ſi nobiles plures familias

eatiipiis, quæ antiquum ſplendorem æmulare videntur. Diœceſis Beneuentana ampla eſt; ſiquidem á Caudinis Fueculis incipiendo vſque ad lacum Leſinæ numerantur quadraginta P.M. & á finibus Abollinenſis Diœceſis vſq; ad Termolenſem, & Triuentinam diœceſim vltra 40. P. M. extenditur, vndiq; referta oppidis & villis 182. in quibus multi Principatus, Ducatus, Marchionatus, Comitatuſque tituli ſunt inſtituti, inter quæ nonnulla ſunt quæ ciuitatibus æquiparari poſſunt, vt Mons-Fuſculus in quo præſidet Tribunal, ſeu Regia Audientia totius prouinciæ Comitatus Moliſij, Mons-Arculus, Vitulanum, Morconum, & nonnulla alia. In eæ fidelium copia centum viginti quinque millia recenſentur, quorum cura Parochis 150. commiſſa eſt. Et ex ijs quatuor Collegiatis Eccleſijs præſunt, Collegiatæ nominatim ſunt S. Saluatoris, Terræ Murconi, Montis-Calui, Altæuillæ, & Montis Fuſculi. Per totam hanc Diœceſim ſunt Eccleſiæ pluſquam 1200. inter quas duodecim ſunt Abbatiales, quarum Rectores, ſeu Abbates vſum habent baculi, & mitræ. Aliæ duæ inſigniores connumerantur. Sancti Ioannis de Mazzoccha Ordinis ſancti Benedicti in medio ſyluæ, vulgo dicta, *boſco di Mazzoccha*, extructa, quam inhabitatam reddiderunt frequentes graſſatorum, exulumque deprædationes. Habet caſtrum ſancti Bartholomæi, & caſtrum Foiani in temporalibus, altera Abbatia eſt ſanctæ Mariæ de Crypta inter duo iuga montium horrido ac penè imperuio ſitu ædificata ab Atenulpho primo Beneuentano, & Capuano Principe circa ann. Dom. 940. & á Benedictinis Monachis exculta vſque ad annum 1443. quam in Commendam conceſſit deinde Nicolaus V. Monaſteria virorum in hac ipſa Diœceſi numerantur 37. pleraque omnia Mendicantium, ſodalitia Laicorum 76. Hoſpitalia 47. & aliqua Sanctimonialium ſepta. Prouincia Beneuentana ampliſſima fuit 32. Epiſcopatuum, adeo vt Archiepiſcopus Beneuentanus Campaniæ, Apuliæ, ac totius Aprutij Metropolitanus nuncuparetur, donec Sypontina Eccleſia, diu cum Beneuentana vnita, ſui iuris facta dignitate Archiepiſcopali exornata eſt; aliæque Eccleſiæ ſimiliter in Archiepiſcopales ſedes erectæ, & aliæ ſuppreſſæ ad viginti quatuor primum redactæ fuerunt, vt ex monumentis illius Eccleſiæ, atque adeo ipſius Baſilicæ Metropolitanæ maiore porta cognoſcere licet, cuius in valuis ære inciſa, ac deſcripta ſuffraganitium Epiſcoporum nomina adhuc cernuntur. Verum ex ijs etiam cum eorum ciuitates ad vicos traductæ eſſent, dignitate Epiſcopali exutæ fuerunt; vnde quæ ſuperfuerunt ſexdecim tantum numerantur, ſiue in Samnio, ſiue in Prouincia Vltra, vt vocant, vel Apulia, ſeu in Comitatu Moliſij ſita ſint, de quibus, cum etiam de aliquibus iam diu ſuppreſſis more noſtro agemus. De eiuſdem Beneuentanæ Eccleſiæ Præſulibus Marius Vipera Archidiaconus Beneuentanus, vir alioquin doctus Chronologiam ſcripſit, ediditque, ſed ita de ijs commemorat, adeoque mendoſe ſuum protraxit laborem, vt vix caſtigatus tolerabilis euadere poſſe videatur. Cæleſtinus Guicciardinus Bononienſis Ord. Cæleſtinorum doctus, venerandæque antiquitatis amator, noſtris incitatus precibus, coadiuuante viro probo Abbate Marco de Vita, Bibliothecæ Beneuentanæ Bibliothecario, ac Ioanne Iordano I.V.D. Beneuentano in Romana Curia ob egregias animi dotes noto, amicis noſtris, diligenter ac magno labore eiuſdem Bibliothecæ vetera, omniaque monumenta, cæteraque eiuſdem ciuitatis tabularia luſtrauit, omnia magno quippe commodo antiquitatis ſtudioſorum exſcripſit, eaque nobis Romam tranſmiſit; magnamque lucem attulit, ne dum de eiſdem Beneuentanis Præſulibus & nos ſcriberemus, in eaſdem Viperæ tænias impingeremus. Ex ijs igitur, alijſque auctoribus, monumentiſque aliunde collectis, noſtram Beneuentanorum Præſulum ſeriem ſequentem concinnauimus, ac perfecimus.



1 S. POTINVS, vt vulgo fertur, primus Epiſcopus á D. Petro Apoſtolo Beneuento datus circa ann. Domini 40. vrbem ad fidem ſua prædicatione adduxit, & cum aliquot annorum gregem ſibi commiſſum rexiſſet, migrauit é ſeculo, quo anno, prorſus ignoratur, quemadmodum eius ſucceſſorum ad ſanctum Ianuarium vſque nomina ita interciderunt, & acta, vt in Tabulis Beneuentanis, B. Ianuarius primus recenſeretur Epiſcopus. Quem credunt non fuiſſe primum, cum decimus tertius afferatur á Vipera.

S.IA-



13 S.IANVARIVS patria Neapolitanus gente Ianuaria, decimus tertius Beneuentanorum Pontifex fuiſſe narratur, qui in Diocleriani, & Maximiani ſæuienre adhuc perſecutione, Puteolis cum Feſto eius Diacono, Eutychio, & Acatio nobili martyrio coronatus eſt, anno Chriſti 305. 19. Septembris, cuius acta ita ex antiquis tabulis Beneuentanæ Eccleſiæ, & Breuiario Romano recitat Ferrarius. Ianuarius, inquit, Epiſcopus Beneuenti, Diocletiano, & Maximiano in Chriſtianos ſæuientibus ob Chriſti fidem comprehēſus ad Timotheum Campaniæ Pręſidem Nolam perducitur, vbi eius conſtantia variè tentata in ardentem fornacem iniectus, & illæſus exiuit, vt ne capillum quidem flamma violarit. Ea re incenſus Præſes martyris corpus eo vſque diſtrahi iubet, quoad neruorum, & artuum compages ſoluerentur. Vnde Puteolos ante Præſidis ſedem vinctus, cum Feſto Diacono, & Deſiderio Lectore pertrahitur, & in eundem carcerem, in quo Soſius Diaconus Miſenas, & Proculus Diaconus Puteolanus cum Eutychio, & Acatio laicis damnatis ad beſtias detinebantur. poſtero die omnes in Amphitheatro feris obijciuntur, quæ ſe ad Ianuarij pedes feritatis naturalis oblitæ proſtrauere. Id Timotheus magicis incantationibus tribuens, vbi in Martyres capitis ſententiam pronunciaſſet, repente oculis captus eſt. Qui mox orante Ianuario lumen recepit: eoque miraculo quinque hominum millia Chriſti Domini fidem ſuſcepere. Verum iudex tanto ingratus beneficio, conuerſione tantæ multitudinis actus in rabiem, ac veritus Principum decreta Sanctum Epiſcopum cum ſocijs gladio percuti imperat. Horum corpora finitimæ vrbes pro ſuo quæque ſtudio certum ſibi patronum apud Deum adoptandi, ſepelienda curarunt.

Puteolani Proculum cum Feſto, Deſiderio, Eutychio, & Acatio, Neapolitani vero diuino admonitu Ianuarium extulere. Cuius corpus primo Beneuentum, deinde ad Monaſterium Montis-Virginis, poſtremo Neapolim relatum in maiore Eccleſia conditum multis claret miraculis, ex quo illud memorandum, quod erumpentes olim è monte Veſuuio flammarum globos, etiam in longinquis regionibus vaſtationis metum afferentes mirabiliter extinxit: illud quoq; præclarum, quod eius ſanguis concretus in ampulla vitrea aſſeruatus, cum in conſpectu capitis eiuſdem Martyris ponitur, colliquefieri, & mirandum in modum ebullire, proinde atque recens effuſus, ad hæc vſque tempora cernitur. Hactenus ille. Inſignia ſunt acta Ianuarij in omnibus Martyrologijs conſcripta, & vetuſtiſſimis tabulis, alijs literis conſignata: ſi quis autem curioſius, ac minutatim ſcire velit, Camillum Tutinum adeat, qui vitam eiuſdem vulgari lingua candidè, & eruditè in lucem emiſit, atque doctiſſimum virum, ac claræ memoriæ, nec ſine honore memorādum Antonium Caraciolum Clericum Regularem in hiſtoria inclyti Martyris, quam diſertiſſimè conſcripſit, & inſeruit in Eccleſiæ Neapolitanæ ſacrorum monumentorum lib. 2. cap. 20. in ea eruditiſſimè patriam, genus, martyrium, tranſlationes, miracula, portentaque, ac omnia conciuis ſui ſcitu digniſſima complexus eſt. Marius vero Vipera in Catalogo de Ianuario pauca ſcripſit, quæ à ſuperioribus relatis auctoribus non parum diſcrepant. Porro Ianuarij ſacra lipſana quater tranſlata fuerunt: Primo ex fundo Marciano in Eccleſia eius nomini dicata iuxta Neapolis mœnia, circa annum Domini 325 cui interfuit Ioannes Epiſcopus Neapolitanus, vt Ioannes Diaconus ſcribit. Secunda contigit anno 817. vel 818. in diem 23. Octobris, Neapoli, Beneuentum per Siconem Beneuentanorum Principem. vt Herempertus ſcribit, cuius tamen acta ab Anonymo Synchrono conſcripta recitat idem Caraciolus. Vertente poſtea anno 1129. Roffridus, vt ſcribit Falco Beneuentanus, tunc Archiepiſcopus, ſacra Ianuarij lipſana foras perduxit de altari in quo per vndecim ſupra trecentos annos iacuerant, & in Baſilica, quam Gualterus Archiepiſcopus Tarentinus conſtrui fecerat honorificentiſſimè collocata fuerant. Tertia eiuſdem tranſlatio Beneuento ad Montem-Virginis incidit ſub Clemente IV. Pontifice Max. Quarta trāſlatio Neapolim è Monte-Virginis euenit in diem decimam ſeptimam Ianuarij anni 1494. vbi hactenus in Metropolitana, nobiliq; ſacello ſumma omnium veneratione ſacra lipſana collocata coluntur; gloriantur tamen Beneuentani aliquam reliquiarum partem ſui Paſtoris habere, ac in Metropolitana aſſeruari credunt.

14 THEOPHILVS 14. Epiſcopus Beneuentanus, qui Lateranenſi Concilio ſub Melchiade Papa anno 313. interfuit, de quo Optatus aduerſus Parmen. lib. 1. Hac

eadem

eadem tempeſtate martyrio coronatus fuit ſanctus Pratus Presbyter Beneuentanus, Tornaci in Gallia, de quo Molanus in indiculo Sanctorum Belgij de eo etiam Martyrol. Rom. Kalen. Octob.

15 S. DORVS poſt Theophilum hanc Eccleſiam cepit regendam circa annum Domini 320. Vir planè Apoſtolicus, qui in maxima temporum calamitate aduerſus fidei Catholicæ hoſtes fortiter dimicauit, dimicandoque patientia ipſa victoriam reportauit, & tandem plenus meritis migrauit ad Dominum, annus vero deſideratur, eiuſque diem natalem celebrat Eccleſia Beneuentana die 20. Nouembris ex M. S. Martyrol. Bibliothecæ Beneuentanæ, vt innuit Vipera.

16 S. APPOLLONIVS circa annum ſalutis 326. Sancto Doro ſucceſſit, de quo illud ſingulare refertur, quod ad euitandas impiorum perſecutiones exigua extra vrbem ſibi extructa domo habitauit, ibique Epiſcopale munus vt potuit ſanctè obiuit, donec per confeſſionis viam migrauit ad Dominum, eiuſque obitus dies memoratur 8. Iulij in eodem M. S. Martyrologio à Vipera citato.

17 S. CASSIANVS quartus à ſancto Ianuario Beneuentanam Eccleſiam ad multos annos adminiſtrauit. Multa paſſus incommoda, & aduerſa, atque perſecutiones, omnia vicit patientia, orationibus deditus, curam pauperum agens, ac ſibi commiſſum gregem verbo, & exemplo paſcens, tandem ad præmium euocatus migrauit è vita pridie Idus Auguſti, multiſque poſt mortem miraculis coruſcauit: floruit circa annum Domini 340. Extat in honorem ſancti Epiſcopi Beneuenti Eccleſia dicata, olim Parochialis; ſed temporum vetuſtate quaſi collapſa, vt Vipera narrat. De Caſſiano hæc notat Ferrarius in Catalogo. *Nonnullis hūc eundem Caſſianum, qui foro Cornelij colitur eſſe viſum fuit, ſed id antiqua Eccleſia Beneuentana traditioni repugnat, quæ ipſum vti ſuum Epiſcopum ſemper agnouit, & vt confeſſorum coluit. De quo etiam in Prouinciali Synodo fit mentio.*

18 S. IANVARIVS huius nominis ſecundus anno ſalutis 347. interfuit Concilio Sardicenſi ſub Iulio Papa I. cuius ſubſcriptio in actis eiuſdem, *Ianuarius à Campania de Beneuento Epiſcopus*, ea namque Epiſcopis tunc fuit ſubſcribendi conſuetudo, nomen ſcilicet propriæ Vrbis, & Prouinciæ profitendo. Huius Ianuarij eſt caput octauum dicti Concilij Sardicenſis latinæ editionis. *De alieno miniſtro Eccleſiæ non ordinando.* Hunc item Ianuarium ſanctis adnumerat Binius in hæc verba. *Ex Italia vero lumina clariſſima eandem Synodum illuſtrarunt nobiles ſanctitate, & illuſtrium ſedium Epiſcopi, Protaſius Mediolanenſis, Seuerus Rauennas, Lucillus Veronenſis, Ianuarius Beneuentanus Epiſcopi.*

19 LINCINVS Epiſcopus huius ſedis, quo anno floruerit in actis Beneuentanæ Eccleſiæ non exprimitur, credit Vipera circa annum noſtræ ſalutis 369. vixiſſe.

20 ÆMILIVS, quem Metaphraſtes in vita Ioannis Chryſoſtomi ait vnum fuiſſe ex iis, qui literas Innocentij Papæ I. Honorij Imperatoris, & Epiſcoporum Italiæ ad Archadium Imperatorem Conſtantinopolitanum dederunt, necnon duxiſſe ſecum Diaconum ſuum Paulum magnæ ſanctitatis virum, cui apparens Paulus Apoſtolus dixit. *Videte vt cautè ambuletis, dies enim mali ſunt.* Hæc acta fuere ann. 404. De eodem Æmilio meminerūt Palladius, & Theodorus in dialogo, ac vita Ioannis Chryſoſtomi, & Baronius ad annum 405. & quidem Theodorus in iam dicto dialogo tradit Aemilium fuiſſe Legatum Innocentij Papæ I. & Romani Concilij ad Conſtantinopolitanos in cauſa Chryſoſtomi. Eius ſocij fuere Cythegius, & Gaudentius Epiſcopi, vna cum Valentiniano, ac Bonifacio Preſbyteris. Porro Aemilium Theodorus vocat ſanctum virum, & Diuus Paulinus Nolæ Epiſcopus in Epithalamio Iuliani de eius ſanctitate ſic canit.

Hic vir, hic eſt Domini numeroſo munere Chriſti
Diues, vir ſuperi muneris Aemilius.

Ex eodem epithalamio facilè colligitur Aemilium Beneuenti Epiſcopum fuiſſe fratré Memorij Capuani Epiſcopi, de quo Auguſtinus epiſt. 131. Iulianum autem Memorij filium, non Capuæ, neque Atellæ, ſed Calenæ Epiſcopum probat ex Bedæ Commentario in Cantica Roſuueydus notis ad Paulinum. Hæc Vipera de Aemilio



21 S. IOANNES cuius corporis inuentioné memorat Falco Beneuent. in Chron. anno Dom. 1119. his verbis, *Idem Antiſtes* (id eſt) *Landulphus die 25. menſis Maij eum* Epi-

Epiſcopis Frequentino, & Montis Maroni corpora Sanctorum collocauit, inter quos corpus Beati Ioannis XXI. Epiſcopi Beneuentani, qui ſic ut titulus ora monſtrabat, triginta, & tres annos in Epiſcopatu aduixit. Extabat antiquitus geſtorum eius legenda, quæ adhuc, inquit Vipera, ad hæc vſque tempora viſa eſt, nouiſſimè inter hominum manus deperdita. Eius reliquiæ, vel certè bellorum iniuria deletæ ſunt, vel inter illas dicendum reperiri, quæ in noua Cathedrali ſub incertis nominibus conſeruantur. Floruiſſe Ioannem anno 448. credit idem auctor.

22 DORVS II. ad quem extat epiſt. 5. Leonis Papæ I. qua eum vehementer redarguit, quod aduerſus regulas Patrum auſus eſſet recens ordinatos ſuper alios antea aſcitos Presbyteros collocare, de quo vide Baronium ad annum 448.

23 S. THAMMARVS vnus ex ijs quos Martyrologium Romanum ſub prima die Septembris ſocios ſancti Priſci recenſet, qui in perſecutione Vvandalorum ob fidem Catholicam varie afflicti, & vetuſtæ naui impoſiti ex Africa in Campaniæ littora peruenerunt circa annum Domini 440. & Chriſtianam fidem in ijs locis diſperſi, diuerſiſque Eccleſijs præfecti mirificè propagarũt. Hic cum prope Beneuentum ſolitariam ageret vitam, fama ſanctitatis erumpente, fuit ad Epiſcopatum euectus, atque Beneuentanam Eccleſiam, piè ſanctèq; rexit, vt inter Sanctos defunctus referri meruerit. Extabat olim Baſilica in eius honorem erecta extra ciuitatem prope flumen Thamari, à qua poſtea flumen nomen accepiſſe fertur, ſed temporum iniuria conſumpta eſt. Floruit Thammarus anno Domini 465. cuius feſtus dies 15. Octobris Beneuenti agitur. Eius lipſana in Cathedrali ſub altari maiori aſſeruantur, vt marmorea inſcriptio docet. Hæc Vipera.

24 S. SOPHIAS, ſiue Cadocus, quibuſdam Sophius, S. Gunleo Auſtralis Vualliæ Regis genitus vigeſimus quartus Beneuentanæ Eccleſiæ Epiſcopus, & Martyr. Hic in Britannia Monachus, & Abbas eiuſdem Monaſterij, quod proprijs expenſis fundauerat, ter Hieroſolymam, ſepties Romam Religiosè peregrinatus: denium ob eius ſanctitatem Epiſcopus Beneuentanus creatus, mira ſanctitate effulſit, ac Eccleſiam Beneuentanam ſuo ſanguine martyrio coronatus condecorauit, vbi ob Catholicam fidem lanceis confoſſus ab Arrianis, dum ſacra myſteria perageret ad altare mactatus hoſtia Chriſti effectus eſt die 24. Ianuarij anno ab orbe redempto 490. vt ſcribit Vipera, Odoacro Rege Arriano Italiam tũc tenente, & Arturo Magnæ Britanniæ Rege, vt ex ipſius geſtis, quæ ad hæc vſque tempora ſeruantur in Archiuio Monaſterij ſanctæ Sophiæ, & habetur in Martyrologio Anglicano. Hac eadem prædicta die martyrij corona fuiſſe decoratum ferunt Benignum Archidiaconum Beneuentanum, cuius cineres in Eccleſia ſanctæ Sophiæ conduntur, vt in codice M S. literis Longobardicis in eo Archiuio eiuſd. Eccleſiæ notatur, vbi recenſentur Sanctorum nomina, quorũ corpora, & reliquiæ in ipſa Eccleſia ſeruãtur. De Benigno nil aliud docet, niſi quod Martyr Beneuenti occubuit ob fidei Chriſtianæ defenſionem. Vitam ſancti Sophiæ ſcripſit anonymus imperitus, ſunt certe in ea nonnulla paradoxa, parumque credibilia; hãc clariſſimus Bollandus edidit notiſque lectu digniſſimis illuſtrauit tom. 2. de Actis Sanctorum menſis Ianuarij ad diem 24. de eo agit Ferrarius, ſed duos exiſtimauit Sophiam & Cadocum, de quo etiam Nicolaus Harpisfeldius alijque agunt.

25 EPIPHANIVS cuius meminit Text. in cap. Frater, & Coepiſcopus noſter 17. q. 4. Gelaſio Papa I. anno Dom. 494. ſubſcripſit Romano Concilio primo ſub Symmacho 499.

26 FELIX cuius ſolum nomen recitat Vipera, quem floruiſſe putat circa annum 520.

27 S. MARCIANVS vixit circa an. 533. quem ſanctus Placidus Siciliam petiturus conuenit, vt Gordianus ſcribit in vita eiuſdem ſancti Placidi apud Surium tom. 5. qui vitæ ſanctitate ita floruit, vt inter Sanctos referri meruerit, cuius natalem celebrat Eccleſia Beneuentana die 14. Iulij, temploq; ei erecto extra vrbis mœnia, à quo tota illa Regio nominatur. Sub hoc tempus anno ſcilicet 537. Belliſarium Iuſtiniani Imperatoris Ducem ex Gothorum manibus Beneuentum liberaſſe ſcribit Procopius lib. 1.

28 S. ZENON, vel, vt alij ſcribunt, Zozimus, quo tempore Beneuentanam ſedem adminiſtrauit non conſtat, vixiſſe tamen ex coniectura ſcribit Vipera circa annum Dom. 543. cuius feſtus dies celebratur in Beneuentana Eccleſia die 17. Octobris, habetque Beneuenti templum ei excitatum Parochiale. Hoc ſupra relato anno Totila Gothorum Rex Beneuentum vi cepit, ac diripuit, teſte Procopio. Iuſtino Imperatore, ac Ioanne Papa III. ſedentibus anno 563. Conſtantinopoli Beneuentum ad Narſetem Patritium ſe contulit B. Archellaris Lucij Proconſulis, & Arthuſæ filia, quæ magnæ ſanctitatis opinione vixit annis 16. menſ. 3. dies 8. obdormiuitque in Domino in Eccleſia ſanctæ Luciæ prope portam Rufinam ſita, ibique accepto ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, vbi & ſepulta fuit, cuius vitæ, & mortis ſanctitatem, multa quæ conſecuta ſunt miracula comprobarunt, ex cuius corporis depoſitione ea Eccleſia Virginis nomen accepit. Eius feſtum die 3. Martij Beneuenti colitur, cineres

vero Zozimia in Eccleſia ſanctæ Sophiæ aſſeruantur.

29 FELICEM II. credit Vipera vixiſſe anno 585. Quo anno circirer Pelagius I. Papa ad preces Gregorij S.R.E. Diaconi Cardinalis exemit Eccleſiam S. Mariæ ad Oliuolam exiſtentem extra ciuitatem Beneuentanam, & prope mœnia ipſius à Monialium Monaſterij ſancti Nazarij Martyris ſubiectione, vt de cætero Moniales in ipſo Monaſterio cum reciperētur, & ijs deficientibus quæ extabant, Monaſterium ipſum in virorum tranſiret Religionem, ſubditumque perpetuo eſſet prænominatæ Eccleſiæ ſanctæ Mariæ. Cauſa exemptionis, & ſuppreſſionis fuit: quod cum Gregorius à Pelagio Conſtantinopolim ad Tiberium Imperatorem miſſus, tranſiens Beneuento fuit hoſpitio receptus à Fratribus S. Mariæ ad Oliuolam, qui cum Fratribus Eccleſiam ingreſſus, Deo laudem, officia celebraturus, ecce repente Moniales ſancti Nazarij adueniunt, Monachi Choro diſiliunt, illæ conſcendunt, & vt ſeſe mutuo venerantes, ſorores honorant; quod intuēs Gregorius, nimiumque admiratus, attonituſque aliquantulum conticuit, deinde interrogans, quid ſibi velint iſtę? fuit ei reſponſum, Eccleſiam ſanctæ Mariæ ſuffraganeam eſſe Monaſterij ſancti Nazarij, & ideo tanquam ad Eccleſiam ſibi ſubiectam aduenisse, id ei multum diſplicuit, eum Eccleſiam ſanctæ Mariæ præeſſe, & non ſubeſſe indecenti Monialium præceptioni decere, dixit. Ideoque vir Sanctus non immemor quæ ſibi Beneuenti diſplicuerant, corrigendaque eſſent, Pelagio Pontifici præpoſuit, vt & factum eſt. Qua tempeſtate ſcilicet anno 589. iuxta Sigonij ſupputationem, vel vt alij volunt 585. fuit Beneuentum cum tota Samni prouincia ab Athalarico Longobardorum Rege vi occupatum; qui cum omnes prouincias citra Romam ad fretum vſque Siculum poſitas, in Ducatus formam redegiſſet, Beneuentum totius Ducatus caput eſſe decreuit, & Zotonem Ducem præfecit, quo Duce Caſſinenſe Monaſterium, fuit à Longobardis deſtructum eodem anno 589. Mortuo Zotone, Arichis, ſiue Arigis à Rege Agilulfo miſſus ſucceſſit an. 591. vt Paulus Diaconus narrat lib. 4. de geſtis Longobardorum cap. 19.

30 LINIANVS II. qui interfuit ſolemni tranſlationi corporis beatiſſimi Leuitæ Modeſti Martyris ex Vrbe Beneuentum die 3. Iulij an. 591. ex conceſſione Magni Gregorij ad preces Arichis pijſſimi Beneuentani Ducis à Monachis ſanctæ Mariæ ad Oliuolam, quod ab Epiſcopo cum Clero, à Duce, vniuerſoque populo honorificè receptum in ipſa Eccleſia collocatum, ibique ſepultum, donec digna Baſilica in ipſius honorem dedicata eſſet. Hæc Vipera.

31 DAVID Eccleſiam ſanctæ Mariæ, quæ hodie Metropolitana eſt ſolemni ritu conſecrauit anno 600. die 15. Decembris, qua die ſermonem ad populum habuit, qui in M.S. codice eiuſdem Eccleſiæ legitur; teſte Vipera.

32 BARBARVS Beneuentanus erat Epiſcopus anno ſalutis 603. cui Gregorius Magnus Panormitanæ Eccleſiæ per mortem Victoris Epiſcopi viſitationem de more commiſit, vt eſt in epiſt. 16. lib. 11. Ind. 6. eiuſdem Pontificis, quem etiam monet, *Vt nullum de altera elegi permittas Eccleſia, niſi forte inter Clericos ipſius ciuitatis, in qua viſitationis impendis officium, nullus ad Epiſcopatum dignus, quod euenire non credimus, poterit inueniri*; de Epiſcopis ſollicitus, Clero, Ordini, & Plebi Panormitanæ eccleſiæ ſcripſit idem Gregorius epiſtolam 19. eiuſdem libri, vbi memoratur Barbarus Epiſcopus idem. Huius non meminit Vipera in ſua Chronologia, de quo nil aliud reperire potuimus.

33 ALPHANVS Beneuentanæ Eccleſiæ epiſcopus vixit anno Chriſti 615. Ducis Arichis primi, Beneuentanorum ann. 24. quod intelligi poteſt ex documēto eiuſdem Alphani renunciationis iurium eccleſiæ S. Martini, cuius hæc verba extant apud Chron. S. Sophiæ.

In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, eiuſque Sanctiſſimæ Genitricis.

Temporibus Domini viri glorioſiſſimi Arichis Summi Ducis gentis Longobardorum, anno vigeſimo quarto glorioſiſſimi Ducatus, qui menſe Martio. Indictione quarta firmatus.

Nos Dominus vir beatiſſimus huius ſanctiſſimæ ſedis Beneuentanæ Alphanus Reuerendiſſimus Epiſcopus, ob ſolutionem eccleſiæ ſancti Martini tibi Traſemundo Schuldachis, qualiter tu nominate Traſimunde ipſam ſæpius dictam eccleſiam à nouo fundamine, vſque ad culmen conſecrationis perducere uiſus es in tuo proprio territorio, loco qui vocatur Monsbonionis, qui eſſe videtur in Buente loco, Canonica ratione abſoluimus eam prædictam eccleſiam, vt non Presbyter, Diaconus, vel Subdiaconus habeat poteſtatem eam dandam in plebutea parte eſſe voluerunt, aut ſubtrahendam, per quemlibet titulum, excepto Presbytero, quem tu nominate Traſimunde, vel tui hæredes per tempora ordinare ſolueris, ipſa iam facta eccleſia, nobis, vel noſtris ſucceſſoribus in nominatam ſanctam ſedem noſtram peruenit conſecrandus, ſecundum Canonicam ſanctionem

nem; nam aliam nullam rerum habeat poteſtatem dandi ea, neque à me Alphano Domini gratia Epiſcopo, neq; in poſteris meis nunquam habeas aliquãdo aliquam requiſitionem, aut reprehenſionem de hac mea abſolutione; ſed ex nunc, & vſque in perpetuis temporibus, qualiter ſuperius legitur, in ipſa ratione permanere valeat ipſa nominata ecclesia. Quod monumentum abſolutionis tibi Nicolao Notario noſtro, vt ſcriberes præcepimus; & vt robur habeat, effigiem ſanctæ Crucis affiximus. Actum Beneuenti in Epiſcopio, menſe, & Indictione nominata feliciter.

Ego Maiorachi Presbyt. me teſtem ſcripſi aſtantibus Sacerdotibus noſtris, vel cuncto Clero.

Ego Aripaldus ſcribere me iuſſi, & teſtes aſcribere.

Indictio, & Apocha annorum Ducatus Arichis opportunè in hoc documento condit in anno 615. regnare cœpit Arichis primus poſt Zotonem ſalutis anno 591. Porro ecclesia illa ſancti Martini ab Alphano immunis facta ceſſit poſt annos plurimos in proprietatem Cœnobij ſanctæ Sophiæ, vnde ipſum Alphani documentum inter alia exſcriptum fuit in Sophiana Chronica, quæ Alphani memoriam ad poſteros perennauit.

34 ILDEBRANDVS vixiſſe reperitur Epiſcopus ann. 622. Hunc creduut diu Eccleſiam Beneuentanam rexiſſe eoque Præſule, Arechus Dux, qui Ducatum Beneuentanum annis vno & quinquaginta tenuerat, mortuus eſt, ann. 641. & Aio eius filius ei ſucceſſit, qui dum contra Slauos Sipontum obſidentes arma mouiſſet, extinctus eſt ann. 642. eũm anno, & menſibus quinque Ducatum rexiſſet, & Rondoaldus poſt eum regnauit Dux quartus, mortuuſque eſt ann. 647. Ducatus ſui quinto, ſucceſſorem habuit, Grimaldum germanum ſuum fratrem Ducem V. ſubſequenti anno Doda Parda nobiliſſima Beneuentana mulier in honorem S. Mariæ ad Oliuolam ecclesiam ampliauit, & ipſi contiguè aliam Eccleſiam condidit in honorem S. Martyris, & Leuitæ Modeſti, vbi Epiſcopus Beneuentanus ſolemni ritu ſub altare eius nomini dedicatum die 2. Octobris recondidit eiuſdem Martyris cineres, ecclesiamque opibus, & poſſeſſionibus, ditauit Dux ipſe Grimoaldus, qui Abbatem ipſius Monaſterij, & ecclesiæ Bentegrandum patruum ſuum, & auunculum Rodoaldi Ducis præfecit. Grimoaldus vero poſt quindecim annos Rex Longobardorum ſalutatus, & Romualdus filius eius VI. Dux creatus eſt Beneuentanus an. 663.



35 S. BARBATVS Epiſcopus Beneuentĩ electus anno 663. circa 20. Martij Romualdo Duce mira ſanctitate effulſit. Nam gentilitatis ritum denuo Beneuenti pullulãtem ea occaſione extirpauit, dum Cõſtantinus, dictus Conſtans Imperator Conſtantinopolitanus anno Domini 663. Apulia pene vniuerſa depopulata, Luceriaque non admodum à Siponto diſuncta ad ſolum proſtrata Beneuentum actiſſima obſidione deuexaret, ſanctus Barbatus non adhuc ſpiſcopus, lachrymis ciuium, Romualdi Ducis precibus, ac dolore commotus, Idolorum cultum, ſceleraque omnia clarè, palamque concionando deteſtans, liberratem Duci, vrbi, omnibuſque promiſit, ſi relicta vitæ prauitate ad Deum toto animo redirent. Hoc inito pacto, Deum ſanctus Barbatus ita aſſidua oratione exorauit, vt Romualdo cum omnibus ciuibus ad mœnia ducto, ſanctiſſimam Dei Genitricem pro Beneuento contra hoſtem pugnãtem, claro aſpectu, apertis oculis demonſtrauit, qua viſione Romualdus, ac Beneuentani prius animo proſtrati, ea fortitudine, ac magnanimitate ſunt murati, vt breui obſidione ſublata, hoſtes profligauerint, ſuoſque ac patriam cum antiqua libertate, ac pace ope Diuina, potius, quam humana conſtabiliuerit. Hoc miraculo commotus Dux, populuſq; Barbatum epiſcopum acclamauerunt, Idololatriam omnino abnegantes, munera ei magna obtulerunt, quibus ſpretis, Ducem hortatus eſt vt Diui Michaelis Archangeli in Monte Gargano Cryptam penè collapſam in antiquam reſtitueret culturam, eamque cum omnibus, quæ ſub ditione Sipontini epiſcopatus eſſent, Beneuentanæ eccleſiæ præeſſe iuberet. De qua re ita Barbatum adlocutum fuiſſe Romualdum, acta eiuſdem Sancti demonſtrant, eique vt ipſe petierat demandatam fuiſſe Angelicæ ſacræ Cryptæ, & Sipontini epiſcopatus curam eadem perhibentur acta, literiſque probatur, adiunctis tunc Romani Pontificis Vitaliani datis eidem Barbato, quas recitat Marius Vipera, etſi, vt Camillus Peregrinus de fine Ducatus Beneuentani obſeruat, in multis adeo corruptas, vt de illarum ſince-

 ritate

ritate ſuſpicari merito poſſet, quemadmodum & nos ex pluribus alijs monumentis ab eodem Viperarelaris obſeruauimus. Porro Vitaliani literæ ann, 668. datæ ita recitantur.

VITALIANVS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei.

Reuerendiſſi. Domino cariſſimo Beneuentanæ Eccleſiæ Epiſcopo, & in eodem venerabili Epiſcopio in perpetuum.

Cum ſicut Apoſtolicæ dignitatis apertè in hoc Diuini profectus nitore dignoſcatur præfulgere, & in exercendis Dei laudibus, ſeu impenſius ſtudeat laboris exhibere certamen, ob hoc debita nos eiuſdem Apoſtolicæ paſtoralis compulit ſollicitudinis cura, quæq; ad ſtabilitatem piorum locorum promulgari, & Apoſtolicæ inſtitutionis cenſura confirmari. Igitur quia poſtulaſti à nobis, quatenus Reuerendiſſima Beneuentanenſis eccleſia Deo fauente priuilegijs Reuerendiſſimæ Sedis Apoſtolicæ decoraretur, idcirco pijs tuis deſiderijs fauentes, ac noſtra auctoritate id quod expoſcit effectus mancipamus, concedentes tibi, tuæque præfatæ Reuerendiſſimæ Beneuentanenſi eccleſiæ, ideſt Bibinum, Aſculum, Larinum, & eccleſiam ſancti Michaelis Archangeli in Gargano, pariterque Sipontinam eccleſiam, quæ in magua inopia, & paupertate eſſe videtur, & abſque cultoribus, & eccleſiaſticis officijs, nunc cernitur eſſe deprauata, cum omnibus quidem eorum pertinentijs, & omnibus prædijs, cum eccleſijs, familijs vtriuſque ſexus, & maſſis, totaque loca ditioni antiquæ poſſeſſa tuæ ſanctimoniæ, ſucceſſoribuſq; tuis concedimus hæc omnia dominãda & poſſidẽda, atq; canonicè diſponenda, cũ omnibus ſuis vbiq; pertinentijs, ſiue ſint in præfatis ciuitatibus, ſiue in quibuſcunq; caſtris conſiſtentia, ſiquidem inſuper Apoſtolica cenſura ſub Diuini iudicij obteſtantibus, & validis, atque atrocibus anathematis interdictionibus, vt nullus vnquã ſucceſſorum veſtrorũ, vel alicuius dignitatis poteſtate præditus Reuerendiſſimæ Beneuentanæ eccl. aliquam vim facere, vel in cunctis iam ſupradictis eccleſijs, vel de ijs, quæ pertinere videntur, quoquo modo auferre, aut alienare, vel eius minuere terminos, & nec quamlibet malitiam, aut iacturæ moleſtiam in eaſdem inferre quocunque tempore, nec licentia ſit, vt dictum eſt ex earum pertinentijs antiquam, magnæ paruæque perſonæ auferre, ſed omnia ſuperius taxata ſub poteſtate, & diſpoſitione Beneuentani epiſcopatus perpetuo conſiſtant, vt profectò iuxta id, quod à nobis ſtatutum eſt, eadem venerabilis Reuerendiſſima Beneuentanenſis eccleſia Apoſtolicis Conſtitutionibus, aut priuilegijs conſiſtens, ornata, inconcuſſa dotata permaneat. Si quis autem (quod non optatur) nefario auſu præſumpſerit hæc quæ à nobis ad laudem Dei pro ſtabilitate dictæ eccleſiæ Beneuentanæ ſtatuta ſunt refragare, aut in quoquam tranſgredi, ſciat anathematis vinculo innodatum eſſe, & cum Iuda Domini traditore, & cum omnibus impijs æterni incendij ſupplicio condemnatum: at vero qui pio intuitu obſeruator, & in omnibus extiterit cuſtodiens huius noſtri Apoſtolici conſtituti ad cultum Dei reſpiciẽs benedictionis gratiam à miſericordiosiſſimo Domino Deo noſtro multipliciter conſequatur, & vitæ æternæ particeps effici mereatur. Scriptum per manum Adriani Strimarij Reuerendiſsimæ Romanæ Eccleſiæ in menſe Februario Indict. 11. Benè valete,

Datum 3. Kalen. Febr. per manum Anaſtaſij Primicerij, defenſorum Reuerendiſſimæ Sedis Apoſtolicæ, anno Deo propitio Pontificatus Domini Vitaliani Summi Pontificis, & Vniuerſalis Papæ in ſacratiſſima Sede Beati Petri Apoſtoli primo, Indict. 11.

Gargani montis Specum, & Sipontinam Eccleſiam diu etiam poſt Vitaliani tempora Præſulibus Beneuentanis commendatas, vel potius vnitas manſiſſe, ſuoſque ferè Archiepiſcopos obtinuiſſe, ſeptimo noſtro tomo in Archiepiſcopis Sipontinis ſerie demonſtrauimus, quæ tamen in aliquibus corrigenda, & paulo infra plura monumenta in lucem proferemus, quibus Epiſcopi Beneuentani Sipontinos etiam Præſules ſeſe attitulaſſe oſtenditur. Credunt Beneuentani ex hac conceſsione Cryptæ ſancti Michaelis Archangeli per Vitalianum Pontificem ſancto Barbato, ſuæque Beneuentanæ eccl. facta, quod ita Michaelis Archangeli deuotio Beneuento creuerit, vt populus Beneuentanus magno animi affectu ductus illum in ſuum Diuum tutelarem elegerit; vnde Beneuentani Principes in moneris effigiem, nomenque ſancti Michaelis Patroni ex vna, ex altera nomen proprium cudi mandauerint. Cæterum Barbatus cùm Romano Concilio ſub Agathone Papa cum alijs ſanctiſsimis epiſcopis interfuiſſet ann. 680. obdormiuit in Domino die 19. Febr. ann. ſalutis 682. ætatis ſuæ 80. Epiſcopatus ſui 18. menſ. 11. ſepultus in Cathedrali, cuius dies feſtus à Beneuentanis maxima celebratione colitur, ac veluti præcipuus Diuus Tutelaris honoratur. Habuit templum extra ciuitatem ſibi excitatum, cuius hodie nulla fere extant veſtigia, & ex eius nomine tota regio illa vocitatur: Poſt annos ab obitu eius 442. Roffridus Archiepiſcopus Beneuentanus, vt Falco Beneuentanus in Chron. ſcribit eius ſacrum corpus ex altari in quo iacebat in aliud decen-

deceutius tranſtulit anno Domini 1124.
die 24. Maij interuenientibus duobus Epi-
ſcopis ſuffraganeis, quo tempore multa
miracula ante ſepultum corpus affluxere.
Eius lipſana partim adhuc Beneuenti ſub
ara maxima Cathedralis reconduntur, par-
tim in Eccleſia Montis-Virginis tranſlata
dicuntur. Sedente vero Barbato Theodora,
ſeu Theodorada Romualdi Ducis vxor ex-
tra mœnia Beneuenti fundauit eccleſiam ad
honorem ſancti Petri Apoſtoli cognomento
Maioris, apud quam Monialium Cœnobium
erexit, vt Paulus Diaconus ſcribit lib. 6. c. 1.
Huius Cœnobij veſtigia, ad hæc vſque tem-
pora ad radices Montis S. Felicis videntur.
De Barbato Martyrologium Romanum,
Baronius in notis, & in Annalibus eccleſia-
ſticis. Vipera, Ferrarius, alijque. Nuper
Acta eiuſdem cum eruditiſſimis adnota-
tionibus in lucem emiſit doctus & de eccle-
ſiaſtica hiſtoria bene meritus Ioannes Bol-
landus tom. 3. Febr. Actorum Sanctorum.
Habuimus ex M.S codice S. Sophiæ Barbati
vitam, quam hic exhibemus, quam etiam
idem Bollandus recitat.

Sicut euidentiſſima fidelium relatione
comperimus de celeberrimo ſanctiſſimi
Patris Barbari more, vel meritis (quanquã
indignus ad tã eximij Præſulis exponẽdas
laudes, atque omnibus Philoſophiæ dete-
rioe ſectatoribus, annuente mentiũ ſcruta-
tore, qui non philoſophari, ſed ſimplicibus
verbis ſuos diſcipulos euangelizare ſacra
Myſteria inculto docet ſermone) gratiam
quæ cælitus in beatiſſimo Barbato effulſit,
perpetuo deuotiſſimus enarrare. Et ſi quis
fortaſſe liberalibus diſciplinis apprimè im-
butus accuratius legerit hæc, quæ de tanti
viri geſtis reperi apicibus annotata, non di-
ctantis perpendat ignauiam, ſed meritorum
eius excellentiam, de quo ſummo mentis
conamine, poſtpoſita verecundia, vt teme-
rarius loquor.

Tempore quo Grimoaldus Longobardo-
rum regni moderabatur habenas, eiuſque
filius Romualdus Samnitibus imperabat,
Inſignis Sacerdos Barbatus nomine, vt fa-
ſus ſum Redemptoris nutu claruit Bene-
uenti, actionibus celebris, miraculiſque
coruſcans.

His quoque diebus quamuis ſancti Ba-
ptiſmatis vnda Longobardi abluerentur, ta-
men priſcum Gentilitatis ritum tenentes, ſic
beſtiali mente degebant, quod beſtię ſimula-
cro, quæ vulgo Vipera nominatur, flectebãt
colla, quæ debitè ſuo debebãt flectere Crea-
tori, verum etiam non longe à Beneuenti
mœnibus deuotiſſimè ſacrilegam colebant
arborem, in qua ſuſpendentes corium, cun-
cti qui aderant terga vertẽtes celerius equi-
tabant calcaribus cruẽtantes equos, vt vnus
alteri poſſit præire, atque in eodem curſu
retrouerſis manibus corium iaculabantur,

A iaculatoque particulam modicam ex eo
comedendi ſuperſtitioſe accipiebant; & quia
ſtultè illic perſoluebant vota, ab actione no-
men loci illius, ſic hactenus dicitur, Votum
impoſuerunt, quæ Dominus Barbatus cer-
nens inceſſabiliter annunciabat duobus
Dominis ſeruientes non poſſe ſaluari, &
nequaquam inter filiorum Dei nuncios ag-
gregari, qui ſe apoſtatæ Angeli ditioni
ſubdiderint. Hæc & alia illis indeſinenter
beatiſſimus Barbatus, huc, atque illuc diſ-
currens anxiè prædicabat, cupiẽs eos Crea-
tori ſuo purgatos erroribus præſentare. At
illi ferina cæcati dementia nihil aliud quam
in bellorum meditantes vſus, optimum eſſe
B fatebantur cultum legis maiorum ſuorum,
quos nominatim bellicoſiſſimos aſſerebant,
ideoque Dei monita funditus abdicabant.
Sed omnipotens, atque ineffabilis Deus, qui
pro humanis erroribus formam ſerui acci-
piens ſanguinem ſuum fudit, eo quod nemi-
nem vult perire, non deſinet etiã ingratos ad
ſe congruentibus modis perducere, vt ſaluari
queant. Hic piiſſimus medicus improuiſus
ægro aſſiſtit, eumque compellit, vt de ſua
poſcat ſalute. Cumque charitatem Barbati,
illorumque perpenderet infirmitatem, con-
ceſſit, vt ſic ſanctiſſimus vir qui eos Diuinis
medicaminibus conabatur à peccatorum
febribus, & ex intimis ſqualida profluen-
te ſanie emundare, atque à protoplaſtis
C ſubuerſionis fermento ad filiorum Dei po-
nere libertatem, etiam mirabilibus ſignis
ſuæ prædicationis verba firmaret, vt ſi non
verbis ad ſuam ſalutem, viſis miraculis fle-
cterentur: nam Dæmonia ex obſeſſis cor-
poribus aliquando, fuſis ad Dominum
precibus, aliquando minis eijciebat, ex nũc
vſque ad corporis eius reliquias cooperan-
te Domino ſæpius à Dæmonio plures ſal-
uari conſpicimus, necnon & expletis Miſ-
ſarum ſolemnijs, lotiſque viri Dei manibus
hauſta aqua, quæ de illius manibus deflue-
bat continuò à quacunque detenti infirmi-
tate ſaluti priſtinæ reſtituebantur. Sed quo-
niam longo ſenio ſaucia membra non poſ-
D ſunt fomentis vel vnctione leui curari, niſi
medicaminibus Diuinis, quæ ex alto vulne-
ris, & ex vetuſtate induratam ſaniem ad
ſuperficiem cutis perducant, ac deinde
euulſa putredine concitè queant ſanari: id-
circo miſericors Deus cum cerneret quod
nihil effectus haberet eorum ſaluti Serui
ſui prædicatio, vel immenſa ſignorum ex-
tenſio, condolens eorum interitioni, ſua-
rumque miſerationum non oblitus ferocia
mũdi regna ſuper eos adduxit, vt qui pacis
tempore ſalutaria monita abijciebant, rectè
ſuum Creatorem ſequi nolentes, tamen
neceſsitate compulſi ab his quibus nequi-
bant aſſiſtere viribus ad ſuum Redempto-
rem conuerſi, Diuinis opitulationibus erue-
rentur.

Conſtantinus autem, qui & Conſtans eſt
appel-

appellatus, eo tempore Conſtantinopolitanum regebat imperium, qui à Longobardorum manibus Italiam eripere cupiens, ſuæque reducere ditioni, ſicut olim præcedentium ſe in poteſtate innumera multitudine ſuorum collecta mare tranſgreſſus Tarentum penetrauit, ideoque profectus penè omnes Apuliæ vrbes depopulauit, pergenſq; opulentiſſimam Luceriam cũ grauiſſimis prædijs cepit, eiuſque omnibus prædonum directis manibus eam ad ſolum vſque proſtrauit, de cuius excidio aliter effectus Auguſtus concitè ſua caſtra mouens, iuxta Beneuenti mœnia collocauit, nec mora coaceruato exercitu ad expugnandam vrbem cum diuerſis bellorum machinis ſuos magnates inſtituit, in qua vrbe Romualdus de quo ſupra retulimus, cum paucis, ſed validiſſimis inerat Longobardis, ibique ſanctiſſimus pater Barbatus morabatur cum illis; circumdata namque vrbe, terribiliter, atque inauditè capturi eam nouis certaminibus per plurimum temporis pugnauerunt; at contra Romualdus, vt erat magnanimus imperterritus eis fortiter reſiſtens, nunc ex muris, nunc per improuiſam irruptionem plurium ſuorum hoſtium attriuit; nam pro paucitate ſui exercitus acies contra impatulis pauebat dirigere: tamen cum expeditis ineffabiliter hinc, atque inde ſubito inimicorum proſtrabat cateruas, sed præfatus Auguſtus, quanto plus ſibi attentius cernebat obſiſtere, tanto eis ſcruentiſſimè noua certamina obijciebat: cumque ſe iam præfatus princeps, eiuſque ciues vndique anxiatos aſpicerent, ita vt extra murum egredi non valerent, & frequenter ſæuiſſimis prælijs laceſſerentur, funditusque ab eis ſpes ſalutis eſſet ablata capiendos fore, pedonibus derimendos ex valido eiulatu flentes decernerent, vt vrbis patefierent portæ, & egreſsi vtriuſque ſexus vnanimes interirent pugnando.

Mox ſanctiſsimus pater Barbatus aſtitit inter eos, & ait Conuertimini filij ad Creatorem veſtrum, vt ſaluemini, ipſe enim conteret bella, ducit ad inferos, & reducit, humiliat, & ſubleuat. Relinquite ergo vanitatem, quam ſuggerente diabolo vſque nunc eſtis ſecuti, vnde quanto citius animam, & cor intentum præparetis, & ſoli Deo Patri, & Filio, ſanctoque Spiritui, tribus in perſonis, ſed vni Deo coæterno, & conſubſtantiali, canora voce concinite laudes, preceſque ad eum fundite, qui ſcrutatur renes, & corda, & ipſi ſoli vos ſeruituros deuotiſsimè pollicemini, & liberabit vos ab his, qui quærunt animas veſtras.

Hoc audito Romualdus ait, ſicut aſſeris, ita eſt, vt ab hoſtibus non capiamur, abijciam omnia, quæ ritu gentis colueram, & ſoli Deo me ſeruiturum promitto, teque per omnem prouinciæ meæ vrbem, prædijs, coloniſque ditabo, atque ciuitatis huius te Præſulem effici concedo, vt mei curam, vt optimus Pater habere digneris: ad inſtar autem eiuſdem ſermonis omnes ſe velle dixerunt, & qui prius beatiſſimum Barbatum vociferantem ſpernebant, deinceps neceſsitate compulſi cateruatim confluentes obnixe ab eo ſalutis ſuæ documenta cantabant. Continuò pius Pater Barbatus, non honoris, aut diuitiarum auidus, ſed anxius de illorum ſalute Genitricis Dei ingreſſus eccleſiam, humoque proſtratus cum lacrymis, gemitibuſque deprecabatur eam, vt magnificis eius ſuffragijs Redemptor omnium eruere Longobardos de externi hoſtis manibus dignaretur, vt per temporalem ereptionem à malignorum ſpirituum ſeruitute erepti, æternæ gloriæ participes fieri mererentur, ſed omnipotens Deus, qui ore proprio profiteri dignatus eſt, quod magnus gaudium in ſupernis fit ſuper vno pœnitente, quam ſuper nonaginta nouem iuſtis qui non indigent pœnitentia, atque alibi textatur, vt qua hora conuertatur ab iniquitate peccatorum obliuioni præterita eius delicta tradantur, & viuat in ſua iuſtitia, quam fuerit operatus, preces ſamuli ſui non ſpernit, cumq; vt popoſcerat exaudiuit. Beatiſsimus quoque Barbatus diuina reuelante miſericordia ſe exauditum agnoſcens, ad Romualdum reuerſus, ait, perpende ne tu, & vniuerſi, qui ſoli Chriſto Ieſu Domino Deo erepti à veſtris inſidiatoribus ſeruire polliciti eſtis pactum promiſſionis irritum faciatis, ne deteriora vobis contingant, vt relicti à Domino, non ſit qui eripiat vos. Nam profectò ſcitote quod Chriſtus ad quem conuerſi eſtis liberabit vos. Cæſaris quoque & eius populi greſſus Beneuenti aditus non penetrabunt, ſed concitè reuoluti ſuos adeant fines, & vt ſcias me incunctanter vera prædicere pariter ſubeamus murum, vt pijſſimam Dei Genitricem Mariam tibi oſtendam, quæ ad Dominum Saluatorem pro vobis preces effudit, vterque ſubeuntes murum viſa Dei Genitrice in faciem deficie Princeps nimio pauore territus, & penè exanimis ſolo conſternatus iacebat, quem vir Dominus Barbatus confortans à terra leuauit, illico ad ſe reuerſus gratias egit Domino, qui dignatus eſt eum ad ſui Myſterij cognitionem perducere.

Sequenti namque die Diuinis opitulationibus is qui vſque ad interitionem moliebatur vrbem cum ſuis habitatoribus perdere, & nequibant eum ad Mariam flectere immenſi ponderis argento, vel auruo, atq; innumera multitudine pretioſorum lapidum, & margaritarum accepta, ſolummodo ſororẽ eiuſdem Romualdi Beneuentum deferens, Neapolim eſt ingreſſus. Repente beatiſſimus Barbatus ſecurem accipiens

piens, votum pergens, & ſuis manibus nefandam arborem in qua per tot temporis ſpatia Longobardi exitiale ſacrilegium perficiebant, defoſſa humo radicibus incidit, ac deſuper terræ congeriem fecit, vt nec inditium ex ea quis valeat reperire. Receſſo igitur hoſte, vterque ſexus, & ætas ad beatiſſimi Barbati epiſcopatus electionem vnanimiter confluxerunt lætantes, eo quod talem mererētur habere protectorem, qui ſuis precibus hoſtem repellat. Eo electo in ordine Epiſcopatus, voluit eum Romualdus ſicut pollicitus fuerat per ſingulas ſuæ prouinciæ vrbes, prædijs, coloniſque ditare, quæ vir Domini Barbatus accipere recuſauit, at ille cogebat eum dicens, non me inter filiorum tuorū numeros aggregari credo, ſi munus quod ob meam ſalutem offerre ſtudeo renuis; coactus eiuſdem precibus ait beatiſſimus Barbatus; Si munus tuæ ſalutis offerre ſtudes, vnum impende beneficium, vt B. Michaelis Archangeli domus quæ in Gargano ſita eſt, & omnia, quæ ſub ditione Sipontini epiſcopatus ſunt, ad ſedem Beatiſſimæ Genitricis Dei, vbi nunc indignè præſū in omnibus ſubdas, & quoniam abſq; cultoribus omnia deprauantur, vnde non ſedulum officium perſolui poteſt, melius à nobis diſpoſita tibi proficient in ſalutem. Illico Princeps viri Dei conſentit petitionibus eo ordine vt fati ſumus, ſicut mos eſt per præceptum Genitrici Dei vniuerſa conceſſit, & vt reſonet in futurum anathematizauerat qui contra hæc agens irritam hanc facere voluerit concesſionem. Impetratis omnibus vt popoſcerat vir Sanctus non eſt oblitus mandatorum Dei in quatuor partes cunctum Eccleſiæ redditum omni tempore ſanxit fideliter diſpartiri, vnam egentibus, ſecundā his, qui Domino ſedulas in Eccleſijs exhibent laudes, tertiam pro Eccleſiarum reſtauratione diſtribui, iuxta quartam ſuis peragendis vtilitatibus Epiſcopus habeat, & hactenus ſicut ab eo diſpoſita ſunt in præſenti cuncta videntur.

Præterea Romualdus, eiuſq; ſodales priſco cæcati errore, quanquam mirabiliter eos Omnipotēs de laqueis inimicorum ſuorum per famuli ſui preces eripuiſſet, palam ſe ſolum Dominum ſecundum Beatiſſimi prędicationem colere fatebatur, & in abditis ſimulacrum ad ſuam perniciem adorabat, quod virum Dei non latuit, compertoque hoc exitiali contagio, eo quod charitas Dei erat in illo, illorum facinus ad ſuam internitionem deputans eſſe futurum, immenſas corā Deo lacrymas fudit; vt ſicut illius potentiæ nihil eſt impoſſibile faciendi, quo ordine illi placitum ſit ab hac mentis veſania eos eriperet, & non eos humani generis inſidiatoris errore capiendos ad æternæ capiendos gehennæ incendiū deputaret. Hoc ita faciens, quoniam eo ſpiritu replebatur, quo Paulus egregius Prædicator, & Doctor Gentium repletus dicebat. Quis infirmatur & ego non infirmor? Quis ſcandalizatur, & ego non vror? Interea vxor præfati Romualdi Theoderada nomine omni abiecto errore verum Dominum Ieſum Chriſtum ſecundum Canonicam ſanctionem colebat, omnino viri ſui errorem abijciens. Cumque venatum Romualdus pergeret, vir Dei Barbatus viſitandi gratia ad eam perrexit, cœpitque de viri eius ignauia colloqui, at illa ex alto ſuſpiria trahens his eſt exorſa ſermonibus. Euidenter ſcio, vt tuis cum interuentionibus Dominus vt per viam veritatis incederet conceſſit. Cui vir Domini Barbatus reſpondit, ſi veraciter in Dominum, vt æſtimo, habes fiduciam, ne formides, ſed cōſilijs meis acquieſce, vt mihi Viperæ tribuas ſimulacrū, & ſaluabitur vir tuus, illaque reſpondit, ſi hoc perpetrauero pater, veraciter ſcio me morituram. Beatiſſimus autem Barbatus ait ei. Memento æternæ vitæ remunerationum filia, quoniam non mors, ſed magis eſt præmium, vt pro fide Chriſti ab hac inſtabili luce ſubtracta ad eam pertingas, vbi ipſe Chriſtus cum Angelis, & Sanctorum multitudine gloriatur. In qua gloria, neque rigore, vel æſtu coanguſtatur, non morborum accidit ruina, non egeſtate quandoque dilaceratur, non mœſtitia illic accidit, aut membra quietem requirunt, non inuldus, aut inuidioſus, vel murmurans reperitur in ea. Euulſa eſt ab ea ſuſpitio mortis, & amiſſio gloriæ. Et quod per ſingula diſcurrere conor cum dicatur de ea, quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quod præparauit Deus diligentibus ſe. Et cum hæc omnia vt fumus indubitanter credis, accede ouans, ſi expedit, vt relicta hac ærumnoſa vita ad eam ducaris, in qua ſine fine, & inſatiabiliter glorieris. Fidenter in eis fide promiſſionibus, quia nihil aduerſi de hoc tibi continget, tantum beſtiæ ſimulacrum affer, vt perficiatur in te, quod olim ſcriptum eſt, ſaluabitur vir infidelis per mulierem fidelem. Illaque viri Dei promiſſionibus nimium credula concitè ad dictum attulit ſimulacrum, acceptoq; ſtatim illud igne diſſoluit, de pluri miſque auri opificibus accerſitis diſpoſuit, vt ante aduentum Principis ad offerendum corpus, & ſanguinem Chriſti miræ magnitudinis, atque decoris ex eo patenam, & calicem operarentur, vt in memoriale ſeruetur futuris temporibus in Beatiſſimæ Genitricis Dei Eccleſia, per quam ab interiore, & exteriore fuerant ab hoſte ſaluati. Expletis omnibus, vt vir Dei Barbatus pręceperat, contigit vt ſacro Reſurrectionis die, Romualdus venatu reuertens ingredi Beneuentum deberet. Cui ſanctiſſimus Barbatus in itinere direxit, vt autem ad Dei Genitricis Eccleſiam pergeret, Miſſarumque ſolemnia celebraret, poſtmodum ad

regiam

regiam pergeret domum. At ille viri Dei iuſſis obtemperans cum vniuerſo comitatu ſuo ingreſſus eſt Eccleſiā ad Dominicam celebrandam ſolemnitatem. In hora qua expediebat oblata ſunt vaſa ex beſtiæ ſimulacro facta, ferentia Dominicū corpus, & ſanguinē per manus viri Dei Barbati Altiſſimo Domino offerendum; expletiſque Miſſarum ſolemnijs, cunctiſque diuinis refectis muneribus, accedens vir Dei ad Principem cum iurgio ait; Ecce ô Princeps in Dei, & eius Genitricis aſtamus præſentia, memor eſto, quia te vidente poſt Genitricis ſuæ interceſſionem te Deus ab inimicis tuis eripuit, & tu abiectis omnibus idolis noueras ſoli Deo catholicè deſeruire, & nunc in domus tuæ penetralibus beſtiæ ſimulachrum colis, putas ne ſi hominibus lates, Deo quoque abſcondere queas? nonne parum tibi videtur tot vicibus tentare Dominum, vt niſi conuerſus fueris, ſi de iniquitatibus tuis vlciſcatur, ante faciem eius te proteget viperæ ſimulachrum, aut dicet ei ne percutias eum, aut eruet te de manibus eius. Perpende ne veniat vltionis dies, & non ſit qui eripiat te, ne tui clamoris audiat vocem. Audiens hæc Romualdus humiliter ferens, ſeque reum, & grauiter deliquiſſe confeſſus eſt, petens vt Sanctus à Deo veniam peteret, ſeu poſceret, & ſtatim ſuæ petitionis ſimulachrum pollicitus eſt abijcere, & in manus eius tradens perficiendum quod vellet; cui vir Dei non opus eſt, inquit, vt illud tribuas mihi, quoniam fauente Deo, hæc in quibus Dominicū corpus ſumpſimus ex eo compacta eſt, & quod prius ad veſtrum interitum ſuggerente Diabolo conſiſtebat, nunc in eo omnium operatur ſalutem. Ad hæc Romualdus ait. Peto dilectiſſimè pater, vt mihi inſinuas quo ordine tibi allatū eſt. Fateor ait beatus Barbatus quod me tua cum coniuge cum mœrore intimo de tuo interitu colloquente ab ea expetij, & accepi. Repente vnus ex circumſtantibus ait, Si mea vxor talia perpetraſſet, nullo interpoſito momento abſcinderem caput illius. Ad quem beatiſſimus Barbatus conuerſus ait, quia Diabolum adiuuare niteris, Diabolo manciperis, continuo à Diabolo correptus, acrius cœpit torqueri, addenſque ei, vt iudicium ait, ſit inpoſterum Longobardorum genti, quod tu Diabolo conſenſiſſes vſque ad generationes ex te procedentes non ſit tempus, quod de ſuo genere quiſpiam à Diabolo non vexetur; non enim recolitur, quot generationes inſtituit, tamen vſque nunc, qui de illo ſunt propagati, quilibet ex eis ſemper à maligno ſpiritu agitari conſpicitur. Cæteri quidem pauore nimio territi, repulſis omnibus quę ſuperſtitiosè coluerant, totis viribus ad Dominum verſi, deinceps pia Dei documenta, catholica fide pleniter inſtructi

A vſque nunc Deo fauente cuſtodiunt. Hic autem pijſſimus Pater Omnipotentis ſolamine fretus ſimpliciter, atque prudenter deguit in ſuo Epiſcopatus honore annos decem, & octo, & menſes vndecim, qui diuina euocatus miſericordia præmia ſuorum operum capiendi de hac inſtabili luce priuatus ad cæleſtia regna 11. Kal. Martij, à natiuitate ſua octuageſimo eſt aduectus, vbi ſine fine cum ſanctis Angelis gloriatur, in quibus nunc ea amplectitur non per ſpeculum in ænigmate, ſed facie ad faciem, quę mortali carne conſiſtens per fidem, & ſpem in ænigmate quotidie amplexabatur fauente Deo noſtro Ieſu Chriſto, qui cum B Patre, & Spiritu ſancto per immenſa ſæcula viuit, & regnat, Amen. Hæc Acta.

36 ALDERICVS eidem præfuit Eccleſiæ, teſte Vipera, circa annum Dom. 700.

37 AMBROSIVS anno Chriſti 748. interfuit Concilio ſub Zacharia Papa celebrato.

38 TOTO Epiſcopus Beneuentanus floruit circa annum Domini 750. quod habetur ex diplomate quodam Longobardicis characteribus ſcripto exiſtēte in Bibliotheca Beneuentana ſignato lit. M. ſed adeo lacero atque conſumpto, vt vix contrectari poſſit, in eo tamen clarè leguntur hęc verba, *Quæ vero tradenda à glorioſiſſimo* C *Duce Giſulpho ſub ſui regiminis anno ſecundo, tradita fuit Totoni tunc Beneuentano Epiſcopo.* Cum vero conſtet Giſulphum regnare cœpiſſe circa annum Dom. 745. in ea tempora ſcribendus eſt Toto.

39 IOANNES IV. ſub Zacharia Papa Giſulpho Duce, & Arichi Beneuentanorum Principe vixit. Giſulphus autem Ioanne Præſule cœpit ædificare templum in Beneuento, quod Græco vocabulo ſanctam Sophiam, ideſt ſanctam Sapientiam appellauit, vt Oſtienſis in Chronic. narrat lib. 1. cap. 9. quod morte præuentus explere non potuit. Arichis, qui ei ſucceſſit mirificè illud perfecit, ditatumque ampliſſimis prædijs, & opibus, ibique Sanctimonialium D Cœnobium ſtatuit, & Caſſinenſi Monaſterio ſubiecit, in eoque Gorimbergam ſororem ſuam germanam Abbatiſſam ordinari fecit. Ipſe vero Princeps cum inuidioſis opibus hoc Monaſterium ditaſſet, ſe fundatorem eiuſdem vocat in conceſſione oblationum, tam viuorum, quam mortuorum, quæ recenſetur in Chron. huius Cœnobij apud me M.S.

In nomine (inquit oblatio) *Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, Dominus Arichis pijſſimus, atque excellentiſſimus Princeps gentis Longobardorum, diuina præmonitus manu, offero Eccleſiæ ſanctæ Sophiæ, quam à fundamentis ædificaui, pro redemptione æterna vitæ, ſeu, pro ſaluatione gentis noſtræ, & Patriæ, oblationes omnes, tam viuorum, quam etiam mortuorum, quæ in eodem Monaſte-*

naſterio, à quocunque hominum genere data, ſeu oblata fuerunt, ſeu omnes homines illos, qui tanquam res ſuas fideliter Monaſterio offerunt, hae omnia Monaſterio ſanctae Sophiae conceſſimus poſsidenda. Quod praeceptum oblationis ex iuſsione, & dictatu noſtrae poteſtatis ſcripſi ego Euildus Notarius.

Actum Beneuenti in feliciſsimo Palatio in anno decimo ſeptimo menſe Nouembri pro Indict. 13. feliciter.

Eſt documentum anno ſalutis 774. Arichis principatus 1 . cum regnare cœpiſſet anno 758. Februario menſe. In eadem Chron. plures Arichis donationes eidem Monaſterio liberaliſſimè factae leguntur ex ijs prae ceteris ampliſſimam eodem anno elargitam hic exhibemus in haec verba.

In nomine Domini Saluatoris Ieſu Chriſti.

A ACB Regina diues opum mihi pulchris inſtructa gemmis excreſcere cœpit, dum diuerſa gemmarum, metallorumque genera redundarent, & alia multa: quidquid fere Indus, quicquid à ſe ana Creta, & mollis mittit Arabs, mandantque nigrae pellis Aethiops, & veſtiunt Seres, huc mentis quae inuentio, huc illucque ad vſque mundi originem, finemque duxit, conſiderans quid fuere praeterita, quidue ſint praeſentia, quidue erunt futura, omnia ſub ſola phyſica coniectura vanitatem ratus ſum; quorum eſſ.nt.a, ortus, tentatio, labor, & mors. Nil ergo rerum copia proderit, niſi Deo poſſeſſori oblata. Quingentos priſcorum reminiſcimur annos olim tranſcendiſſe. Vix iam ſexagenarium aetatis contingit: etenim ſi quosiam ad centum ſeculinus perueniſſe aeſtuant, vt ſaltim nocte quietem habere queant. Si nobis alios incolumi dulcedine opibus eſſe potiros, nunc amariſſimam deflent poſsidere egeſtatem. Cuncta quidem praetereunt, deteriora quaeque, breuiaque ſequuntur. Iam Mundus ingemiſcens, egeſtatibus anguſtatus, moribundus diffugie: Saluatoris voce, caelum, terraque tranſire dicuntur; praeferri.n mortales fragiles, quorum vita quaſi flos egreditur, ac velut lampas appoſita vento rapitur. Nil igitur vtilius, nilque ſalubrius, niſi futurae vitae ſemper meminiſſe, quò omnia pergunt, & anticipantes noſtra Domino offerre, vt in caeleſtibus, & aeternam vitam, & quietem perpetuam indeficientes, veras diuitias habere, atque obtinere ſemper valeamus, ſicut idem caeleſtis Magiſter diſcipulos docens pollicetur. Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra, vbi erugo, & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt, & deuorantur: Theſaurizate autem vobis theſauros in caelo & reliqua. Nempe difficillimum eſt, aut grates referre, tantaque pro Deo portare quanta pro hominibus miſeratus pertulit; cum eſſet Dominus Maieſtatis, Rex Angelorum, caelitus humillima terrae petijt, ſeruilem dignatus induere formam, ſponte ſeſe ſceleratae intulit neci, & reſurgēs aeterni Patris repetiuit gloriam relinquēs exemplaria: Vt, inquam in veſtigijs callem, inoffenſo pede greſſum ponamus: Itaque quia pro me paſſus eſt, & quidem ex bonae voluntatis hilaritate quaecunque ſupra infra dicenda ſunt, obtuli, non mea, ſed quaecunque ſunt Dei appetens: multa quidem, & innumera mihi donauit perfrui quibus indignus meteor. At ego, qui fragilis creatura ſum, Arichis eximius Princeps, caducae vitae caſus percuttens, & perennis immortalitatis opes adipiſci cupiens. Credo

B equidem, nec vana ſpe diuinitus inſpiratus conſecraui aulam tuae ſanctae Sophiae nomine, qui es vera Domini Sapientia Chriſte; in qua etiam xenodochium puellarum extrnens, obtuli ex tuis donis, atque datis; In primis Eccleſiam ſancti Benedicti, loco qui vocatur Xenodochium, quod poſitum eſt iuxta ipſum Monaſterium, cum omnibus ſibi pertinentibus. Hoc etiā ſtatnimus, vt Praepoſitus iam dicti ſanctae Sophiae Monaſterij ibi ſedeat, ibique ſit porta ad hoſpites ſuſcipiendos; pro quo & addimus,

C vt decima omnium frugum ibi annualiter ex Monaſterio detur ad ſtipendium peregrinorum: & ſicut ab antiquis Rectoribus praedicta ſancti Benedicti Eccleſia poſſeſſa fuit, amodo, & deinceps ſanctae Sophiae Monaſterij poteſtati ſubiaceat. Sed & Eccleſiam ſancti Petri Principis Apoſtolorum, quae aedificata eſt in Galo largiti fuimus in territorium Monaſterio ſanctae Sophiae; à fine venatoris per ſerra vſque in Straſſilum inter duo tora; & per Carbonarium de Oſculo, vſque in finem de nouo Frontino, de alia vero parte primum per viam publicam vſque ad fluuium Calabiū. Deinde vſque in terminum, qui dicitur à Larre. Ea conceſsi equidem ſanctae Sophiae

D Monaſterio. Porro Caſae numero hae ſunt. Caſa quae regitur per Mauriſsionem cum vxore, & filijs, & omnibus ſibi pertinentibus: Caſa quae regitur per Francoaldum cum vxore, & filijs ſibi pertinentibus: Caſa quae regitur per Anſelmum cum vxore, & filijs, & omnibus ſibi pertinentibus. Caſa quae regitur per Ferrandum cum Germani & vxoribus, & filijs, & omnibus eorum: Caſa quae regitur per Scalconem cum vxore, & filijs ſuis, & omnibus ſibi pertinentibus: Caſa quae regitur per Vimulum cum vxore, & filijs, & omnibus ſibi pertinentibus. Hi omnes cum mobilibus, atque immobilibus, & paſcuis, & omnibus ſibi pertinentibus, qui fuerunt de Iudicaria Foroaldi mare pazis noſtro; necnon eccleſia

ſancti Abundi, quæ ſita eſt in Galo noſtro A
Paline : noſtra vero poteſtas circa ipſam
Eccleſiam côceſſit territorium in S. Sophiæ
Monaſterio modiorum ducenta : necnon
& Eccleſia ſancti Mercurij , quæ poſita eſt
in Iano noſtro ; & de ipſo Iano circa ipſam
Eccleſiam largiti ſumus terram modiorum
quingenta : ſed & Eccleſiam ſanctæ Repa-
ratæ , quæ in ipſo Iano poſita eſt , poteſta-
tem conceſſit in Monaſterio ſanctæ Sophiæ
territoria modiorum centum ; nec non &
Eccleſiam ſancti Magni , quæ ædificata eſt
in Iano noſtro Noceto , & circa ipſam Ec-
cleſiam largiti ſumus in Monaſterio ſanctæ
Sophiæ terram modiorum centum ; quan-
tum Presbyter ipſius Eccleſiæ, abſque Pa-
latij conceſſione tenebat . Sed & Eccleſiam B
ſancti Ioannis , quæ fundata eſt in Ialo no-
ſtro caſa Pollucí ; & ab ipſa Eccleſia largiti
ſumus in Monaſterium ſanctæ Sophiæ terri-
torium , hoc eſt ab ipſa Eccleſia in fluuio
Fectore , vbi Vaccina flumen ſe coniungit ,
& de alio latere quantum clauſum habere
videtur , & vineas quæ ibidem poſitæ ſunt :
necnon & Eccleſiam ſancti Angeli, quam
ædificare præcepimus in loco , qui dicitur
Altiſſimus, & ex ipſo galo circa ipſam Ec-
cleſiam largiti ſumus in Monaſterio ſanctæ
Sophiæ territorium longitudine milliaria
duo , latitudine autem vnum , & conceſſi-
mus innominato Monaſterio ſanctæ Sophiæ
condomas 4. ex ipſo Garaldo. Necnon Ec- C
cleſiam ſancti Martini, quæ poſita eſt in
Motolo , in noſtro territorio , vbi Maurus
Presbyter ſedere videtur, cum omnibus ſibi
pertinentibus, ſicut ipſe presbyter per ſuam
chartam omnem conqueſtum ſuum ſanctæ
Sophiæ Monaſterio tradidit : ſimiliter &
ſubſtantiam quæ ſub noſtro palatio ſupra-
dicti ſancti Martini Eccleſiæ tradidit , No-
ſtram vero poteſtatem omnino hic in ſan-
ctæ Sophiæ Monaſterio firmabimus poſſi-
dendam ; & conceſſimus nominato ſanctæ
Sophiæ Monaſterio ex ipſo Galo Motula
territorium milliaria duodecim Necnon
& Eccleſiam ſancti Archangeli , quæ ſita
eſt in Galo noſtri palatij , & conſtituimus , D
atque conceſſimus ſanctæ Sophiæ in ipſo
loco Cortes , & condomas ſex cum vxore,
& filijs ſuis . Necnon , & ex ipſo Galo ter-
ritorium milliaria nouem. Sed & Eccleſiã
ſancti Stephani Protomart. quæ poſita eſt
in ſtrada, quam Rimus Abbas à fundamẽ-
tis ædificauit, & per ſuam chartulam ipſam
Eccleſiam cum omnibus ſibi pertinentibus,
Monaſterio ſanctæ Sophiæ tradidit. No-
ſtra vero poteſtas omnia in Monaſterio ſan-
ctæ Sophiæ firmauit ; & conceſſit ſupradi-
cto ſanctæ Sophiæ Monaſterio de Galo no-
ſtro territorium, ſcilicet quod eſt ſupra ſan-
ctum Stephanum , vſque in aliam viam pu-
blicam , & per longam vſque in ſtrada Ma-
lorena , qui vadit in torrentum. Et conceſ-
ſimus in Monaſterio nominato condomam
noſtram in Canni, ideſt cum vxore, & om-
nibus ſibi pertinentibus : necnon & Eccle-
ſiam ſancti Angeli , & Mariæ, quæ poſita eſt
in Galo noſtro Manere , largiti ſumus &
in Monaſterio ſanctæ Sophiæ vineas, & ter-
ritoria, quæ presbyter ipſius Eccleſiæ ſine
palatij donatione tenebat , Et inſuper con-
ceſſimus in eodem Galo paſcuam ad pe-
cualia Monaſterij ſanctæ Sophiæ, Sed & Ec-
cleſiam ſanctæ Mariæ, quæ ſita eſt in Alita,
loco qui dicitur Mallona cum omnibus ſibi
pertinentibus , ſanctæ Sophiæ monaſterio
conceſſimus poſſidendam. Sed & Eccleſiam
ſanctæ Modeſtæ, quam Leonianus ædifica-
uit , & per ſuæ offertionis chartulam omnes
poteſtates ſuas eidem Eccleſiæ obtulit , &
noſtræ poteſtati prædictam chartulam tra-
didit, vt in noſtro ſemper eſſet iudicandi
arbitrio . Quam & Eccleſiam noſtra pote-
ſtas ſanctæ Sophiæ Monaſterio firmauit poſ-
ſidendam , Sed & Eccleſiam ſancti Stepha-
ni , quæ ſita eſt ante ciuitatem Beneuenta-
nam prope ſanctum Paulum, quam Traſoal-
dus Clericus poſſidere viſus fuit , & ſicut
ſortem ſuam ipſe Traſoaldus in prædicta
Eccleſia obtulit nobis , & quod ad noſtram
pertinuit poteſtatem, ipſam Eccleſiam cum
omnibus ſibi pertinentibus Monaſterio ſan-
ctæ Sophiæ conceſſimus perfruendam. Nec
non & Eccleſiam ſanctæ Sophiæ, quam Ga-
robin Abbas à fundamentis ædificauit, vbi
& omnes facultates ſuas obtulit , & nobis
offertionis chartulam tradidit , vt in noſtro
eſſet arbitrio iudicandi ; noſtra vero pote-
ſtas Monaſterio ſanctæ Sophiæ confirmauit
poſſidendam : necnon & Eccleſiam ſancti
Gregorij, quam Felicitas ancilla Domini
à fundamentis ædificauit, & per ſuam char-
tulam omnes facultates ſuas eidem Ec-
cleſiæ obtulit, & eo quod ad manus noſtræ
poteſtatis pertinuit, eandem Eccleſiam ſan-
ctæ Sophiæ cum omnibus ſibi pertinenti-
bus confirmauit poſſidendam , Conceſſi-
mus etiam Monaſterio ſanctæ Sophiæ ſub-
ſtantiam , quæ fuit Graderij filij, quam le-
gibus per culpam ſuam perdidit, eo quod
contra ſtatum animum ſ. noſtrum conſilia-
tus eſt , & furatus eſt nobis decem millia
ſolidos de quibus vnus nec côparuit : & pro
his duabus perfidis offenſis , equidem ſub-
ſtantia ad noſtræ poteſtatis manum perue-
nit . Itaque dum legibus ad nos peruenit ,
prædicto Monaſterio ſanctæ Sophiæ inte-
grum conceſſit poſſidendum , ſeruos , &
ancillas , vniuerſas cortes , caſas, campos ,
prata , territoria , ſyluas , agros, mobilia ,
& immobilia , quæque haberet nominatus
Graderius prædictus : ſed & ſubſtantiam
germani equidem , qui cum ipſo famili ari-
tates contra noſtrum animum eſt conſilia-
tus ; & pro alia culpa, quod vxorem ſuam
nomine Simpliciam , quã in medio noſtri
palatij , ſine culpa occidiſſe viſus eſt ; vnde
pro ipſa culpa debuit componere ſecũdum
legem

legem ſolidos mille ducentos, & propter tam iniquum conſilium, omnis ſubſtantia legibus ad noſtram deuenit poteſtatem; noſtra vero poteſtas omnino integra, eam ſubſtantiam, quantum ipſe poſſidere viſus fuit, in Monaſterio ſanctæ Sophiæ conceſſimus perfruendam: ſed & ſubſtantiam aliquam Domini ancillæ, quæ derelicto religionis habitu, Tauro filio Raniſoni illicito ſe tradidit matrimonio; vnde ſecundum edictum, & eius tenorem, omnis ſubſtantia ad noſtram denuo deuenit poteſtatem; noſtra vero poteſtas omnem huius Alipergæ ſubſtantiam integram, vna cum ipſa Aliperga Monaſterio ſanctæ Sophiæ tradidit poſſidendam: ſed & Condomæ Impronellæ, hi ſunt filij Aroaldi ſerui noſtri, quos Stephanus ſtratos per præceptum falſum liberauit, & res eorum abſtulit; ſed legibus ſerui, & res earum ad noſtram poteſtatem deuenerunt. Similiter & in Robbiano condoma vna nomine Vrſi, cum vxore, & filijs ſuis, quam nominatus Stephanus falſo tenebat, ad noſtram poteſtatem peruenit; noſtra vero poteſtas has condomas cum omnibus ſibi pertinentibus Monaſterio ſanctæ Sophiæ donauit poſſidendas. Sed & ſubſtantiam Euphemiæ filiæ Arichis, quæ ſe religionis habitu in Monaſterio ſanctæ Sophiæ tradidit, cum omnibus ſuis facultatibus, tam maternam, quam paternam omnem ſuam pecuniam, quæ tam illi ex parte ſua quàm ſororibus contigit, omnem ſuam portionem, mobilia, & immobilia omnia, & in omnibus integram, prædicto ſanctæ Sophiæ Monaſterio tradidit; vnde & per hoc conceſsimus præceptum, ex vniuerſis prædictæ Euphemiæ pecunijs ſanctæ Sophiæ monaſterio integrum conſtituimus, & firmauimus: necnon & terram in Apulia ad ſanctum Felicem ad Sruxianum ſuper viam, quam Abbas Monaſterij ſancti Ioannis de porta aurea tenebat, contra rationem, quia ad ſeruos noſtros pertinuit, & dum comprobatum fuiſſet, ipſam aram integram recipere iuſſimus; & quia ad noſtram pertinuit poteſtatem, prædicto ſanctæ Sophiæ monaſterio integram conceſſimus poteſtatem poſsidendam. Sed & offertionem, quam in ſupradictæ ſanctæ Sophiæ monaſterio Roderiſius filius Rodichis habitatoris ciuitatis noſtræ conſentiente noſtra poteſtate obtulit, ſeruandum teſtimonium offertionis, firmauimus perfruendam. Nec non & caſam in Papiano ſuper Trane, quæ fuit de ſeruis palatij noſtri, quam Ioannes Notarius per præceptum falſum poſſidebat, vnde legibus ad noſtram deuenit poteſtatem. Noſtra quoq; poteſtate largiti ſumus in eodem loco caſas ſex, quæ reguntur per Gaideriſium cum vxore, & filijs, & omnibus ſibi pertinentibus: Caſam quæ regitur per Creobaldû cũ vxore, & filijs, & omnibus ſibi pertinentibus. Caſam quæ regitur per Anſeranum cum vxore, & filijs, & omnibus ſibi pertinentibus: Caſam quæ regitur per Pertulum cum vxore, & filijs, & omnibus ſibi pertinentibus: Caſam quæ regitur per Tantecaudum cum vxore, & filijs, & omnibus ſibi pertinentibus. Caſam quæ regitur per Firmium, ſinguli cum vxore, & filijs, & omnibus ſibij pertinentibus, quæ frater de Iudiciaria canolina de ſubauctione Roderiſij Gaſtaldio noſtro. Sed & ſubſtantiam Theuſprandi, & Ioannis, & Frolotphi noſtram propter furtum ſolidorum ſex milliû, quos nobis furati ſunt; vnde nô plus quàm quatuor millia recollegimus ſolidos, & res eorum omnes legibus ad noſtram peruenerunt poteſtatem: noſtra vero poteſtas ipſum locum intra S. Sophiæ monaſterium conceſſit poſſidendum: nec non & in Gaſtraldato Biſernenſi conceſſimus Cortiſanos, hi ſunt cum vxoribus ſuis, & omnibus ſibi pertinentibus: ſed & vnam ſororem Indari.

Hos autem cum integra portione eorum S. Sophiæ monaſterio conceſſimus poſſidendum.

Item, & in eodẽ Gaſtaldato conceſſimus baccarios: hi ſunt Grauſo cû vxore, & filijs, ſed & nepotes, omniaq; eorû pertinẽtia: nec nô & ſyndonem cum vxore, & filijs ſuis; ſed & Baccas, qui fuit ſeruus Rimichi, & de germano qui carpentarij noſtri. Sed & cortem ad ſanctum Stephanum inter flumina, qui fuit Andoali Canoſini, qui nobili Perachino omnes res ſuas tradidit: locum igitur iſtum S. Sophiæ conceſſimus poſſidendum: ſed & Eccleſiam ſancti Adiutorij in ſancta Agatha in finibus limatam S. Sophię monaſterio integram obtulit; noſtra vero poteſtate ſecundum teſtimonium offertionis ſanctæ Sophiæ ſemper firmauimus perfruendam: nec non & ſubſtantiam Ctuarniperti, quá & ipſi ſanctæ Sophiæ monaſterio integram per omnia obtulit; ideoque noſtra facultas omnem ſubſtantiam ſecundum textum offertionis monaſterio ſanctæ Sophiæ confirmauit poſſidendam: ſed & ſubſtantiam maioris filij Drabunij, qui & ipſe ſimiliter ſanctæ Sophiæ monaſterio omnes res ſuas obtulit; noſtra vero poteſtas ſublimata, ſubſtantiam ſecundum textum offertionis in eodem Monaſterio firmauit poſſidenda: ſed & ſubſtantiam Peregrinæ filiæ Theuſperti, quam ſecum cum omnibus rebus ſibi pertinentibus, mobilibus, & immobilibus ſanctæ Sophiæ Monaſterio diuina contemplata manu obtulit fideliter; noſtra vero poteſtas omnia quę ad eandem Peregrinę ſubſtantiam pertinent S. Sophię Monaſterio firmauit poſſidenda: necnon in Salerno ad ſanctum Saluatorem erga ipſum lacum, largiti ſumus territorium, hoc eſt modia quinquaginta: ſed & in Gualdo in fine confina, loco qui vocatur Ad monumenta, cum integris finibus ſuis S. Sophiæ

A

monaſterio conceſſi perfruenda: necnon & conceſſi ſanctæ Sophiæ condomas nomine Allerifij cum vxore, & germanis ſuis,& filijs, & filiabus, vel omnia eorum quæ habuit in catula teneri Craſtaldo: necnon &ſeruos, ſeu ancillas, necnon & vineas,& territoria, quantum Manchaldus Presbyter in Eccleſia ſancti Petri ad aquam ſanctam lauare viſus eſt ad noſtram poteſtatem pertinétia: vnde & omnia,in & omnibus ſanctæ SophiæMonaſterio conceſſimus poſſidenda: ſed & Eccleſiam ſancti Stephani in galo noſtro equidem monaſterio ſanctæSophiæ cōceſſimus poſſidendam: necnon & curtem, quam Rimetnſus Abbas ſine præcepto conceſſionis palatij tenuit, & ad noſtram legi-

B

bus pertinet poteſtatem: noſtra vero poteſtas omnia in integrum ſanctæ Sophiæ monaſterio conceſſit poſſidenda: ſed & Eccleſiam ſancti Marcelli, loco qui dicitur in Indilombato, qui ad noſtram pertinuit poteſtatem: noſtra quoque poteſtas in integrum prædicto monaſterio ſanctæ Sophiæ conceſſit poſſidenda. Sed & ſubſtantiam Thaiariſi Notarij, qui pro multis chartulis falſis eſt condemnatus, & inſuper extra prouinciam ideſt in Neapolim fugatus eſt; vnde legibus omnis ſubſtantia ad noſtram pertinuit poteſtatem, quam integram Monaſterio ſanctæ Sophiæ conceſſimus poſſidendam.

C

Conceſſimus & prædicto monaſterio ſanctæ Sophiæ coruam, quæ videtur eſſe in campo Senercunis, quam Arotarij filia comparauit, ſecundum textum chartulæ, integram ſanctæ Sophiæ monaſterio cónceſſimus poſſidendam: & inſuper in eodem monaſterio largiti ſumus in prædicto loco de Galo noſtro in longitudinem milliaria tria, in latitudinem vnum, quæ fuit de ſubactione Faroaldi mate. Sed & coruam ad Pontem Bianum, quā comparauimus à Ioanne filio Vrſi, iuxta textum chartulæ omnia, in integrum monaſterio ſanctæ Sophię conceſſimus pōſſidenda; necnon omnia quæ comparauimus ab Ilprando filioAleriſi,ſeruos, & ancillas, caſas, & vineas,territoria, campos, & ſyluas, prata, mobilia, & immobi-

D

lia in partibus Lucaniæ, ſecundum textum chartulæ integrum monaſterio S. Sophiæ conceſſimus poſſidēdum: ſed & quod comparauimus inPonticello caſas cum curtibus ſuis de Egypto fluuius quidam qui eſt inter duas vias,vna quæ tendit ad S.Valentinum, altera ad ſanctum Marcum per hos fines de capite finis vſque ad res ſanctæ Sophiæ de fine in ipſo riuo, integrum monaſterio ſanctæ Sophiæ conceſſimus poſſidendum:necnon & Gualdum in monte Virgineo, qui pertinuit ad Lucerinum cum integro fine ſuo, omnia monaſterio ſanctæ Sophię donauimus poſſidenda: ſed & ſubſtantiam Calendini Cortiſani noſtri, qui habitare viſus fuit in Vriniano, omnia integra inſuper, & in nominato loco qualiter ad noſtræ poteſtatis manum deuenit, monaſterio ſanctæ Sophiæ conceſſimus perfruenda: necnon & caſas intra Beneuentanam ciuitatem; ſed & Caſales eius, quos Grauſo Notarius per ſuæ offertionis chartulam,integrum, & cum duobus ſeruis Pitulo, & Mauro cum vxoribus, & filijs ſuis ſanctæ Sophiæ monaſterio obtulit; noſtra vero poteſtas ſecundum textum offertionis chartulæ, integrum prædicto monaſterio firmauit poſſidendum: necnon & in Hiatino caſas de Caballarijs, cum caballis, & ſtadarijs: hæ ſunt. Caſa quæ regitur per Vrſum cum vxore, & filijs ſuis, & omnibus ſibi pertinentibus; caſa quæ regitur per Lupum, & Fuſcillum germanos cum vxoribus,& filijs, & omnibus ſibi pertinentibus: caſa quæ regitur per Vitoaldum cum vxore, & filijs, & omnibus ſibi pertinentibus; caſa, quæ regitur per Ioannem cum vxore, & filijs, & omnibus ſibi pertinentibus: caſa quæ regitur per Inſtalum, & Gaudiſſum germanos, cum vxore, & filijs, & omnibus ſibi pertinentibus: ſecundum qualiter hæc omnia paſcua, clauſaria, ſyluas, vineas, prata, campos, mobilia, & immobilia, quantum ipſi ſerui poſſidere viſi ſunt, & ad noſtram poteſtatem pertinuerunt, omnia integra monaſterio ſanctæSophię conceſsimus poſſidenda: necnon & caſas duas, quæ reguntur cum vxore, & filijs ſuis. Et oliuetum, ſeu vineas,in loco qui dicitur Seſſa,quæ fuerunt Godefridi Notarij, quæ propter multas chartulas falſas legibus perdidit, & ad noſtram deuenere poteſtatem: noſtra vero poteſtas, omnia, & in omnibus, quantum in ipſo loco habere viſus eſt nominatusGodefridus, monaſterio ſanctæ Sophię donauit poſſidenda. Necnon caſam, quam Rodemūdus illicité tenuit cum nepotibus ſuis, loco qui dicitur Peretola, & legibus ad noſtram pertinuit poteſtatem, quam caſam integram ſanctæ Sophiæ monaſterio conceſſimus poſſidendam. Sed & Eccleſiam ſancti Laurentij, quam Tiroaldus Monachus ædificauit, loco qui dicitur Tenetentum, vbi & ſe, & vxorem ſuam nomine Geſſoara, & filium ſuum nomine Stephanum Monaſticę tradidit conuerſationi; poſtea vero, & Eccleſiam, & omnes facultates ſuas ad ſeipſum, & vxorem ſuam, & filium ſuum monaſterio ſanctæ Sophiæ obtulit; noſtra vero poteſtas, omnia, & in omnibus, mobilia, & immobilia, ſecundum textum offertionis prædictæ ſanctæ Sophiæ monaſterio firmauit poſſidenda. Conceſſi ſanctæ Sophiæ monaſterio poſſidendum Coruem in Lucania loco qui dicitur Quatra ad condomas duodecim, quæ hæc ſunt. caſa quæ regitur per Fuſcum cum vxore, & filijs, & omnibus ſibi pertinentibus: caſa quæ regitur per Pelagionem cum vxore, & filijs, & omnibus ſibi pertinentibus: caſa, quæ regitur per Maurinum

rinum cum vxore, & filijs, & omnibus ſibi pertinentibus: caſa quæ regitur per Gucaulum cum vxore, & filijs, & omnibus ſibi pertinentibus: caſa quæ regitur per Fermotum cum vxore, & filijs, & omnibus ſibi pertinentibus: caſa quę regitur per Bonitum cum vxore, & filijs, & omnibus ſibi pertinentibus: caſa quę regitur per Marcũ cum vxore, & filijs, & omnibus ſibi pertinentibus: caſa quæ regitur per Populum cum vxore, & filijs, & omnibus ſibi pertinentibus: caſa quę regitur per Brutium, cum vxore, & filijs, & omnibus ſibi pertinentibus in eodem loco cum integris finibus, monaſterio ſanctę Sophię conceſſimus poſſidenda, quę fuerunt de ſubactione Craimedarij Referendarij noſtri; ſed & eorum in fine cum Coſina loco qui dicitur ad monumentum, & condomam; duodecim caſas, quę reguntur per Vrſum, & Lupualdum germanos cum vxore, & filijs, & omnibus ſibi pertinentibus: Caſam quæ regitur per Ancellum cum vxore, & filijs, & omnibus ſibi pertinentibus: caſam quę regitur per Malonem cum vxore, & filijs, & omnibus ſibi pertinentibus; caſam quę regitur per Gaudioſum cum vxore, & filijs, & omnibus ſibi pertinentibus: caſam quę regitur per Fuſcum cum vxore, & filijs, & omnibus ſibi pertinentibus: caſam quę regitur per Theoſpertum, & per Goaldum, cum vxore, & filijs, & omnibus ſibi pertinentibus: caſam quæ regitur per Catullum, cum vxore, & filijs, & omnibus ſibi pertinentibus. Caſam quæ regitur per Gutulum cum vxore, & filijs, & omnibus ſibi pertinentibus: caſam quæ regitur per Albinium cum vxore, & filijs, & omnibus ſibi pertinentibus, quæ fuerunt de ſubactione Vrſi Gaſtraldi noſtri: necnon Coruam in Luceria, loco qui dicitur Aquilone in territorio Cerboli ſerui noſtri, & condomas tres ibidem permanentes; hoc eſt, Caſam quæ regitur per Teroaldum cum vxore, & filijs, & omnibus ſibi pertinentibus: caſam quæ regitur per Ferrandum cum vxore, & filijs, & omnibus ſibi pertinentibus: caſam quæ regitur per Pepinum, cum vxore, & filijs, & omnibus ſibi pertinentibus, de ſubactione Gaſtari Traſaldi noſtri. Sed in Siponto condomas tres, loco, qui dicitur Sapeſſo: caſam quæ regitur per Andifuſum, cum vxore, & filijs, & omnibus eorum pertinentijs: caſam quæ regitur per Andualdum cum vxore, & filijs, & omnibus ſibi pertinentibus: caſam, quæ regitur per Malonem, cum vxore, & filijs, & omnibus ſibi pertinentibus, quæ fuerunt de ſubactione Emeriſſi Gaſtaldi noſtri: necnon & in Salerno piſcatorias, caſas duas, ideſt, caſam quæ regitur per Malerinum cum vxore, & filijs, & omnibus ſibi pertinentibus: caſam quæ regitur per Radichiſum cum vxore, & filijs, & omnibus ſibi pertinentibus. Et la-

A cum ad piſcandum integrum, loco qui dicitur ad ſanctum Saluatorem, ſed & ipſas caſas duas ad ſalem laborandum, ideſt, caſam quæ regitur per Sircam cum vxore, & liberis, & omnibus ſibi pertinentibus: necnon & in Viuiamo condomam vnam, nomine Lumchis cum vxore, & filijs & omnibus ſibi pertinentibus, quos Stephanus Sarto per præceptum falſum liberauit, & res abſtulit, ſed & legibus, & ipſi, & res eorum ad noſtram deuenerunt poteſtatem: noſtra vero poteſtas nominatas condomas monaſterio ſanctæ Sophiæ cōceſſit perfruēdas; necnon & ex Galo noſtro largiti ſumus prædicto S. Sophiæ monaſterio aliqua B facienda annualiter in eo loco, in quo commoditas fuerit ad nominata ligna adtrahenda: ſed & porticum ex lignis per ſingulas portas ciuitatis noſtræ Beneuentanæ, ideſt de porta turrea de lignis carra quinquaginta; de porta Rufini carra triginta; hæc omnia monaſterio ſanctæ Sophiæ conceſſimus poſſidenda. Necnon & Sili, quem cum ex mercatu ſancti Valentini integrum ſecenti, & ad noſtram poteſtatem peruenire viſum fuit, ita ſanctæ Sophiæ monaſterio conceſſimus exigendum: ſed & annualiter de ſacro noſtro palatio ad cardum eidem monaſterio conceſſi porcos capita centum. Conceſſimus, etiam dicto ſanctæ Sophiæ monaſterio, vt habeat ex ſacro noſtro palatio annualiter aureos ſolidos ducentos C pro veſtitu cōparando, & illa quæ opus fuerint; necnon etiam & hos ſtatuere viſi ſumus, vt noſtra conceſſio ſit firma nominato monaſterio; & inſuper conceſſimus prædicto monaſterio ipſum terminum intus portam ſummam cum aqua, & ſiſtula pro ipſo balneo in eodem monaſterio, ideſt de porta Liſcardi de lignis carra viginti, & ibidem caſam cum parietibus ſuis. Hæc omnia ſicut ſupra legitur conceſſimus poſſidenda prædicto monaſterio ſanctæ Sophiæ poſſidere ſemper. Necnon etiam & hoc conceſſimus præfato monaſterio omnia territoria & fundamentis pertinentia noſtro ſacro palatio, quæ cum tertis pertinentibus fuerint coniuncta, tam in finibus Be- D neuenti, quam in Apulia, & vbicunque res ex fundamentis ſacri noſtri palatij pertinētibus, & in finibus Capuæ, & Aliſanæ finibus, & in alijs Ciuitatibus, & Caſtellis, & omnia quæ fuerint coniuncta cum rebus eiuſdem Monaſterij, dono eidem monaſterio ſanctæ Sophiæ illa conceſſimus poſſidenda: ſed & Eccleſiam ſanctæ Mariæ, quæ ſita eſt intra duas vias foris ante portam ſummam cum propria terra ſua, quæ dicitur Dominica per hos fines de capite vſque ad ipſam Eccleſiam habet paſſus ſedecim. de vno latere via, & de alio latere quoque via integrum monaſterio ſanctæ Sophiæ conceſſimus poſſidendum; necnon, & Eccleſiam ſancti Martini, quæ in Matulo ſita eſt

cum omnibus ſuis reditibus, Monaſterio ſanctæ Sophiæ conceſſimus; ſed & ipſam Curtem noſtram, prata, in loco qui Pazzano dicitur, cum ipſa Eccleſia ſancti Petri, & ipſo Monte cum ipſo plano, & ipſa ferrara: hæc omnia ſanctæ Sophiæ monaſterio poſſidenda conceſſimus. Necnon & ipſam Eccleſiam ſanctæ Mariæ in finibus Ianienſibus, loco qui dicitur Gunianus cum omnibus ſuis pertinentijs, monaſterio ſanctæ Sophiæ dedimus poſſidendam. Sed & Eccleſiam Beati Archangeli Michaelis, quæ fundata eſt in galo noſtro, terram modiorum centum erga ipſam Eccleſiam, vbi Dacoaldus Vener. Abbas ſeruire videtur; quæ fuit ſub actione Ferdolphi Gaſtaldi noſtri, ſecundo de Eccleſia ſancti Mercuri in Galo noſtro, hæc omnia S. Sophiæ monaſterio conceſſimus poſſidenda, quod præceptum oblationis ex iuſſione ac dictatu noſtræ poteſtatis ſcripſi ego Eucaldus Notarius.

Actum Beneuenti in feliciſſimo Palatio, anno decimo ſeptimo menſe Nouemb. Indictione 13. feliciter.

Iam antea circa annum 760. Arichis corpora duodecim Fratrum in hoc S. Sophiæ templo recondidit, qui Ieſu Chriſti Martyres ſub Valeriano Iudice, Maximiano Imp. anno ſalutis 238. paſſi ſunt in Apulia, Arōtius, Honoratus, Fortunatus, & Sabinianus Potentiæ 6. Kalen. Septembris, Septimius, Ianuarius, & Feliciſſimus Venuſij 5. Kalen. Septemb. Vitalis, Satorius, & Repoſitus Veliniani 4. Kal. Donatus Presb. & Felix Subdiaconus Sentiani 3. Kal. eiuſdem menſis, ibique omnes ſepulti, vbi paſſi ſunt quorum pater Boniſacius, mater Thecla vocabantur ex Adrumentina vrbe prope Carthaginem. Ipſorumque tranſlatio Beneuentum fuit 15. Martij, vt in eorum geſtis legitur;

Bis ſenos Vrna Fratres, quos vna creauit
Thecla. Deo fortes, innocuoſque Duces
Par pietas fuerat, par mors, par vitaque
Arechis
Princeps tranſlatos ornat honore pari.

Hoc templum idem Princeps, cum ſæpiſſimè orationis cauſa frequentare ſolitus eſſet, ſibi oranti, vt Leo Oſtienſis cap. 9. lib. 1. ſcribit, duodecim fratres Martyres eidem ſub iuuenili ſpecie apparuere, eumque beneuolè ſalutarunt, qua viſione ille commotus aſpero vultu (eos ignorans) increpauit; Cur noſtro tempore locum virginibus dicatum ingredi auſi eſtis? Cui reſponſum. *Nos, inquiunt, ſumus ô Princeps, quos tua deuotio per diuerſa loca repertos, ſummo huc ſtudio detulit; quod nobis quidem quam bonum, & quam iucundum, tibi autem quam ſit diuinæ pietate profiximum: vltima dies oſtendet his dictis ſubito Principis viſio, quæ videbatur diſparuit. In eodem templo corpus Pretioſi Martyris, necnon & aliorum tam Martyrum, quam Confeſſorum numero triginta, & vnum* (vt idem ſupra relato loco narrat Oſtienſis) *Sancta corpora ex diuerſis Italiæ partibus per tempora diuerſa adeptus, ibidem nihilominus attulit, & per diuerſa Altaria per circuitum maioris Altaris ſatis reuerenter locauit.* Hic etiam beatiſſimi Martyris Mercurij corpus à Quintodecimi ciuitate Beneuentum tranſlatum eſt ann. 768. die 26. Auguſti, vt Vipera ait, qui inter Protectores Beneuenti adſcriptus fuit. De quo Martyrologium Romanum 5. Nouemb, & Baronius in notis, ab eodem & in Annal. Eccleſiaſticis ad ann. 369 Acta eius Metaphraſtes fuſius deſcripſit, Petrus in Catalogo, Surius, & alij. De quo etiam Græci hoc die, in Menologio, quod nuper à me publici vſus factum eſt, Mercurij Acta paucis hijs verbis deſcribit.

Mercurius Martyr, Decio, & Valeriano Imperatoribus in Aſiatico militans exercitu, cum fortiter aliquando ab Angelo adiutus rem geſſiſſet, Dux Belli declaratur à Cæſaribus, ſed cognitus eſſe Chriſtianarum partium, comprehenditur, & iuſſu Imperatoris ad quatuor palos humi alligatus, & gladio conciſus e igem ſuppoſitum ſanguinis flumine extinxit. Poſt hæc alligato ad collum ingenti ſaxo ſublime per caput rapitur, direptaque per artus cute, rurſus depoſitus, vinctuſque Caſariam Cappadociæ ducitur, vbi abſciſſo capite, ſepultus quieuit, ſignorum frequentia etiam nunc illuſtris.

Scriptum fuit Menologium hoc iuſſu Baſilij Iunioris Imperatoris ann. 984 Quomodo autem corpus eiuſdem è Quintodecimi ciuitate, ibi à Conſtante Imp. relicto, tempore quo ad Beneuentanæ vrbis obſidionem properabat ad templum S. Sophiæ tranſlatum fuerit ab Aricho Principe anno 768. non ſatis clarum apparet, ſi vera ſunt, quę in Gręcorum Menologio ſcribuntur de eiuſdem corporis exiſtentia in Cappadocia anno 984. fortaſſis clarius explicatur in geſtis tranſlationis, & vita eiuſdem Martyris ſanctiſſimi, quæ à Vipera dicuntur ſeruari in tabulario S. Sophiæ. Vtinam ea publici iuris feciſſet ad dubitationem tollendam eorum, qui duos fuiſſe Mercurios ſunt arbitrati, vnum cuius lipſana Capadociæ venerabatur ſub Baſilio Imperatore an. 984. Alterum cuius reliquiæ, ſeu corpus Arichis in S. Sophiæ templum tranſlatum, vt Oſtienſis ſcribit. Cæterum Ioannis Epiſcopi mentio fuit in citata Chron. S. Sophiæ, & Capitulo Arichis Principis de Eccleſia ſanctæ Mariæ, & ſancti Martiani de loco qui dicitur Platea, ſcriptum eſt Indictione ſeptima anno ſcilicet eodem 769. in hęc verba.

†

In

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti.

Arechis Dominus vir glorioſiſsimus, atque ſummus Dux gentis Longobardorum, per rogum Arnoaldi Abbatis noſtri, abſolurionem Eccleſiæ ſanctiſſimæ Dei Genitricis Mariæ, & ſancti Martiani, quam quondam Gardino Abbas à nouo fundamine viſus fuit in loco, qui dicitur Platea, ſecundum qualiter per ſuum membranum firmitatis, & abſolurionis, quod Ioannes Venerabilis Epiſcopus ſanctę Sedis Eccleſiæ noſtræ Beneuentanæ prędicto Gardino ſuo annulo ſigillatum emiſit. Noſtra quidem glorioſa poteſtas, iuxta membrauum ipſius Ioannis Epiſcopi in prędicta ſancta Eccleſia hoc noſtrum abſolutionis pręceptum firmauit in ea ratione, vt tantummodo ad ſacrum noſtrum Palatium audientiam habere debeat, ſicut & cætera noſtra Monaſteria in noſtra ſint ſemper poteſtate ordinandi in ipſa noſtra Eccleſia, qualiter noſtræ eximietati placuerit, & à nullo Epiſcopo huius ſanctæ Sedis Eccleſiæ noſtræ Beneuentanę, vel à quibuſcunque Sacerdoribus vnquam requiratur in ſua iuriſdictione; nec vllus ex noſtris Gaſtaldis, aut a[illegible]ionarijs, vel quiſquam homo contra ea, quæ noſtra firmauit poteſtas agat, ſed perenniter in ſuę arbitrio libertatis, qualiter noſtrę clementiæ placuerit, vel noſtris ſucceſſoribus, ipſe Sacerdos qui ibidem ordinatus fuerit, libero nomine viuere valeat. Quod vero pręceptum firmitatis, & abſolutionis ex inſſione nominatę poteſtatis. Scripſi ego Emeriſſus Notarius.

Actum Beneuenti in Palatio, menſe Aprili Indictione ſeptima.

Porrò annus mortis Ioannis prorſus ignoratur.

40 DAVID, corruptè aliquando appellatur Daus, & Dans, poſt Ioannem Beneuentanam Eccleſiam gubernãdam ſuſcepit, ſed quo anno pręcisè ignoratur; tamen ſi ex errore in Epiſcoporum Sipontinorum noſtra ſerie appoſitus ſit annus 763. veluti ſui Pontificatus 14. quo Aullodiæ, vel Auſladę monaſterij ſanctę Mariæ de loco Sano in Monte Marſicano (ideſt in Epiſcopatu Marſicano) conceſſit Eccleſiam S.Felicitatis perpetuo poſſidendam, qualis autem annus fuerit ſalutis ignoratur, nec coniecturari quidem poteſt, cum in documento donationis Indictio, & annus Chriſti non apponatur, apud Chron. S.Vincentij de Vvulturno, ex quo integrum donationis documentum exſcripſimus, & hic damus tenoris ſequentis.

A *EGO DAVID EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei,*

Epiſcopus ſanctæ Beneuentanæ, & Sipontinæ Eccleſiæ, anno Epiſcopatus noſtri quartodecimo.

Epiſcopali auctoritate, vel anteceſſorum meorum conſuetudine Fratrum ob ſalutem, & ſtatum ſanctæ noſtræ Eccleſiæ, & pro mercede animæ noſtræ, concedimus atque largimur in monaſterio S. Mariæ ſito in loco Sano, vbi Auſlada Religioſa Abbatiſſa regimine tenere videtur, Eccleſiam

B S.Felicitatis lõga iam vetuſtate corruptam, loco in Monte-Mariano cum paruula terra, quæ circa ipſam Eccleſiam eſt, eo tenore in præfato Monaſterio cauſa ſubdidi, atque tradidi, vt in poteſtate ſit perpetuis temporibus Præpoſitorum, ipſiuſque Monaſterij, ſic tamen vt ipſa Eccleſia reſtauretur, & cellam ibi ſicut voluerunt conſtituant: & in ſua eadem ſicut propter cæteras cellas habeant, & à nullis noſtris ſucceſſoribus, vel quibuſlibet Sacerdotum ordinibus, aut actoribus ſanctæ noſtræ Eccleſiæ in eadem Eccleſia inferant oppreſſionem, vel [illegible]m, ſed ſicut eam tradidimus libero nomine abſque qualibet exceptione ipſum

C Monaſterium, & Rectores eius habere, poſſidere, & frui valeant. Quod vero priuilegium noſtræ conceſſionis, & largitatis dictauimus Luperis Subdiaconus, & Notarius ſanctæ noſtræ Eccleſiæ tradidimus ad ſcribendum.

Actum Beneuento in ſacratiſſimo noſtro Beneuentano Epiſcopio, aſtantibus Sacerdotibus & Clero & ad firmandam donationem, & largitionem annulo ſanctæ noſtræ Eccleſiæ firmauimus roborandum, vt ſtabile, & firmum permaneat.

Meminit eiuſdem Monaſterij, aliud documentum ſcriptum regnante Othone Imperatore anno 980. quod hic liber inſerere ex eadem Chronica ſancti Vincentij de Vul-


D turno.

In Dei nomine.

Notitia iudicatum qualiter actum eſt in territorio Marſicano in ipſo campo de S.Felici in Plaudo, vbi reſidebat Petrus Epiſcopus de Pauia, & Gubertus de Derdona, miſſi ſacri Palatij, & Raynaldus, & Oderiſius germanis Comitibus pro ſingulorum omnium iuſtitia fieri faciendam, vel deliberandam in intentiones; ibique reſidebat cum eis Albericus Epiſcopus Marſicanus, & Ingezo, & Ildeprandus, & Ioel Iudex de Marſi, & Berandus Iudex de Valna, Notuſcheri, & Oebaldus, & Hudini filij quondam

A dam Hudinis, & Ioannes qui ſupra nomine Valterij vocatur cum Hicto filio ſuo, & Raymbaldus cum Odeliue filio ſuo, & Hicto filius quondam Gottefredi, cum Nilo filio ſuo, & Gizo filius quondam Ingellarami, vel reliqui plures circumſtantibus, vel reſidentibus, in iſtorum omnium ſupraſcriptorum præſentia, ſic venit Ioannes Abbas monaſterij ſancti Vincentij, quod ſitùm eſt in partibus Beneuentanis, vnde oritur fluuiſs Vulturinum, locus quod dicitur Samme cum Franco Aduocato ſuo, & querelam habebat de rebus proprietatis monaſterij prædicti ſancti Vincentij, & de rebus proprietatis ſanctæ Mariæ de Apenianici, quæ ſubiecta eſt monaſterio ſancti Vincentij, de
B rebus quæ ſunt in territorio Marſicano, & querelam habebat ſupradictus Abbas Ioannes, & ſupradictus Francus Aduocatus ſuus de hominibus Marſicanis, qui illi tenebant ad tertium beneplacitum, & modo ſumus parati de ipſis hominibus, & habere illos non poſſumus: vnde ſupraſcripti Epiſcopi, & prædictis Comitibus interrogauerunt ſupraſcripros Iudices, quod ex inde iudicante illi banditi fuerunt ad tertium placitum, & noluerunt venire; tunc ſupraſcriptos Iudices iudicauerunt, quomodo inueſtire debetis ſupraſcripto Franco Aduocato ſuo de omnibus rebus proprietatis ſupraſcripto monaſterio ſanctæ Mariæ, vnde
C querelati ſunt, & ſupraſcriptus Petrus, & ſupraſcriptus Gubertus Epiſcopus, & ſupraſcriptus Raynaldus Epiſcopus, & ſupraſcriptus Raynaldus Comes per vnum Baiulum inueſtiuit ſupraſcriptum Abbatem, & prædicto Franco Aduocatorem ſuum de omnibus rebus proprietatis, & ſubſtantijs ſupraſcripti monaſterij ſancti Vincentij, & ſupraſcriptum monaſterium ſanctæ Mariæ, quod eſt in territorio Marſicano, & miſerunt bādum de parte Domini noſtri Imperatoris, quocunque de omnibus ipſis ſupraſcriptis rebus diſueſtire præſumpſerit ſupraſcripta Monaſteria quomodo componitur, aureos bizantios centum, ſine legali iudicio ad præfatum Monaſterium; & finita eſt cauſa iſta
D in iſtorum omnium ſupraſcriptorum præſentia: vnde pro ſecuritate prædicta monaſteria, hanc notitiam, & iudicatum ſcribere iuſſerunt Loponi Iudici, & Notario, quoniam & ego Lupo Iudex ibi fui in anno ab Incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti 980. Regnante Domino Ottone Imperatore anno 14. & dies menſis Auguſti prima Ind. 9. menſis inde feliciter Ego Petrus humilis Epiſcopus, & Cancellarius, & Proton. Gripertus Epiſcopus interfui Raynaldus Comes interfui. Ego Oderiſius Comes ibi fui. Ingeſo Ildebrandus, Iophel Iudices ibi fuerunt. Quapropter præcipimus, vt nulla Regni noſtri perſona iam dictum Monaſterium de prædictis Terris, diſueſtire, moleſtare, inquietare præſumat: ſi quis ergo huius noſtri præcepti violator extiterit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi lib. 100. medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem prædicto Abbati, ſuiſque ſucceſſoribus. Quod vt verius credatur, diligentiuſque ab omnibus obſeruetur, annuli noſtri ſigno ſubter iuſſimus inſigniri.

Signum Domini Secundi Ottonis



Sereniſſimi Imperatoris Auguſti.

Ioannes Cancellarius ad inuicem Petri Papien. Epiſcopi Archicancell. recognoui, & ſubſcripſi.

Data 5. Idus Auguſti 14. Indictione 9. Actum feliciter.

Anno 786. Dauid cum Rodoperto Salernitano, alijſque Epiſcopis ad Carolum Magnum contra Arichium Principem validè pugnantem, Legatus miſſus eſt, quem cum prope Capuam offendiſſet, pacem cum Arichio, ne Chriſtianorum ſanguis funderetur, perſuaſit, & à pio Rege pro Arichio, recepit, atque conſtabiliuit, datis obſidibus duodecim ex nobilibus Beneuentanis præter Grimoaldum Arichis filium, quem Carolus ſecū in Gallias deduxit. Res geſtas inter Carolum, & Dauid noſtrum conſcripſit Anonymus Salernitanus, ſiue Herempertus in hiſt. Lōgobardorum Principum, quibus quædam fabuloſa teſte Baronio commiſcentur, ſequenti anno 787. obijt Arichis 7. Kal. Septembris, cuius ſepulchrum elegātibus verſibus, Paulus Diaconus exornauit, quos recitat Baronius ad hunc annum 787. paucis vero diebus ante Arichis obitum Romualdus Princeps eius filius diſceſſerat, ſcilicet 12. Kal. Auguſti, ad cuius tumulum Dauid Epiſcopus epitaphium verſibus conſcriptum poſuit, quod ex corruptiſſimis Cod. hiſt. ineditæ Anonymi Salernitani, qui illos Salerni poſitos adfirmat, exſcripſit Camillus Peregrinus, ediditque 1. p. hiſtor. Principum Longobardorum pag. 234.

Alta ruit ſubito Beneuenti gloria triſtis,
Quam tenet hic tumulus, væ tibi Barda Cohors.
Hic Arichis dormit Magni pulcherrima proles.
Vnica ſpes patriæ, murus, & arma ſuis.
Cuius feſſa patris, benè iam virtute ſenectus
Tuta regebatur, tutio matris erat.
Hic nouus à multis Arichis vocitatur herilis
Moribus, & forma, conſilioque vigens.
Dote animi pollens, mundana lege togatus
Diuina inſtructus nec minus ille fuit

Re-

Religionis patrem, dulciſque parentibus vſque
Nullus plus voluit amplius, aut potuit.
Seu Abraham genitor Iſaac, ſic iſte peregit:
Oblatus tacuit, iuſſa parentis agens.
Traditus ob Patria, populi cunctique ſalutem,
Se opponens voluit pro pietate mori.
Obuius occurrit Regi, immuneſque phalangi
Muniuit fines, ô Beneuente, tuos.
Tu placida Regis ſedaſti mente furorem,
Obruta Gallorum, ...
O Romuald mitis Ductor, ſine felle ſuauis
Terrea liquiſti regna, ſuperna tenes.
Terreno verbo placuiſti, quam bene Regi
Cæleſti melius, nunc ſine fine places.
Hoc lachrymans cecini Dauid ego flebile carmen
Præſul, cui ſemper te ſine velle mori eſt.

Vixit ann. xxv. Depoſitus eſt xij. Kalen. Auguſti Principante patre ann xxx. Indict. percurrente decima.

Arichio in Principatu ſucceſſit Grimoaldus eius filius, ſub cuius felici dominatione Dauid à Carolo Magno nobile pro Beneuentana Eccleſia accepit priuilegium ann. 788. qui fuit 19. Caroli in Francia, & 14. in Italia poſt ſubactum Deſiderium Longobardorum Regem. Priuilegium multo labore, ac fideliter ab autographo Bibliothecæ Beneuentanæ exſcripſit noſter P. Cæleſtinus Guicciardinus.

Carolus Dei gratia Rex Francorum, & Longobardorum, ac Patricius Romanorum.

Omnibus Agentibus noſtris, tam præſentibus, quam futuris Domino iuuante qui nos in ſolium Regni noſtri inſtituit.

Si petitionibus Sacerdotum, atque ſeruorum Dei quod pro eorum quiete, vel iuuamine pertinet libenter obaudimus, vel ad effectum in Dei nomine mancipamus, Regiam conſuetudinem exercemus, & hæc nobis ad mercedis augmentum, vel ſtabilitatem Regni noſtri in Dei nomine pertinere confidimus; ideoque vir venerabilis Dauid Epiſcopus Eccleſiæ ſanctæ Dei Genitricis ſemperque Virginis Mariæ, quæ eſt ſita infra ciuitatem Beneuentanam clementiam Regni noſtri petijt, vt omnes res quaſcunque ipſa caſa Dei, tam de donationibus Regum, quamque Reginarum, vel

A Ducum, atque Duciſſarum, ſeu Deum timentium hominum, ſiue cauſa venditionis, aut emptionis, commutationiſque titulo, vel omnes diffinitiones quas de rebus ſanctæ Eccleſiæ Rectores eius iuſto tramite in iudicio vicerunt, necnon & omnes redditus vel oblationes fidelium diuerſarum Eccleſiarum ipſi ſanctæ Beneuentanæ Eccleſiæ legibus pertinuerint, in integrum ab Epiſcopo Beneuent. qui per tempora fuerit ſuſcipiantur, atque canonica ſanctione poſſideantur, ſiue ſint per diuerſa loca, tam in ciuitatibus, quam in villis, vel in montibus, atque in planis, ſiue in aquis, vel etiam in planitie ac poſſeſſiones, ſeu vndequaque

B moderno tempore ipſa caſa Dei ordine legitimo poſſidere, atque dominare videtur, vel quidquid in antea ibidem additum, vel delegatum fuerit ſub immunitatis nomine confirmare debemus. Cuius petitionem nolumus denegare, ſed ita præſtitiſſe, atque in omnibus cõfirmaſſe cognoſcat. Propterea hanc immunitatem noſtram conſcribere iuſſimus, per quã ſpecialiter decernimus ordinandum, vt nullus quilibet de nobis, aut de Iudiciaria poteſtate, vel qualibet perſona amodo, & deinceps in Monaſteria ſibi legitime ſubdita, aut in Curtes, vel Eccleſias ſeu in rebus vniuerſis ſupraſcriptis vnde nunc ipſa caſa Dei iuſte, & rationabiliter veſtita eſſe dignoſcitur, vel quod in an-

C tea ex largitate bonorum hominum acquirere potuit ad cauſas audiendum, vel freta vndique exigendum, ſeu manſiones, aut paratas faciendum, vel fideiuſſores tollendum, aut homines ipſius Eccleſiæ contra rationis ordinem deſtringendum, neque nouas conſuetudines imponendum, nec vllas redhibitiones publicas requirendum vllo vnquam tempore ingerere, aut exactare penitus præſumatis, ſed ſub immunitatis nomine valeat memoratus Dauid, eiuſque ſucceſſores qui per tempora fuerint quietè Chriſto propitio viuere, ac reſidere quatenus ſic melius delectet pro nobis, vxoribuſque noſtris, ac liberis noſtris Domini miſericor-

D diam attentius deprecari, & vt hæc authoritatem firmiorem habeant, ac futuris temporibus inuiolata conſeruentur manus propriæ ſubſcriptione eam decreuimus roborare, & de annulo noſtro iuſſimus ſigillare.

K
|
Signum R—O—L *Caroli glorioſiſſimi Regis.*
|
V
S

Datum 11. Kalen. Aprilis anno 18. & 14. noſtri Regni. Actum Capua In Dei nomine feliciter, Amen.

D dein-

A Dauid deinde Epiſcopus diu ſuam pertraxit eccleſiaſticam dignitatem, cuius intuitu Grimoaldus anno ſui Principatus ſecundo, Chriſti vero 789. plura conceſſit Troſulpho viro nobili Beneuentano apud Chron ſanctę Sophiæ, vbi Dauid memoratur gratiæ interceſſor.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti.

B Regnante Domino pijſsimo Carolo Magno Rege Francorum, & Longobardorum, ſeu Patritio Romanorum, anno Regni illius vigeſimo, firmamus nos Dominus vir glorioſiſſimus Grimoaldus ſummus, & Princeps gentis Longobardorum, per rogum Dauidis Reuerendiſſimi Epiſcopi ſanctæ noſtræ Beneuentanæ Eccleſiæ tibi Traſulpho filio quondam Ioannis, qui fuit cōditor in Viriſano, omnes res ipſius genitoris ſui; quicquid iuſto ordiue poſſidere viſus fuerat, quam, & quod tu legibus conquiſiſti, tam Principum conceſſione, quam & emptione, donatione etiam, & commutatione: hoc eſt caſas, vineas, territoria, C cultum, & incultum, familiam, mobilia, & immobilia omnia, & in omnibus, ſeſeque mouentia, quæ, vt dictum eſt, ipſe tuus genitor, & tu legibus acquiſiuiſtis, tibi ea per hoc noſtrum inuiolabile pręceptum, & ipſius noſtri Oratoris poſtulationem confirmauimus; in ea videlicet ratione, vt amodo, & deinceps per hoc noſtrum firmatis præceptum tu Traſulphe, & filij filiorum tuorum ſecuro nomine poſſideatis, & à nullis ex noſtris Iudicibus, hoc eſt Comitibus, Gaſtaldis, vel à quibuſcunque gentibus habeatis aliquando aliquam requiſitionem, ſed perpetuis temporibus ſecuri, atq; quieti valeatis poſsidere. Quod vero præceptum D firmatis ex iuſſione nominati Domini noſtri viri glorioſiſsimi Grimoaldi, ſecundo anno, Deo diſpenſante, Principatus. Scripſi ego Rodepertus Notarius.

Actum Beneuenti in ſacro noſtro Palatio, menſe Iunij, Ind. 12. feliciter admodum.

Ceterum quo anno Dauid ex hac mortali vita diſceſſerit obſcurum eſt, creditur ad Grimoaldi IV. tempora perueniſſe, qui Grimoaldo III. ſucceſſit anno 806. Porro epitaphium ad tumulum Tertij Grimoaldi poſitum propè Arichis patris ſepulchrum apud Camillum Peregrinum de tumulis Principum Longobardorum ita exſcriptum reperies.

Magnus erat Princeps Arichis, dux, noſtraque ſalus
Reſtituenda Deo hic ſua membra dedit.
Necnon hic Romualdi ipſius maxima proles
Sub Patre iam Princeps hic requieſcit humo.
Vir quoque magnificus Grimoald formoſior illis
Adſciſus eſt Princeps inter vtroque loco.
Senſus, & eloquij forma deſcribere laudes,
Cuius non poſſet plenius vlla manus.
Gloria magnificis de Longo maximè Bardis
Precelſa ex horum ſtirpe ſuperſtes erat.
Regali ſatus ab vtroque parente gente
Nobile tranſcendent regia facta genus.
In terris pollens nimium pulcherrimus annis
Spes iam Samnitis certa ſalutis erat.
Mirandus ſpecie, ſed plus mirabilis actis,
A puero micuit promptus ad omne bonum.
O dolor immenſus proh extrema damna ruina,
Quæ gens Bardorum fraude ſub acta tulit.
A Patre pro patria directis Regius obſes
Placauit patriam funus ad vſque Patris.
Cum Danais bellum felici ſorte peregit,
Finibus expellit belliger ipſe ſuis.
Extera Regna ſibi terrenda pace ſubegit,
Dilectus cunctis, terribiliſque fuit.
Pertulit aduerſas Francorum ſæpe phalangas,
Saluauit patriam ſed, Beneuente, tuam.
Sed quid plura feram? Gallorum fortia Regna
Non valuere huius ſubdere colla ſibi.
O quam longinquo fuerat digniſſimus æuo,
De quo tantus erit tempus in omne dolor.
Poſt caſum infauſtum quo regna Latina ruere
Sæpe ſuæ gentis ſpes, requieſque fuit.
Terrenas gazas nunquam ſeruauit amando,
Sed mox captiuis, indigeniſque dedit.
Itala, Romana, Illyrica, Hebrea, Afra Pelaſga
Morte tua, Princeps, iam ſine fine dolent.
Mors ſibi non nocuit; ſed nos linquendo peremit,
Dulcis Alumno ſuo, quo tenet atra dies.
Vixiſti ſeptem . . . . . .
Sed cunctis ſeculis laude perennis eris.
Sint ſatis hæc breuiter de te prolata legenti,

Plenus

A *Plenus laude tua, qua . . Mundus adeſt.*

Sico Princeps qui Grimoaldo IV. occiſo ſuccesſit anno 817. pretioſum corpus ſancti Ianuarij Epiſcopi Beneuentani, & Martyris è Neapoli Beneuentum tranſtulit in vetuſta Cathedrali, Hieruſalem tunc temporis nuncupata per Epiſcopum ipſum Dauid honorifice collocari fecit die 28 Octobris: Idem Princeps nouam Eccleſiam in honorem Deiparæ Virginis, quæ hodie Metropolitana eſt, magnifice ampliauit anno 829. Mortalitatem expleuit Sico Princeps, anno 832. cum regnaſſet annos 15, ſucceſſore relicto Sicardo filio, ſepultuſque fuit ante portam Eccleſiæ Cathedralis nobili tumulo his verſibus ornato ab eodem Camillo Peregrino relatis;

B

Principis hic magni requieſcunt membra Siconis
Flenda nimis populis, heu, Beneuente tuis!
Stirpe ſatus Regum, melior, maiorque priorum
Nullus vt in cunctis par ſimiliſque foret.
C *Natus in Auſoniæ præſtanti corpore terra*
Francorum poſtquam cæde ſubacta fuit;
Quem mater cernens elegantis luce nitentem
Eſſe datum credit cælitus alma ſibi.
Quæ cum ſenſiſſet Domini iam munere plenum,
Ad loca ſe rapuit non nocitura pio.
D *Cuius ad aduentum lætatus ductor herilis*
Excepit gaudens ſpem, Beneuente, tuam
Mox Arichis Princeps arcana in mente puellum
Collocat, & ſpondet prolis habere loco.
Adhibuit curam nutriendi maximus Heros.
Quem ſucceſſorem ſperat habere pium.

Nec minus & Grimoad natus de Principe Princeps
Sublatum erudijt, iura tenendo patris.
Huius in aſpectu gaudens, blandoq; nitore
Præ cunctis vnum legit amore virum.
Pulchra illi facies, oculiq; per ora nitentes.
Candida cæſaries, candida colla tegens.
Celſus ab excelſa Bardorum gente ſtatura
Corporis, vt cunctis altior ille foret.
Qualis in aruorum radicitus arbor oborta
Culturis pinus creuit ad vſque Polum.
Anteibat cunctos animo, formaque nitenti,
Virtutiſq; nouæ robore, & arte fluens.
Qui tribus exorſis ductoribus ordine Princeps
Regalis legitur ſtirps honoranda nimis
Defendit patriam Francorum gentis ab ira
Quæ quondam multo cæſa mucrone fuit.
Regibus ille magis dilectus hac e parata
Francorum, & cunctis orbe perenne datis
Pacificus, mitis, prudens, ſanctuſq; ſuauis
Largus, & in cunctis pauperibuſque pius.
Pro patria cautus ſoluebat damna malorum.
Ne ſeruos faceret lex nocitura reis.
Obſidione quatit Romanas ſæpe cateruas,

A *Vrbis Parthenope, falſidicoſque viros,*
Qui Dominis ſolita Samnitum fraude rebelles
Pellere Bardorum fortia iuſſa volunt.
Quos Sito perdomitos, congreſſu fortis in omni
Seruitia impellit ſoluere quæq; iubet.
B *Ariete propulſat muros virtute ſuorum,*
Donec victa cadat pars inimica ſibi.
Qua victi pugna, ſeruitia digna repoſcunt,
Quæ Beneuentanus ſoluere gaudet hians.
Abſtulit inde etiam Beneuenti in ſede locatum
Ianuarium quondam fortis athleta dehinc,
C *Cuius templa replens argento, auroque deuoto,*
His dedit, vt iaceat corpus inane locis.
Ter quinos annos dominatus ductor herilis,
Omne æuum peragit cum bonitatis ope.
Hic bis ſex peragens ætatis tempore luſtra,
Mercedis fructus ſpiritus aſtra petit.

D Ex hoc epitaphio clarè habetur, & firmum manet ab hoc Principe Beneuentum tranſlatum fuiſſe corpus Sancti Ianuarij Epiſcopi Beneuentani; cæterum quo anno præcisè noſter Dauid obierit, adhuc incompertum; creditur tamen circa hunc ipſum annum 832. ſuam protraxiſſe ætatem; nullum, alterius Epiſcopi neque nomen, aut memoria ab anno 780. ad annum vſque 830. & Dans, & Guctus à Vipera poſt Dauidem inter Epiſcopos connumerati omnino expungendi ſunt, ab ipſomet auctore gratis appoſiti; quos, ab eo decepti in ſerie noſtra Epiſcoporum Sipontinorum retulimus, qui ab ea omnino delendi ſunt.

41 VRSVS ad hanc ſedem ſimul & Sipontinam promotus Sicardo Principe circa annum ſalutis 833. electus Eccleſiam ſancti Angeli de Monte-Gargano ſimul cum Caſtro ſancti Angeli fundauit. Beneuentanæ Eccleſiæ ſubdidit etiam quoad homines, vt habetur ex documento Pandulphi, & Landulphi, Beneuentanorum Principum ad fauorem Landulphi Beneuentanorum Archiepiſcopi ſcriptum ann. Domini 978. 6. Indictionis, infra relatum in Landulpho primo Beneuenti Archiepiſcopo; cuius documenti meminit Vipera, in quodam alio à ſe confìcto Vrſone ad annū 1015. quod ex lectione eiuſdem, vt clarè patet, Vrſoni huic competere videtur, qui Eccleſiæ ſancti Michaelis Archangeli, & caſtri S. Angeli de Monte-Gargano conditor fuit, ſub eodem Sicardo Principe Vrſus adhuc electus Epiſcopus Beneuentanus corpora ſanctorum Felicitatis & filiorum eius è ciuitate Aliſæ Beneuentum tranſtulit in Eccleſia Beatiſſimæ Virginis, quorum acta, & tranſlationis hiſtoriam ex M. S. codice Longobardico Monialium ſancti Victorini de Beneuento hic tranſcribo, cum in multis diuerſa ſit ab ijs quæ recitat Mambritius memoratus à Baronio.

Paſſio ſanctorum Martyrum Felicitatis, & filiorum eius.

Ex codice manuſcripto literis Longobardis antiquiſſimo Monaſterij Monialium & ſancti Victorini de Beneuento Ordinis ſancti Benedicti.

Temporibus Antonini Principis erat quędam Felicitas illuſtris fœmina, quæ cum ſeptem filijs ſuis vno tempore tentata eſt. Hæc in viduitate permanens Domino ſuam vouerat caſtitatem, & diu noctuque in orationibus vacans magnam cunctis dabat mentibus ædificationem. Videntes autem Pontifices præconia per hanc Chriſtiani nominis profeciſſe, ſuggeſſerunt de ea Antonino Imperatori, dicentes. Contra ſalutem veſtram mulier hæc vidua cū filijs ſuis Dijs noſtris inſultat, quæ ſi non libauerit Dijs, ſciat pietas veſtra Deos noſtros ſic iraſci, vt penitus coli non poſſint. Tunc Imperator Antoninus iuſſit Præfecto Vrbis Publio, vt eam compelleret cum filijs ſuis, & Deorum iramq; ſacrificijs mitigaret. Publius itaq; Præfectus iuſſit eam adduci priuatè, & blando colloquio ad ſacrificandum eam prouocans minabatur pœnarum, ac mortis ſupplicium. Cui Felicitas dixit, nec blanditijs tuis reſolui potero, nec terroribus frangi, habeo enim Spiritum ſanctum

qui

qui me à te non permittit nec à Diabolo
vinci, & ideo ſecura ſum quod viua te ſu-
perabo, & interfecta ſi fuero, ſic melius te
vincam occiſa. Publius reſpondit, ò miſe-
ra! ſi tibi mori ſuaue eſt, vel filios tuos fac
viuere. Reſpondit Felicitas, viuent filij mei
ſi non ſacrificauerint Dijs, ſi verò tantum
ſcelus admiſerint in æterno manebunt in-
teritu. Poſtera igitur die ſedês in foro Mar-
tis Publius iuſſit eam vna cum filijs adduci,
cui & dixit. Miſerere iuuenibus bonis, &
flore primæ iuuentutis florentibus. Reſpô-
dit Felicitas, & dixit, Miſericordia tua im-
pietas eſt, & blanditia tua crudelitas, &
conuerſa ad filios dixit, Videte filij cælum,
& terram, & ſurſum aſpicite, vbi nos expe-
ctant Chriſtus, & Sancti eius, pugnate pro
animabus veſtris, & fideles vos in amore
Chriſti exhibete. Audiens hæc Publius ira
fremens iuſſit eam colaphis cædi dicens,
Auſa es me præſente talia filijs tuis dare
monita, vt Deorum noſtrorum ſtatuas con-
temnant? Tunc vocat primum filium eius
nomine Ianuarium, & infinita illi promit-
tit bona ſi adorare velit Idola, verbera au-
tem, & mortem ſi detrectet; Tunc Ianua-
rius dixit, ſtultitia plenus ſtulta & mihi
ſuades, ſed ſapientia Domini me confortat,
& facit me tuam ſuperare ſtultitiam. Tunc
iuſſit eum virgis cædi, & in carcerem trudi.
Secundum vero eius filiũ nomine Felicem
iuſſit adduci, quem cum ad immolandum
hortaretur, reſpondit conſtanter, Vnus eſt
Deus, quem colimus, & cui ſacrificium piæ
deuotionis offerimus. Vide tu ne credas me
aut aliquem fratrum meorum à Domini
Ieſu Chriſti amore poſſe recedere. Immi-
neant verbera, cruces, ac mortis ſupplicia,
non tamen fides noſtra vinci poterit, aut
mutari. Et iſto amoto iuſſit tertium filium
nomine Philippum applicari, cui cum di-
ceret. Dominus noſter Imperator Antoninus
iuſſit vt Dijs omnipotentibus immoletis,
reſpôdit Philippus, & dixit, Iſti nec Dij, nec
omnipotentes ſunt, ſed ſunt ſimulacra vana,
& nuda, & inſenſata, & qui eis ſacrificare
voluerit, in æterno periculo erit; & hoc
amoto iuſſit quartum adduci cui nomen
erat Silanus, ad quem blando vultu talia
eſt alloquutus. Conueniſne & tu cum ma-
tre tua peſſima in eo conſilio, quod præce-
pta Principum contemnentes omnes ſimul
mortem incurratis? cui Silanus reſpondit.
Quoniam vere nouimus quæ præmia ſint
parata iuſtis, ideo ſecuri legem Romanam
contemnimus, & Dei veri iuſſa ſeruamus;
Idola contemnentes, & Deo omnipotenti
famulantes. Amoto Silano iuſſit quintum
preſtò eſſe Alexandrum nomine, cui & dixit.
Miſerabilis iuuencule, ætatulæ tuæ compa-
tior, & ne ab inſantia diſcas eſſe rebellis
obtempera noſtrorum Dominorum præce-
ptis adorando Idola, vt ſic eorum gratia
potiaris, teneramque tuam ætatem produ-

A cere poſſis ad ſenectam gratiſſimam. Reſ-
pondit Alexander, & dixit. Ego ſeruus
Chriſti ſum, hunc ore confiteor, corde te-
neo, atque inceſſanter adoro. Infantula ætas
quam vides canam habet prudentiam, quæ
vnum Deum colit, Dij vero tui tecum erũt
in interitu ſempiterno: & amoto Alexan-
dro iuſſit ſextum nomine Vitalem applica-
ri, cui & dixit. Forte vel tu optas viuere,
& non in interitũ deuenire, reſpondit Vita-
lis, & dixit. Quinam eſt qui melius optat
viuere, num qui Deos veſtros colit, an qui
verum Dominum, ac Deum curat habere
propitium? Siquidem illi ſunt Dæmones,
hic vero Rex cæli, & terræ; dixit Publius,
Et quis eſt Dæmon? reſpondit Vitalis, Dij
B gentium dæmonia ſunt. Et hoc amoto iuſſit
venire ſeptimum nomine Martialem, cui &
dixit; O crudelitatis veſtræ fautores effecti,
& quouſque Auguſtorum mandata veſtra
cum pernicie contemnetis? Reſpondit Mar-
tialis, & dixit, Oh ſi noſcere poſſes quæ
pœna tibi, & Principi tuo parata eſt,
& adhuc modicum, & non tardabit iram
ſuam Deus verus in vos, & in Idola
veſtra demonſtrare, omnes enim qui non
confitentur Chriſtum verum Deum eſſe
in æterno erunt incendio. Tunc iuſſit &
hunc ſeptimum amoueri, & omnia geſta
per ordinem Imperatori Antonino trãſmi-
ſit. Tunc Antoninus miſit eos per varios
C iudices, vt varijs laniarentur ſupplicijs, ex
quibus vnus fratrem primum plumbatis oc-
cidit. Alter ſecundum, & tertium fuſtibus
mactauit; Alius quartum præcipitio in-
terimi curauit; Alius denique quintum,
ſextum, & ſeptimum capitalem fecit ſubi-
re ſententiam, & paulo poſt ab alio mater
eorum iuſſa eſt decollari. Sic varijs ſuppli-
cijs in hoc ſæculo interempti, vniuerſi vi-
ctores, & Martyres Chriſti cum matre euo-
larunt ad Cælum. Qui pro amore Dei pœ-
nas, verbera, & mortem contemnentes,
gaudia, palmas, vitamque immortalem
adepti ſunt. Poſtquam vero diuerſis ſup-
pliciorum generibus interfecti ſunt, iuſſit
Publius, vt nulli omnino corpora eorum
D humari liceret, ſed beſtijs, ac volucribus
inhumata relinquerentur edenda. Omni-
potens vero Dominus mira circa eorum
corpora eſt operatus, dum enim ſub ſide-
ribus corpora Sanctorum ſuorum, vt dictũ
eſt inhumata iacerent, non volatilia, vel
quadrupedia, terræque reptilia illis propius
accedere potuerunt, ac diuinitus prohi-
bentur, ne illa attingere poſſent. Tanta au-
tem ex beatis corporibus fragrantia ema-
nabat, vt cuncta loci vicinia inſtar odori-
ferorum florum odoramento replerentur,
deniq; collecta Chriſtianorum phalanx per
opaca noctis venerunt ad locum quo ſan-
ctæ matris Sanctorumq; pignorum corpora
madida cruore iacebant, & tacite Domino
pſalmodiam concinentes ex humo ſancta

illa

illa membra leuauerunt, imponenteſque feretris ſilenti curſu relictum callem repedauerunt. Poſtquam vero venerunt ad locum, vbi terrore fugato patenter illis dignas exequias parare poſſent, mirificis aromatibus beatorum corpora condiderũt, pretioſiſsimis tegminibus inuoluentes, atq; in pſalmis, & hymnis palam Domino glorificantes honorificè humauerunt haud procul à mœnibus orbis quam veteres vocauerunt Aliphas; iuxta quorum ſepulchra Chriſtus omnium reparator, & auctor ad confirmandam fidelium mentem eorum interceſſionibus innumera beneficia præſtabat. Nam ex obſeſſis corporibus dæmonia illic eijciebantur, Claudi in priſtinum reſtituebantur gradum, diu lumen amiſſum reddebatur, multæ & variæ illic hominum depellebantur infirmitates. Quorum illic baſilicæ dedicatio fuit 9. Kalend. Decembris.

Cumque poſt multa annorum curricula diuerſis poteſtatibus diuerſarum gentium in Italia immutatis locus ille, in quo Sancti quieſcebant viluiſſet, & abſque honore debito tam præcipua Sanctorum corpora eſſent, ex iuſſu eximij, & vere Catholici Longobardorum Principis Sicardi, Vrſus Beneuentanæ ſedis electus eadem Sanctorum corpora eleuans ab Aliphis, magno cum honore Beneuentum perduxit, & magnificè in Beatæ Mariæ Eccleſia cum aliorum plurimis Sanctorum corporibus collocauit. Horum vero Martyrum feſtiuitas colitur decimo die menſis Iulij, dedicatio verò altaris eorum Beneuenti vltimo die menſis Madij in quorum feſtiuitate diuerſis ex partibus orbis conueniunt plures Chriſto Ieſu omnium Redemptori gratias referentes, qui cum Patre Sanctoque Spiritu viuit & regnat Deus per immenſa ſæcula ſæculorũ. *Amen*.

Vrſonis quoque pietate ac diligentia corpus glorioſiſſimi Apoſtoli Bartholomæi fuit ex Lipari inſula Beneuentum tranſlatum, & à Beneuentanis magno cum gloriæ apparatu receptum, qui & inter eorũ protectores aſcriptus an. 840. die 25. Octobris, vt Leo Oſtienſis ſcribit lib. 1. cap. 26. & in Eccleſia Beatiſſimæ Virginis, quæ hodie Metropolitana eſt honorificè reconditum. Tranſlationis dies quotannis cum octaua, & ſynodo Litaniarum colitur, de qua Martyrolog. Rom. & Baronius in notis, alijq; plures. Idem Vrſus corpora SS. Deodati Epiſcopi, & Marciani, quæ in proprijs Eccleſijs ſepulti erant, primum Nolæ, ſecundum Frequentanæ, in Eccleſijs eorum nominibus dedicatis, in eandem Diuæ Mariæ Baſilicam Beneuentanam detulit. Extat tranſlationis hiſtoria in eodem codice monialium S. Victoriani, cujus tenor talis eſt.

Vita & acta ſancti Deodati Nolani, cuius corpus extat Beneuenti.

In tam magno myſterio, in tam admirabili ſacramento, quis valeat linguam compeſcere, itaut Beati Deodati Nolanæ Vrbis Archipresbyteri vitam, meritaque eximia pro viribus ad fidelium ædificationem non referat? fuit hic Archipresbyter tempore Paulini Nolanenſis Vrbis Epiſcopi, qui cum normam magiſtri omni modo ſequi ſtuderet, ad perfectionis culmen breui itinere peruenit. Ingreſſus itaque Beati martyris Felicis Eccleſiam aceruos diuinorum charismatum conſequutus eſt; erat ſiquidem nomine iam Deo datus, ſed multo illuſtrius fuit geſtis, & vita mirificus. Spiritus namque Dei oculos mentis eius inprimis aperuit, itaut quæ non videtat ſciret, & quæ viderat vltro adaperiret, ſicque prophetico ſpiritu ante omnia præcelluit, ex quo factum eſt vt omnium Presbyterorum, & Clericorum conſenſu totius Eccleſiæ Nolanę adminiſtratio in redditibus exigendis ac diſpenſandis committeretur, & hic quodammodo Epiſcopus erat, ad ipſum namque pro conſilio concurrebat multitudo, pro ſubuentione egenorum, viduarumque non ſpernenda copia aſſiduè aduolabat, quibus omnibus benigne verbo, & pecunia ſuccurrebat, vnde non immerito à beato Paulino Nolanenſi tunc Epiſcopo, & à populo vniuerſo diligebatur. At humani generis hoſtis qui ſemitæ Deum timentiũ offendiculis ſemper obuerſat, & reſpergit callida fraude, perfecit vt nonnulli iniquitatis viri eum omnino vexare incœperint, & apud Valentinianum tunc temporis Romani Imperij gubernacula tenentẽ accuſauerint, quod non bene circa res Nolanenſis Eccleſiæ ſe gereret, ſed pro arbitrio, & ad proprium vſum multa bona deſtinaret; quod Imperator vbi reſciuit, ea qua in Eccleſiæ miniſtros erat cupidine dominandi labefactatus ad ſe Deodatum Nolanenſis Eccleſiæ Archipresbyterum illico iuſsit adduci. Cui dixit; Niſi ad illa quæ aduerſum te multorum teſtimonio comprobantur ſatisfacias, ſcias indignationem noſtram omnino te incurſurum, & pœnas quas pro talibus delictis mereris abſque dubio ſubiturum. Cui reſpondit Deodatus. Abſit o Imperator quod ego nec contra tui imperij ſtatum aliquid ſim molitus, vel quod Eccleſiæ Nolanenſis facultates in alios quam in pios vſus conuerterim, ſicut illos didici à maioribus meis erogare, nec de hac re alios imploro teſtes quam meos Nolanenſes Conciues; Verum cum Imperatori alto inſediſſet animo Deodatum contra ſuã iniuſtitiam in Eccleſiaſticos ſępe pa-

lam

A iam reclamaſſe, & ob id ſuſpicaretur eum aliquid aduerſus Imperialem ſtatum moliri, continuo iuſſit intrudi in carcerem dicens, Niſi omnia per ordinem quæ in me auſus & molitus es pangas, ſcito te fame periturum in hoc carcere. Interim dum hæc agunrur Nolæ, ſanctus Paulinus Epiſcopus, qui abſens erat, nuncio de ſui Archipresbyteri carceratione audito, Nolam cõuolauit, quod vbi nunciatum eſt Valentiniano, ob reuerentiam tanti viri, Deodatum clam exire fecit de carcere, & occultè in exilium aſportari fecit. Interim Valentiniani filia à malo dęmone corripitur, & ſic per multos dies varijs furoribus agitata, nocte quadam eius pater dum in lecto ſopore te- B neretur veluti à longe audiuit vocem ei minitantem caſum imperij, vexationem à dæmone, & poſtmodum mortem niſi ab iniuſto iudicio contra Deodatum ſuſcepto deſiſteret; qua voce perterritus, & expergefactus, valde mane ſuos vocauit conſiliarios, & quid ſibi per ſoporem in aures obſtreperit per ordinem narrat; & ſic de reuocando ab exilio Deodato omnium conſiliariorum vnanimis fuit ſententia. Ad locum itaque exilij directi ſunt qui reuocarent Deodatum, quò cum aduenissent, & mandata Imperatoris de ipſo ad aulam reducendo expoſuiſſent grataнter admodum eos Deodatus reſpexit & audiuit, ſperans C tunc ſui obitus aduenisse horam, ſicque ſępiùs in itinere verba illa repetebat. In manibus tuis Domine ſortes meæ. Verum cum ad pręſentiam Imperatoris aduenisset, ipſo, & omnibus quę aderant obſtupeſcentibus Imperator ad Deodati ſe proſtrauit pedes, obſecrans vt ſibi ignoſceret, & filiam ſuam à dæmone quantocyus liberaret. Sanctus Deodatus inſperata cernens, Deo gratias egit dicens. Si Deus pro nobis, quis contra nos? cuius viſitatio nulli fideli in tribulatione denegatur, ſed eos fugiret miſerando conſolatur. Interea Valentiniani filia plus quam antea dirè cruciabatur à dęmone, D qui lamentabatur ſe plus Deodati pręſentia quam ab igne torqueri, Cui S. Deodatus præcepit vt illico per Omnipotentis Dei virtutem puellam relinqueret, quod & dicto citius factum eſt. Reſtituta itaque puella ſaluti, voluit Imperator ſanctum Deodatum ſuis ditare diuitijs, quas conſtanti ipſe reſpuit animo, qui lautiores ſe aſſerens habere theſauros, & ſic honorificè dimiſſus ad propria repedauit, ingentique ſuorum ciuium lætitia intra Nolanæ vrbis mœnia eſt receptus. Vbi biennio commoratus, & Sancto Paulino vita functo omnium votis in Epiſcopum deſignatur Deodatus. Quo in munere conſtitutus adeo omnium virtutum conatus eſt acquirere culmen, vt certatim in eo contenderent charitas, humilitas, benignitas, & quidquid in eo qui curam gerit animarum deſiderari poteſt. Vixit in Epiſcopatu triginta annis, ab ordinatione in Presbyterum viginti, & à natiuitate ad Sacerdotium triginta, ſicque curriculus ſuæ vitæ in hac mortali luce fuit octogiota annorum, & ſepultus eſt apud Nolanam vrbem, vbi per multos annos coruſcauit miraculis, vſque dum per tempora religioſiſsimi Beneuentanæ vrbis Principis Sicardi Paldus quidam nobilis Beneuentanus ad portam ciuitatis in eius honorem ædificauit Eccleſiam, in qua deferri corpus eius impetrauit à prædicto Principe, quo in loco multa Deus operari dignatus eſt ad eius interceſsionem miracula, vt & nos hodie Deo dante fieri cernimus, & ſummus vir Apoſtolicus Paſchalis fere quotidie ad illius ſepulchrum fundere præces non deſiſtit, quo magis fidelium corda per mirabilia Sanctorum in Dei amorem excitentur, quę eſt benedictus per infinita ſæcula Amen.

Subſequenti anno 840. Sicardus mortuus eſt, & Radelchis eius Theſaurarius Beneuẽti Princeps VI. euaſit, eodemq; fortaſſis vincte Vrſone Radelchis ſextus Princeps Beneuentanus fato conceſsit an. 852. vel vt alij volunt 853. Radelgarius eius filius Principatum obtinuit. Radelchis corpus ante portam Eccleſiæ Beneuentanæ ſepelierunt, ijs verſibus ad tumulum conſcriptis;

Radelchis Princeps monumento
clauditur iſto,
Cuius in orbe pius rumor vbique ſonat;
Quem tanto Dominus donorum
fonte rigauit,
Vt nullus dignè promere cuncta queat.
Nobilis, & prudens, iuſtus, patienſque benignus
Pulchrior & ſobrius, clarior, atque potens
Hunc populi patrem lacrymis, & voce fatentur,
Diues, inopſque ſimul hoc moriente gemunt.
Afflictis ſolamen erat, tutamen egentum,
Et cunctis populis victus, & alma quies.
Fortis in aduerſis, in lætis vnus & idem.
Ad Cœli patriam currere mente

re volens.
Inceſſit humilis virtutis robore magnus,
Pacificus, verax, mitis, & aptus erat.
Quem non dilexit, qui non dilexit & illum?
Quis niſi peruerſus, quis niſi mente ferus?
Hunc pius, & felix felicem nominat omnis
Recta ſequi ſtuduit dogmata ſæpè quia.
Publica iura regens, ſed ſacras maximè leges
Expleuit iugiter corde, manuq; gerens.
Inſigni populum pietate vigebat ad omnem,
Lætus erat vultu, lætior ore quidem.
Vndenis lapſis duodenus cœperat annus
Bardorum Princeps noſcitur eſſe quibus.
Sexaginta ſuæ vitæ compleuerat annos
Cum moriens Mundo viuit in arce Poli.
O vos Chriſticolæ precibus committite Chriſto
Quem populi conſtat ritè fuiſſe Ducem.

Vrſi obitus dies, & annus ignoratur, longo tamen annorum ſpatio hanc rexit Eccleſiam, & in Apoſtoli Bartholomæi honoré cœptam Eccleſiam abſoluit ac dicauit; cui ſucceſsit Ayo, non Carolus, neq; duo Ioannes, vt Vipera ſcribit, quos ab hac ſerie expunximus, veluti gratis ab eodem ſuppoſitos.

42 AYO Rodelchis Beneuentanorum Principis ex Caretruda vxore filius aſſumptus ad Epiſcopatum Beneuentanum, quo vero anno cœperit aſſequi non potuit, eidem Ludouicus II. Imp. commendauit reparationem Eccleſiæ S. Michaelis Angeli de Monte Gargano, anno ſui imperij 21. qui fuit vltimus vitæ ſuæ, ſalutis vero 875. do-

A cumenti Ludouici ab ipſo autographo Biblioth. Beneuentanę deſumpto; tenor huiuſmodi eſt.

In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Dei æterni.

Ludouicus Diuina ordinante prouidentia Imperator Auguſtus.

Dum per varias temporum aduerſitates plurima ædificia, & alia quædam pertinentia Eccl. S. Michaelis, quæ Domino auctore ſita eſt in Monte Gargano vidiſſe-
B mus deſerta, & ruinoſa, ne tanti oratorij famoſus honor cultuſq; vileſcat, ac debita veneratione per incuriam deperiret, diuinæ inſpirationis nutu compuncti, pro Dei, & S. Michaelis amore, noſtræque dilectiſſimæ coniugis Angilbergæ, ac prolis, omniſque parentelæ noſtræ, nec non pro noſtri ſtatu imperij, omniumque noſtrorum ſoſpitate, ac proſperitate Conceſſimus in eamdem Venerabilem Eccleſiam, cui Aio Beneuentanus Epiſcopus præeſſe videtur, ipſum Caſtellum, vbi iam dicta Sacroſancta Eccleſia ſita eſt vna cum omnibus Gaſtaldianis ibi commorantibus, vt amodo, & deinceps perpetuis temporibus omnes hi ſalua ſua
C libertate ſint ſub defenſione ipſius Eccleſiæ, quatenus à nullo vnquam Gaſtaldio, vel quolibet publico actionario, ſeu miniſteriali moleſtentur, aut penſionem, aut cenſum, aut xenia dare, aut quamcumque angariam facere, aut . . . . ſed ſicut ſemper ſecuriter ſub cura, & defenſione ipſius ſacratiſſimi Oratorij, vt quoad Gaſtaldeos, & ad publicam exactionem eſſet ſoluendum, hoc perſoluant in ipſum ſanctum locum iuxta voluntatem, ac diſpoſitionem Beneuentani Pontificis, ſiue in penſione, ſiue in exequutione, & cenſu, vel angarijs, & per ipſam defenſionem quando coguntur à Gaſtaldeo, vel quolibet actionario publico ire in exercitum, ſint tamen,
D & maneant in obedientia ipſius S. Oratorij ad reſtaurandum, & cooperandum quidquid illic neceſſarium eſſe videbitur interius exteriuſque iuxta voluntatem præfati Beneuentani Pontificis, vel eorum, qui ab ipſo ibi præordinati fuerint: itaut ipſis, & non alteri ſint tantummodo ſubditi, ſiue ad penſionem, cenſumque, ſeu conſueta xenia dandum, ſeu angarias rationabiliter perſoluendum, & ſicut dictum eſt ſalua ſua libertate in omnibus obediendum, & vt ipſi ſub hac defenſione quieté permaneant, & prædicto ſancto loco per eos debitus honor accumuletur, ſiue per congruas exactiones, ſeu per neceſſarias operationes, & deuotas obedientias dum ea exhibent in ipſo ſancto loco, quæ Gaſtaldeis, ſeu publicis exactoribus ſoliti fuerant exhibere, & vt nul-

nullus Iudex, aut . . publicas exactiones quolibet modo aurat, nullusque omnino Gaſtaldens in prato ſancto loco placitum vllo modo pr mat tenere noſtra præſenti funditus ierdicimus Imperiali præceptione. Qua noſtræ conceſſionis, & præceptionis i nunitatem, quia volumus in perpetuu inuiolabiliter permanere, ideo ex noſt poteſtatis auctoritate firmiter cenſens, vt ſi quis contra eam quolibet modegere tentauerit, vel quidquam inde viare præſumpſerit, non ſolum id quod vlauerit reſtituendo reſtauret, ſed etiam iginta libras auri puriſſimi in eoden ſacr loco inuitus perſolnat, quatenus hæc noſtra conceſſio ſemper firma, & ſecur. conſtat, pro qua videlicet inconcuſſa nſtræ piæ denotionis conceſſione volumu vt omni tempore per ſingulos dies pronobis noſtraque dilectiſſima coniuge acrole, omnique parentela illic miſſa canatu, & die noctuque ſemper per ſingulas officiorum horas ter cum propria oratione datur Kyrie eleiſon, & in Matutinorum pletione Deus miſcreatur noſtri, ac horsertiæ Deus in adiutorum meum intende ſeu Completorium De profundis vbi æternaliter decantentur. Porro, vt hæc noræ conceſſionis immunitas ab omnibus v iſſima credatur, inuiolabilis conſeruetu, propria manu eam firmauimus, & bullis nſtris roborari pariter præcepimus.

L
|
Signum V—D—O *ſereniſſimi Auguſti*
V
I
C
I

Ego Gangrinus Sacerdos, ac Cappellanus iuſſu Sereniſsimi Auguſti D. Ludouici ſcripſi.

Actum Beneuenti Ciuitate. Datum IV. Kalend. Iunij AnnoChriſti propitio Imperij Sereniſsimi Auguſti D. Ludouici XXI. Indictione VIII. feliciter.

Subſequenti anno 876. Carolus Caluus Ludouici nepotis priuilegium dedit Ayoni Epiſcopo, cuius autographum extat in eadem bibliotheca Beneuen. adeo lacerum ac temporum iniuria conſumptum, vt vix contrectari poſsit nec dum legi. Datum tamen bene conſpicitur in hæc verba.

Signum . . . mi Imperatoris.

Audelganus notarius ad vicem Ganzelini recognouit & ſcripſit. Datum VII. Kal. Ianuarij anno XXXVII. regni Domini Caroli in Francia, & Imperio 1. Actum in ſancto Petro Indictione IX. In nomine Domini feliciter amen.

In principio etiam commode legitur. *In nomine Domini ſancta, & indiuidua Trinitatis. Carolus eiuſdem Omnipotentis Dei gratia Imperator Auguſtus . . . . libenter in his quæ erga . . . . . accommodamus, & ea vſque ad effectum perducimus, non ſolum Imperialem exercemus conſuetudinem, ſed etiam & in noſtro reddimus alacriores obſequio . . . . . quo di. . . San. . . Beneuent. . . . Ep. . . . excellentiam, vt more piæ recordationis Aui noſtri Caroli ſeu nepotis noſtri Ludouici quodam Imperatoris.* Hæc ideo tranſcripta ſunt, vt clarum appateat hunc Carolum eſſe Carolum Caluum ex verbis *Aui noſtri Caroli, & Ludouici nepotis noſtri*, colligatur. Nomen vero an ſit Ayo, vel Ioannes non bene percipi poteſt: verum cum præceptum Ludouici factum ſit Ayoni, & vnus tantum annus interceſſerit ab illo ad hoc Caroli documentum, eſſe datum exiſtimo ad eundem Ayonem, In corpore autem priuilegij, multa verba dignoſcuntur, quæ eundem faciunt ſenſum cum priuilegio Caroli Magni, quia & eadem phraſis percipitur. Idem Ayo monaſterio S. Modeſti, quod in vrbe Beneuentana ſitum eſt, nonnullas Eccleſias conceſſit, & ab omni onere immunes fecit anno 875. ad quem Ioannes VIII. Papa epiſtolas ſcribit 33 & 157. eidem Ayoni Anaſtaſius Bibliothecarius dicauit ſermonem Theodori Studitæ in honorem ſancti Bartholomęi Apoſtoli ab ipſo ex Gręco in Latinum traſlatum. Memoratur in epitaphio Caretrudę matris quod legitur in magnifico tumulo ante portam Cathedralis Beneuentanę,

Quam velox fugiat mundanæ gloria vitæ!
Teſtantur cineres, quos monumenta tenent.
Nil ſine fine manet, ſub Cæli cardine comptum
Tempus, honor tranſit, lux, caro, vita, ſalus.
Cuncta mori conſtat, quæ Mundi machina geſtat,
Sola mori neſcit, vita referta bonis.
Hæc olim, cuius Tumulus, hic occulit artus,
Per genus omne ſuum fulſit in orbe ſatis.
Nam ſummi coniux, Radelchis

Principis extans ,
Germine quod tenuit auxit honore decus .
Inde viri ſolium in natis ex ordine firmans ,
Sancinit patriæ hos caput eſſe ſuæ.
Sicque ſuo magno fructus in culmine ventris
Ter quartum vidis fructificaſſe gradum.
Pontificem , & Comites genuit , Proceresque ſagaces ,
Vndique conſpicuo fulta vigore fuit .
Hinc decus in patribus captans, iri prolibus illinc ,
Per mores ſtuduit tegmen habere pios .
Sollers, ac mitis , prudenſque in famine dulci
Lactea conſpectu, plus probitate micans.
Eccleſias venerans , inopum paſcenſque cateruas :
Quod benè diſtribuit , nunc fruitura metit .
Bis tria paſt annos quadragenos luſtra recurrens
Hæc Caretruda ſolo terrea membra dedit .
Iunius ereptam hanc è carnis carcere menſis
Nonarum quartam ſuſtulit ante diem
O mundum Martyr Ianuari clare per omnem
Pro culpis huius fer pia verba Deo ,
Vt careat pœnis, & captet gaudia Cœli
Sancto ob quod cupijt hoc recubare loco .

Ex duodecim filijs quos ex Rodelcho peperit Caretruda Adelchis vir mitiſsimus & Rodelgarius Principes extiterunt Beneuentani, & Gaideri post Adelchim patruũ Princeps ſalutatus, vere Ayone Epiſcopo, item eius patruo, cuius deinde à Principatu anno 889. cum Ayone Epiſcopo defuncto , vt Herempert ſcribit. mortuus eſt Ayo ante annum 85

44 CONSERVATVS Eccleſiæ Beneuentanæ præerat anno 85 cui anno 893. Ianuario menſe Indict. 11. oſmas Anthius Protopatritius , & Baſilius Protonotarius Conſtantinopolitani Imperatoris. qui tunc Beneuentũ in ſuã redierat poteſtatem, Conſeruato Epiſcopo omnia ſuæ Eccleſiæ pertinentia ſub poteſtate ſui Epiſcopatus conceſſerunt : atque redegerunt præter Eccleſiam ſancti Angeli, quam diſpoſitioni Imperatoris reſeruarunt . Diplomeſt tenoris ſequentis in Bibliotheca Beneuentan faſciculo Priuilegiorum 22. num.

Enthelma facta à me Coſma Anio Protopatritio , & Baſilio Protonotario, & Stratigos Siciliæ & Longobardiæ , quam edimus vobis Domino Conſeruato Epiſcopo Beneuentano quatenus iuraui mus vobis ego , & Epiphanius Hitothis , & Baſilius Strato , & Clado , & cæteri omnes iudices , vt habeatis vos omnia pertinentia ſub poteſtate ipſo Epiſcopio in ipſa terra Longobardiæ, habeatis , & dominetis ea abſque Eccleſia S. Angeli, quam reſeruauimus in poteſtate ſanctorum Imperatorum noſtrorũ , vt ſicut Deus *inſpirauerit illis , ſic faciant , propterea præcipimus omnibus qui hanc noſtram Enthalmam legerint , vel audierint ſiue Protonotarij ſiue . . Caſtaldeus , vel Comes Curtis, aut domeſticus de ipſa Roma, & vſque ad minimum hominum eſt publicum ſeruitium. vt nihil ex iis omnibus audeat per qualecunque ingenium impedire, aut lædere in omnibus pertinentijs dictæ Eccleſiæ ; ſi quis autem præſumpſerit , aut talia non compleuerit, ſicut iſta mea Enthelma continet recipiat diſciplinam à nobis , vel à ſucceſſoribus noſtris fruſtaturam, vel tonſuram , & ad confirmandam , & credendam hanc meam Enthelmam plumbea bulla fecimus eam bullari , iuxta noſtram conſuetudinem Ianuario Indict. 11,*

45 PETRVS florebat anno 894. ad quem ſunt Formoſi Papæ literæ in Biblioth. Beneuent. ſed adeo laceræ, & corruptæ , vt vix titulus legi poſſit, ſub hoc tempus Gregorius Patritius Simbatico in adminiſtratione Beneuent. Principatus ſucceſſit illuc miſsus ab Imperatore Conſtantinopol. vt Leo Oſtiẽſis narrat. Poſt annos vero, tres ac menſes nouem , Guido Longobardus , pulſis Græcis vrbem Beneuentanam recuperauit, ipſiuſque Principatus tenuit ferè annos duos : poſtquam Rodelchis Princeps iam antea expulſus reſtitutus eſt , ſed iterum eiectus de ſede , & Atenolphus Capuanus , Comes, Princeps Beneuentanus creatus eſt anno

anno Domini 899. cuius ſucceſſores Capuæ ſimul Principes fuerunt. Porro Petrus Epiſcopus, vt patriæ libertatem vindicaret, cum Atenulphus ciuitate abeſſet; pleroſque Beneueneanos induxit, vt ſibi ſeruitutem, & fidelitatem iurarent. Verum Atenolpho in Vrbem armato milite redeunte Petrus exulare coactus eſt, & in exilio mortalitatem expleuit; annus vero ignoratur. Atenulphus vero obijt anno 914. & Principatum obtinuerunt Atenulphus II. & Landulphus eius filij, & Principes ſecundi Beneuentani, & Capuani extitere.

46 VALDEFIDVS qui quidem nominatus reperitur in quodam codice antiquo, cæterum annus ſedis ignoratur.

47 IOANNES huius nominis III. Epiſcopus Beneuent. & Sipõtinus creatus eſt, vel in fine anni 913. vel ſubſequentis initio, id exploratum habemus ex monumento eiuſdem Ioannis ad fauorem Eccleſiæ S. Martini in ciuitate Bouini exædificatæ à quodam Petro Clerico, quam immunem declarauit ob omni Epiſcopali iuriſdictione. Documẽtum ſcriptum eſt anu. 12. Landulphi, & Atenulphi Principum Beneuentanorum, qui patri Atenulphi ſucceſſeruut eo anno ſupra relato 914. Herempetto reſte. vel 915. vt alij ſcribunt, qui fuit etiam primus ordinationis Ioannis, & Conſtantini Imper. 12. Indict. 2. quæ cadit etiam in an. 928. Exemplar integrum documenti extat in ſæpè citata Chronica ſanctæ Sophiæ cap. 1. p. 6. in hæc verba.

In nomine Domini Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti.

✠ Anno quintodecimo Imperij diuinorum noſtrorum Romanorum Conſtantini, ac Chriſtophori magnorum Imperatorum, & duodecimo anno Domini Landulphi Antipatris Patritij, & Principis, & Domini Atenulphi eximij Principis, menſe Februario, prima Indictione, necnon duodecimo anno Domini Ioannis Venerabilis Epiſcopi quando fauente Deo Beneuentanæ, ac Sipontinæ Eccleſiæ Antiſtes conſecratus eſt. Nos Ioannes in præfata ſanctæ Dei Genitricis Mariæ Sede Pontificis prælatum declaramus: Quoniam tu Petre Clerice habitator ciuitatis Biuinenſis, filius Rodelfridi ædificaſti Eccleſiam nomine S. Martini in eadem ciuitate Biuina in proprio territorio tuo, & deprecatus es nos, vt eandem tibi liberam, atque ſolutam conſtitueremus ab omni conditione noſtræ ſedis, Nos vero audiuimus deprecationem tuam, vt recordato ritu anteceſſorum noſtrorum, cum cõſenſu Sacerdotum, ac Leuitarum, omniumque Ordinum Clericorum per hoc noſtrum roboreum firmitatis præceptum, præfatam ſupradictamque Eccleſiam liberam eſſe conſtituimus, tibi, atque hæredibus tuis ab omni conditione noſtræ ſedis ſupranominatæ, amodo, & deinceps, vt nec Presbyteri, nec Archipresbyteri, nec quilibet noſtrorum Clericorum aliquam poteſtatem, aut donationem, vel etiam actionem habeat, vel minimam in eadem Eccleſia; verumtamen perpetuis temporibus habeas tu illam, & hæredes tui in veſtra poteſtate, diſpoſitione, & dominatione, ſicut veſtra fuerit voluntas; excepto ſi Presbyter fuerit defunctus, qui eandem Eccleſiam regere videbitur, ſemper ibi Sacerdos ordinetur, qualem volueris tu, & hæredes tui, cum conſenſu quidem noſtro, vel ſucceſſorum noſtrorum; & vt hæc ab omnibus incunctanter, annulis imaginem Genitricis figurantibus, in vna parte ſignum ſanctæ Crucis cum arcu in vtroq; Crucis latere cum duabus columbis aſtantibus, atque in altera parte nomen ſanctæ Mariæ in Cruce affixum depinximus roboratum; quod videlicet præceptum tibi Leoni Diacono, & Subdiacono ſcribere iniunximus, necnon & Sacerdotes proprijs manibus, reliquoſque Cleros noſtros ſeſe ſubſcribere iuſſimus, & per confirmationem ſupradictorum omnium ſecundum conſuetudinem præceptorum manu noſtra ſubſcripſimus.

Actum Beneuenti in ſacratiſſimo Epiſcopio.

Ego Ioannes Archipresbyter ex iuſſione Ioannis Epiſcopi me ſubſcripſi.

Ego Ioannes Presbyter, & Abbas ex iuſſione Dom. Ioannis Epiſcopi me ſubſcripſi.

Ego Scildatus Diaconus, atq; Presb. me ex iuſſione ſuperiorum ſubſcripſi.

Ego Magalcardus Subdiaconus me ſubſcripſi.

Ego Engelgardus Clericus me ſubſcripſi.

Sub anno 938. eodem poſtulante Ioanne Epiſcopo, Landulphus, Atenulphus, & Atenulphus alter Principes Beneuentani donationes quaſdam fecerunt Eccleſiæ ſancti Ioannis in porta Aurea, autographum donationis extat in Bibliotheca Beneuentana num. 84. faſciculo 1. literis Longobardis ſcriptum in charta hoedina, præ vetuſtate pene exeſum, quod nos ipſi conſpeximus, & exſcripſimus, tenor ita ſe habet.

†

In nomine Dei æterni Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti.

Landulphus, Atenulphus & Atenulphus, diuina ordinante clementia Longobardorum gentis Principes cum principali excellentia petitionibus dilectorum ſuorum omnibus iuſte petentibus clementer fauet.

Igitur noverit omnium fidelium noſtrorum præſentium, & futurorum ſolertia. Quoniam Ioannes Venerabilis Epiſcopus Beneuent. Sedis dilectus noſter noſtram poſtulauit Excellentiam, vt concederemus Odelprand Sacerdoti, & Lufred Eccleſiam ſacri Palatij vocabulo ſancti Ioannis præſiſtentem intro hanc veterem Beneuentanam ciuitatem non longe à porta Aurea qualiter liceat eum, vel ſucceſſores eius qui in eadem Eccleſia die noctuque deſeruierint, ſicut .. cauſare, & contendere præter omnẽ . . . . de rebus prædictæ Eccleſiæ ſancti Ioannis quæ habet in finibus Capuæ, ſeu in finibus ſanctæ Agathæ, & in Cauenſi & Furcule, atque in Squille per diuerſa loca, necnon in Salerno, & Abellino, & alijs locis. Etiam non impediatur in aliquo pro Abbate ipſius Eccleſiæ, ſed per ſeipſos habeant communimina eiuſdem Eccleſ. cauſare & omnem . . facere, vſq; dum illas reſignare ad poteſtatem eiuſdem eccleſię ſancti Ioannis. Cum autem ipſe habeat ad poteſtatem de ipſa Eccleſia reuocare . . nulli Abbatum, vel cuſtodũ liceat ſit ex eis quicquam auferre quolibet modo, aut vendere, aut donare, vel qualitercũque alienare ab ipſa Eccleſia. Sed ſemper habeat, & poſſidere illas cuſtodes ipſius Eccleſiæ & de ſucceſſore, & deueniat in ſucceſſorum qui ibidem voluerit deſeruire ſicut prædictus, & Odelprandus Presbyter ibi deſeruiat ad faciendum inde vtilitatem eccleſiæ ſe ipſum inde nutrire in aliquo valeat. Vnde expetijt fieri munitionem . . . excellentia ad . . . petitionem libuit nobis vſquequaque ſenſum perçbere. Quapropter ne eiuſdem Religioſi Antiſtitis caſſa maneret obſecratio, petitioni eius benignè aſſenſimus. Exindeque hos noſtros munificentias & apices exarari præcepimus, propter quos videlicet omnino ſancimus, & perpetualiter tibi Odelprando Sacerdoti, & tuis ſucceſſoribus qui ita deſeruierint in præfata Eccleſia S. Ioannis pertinente ſacri palatij non longe ſita è porta Aurea, concedimus in omnibus licentiam vt amodo & deinde in poteſtatem per vos ipſos habeatis cauſare, & contendere cum munionibus de ipſa

A eccleſia, de omnibus rebus prædictæ Eccleſiæ, quas habet in finibus Capuæ, & in finibus ſanctę Agathæ, ſeu in caudi in Furole & Squille in Salerno, & in Abellinate aliſque pluribus locis, & per vos eas legaliter contendendo debeatis vincere, & ad poteſtatem eiuſdem eccleſiæ reuocare, & quid exinde quis donauerit annualiter de ipſa Eccleſia, & vltra habeatis, & poſſideatis abſque contradictione ſacri noſtri palatij, vel de qualicunque vtilitate quarum à ſacro palatio eadem eccleſia largita fuerit. Cum ad ea ſiquidem cenſemus, vt nulli aliquando Abbatum, ſeu Rectorum liceat ſit quocunq; modo, vel quocunq; ingenio ex

B eiſdẽ rebus quidquã aut vendere, aut cõmutare, aut in quolibet alienare, & quicunq hoc facere præſumpſerit ſancimus ſiue Abbas, ſeu quiſcunq; quidem Eccleſiæ Rector ſancimus atque firmamus vt perſoluere debeat compoſitionem ſacro palatio auri puri libram vnã, & vẽditiones, ſeu commutationes, aut obligationes, ſeu qualibet ſcriptiones quas quocunque modo factas inueneritis de eiuſdem rebus modis omnibus penitus euacuentur à ſacro palatio, & ad poteſtatem eiuſdem Eccleſiæ eas retinere ſub cuſtodibus, & ſeruientibus eiuſdem Eccleſiæ in ratione ſupraſcripta, ita vt de ſucceſſore deueniat qui in eadem Eccleſia

C ſeruierint ad habendum eas pro ipſius Eccleſiæ vtilitate . . . . procurandam. Et quidem vt hæc conceſſio plenius in Dei nomine habeat vigorem, manu propria conſcripſimus, & anulis noſtris iuſſimus ſigillari.

ATE
Signum N—O—L *Domini Atenolphi Principis.*
F
V
S

PetrusClericus & ſcriba ex iuſſione ſupraſcripta poteſtatis ſcripſi.

Datum pridie Idus menſis Ianuarij in 36. anno principatus Domini Landulphi glorioſi Principis, & 26. anno principatus Dom. Atenulphi eximij Principis. Atque quarto anno principante Atenulpho filio Domini Landulphi glorioſi Principis Indict. 9. ſcriptum in ſacro Beneuentano Palatio.

Ad Ioannem hunc qui per multos annos Beneuẽtanam rexit Eccl. ſunt literæ Marini Papæ II. ſcriptæ anno 944. quibus ipſi, ſuiſque ſucceſſoribus ea omnia quæ alij Romani Pontifices conceſſerunt ſuis anteceſſoribus, & alia quædam confirmauit. Earum exemplar ex tabulario Biblioth. Beneuen-

tanæ

A tanæ retulit Vipera, ſed parum accuratè ſequentis tenoris;

MARINVS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei,

Dilectiſſimo, atque merito honorabili Ioanni ſanctæ Beneuentanæ Eccleſiæ Epiſcopo, tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum.

Cum ſummæ, & Apoſtolicæ dignitatis Chriſti in hac diuina præſectura nitor dignoſcatur præfulgere, & in exercendis Dei laudibus ſui impenſius ſtudeat laboris exhibere certamen, ob hoc debita nos eiuſ-
B dem Apoſtolicæ Paſtoralis compulit ſollicitudinis cura, quæque ad ſtabilitatem piorum locorum promulgari, & Apoſtolicæ inſtitutionis cenſura confirmari. Igitur quia poſtulaſti à nobis, quatenus Sedis Apoſtolicæ. . decoraretur & antiquos terminos eidem conceſſos ab anteceſſoribus noſtris Pontificibus confirmaremus, pijs tuis deſiderijs fauentes, hac noſtra auctoritate id, quod expoſcitur, effectum mancipamus; concedentes tibi, tuæque ſanctæ Beneuentanæ Eccleſiæ, quæcunque legaliter, & rationabiliter antiquo iure tempore prædeceſſorum tuorum viſa eſt poſſidere, ideſt Biuinum, Aſculum, Larinum, Sipontum, & Eccleſiam ſancti Michaelis Archangeli
C in Monte-Gargano cum omnibus earum pertinentijs, & omnia prædia cum Eccleſijs, famil ijs vtriuſque ſexus, & maſſis, totaque infra tuã Parochiam loca, ditione antiqua tuæ Religioni, ſucceſſoribuſque tuis concedimus dominanda, & legaliter, atque canonicè diſponenda cum omnibus ſuis pertinentijs, ſiue ſint ciuitates, ſeu quæcunq; caſtra poſſeſſa dudum ab anteceſſoribus tuis Epiſcopis, conſtituta ſiquidem inſuper cẽſura, Diuini ſub iudicij obteſtatione, & validis, atque atrocioribus anathematis interdictionibus, vt nullus vnquam alterius dignitatis poteſtate præditus homo præſumat, ſiue ſit illa magna, ſiue parua perſona, aut Græcus in tua ſancta Beneuentana
D Eccleſia aliquam vim facere, vel de ijs, quæ ei pertinere videntur, quoquo modo auferre, aut alienare, vel eis minuere terminos, & nec quamlibet malitiam, aut fracturam, moleſtiam in eadem inferre quocunque tempore, nec licentia ſit, vt dictum eſt ex eo, vel omnibus eidem pertinentibus, nunquam magnæ, paruæque perſonæ auferre, vt præfato iuxta id, quod à nobis ſtatutum eſt, eadẽ venerabilis ſancta Beneuentana Eccleſia Apoſtolicis Conſtitutionibus, atque priuilegijs conſiſtens ornata, inconcuſſa dotata permaneat; Si quis autẽ quod non optamus, nefario auſu præſumpſerit hæc, quæ à nobis ad laudem Dei pro ſtabilitate iam dictæ Eccleſiæ Beneuentanę ſtatuta ſunt, refragare, aut in quoquam tranſgredi, ſiue Græcus ſit, ſeu quicunque alter homo, qui dominationem, aut primatum habere voluerit per ſe, aut per alterum quemlibet hominem in præfatis Eccleſijs, ſine voluntate, & iuſſione Beneuentani Epiſcopi, & illi, qui eos fortaſsè recipere præſumpſerint, omnes pariter ſub eodem noſtro Apoſtolico, & deſcripto inuiolabili anathemate permaneant, & in nullam Eccleſiam intrare præſumant, aut aliquod officium Eccleſiaſticum faciant, at non qui pio intuitu obſeruator, & in omnibus exiſtit cuſtodiens huius noſtri Apoſtolici conſtituti ad cultum Dei reſpiciens, benedictionis gratiam à miſericordiſſimo Deo noſtro multipliciter conſequantur, & vitæ æternæ participes mereantur: Scriptum per manus Stephani Scrinarij S.R.E. in menſe Octob. Indict. 2. Bene valete.

Datum 3. Idus Nouembris per manum Nicolai Primicerij ſanctæ Apoſtolicæ Sedis. Anno Domini propitio Pontificatu Domini noſtri Marini Summi Pontificis, & Vniuerſalis Papæ in ſacratiſſima Sede Beati Petri Apoſtoli 2. in menſe, & Indictione ſupraſcripta 2.

Habemus Præſule Ioanne donationem Landolphi, & Atenulphi Principum ad fauorem Eccleſiæ ſancti Saluatoris in Beneuentana vrbe hodie vnitæ Monialium cœnobio ſancti Petri, apud quas extat exemplar donationis.

In nomine Domini Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Dei æterni.

Landolphus, & Atenolphus diuina ordinante prouidentia Longobardorum gentis Principes.

Cum excellentia Principis petitionibus dilectorum ſuorum iuſta petentium clementer faueat; quapropter nouerit omnium fidelium noſtrorum præſentium, ac futurorum ſagacitas, tam pro mercede, & redemptione animæ noſtræ, quàm per rogitum Rodelpatij Gaſtaldei dilecti noſtri conceſſimus in monaſterio Domini Saluatoris, quod conſtructum eſſe videtur infra hanc veterem Beneuentanam ciuitatem ſecus Tralenda, quæ pergit ad portam Ruſini vbi nunc Imelgarda religioſa Abbatiſſa regimen tenere videtur has fœminas, vna nomine Erimengarda, & alia ſimiliter nomine Erimengarda, quæ fuerunt liberæ fœminæ, tamen ſeruos prædicti monaſterij ſibi ſociauerunt viros, vnum nomine Metulum qui

qui Maiolfus vocatur, & vnum Clericum nomine Bonipertum, ideo pro merito culparum ſuarum, vnà cum prædictis ſeruis, & cum filijs, & filiabus ſuis legaliter ad noſtrum ſacrum Palatium deuenerunt, & nos ita ea ſdem fœm inas, & iam nominatos ſeruos ſimul cum filijs, filiabuſque eorum in iam facto Monaſterio conceſſimus, vt amodo, & deinceps habeat, & poſſideat prædictum monaſterium, eiuſque Rectores ſine contradictione Comitis Gaſtaldei, ſeu Iudicis, vel cuiuſcunq; perſonæ requiſitione; & vt nullus de prędictis fœminis, aut de prænominatis viris illatum inuaſionis, aut cōtrarietatis, vel de filijs, filiabusq; eorū ingerere vllam violentiam præſumant, ſed perpetuis temporibus iam nominatum Monaſterium, & eius Rectores per hanc noſtram principalem conceſſionem illas, & illos omnes habeat, & poſſideat facientes ex eis quodcunque voluerint; Porrò vt hoc quod iubetur ab omnibus immouibiliter obſeruetur, manu propria ſcripſimus, & à ſcriba noſtro iuſſimus ſigillari.

Signum Domini

ATE
|
N—O—L
|
F
V
S

Atenolphi excellen. Principis.

Vrſus Clericus, & ſcriba ex iuſſione ſupradictæ poteſtatis ſcripſi.

Dat. 8. Kal. Martias in anno 26. Principatus Domini noſtri Landolphi glorioſi Principis & 16. anno Principatus Domini noſtri Atenolphi eximij Principis, Indictione 15. actum Beneuenti.

Hęc conceſſio fuit facta de anno 942. qui fuit 26. annus Landulphi, & 16. Atenolphi ſub Ioanne Epiſcopo.

Anno 946. ſunt literæ Agapiti Papæ ad Leonem Presbyterum, & Monachum, & Benedictum intruſos in Triuentina, & Tornulenſi Eccleſijs (inſtante Ioanne Epiſcopo Beneuentano) quibus præcipit, vt deſiſtant illas Eccleſias occupatas retinere, declarādo non ſolum eas, ſed omnes alias in Beneuent. Principatu poſitas ad Epiſcopum Beneuentanum ſpectare. Exemplar literarum Agapiti ex Biblioth. Beneuent. deſumptum tale eſt.

A

AGAPITVS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei.

Leoni Presbytero, & Monacho, & Benedicto æquè Presbytero irrationabiliter à nobis conſecratis Epiſcopis, & ipſum ordinem . . . t ve- ſtientibus.

Miſimus iam vobis literas quatenus veniretis ad nos, & ſatisfaceretis accuſationibus, & querelis quas aduerſus nos habet Ioannes Epiſcopus ſanctæ Sedis Beneuentanæ, qui interpellauit ſuper nos, atque oſtendit priuilegia facta à noſtris anteceſſoribus Pontificibus S.R.E. & Apoſtolicæ Sedis cum diſtricto anathemate, vt nullus aliquis præſumat minuere terminos prædictæ

B

Beneuentanæ Eccleſiæ, & quod Triuentina, & Termolenſis Eccleſiæ antiquitus ſubditę fuiſſent Beneuentano Epiſcopo, pariterque & omnes aliæ Eccleſiæ, quæ conſtructæ, vel conſtruendæ ſunt infra terminos iſtarum, & aliarum per ciuitates, & caſtra eunctaque loca Beneuentani Principatus ditioni ſubiecta, & quia tenuiſtis venire, & rationem reddere, cognouimus vos nō per oſtium intraſſe, ſed furtiuè, vt fures & latrones aliūde irrupiſſe, & indebitè Epiſcopale miniſteriū vſurpaſſe, cumque noua præſumptio ſurrexerit, vt videtur, vt plebes quæ ſubditæ ſunt ſub Diœceſi & . . . . . Epi-

C

ſcopatus ipſius Beneuentanæ prouinciæ contra inſtituta canonum per præmium & datum elegerunt vos ſibi per ſimoniacam hæreſim Epiſcopos, ideoque excommunicamus vos ex auctoritate B. Petri Apoſtolorum Principis, vt neque in eiſdem Plebibus hoc eſt Triuentina, & Termolana Eccleſia Epiſcopalem Cathedram . . . . . . præſumatis, nec in nulla alia eccleſia permiſſum habeatis aliquod Epiſcopale officium peragere. Nos denique cognoſcentes quod licet illud ab antiquis poſſeſſum eſt Pontificibus, & omnia, & Parochias, & Diœceſes integrè Beneuentano Principatui retradimus, renouamus atque confirmamus eidem Ioanni Beneuentano Epiſcopo, eiuſ-

D

que ſucceſſoribus in perpetuum poſſidendum, à noſtrorumque ſucceſſorum nullo aliquid minuendum, propterea admonendo, mandando excommunicamus, auctoritate Beati Petri Apoſtolorum Principis Clericos, & cunctam plebem Triuentinam, & in Termolis conſiſtentem vt ſi . . . . ſine Gaſtaldeis miniſterialibus ſeu Clericus, vel Populus ipſarum ciuitatum præſumpſerit quærere ſupradictos Leonem Monachum, & Benedictum æquè Presbyterum in ipſis ciuitatibus excipere ad Pontificalem ordinem exercendum ſub anathematis vinculo maneant conſtricti. Si quis autem quod non optamus auſu præſum-

ſumpſerit hæc quę à nobis ad laudem Dei pro ſtabilitate iam d. Beneuentanæ Eccleſiæ ſtatuta ſunt refragare, aut in quoquam tranſgredi, aut minuere terminos, ſciat ſe anathematis vinculo innodatum; ſed & cũ Iuda Domini traditore, & cum omnibus impijs æterno ſupplicio condemnatum. At vero qui pro ſancto obſequatur, & in omnibus extiterit cuſtodiens huius noſtri Apoſtolici conſtituti ad cultum Dei reſpiciens, benedictionis gratiã à miſericordiosiſſimo Domino noſtro multipliciter conſequatur; & vitæ æternæ particeps effici mereatur.

Datum per manus Stephani Primicerij ſanctæ Romanæ, & Apoſtolicæ Sedis, anno Domino propitio Pontificatus Domini Agapiti Primi Papæ in ſacratiſſima Sede Beati Petri Apoſtoli primo Ind. 5.

Eodem anno Atenulphus Princeps, Beneuentanus obijt, cui ſucceſſit Landulphus qui ann. 956. habuit ſucceſſorem Pandulphum IV. eius filium Caposferreum nuncupatum Principem III. Beneuentanum, & Capuanum, vt Herempertus, & Ammiratus narrant. Pandolphus iſte ampliſſimum priuilegium elargitus eſt monaſterio ſancti Modeſti, quod ſex autographo eiuſdem Monaſterij tabularij num. 14. exſcriptum damus.

In nomine Domini Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Dei æterni.

Pandolphus, & Landolphus diuina ordinante Prouidentia Longobardorum gentis Principes.

Cum principalis excellentia petitionibus dilectorũ ſuorũ omnibus iuſta petẽtibus clemẽter faueat. Igitur nouerit omniũ fidelium noſtrorum præſentium ſcilicet, & futurorũ ſagacitas Leonem Venerab. Abbatẽ ſancti Modeſti, qui cõſtructus eſt intus hanc nouam Beneuentanam ciuitatem per Roffridum dilectũ noſtrum Parentem noſtram à Deo protegendam principalem adijſſe dignitatem deprecans, vt ei concederemus, atque confirmaremus in præfato Monaſterio ſancti Modeſti, in quo ille præeſt cuncta qualiter inferius declaratur habendo iure quæſito, de quibus petijt à noſtra excellentia munitionis apices, exinde . . . . fieri iubemus; cumque petitionis hucuſque & vſquequaque libenter aſſenſum præbentes hos noſtros munitionis apices exinde in præfato Monaſterio fieri iuſſimus, per quos videlicet omnino ſancimus, & perpetualiter per præſens hoc noſtrum roboreũ præceptum concedimus atque cõfirmamus

A in eodem Venerabili Monaſterio pro ſaluatione animæ noſtræ, noſtræque patriæ omnia, quæ per præcepta à cunctis Principibus anteceſſoribus noſtris, ſeu Regibus, atque Imperatoribus, quàm & à Ducibus, quàm & à Papis, vel Archiepiſcopis in eodem Monaſterio ſunt conceſſa, atque confirmata. Necnon concedimus . . . . in præfato Cœnobio has Eccleſias cum omnibus illarum pertinentijs. Et in primis Monaſterium ſancti Seuerini, quod monaſterium nunc eſt celeberrimum iampridem huius S. Modeſti fuerat . . grangia, & eccleſia ſanctæ Mariæ ad Silicẽ, quæ ædificatæ ſunt in ciuitate Neapoli in vico Danielli, & Monaſterium ſancti Benedicti quod
B conſtructum eſt in ipſo Monticello, iuxta ciuitatem ſanctæ Agathæ, & eccleſiã ſancti Angeli quæ dicitur de Oppente; & eccleſiã ſancti Angeli, quæ dicitur de Anguellano, & eccleſiam ſancti Saluatoris, quæ dicitur de Fraſſi, & eccleſiam ſancti Vincentij, quæ dicitur ad Montem, & eccleſiam ſancti Andreæ, quæ dicitur de Oſella in finibus de Caſtello Tocco, & eccleſiã ſancti Angeli de Ruffiniana, & eccleſiam ſancti Petri de loco Abellolla, & eccleſiam ſancti Potiti de loco Siluiani, & eccleſiam ſancti Stephani, & Adriani ſuper Balba, & eccleſiã S. Georgij propinque Balba, & eccleſiam ſanctæ Mariæ de Molinaria, & eccleſiã ſancti Marciani
C ni propinque Abellolla, & eccleſiam ſancti Damiani de loco Palearia, & eccleſiã ſancti Georgij, & Martini de loco Vico, & eccleſiam ſancti Nicolai foras, atque propinque portam nouam, & eccleſiã ſancti Nazarij intus eamdem nouam ciuitatem Beneuentanam, & eccleſiam ſancti Angeli ad portam nouam, & eccleſiam ſancti Angeli de loco Firacciani, & eccleſiam ſancti Celſi de Monte-Rotario, & eccleſiã ſancti Benedicti in ciuitate Ariani, & eccleſiam ſancti Potiti foras eãdem ciuitatem Ariani, & eccleſiam ſancti Marci, & Cypriani de pertinentia Frequentinen. & eccleſiam ſancti Nicolai, &
D Modeſti extra Mutonem, & eccleſiã S. Laurentij de Monte-Rotario, & eccleſiam ſanctæ Mariæ Virginis de Monte-Virgine in finibus Abellini, & eccleſiã ſancti Angeli de loco Alciaria in finibus Salerni, & eccleſiam ſancti Angeli de loco Colline propinque eccleſiam ſancti Cęſarij. Simulque concedimus, atque confirmamus in eodem Venerab. Monaſterio Riuum Albulo à principio ſuo vſque dum commiſcetur in fluuio Arbi à ſuo principio vſq; dum commiſcetur in fluuio Miſcellani, & ipſo fluuio Miſcellani, vſq; in fluuium Calore, & ipſo fluuio Calore vſque dum commiſcetur in fluuio Tamaro, & fluuio Tamari vſque dum commiſcetur in fluuio Sabati cum aquis, & alberis, & ripis ſuis vndique partibus, & cum vijs, & anditis, & ſuis omnibus pertinentijs. Confirmamus, atque concedimus inſuper in eodem ſancto, & Venerabili Monaſte-

naſterio hos omnes liberos homines defen- A
ſandos, quorum ſcilicet ſint hæc nomina Ianullus, & Petrus Gierem . . . . .

. . . .

. . . . . & omnibus hominibus quorum nomina ſunt ſupra adnotata in eodem monaſterio illos concedimus, atque confirmamus cum filijs eorum atque nepotibus eorum ad ſemper illos defenſandos pro parte eiuſdem Monaſterij, eiuſque Rectoribus amodo & ſemper concedimus quod per hãc principalem noſtram donationem, & conceſſionem ſint liberi ab omni datione, exactione, penſione, & cenſu, & portatica, & B
plateatico, & ab omni angaria, & ſeruitio publico.

Similiter concedimus, atque confirmamus in præfato ſancto, & Venerab. Monaſterio, vt ſi qualiſcunque ſeruus eiuſdem Cœnobij adulterium pro vno anno commiſerit cum fœmina libera, aut ſi ſerua adulterium commiſerit cum alio aliquo homine, ſint illi homines, & filij quos forſan genuerint ancillæ, & ſerui eiuſdem Monaſterij quamuis legaliter ad noſtrum ſacrum palatium deuenirent, quatenus amodo & . .

. . . .

. . . . ſed conceſſio, atque confirmatio prædictis temporibus in præfato Mona- C
ſterio firma, & ſtabilis permaneat ſine vllius Comitis Gaſtaldei, ſeu Iudicis contra

. . . .

. . . . propria ſubſcripſimus, & anuli noſtri ſigillari impreſſione fecimus.

P
A
Signum. ND—O—L *Domini Pandolphi eximij Principis.*
F
V
S

Ego Radelchiſius Clericus & ſcriba, ex iuſſione ſupradictæ Poteſt. . . . .

. . . *in anno vndecimo principatus Pandolphi glorioſi Principis, & in* . . . . .

. . . . *Indictione.*

Actum Beneuenti in ſacratiſſimo Palatio feliciter.

Hac eadem tempeſtate per Ioannem noſtrum Epiſcopum à collabente Eccleſia Montis-Virgiuis corpus ſancti Vitaliani Epiſcopi Capuani Beneuentum tranſlatum eſt, & in eccleſia B. Mariæ Virginis, modo Cathedralis honorificentiſſimè collocatum fuiſſe ſcribit Vipera; eodem fortaſſe viuente Præſule ſequens præceptum Pãdulphi Principis ſcriptum fuit ann. 953. ad fauorem eccleſiæ ſancti Benedicti propè fluuium Calorem intra Beneuentanam ciuitatem ſitæ, nos ipſe autographum vidimus, & exſeripſimus à Bibliotheca Beneuentana faſciculo 2. num. 88. vbi nunc extat.

In nomine Domini Saluatoris Ieſu Chriſti Dei æterni.

Pandolphus, & Landulphus, atque Pandolphus diuina ordinante clementia Longobardorum gentis Principes cum principali excellentia petitionibus dilectorum ſuorum iuſtè petentibus clementer fauet.

Igitur nouerit omnium fidelium ſanctæ Dei eccleſiæ, noſtrorumque præſentium ſcilicet, ac futurorum agnoſcat ſolertia Amatum venerab. Abbatem Eccleſiæ ſancti Benedicti, quæ conſtructa eſt extra hanc Beneuentanam ciuitatem iuſta fluuium Caloris, per Madelfridum Comitem dilectum noſtrum, & filius Madelfrid noſtram adijſſe à Deo protegendam principalem dignitatem. Deprecans, vt pro augumento prædicti ſui Monaſterij in qua ipſe Amatus regimen renere videtur, noſtręq; patriæ ſalua- C
tione concederemus, atque confirmaremus in eccleſia Beati Pauli Apoſtoli ſubdita eiuſdem ſuæ eccleſiæ atque monaſterij, quæ cõſtructa eſſe videntur intus hanc Beneuentanam veterem ciuitatem ſecus murum huius Beneuent. ciuitatis, in qua & ipſe regimen tenere videtur ad principaliter eas de eccleſia habendum eiuſque Rectores, atq; poſſidendum cuncta qualiter hic inferius declaratur iure quieto. De quibus etenim petijt noſtram celſitudinem, vt in eadem eccleſia ſancta pro perhenni tuitione, vt mos eſt anteceſſorum noſtrorum Principum munitionem inde fieri iuberem. Quapropter ne eius inaudita præſens poſtulatio. Eiuſdem petitionis vſquequaque aſſentientes ex ipſis omnibus in ipſa ſacra eccleſia hos D
noſtrę immunitatis apices fieri præcepimus. Per quos videlicet omnino ſancimus, & principaliter per præſens hoc noſtrum roborenm præceptum damus atque concedimus, & confirmamus in præfata eccleſia ſancti Benedicti, & iam dicti Beati Pauli Apoſtoli omnia quæ à Regibus, & ab anteceſſorum Principum in eadem eccleſia conceſſa ſunt, vel confirmata per præcepta, vel pactiones, vnde munimina habere pares huius eccleſiæ, vel rationes, vt ſemper per pares eiuſdem eccleſiæ, eiuſq; Rectores illud ſemper habeatur, & poſſideatur abſque cuiuſlibet contrarietate. Similiterque concedimus, & confirmamus in præfata eccleſia vocabulo ſancti Pauli per eiuſdem

A dem eccleſiæ, eiuſque Rectores poteſtatem habenres de quanrum continere videntur. Caſis einſdem eccleſiæ in eadem murum, huius noſtræ ciuitatis rumpere & . . . de arcora & aliud ædificiū in eodem murum facere, & deſuper plarea illa, quæ vadit erga eodem murum arcora, vel vere, & aliud ædificiū deſuper eadem platea ſacere, quæ omnia cum voluerit, & neceſſe fuerit ad pars eiuſdem eccleſiæ ita vt in prædictum murum pars eiuſdem eccl. & quæ Rectores poteſtatem habeant ſoramina ſacere vnde ſemper diſcurrere ipſa aqua foras eodem Monaſterio . . . . quod diſcurrerit ab alueum ipſius monaſterij; & quod B diſcurrerit à pars eiuſdem eccleſiæ . . . pro prædicto foramine diſcurrat ſemper foras eundem murum. Item concedimus in eundem Veneri locum omnibus rebus ex fundatis, quæ fuerunt de hominibus, quæ ex hoc ſæculo abſque hæredes migrauerūt. Et cum rebus eiuſdem eccleſiæ coniuncta eſt, vt ſemper pars eiuſdem Eccleſiæ, & quę Rectoribus illud habeantur, & prouidentur vna cum munimine Iudicis pertinenres, & continentes ad faciendum omne quod voluerint. Necnon & concedimus in præfata eccleſia ſancti Pauli, vt omnes redditus qui de exteris finibus venerint, aut homines qui ſe noſtro principatui ſubijciuntur in eadem eccleſia obtulerit, ſeu oblatum fuerit C liquit vt ſemper pars eiuſdem eccleſiæ eiuſque Rectoribus omnia, quæ ibidem obtulerit, vel oblatum fuerit, vna cum munimina inde pertinentes illud habeatur, & poſſideatur ſaciendum quod voluerint. Item concedimus in eundem vener. locum, omnibus illis hominibus qui in rebus eiuſdem eccleſiæ ſanctæ, ad habitandum introierint, vt ſemper illos defenſos habeamus ab omni ſeruitio publico, ſed quitquit in pars publica facere debērur torum illud in pars prędictæ eccleſiæ eiuſque Rectoribus faciatis atque perſoluaris. Pariter concedimus vt pars eiuſdem eccleſiæ ſemper fuerit ſoluta ab omni datione & ſeruitio publico, cu- D iuſcunq; facientes, vel perſoluentes ſeſemper ſint exinde ſoluta atque quieta hac etenim ſanctione cuncta . . . . noſtra conceſſiones velut prælati . . . amodo & perpetualiter pars eiuſdem eccleſiæ, eiuſque Rectoribus & omnia ab ea re, & poſſideatur per hanc noſtram principalem conceſſionem. Faciendum omnia quod voluerint, abſque vllius Comitibus Caſtald. Iudicibus, vel Sculderijs noſtris, aut cuiuſcunque perſonæ hominum aliqua contradictione, vel inquietudine à nemine aliquot contraria in aliquo ingerat, Vt autem hæc conceſſio ab omnibus immobiliter obſeruetur manu propria ſcripſimus, & anulis noſtris ſuper iuſſimus ſigillari.

P
A
I
Signum ND—O—L *Domini Pandolphi Principis.*
I
F
V
S

Ioannes Clericus & ſcriba de iuſſione prædictę poteſtatis ſcripſi.

Datum enim nobis 15 Kalen Ianuarij in an. 32. principatus Pandolphi glorioſi Principis, & 26. anno principatus Dom. Landolphi magni Principis, & . . . anno principatus Domini Pandolphi filij ſupradicti Domini Landolphi, 11. Indict. Scriptum in ſacro Beneuentano Palatio.

Cæterum Ioannis clara & vltima memoria legitur in Giſulphi Salernitani Principis præcepto, ſeu priuilegio ad fauorem eccleſiæ Beneuentanæ elargito anno principatus ſui 21. menſe Octob Ind. 12. qui aprè cadit in annum Chriſti 953. qui regnare cœpit cum patre Guaimario ſecundo, anno 935. Kalen. Ianuarij ætatis triennis, vel quadriennis, eodemque anno defuncto patre C ſolus Princeps euaſit Salerni. Documentum vetus Bibliothecæ Beneuentanæ in faſciculo priuilegiorum num. 20. ex autographo, quod penè exæſum vidimus, ſcribit in hunc modum,

In nomine Dei æterni Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti.

Conceſſimus nos Giſulphus Dei prouidentia Lōgobardorum gentis Princeps pro amore Dei omnipotentis, & pro remedio ſaluris animæ noſtræ, vel pro ſaluatione omnium fidelium Longobardorum, & totius noſtræ patriæ, quod & per rogitum Dominæ Gaitelgrimæ Principiſſæ dilectæ matris noſtræ, in eccleſia Beatæ glorioſæ ac ſemper Virginis Dei Genitricis Mariæ Sedis Beneuentanæ, vbi nunc fabente Domino Dominus Ioannes Reuerendiſſimus Epiſcopus, & Orator noſter præeſſe bidetur, vt extraneos homines quos pars prædicti epiſcopij in tota prouincia noſtri principatus adduxerit. . . . . in rebus quas habent in prouincia noſtræ Terræ ſint ſecuri, atque defenſi ab omni datione, & publico ſeruitio, vel ab omni angaria. Inſimul concedimus in prædicta ſancta Sede, vt Presbyteri qui regimen tenere videntur in Eccleſijs ſubditis, atque pertinenribus


eiuſdem ſanctæ Sedis, quas habet infra per- A
tioentias noſtri Principatus, vt & ipſi ſimi-
lit er ſint deſeoſi ab omni ſeruitio, & datio-
ne publica. & ſi ſine hærede quiſlibet ex eis
mortuus fuerit, aut res ſuas iniudieatas re-
liquerit, quidquid parauerit quomodocun-
que ſiue mobile, ſiue immobile ab illo die
quo pars prædictiEpiſcopij illum ordinauit,
totum eueniat ad poteſtatem prædictæ ſan-
ctæ Sedis, ſicut ad poteſtatem noſtri ſacri
Palatij euenire debuit. Interim eoneedimus
in eodem Epiſcopio, vt ſi ſeruus eiuſdem
Epiſeopij voluntariè non pro aliqua biolen-
tia liberam fœminam pertinentiæ noſtri
principatus ſibi vxorem ſociaberit, eueniat
ad poteſtatem eiuſdem ſanctæ Sedis, ſicut
legaliter ebenire debuit ad noſtrum ſacrum B
palatium. Interim etiam concedimus in
iam dicta ſancta Sede, vt ſi cooiunctum fue-
rit, vbicunque cum rebus ipſius Epiſcopij,
quod in pertioentia ooſtri Principatus ha-
bet aliquid mortuorum, vel ſi infra eandem
. . . . totum eueniat ad pote-
ſtatem præfatæ ſanctæ Sedis. Hæc omnia
quæ perleguntur ea ratione in eodem ſancto
Epiſeopio conceſſimus, vt amodo, & dein-
ceps per hoc noſtrũ roboreum præceptum
omni tempore ſecuriter, ac firmiter habeat,
ac poſſideat, & à nullo ex noſtris Iudicibus,
Comitibus Caſtaldeis, vel à quibuſeunque
noſtris Achonarijs habeat aliquando ali-
quam contrarietatem, aut moleſtiam, ſed C
perpetuis temporibus, tam prædicta ſancta
Sedes, quam eius Rectores, ſecurius illud
habeant ſicut prædictum eſt, & faciat inde
omnia quod boluerit.

Signum Domin  *GiſulphiPrincipis*.

*Hoc quoque præceptum conceſſionis ex iuſ-
ſione ſupradictæ poteſtatis ſcripſi ego Petrus
Clericus. & ſcriba ſacri Salernitani Palatij.*
*Actum in eodem ſacro Palatio anno biceſi- D
mo primo principatus ſupradicti Domini no-
ſtri Giſulphi Principis glorioſi menſe Octobris
Indictionis duodecima.*

Poſt hanc conceſſionem factam à Giſul-
pho Salernitano Principe, paucis annis ſu-
prauixiſſe Ioannem fatendum eſt, cui Vipe-
ra ſucceſſiſſe quendam Vincentium ſcribit:
at eũ vſque modo haud reperiri potuit fa-
ſcieulus ille in Biblioth. Beneuentana ab
eodem citatus, aſſerere compellimur Vin-
centium hunc ſuppoſititium eſſe, atque
adeo ab hac noſtra ſerie
exulandum.

✠



48 LANDOLPHVS poſtremus Bene-
uentanus Epiſcopus eirca annum Domini
957. ſedere cœpit, vt colligitur ex priuilegio B
Ioannis Papæ XII. eidem Laodolpho con-
ceſſo in anno ſecundo pontificatus eiuſdem
Ioannis Indictiooe 15. qui fuit 957. Quod
priuilegium cum à Vipera parum accuratè
tranſcriptum depreheoderit noſter ooo ſe-
mel laudatus Cœleſtinus, attentiori iouesti-
gatione in hunc qui ſequitur modum trao-
ſcribere curauit ab originali Biblioth. Be-
neuent. faſc. priuil. num. 50.

*IOANNES EPISCOPVS
ſeruus ſeruorum Dei,*

*Reuerendiſſimo, & ſanctiſſimo Landulpho C
ſanctæ Beneuentanæ Eccleſiæ Epiſcopo,
tuiſque ſucceſſoribus in per-
petuum.*

Cum ſummæ, & Apoſtolicæ dignitatis
apex in diuini profectus nitore digno-
ſcatur præfulgere, & in exercendis Dei lau-
dibus, ſuis impenſius ſtudeat laboris exhi-
bere certameo; ob hoc debita nos eiuſdem
Apoſtolicæ paſtoralis compulit ſollicitudi-
nis cura, quæque ad ſtabilitatem piorum
locorum promulgare, & Apoſtolicæ inſti-
tutionis cenſura confirmare. Igitur quia
poſtulaſti à nobis quatenus ſancta Beneuen-
taoenſis Eccleſia (cui Deo fauente præes)
priuilegijs ſanctæ Sedis Apoſtolicæ decora- D
retur, & antiquos terminos eidem conceſſos
ab anteceſſoribus ooſtris Pontificibus con-
firmaremus, pijs tuis deſiderijs fauentes, hac
noſtra auctoritate id quod expoſcitur effe-
ctui mancipamus. Concedimus tibi, tuæque
ſanctæ Beneuentaneoſi Eccleſiæ quæcunque
legaliter, & rationabiliter antiquo iure tem-
pore prædeceſſorum tuorum viſa eſt poſſi-
dere, ideſt Biuinum, Aſculum, Larinum,
Sipontum, & Eccleſiam ſancti Michaelis Ar-
changeli in Monte-Gargaoo cum omnibus
eorum pertioentijs, & omnia prædia cum
Eccleſijs, familijs vtriuſque ſexus, & Maſſis,
cunctaque infra tuæ Parochiæ loca ditionis
antiquæ tuæ Religioni, ſucceſſoribuſque
tuis concedimus dominanda, & legaliter,
atque

atque canonicè diſponenda cum omnibus ſuis pertinentijs, ſiue ſint ciuitates, ſeu quæcunque caſtella poſſeſſa dudum ab anteceſſoribus tuis Epiſcopis. Cenſentes ſiquidem inſuper Apoſtolica cenſura ſub diuini Iudicij obteſtatione, & validis, atque atrocioribus anathematis interdictionibus, vt nullus vnquam alicuius dignitatis poteſtate præditus homo præſumat, ſiue ſit illa magna, ſiue parua perſona, aut Græcus, in prædicta tua ſancta Beneuentanenſi Eccleſia aliquam vim facere, vel de his quæ ei pertinere videntur quoquomodo auferre, aut alienare, vel ei imminuere terminos, ſed nec quamlibet malitiam, aut iacturæ moleſtiam in eadem inferre quocunque tempore, nec licentia ſit, vt dictum eſt ex eis, vel omnibus eidem pertinentibus cuiquam magnæ, paruæque perſonæ auferre, vt profecto iuxta id quod à Nobis ſtatutum eſt, eadem Venerabilis ſancta Beneuentanenſis Eccleſia Apoſtolicis conſtitutis, atque priuilegijs conſiſtens ornata, inconcuſſe dotata permaneat. Si quis autem (quod non optamus) nefario auſu hæc quæ à nobis ad laudem Dei pro ſtabilitate iam dictæ Eccleſiæ Beneuentanæ ſtatuta ſunt refragare, aut in quoquam tranſgredi, ſiue Græcus ſit, ſeu quicunque alter homo qui dominationem, aut primatum habere voluerit, per ſe, aut per alterum quemlibet hominem in præfatis Eccleſijs ſine voluntate, & iuſſione Beneuentani Epiſcopi, & illi qui eos fortaſſe recipere præſumpſerint omnes pariter ſub eodem noſtro Apoſtolico, & diſtricto inſolubili anathemate permaneant, & in nullam Eccleſiam intrare præſumant, aut aliquod officium Eccleſiaſticum faciat. At vero qui pro intuitu obſeruator, & in omnibus extiterit cuſtodiens huius noſtri conſtituti ad cultum Dei reſpiciens, benedictionis gratiam à miſericordiſſimo Domino Deo noſtro multipliciter conſequatur, & vitæ æternæ particeps effici mereatur.

Scriptum per manum Leonis ſcriniarij S.R.E. in menſe Decembri Indict. 15. bene valete.

Datum octauodecimo Kal. Ianuarij per manum Marini Epiſcopi, & ſumma Sedis Apoſtolicæ Bibliothecarij Domini propitio pontificatus Dom. noſtri Ioannis Summi Pontificis, & vniuerſalis XII. Papæ in ſacratiſſima Sede B. Petri Apoſtoli, 11. menſe, & Indict. ſuprascripta 15.

Quod in hoc diplomate bis repetita inueniantur illa verba, *ſiue Græcus ſit*, eò eſt referendum quia tunc temporis Beneuentana prouincia aſſiduis premebatur Græcorum incurſionibus, cumque ſe à ſolo Patriarcha Conſtantinopolitano anathemate feriri poſſe iactarent, Romanus tamen Pontifex ob eam quam ſemper habuit in toto orbe Chriſtiano ſummam poteſtatem cum illa extenſione etiam ad Græcos ſua anathemata promulgabat.

Conceſſiſſe Landolphum ann. 961. dextrum brachium ſancti Apoſtoli Bartholomæi Berardo Comiti Liudoni conſanguineo ſuo ad exornandam Eccleſiam, quam in honorem eiuſdem Apoſtoli ex Landolphi Epiſcopi conſilio apud Carpinetum in Comitatu Bouinenſi exædificauerat, docet Chronica eiuſdem monaſterij de Carpineto lib. 1.

His igitur, ait Chronica, *peractis Beneuentum de promiſſo cum ſuppoſitione* (Comes nempe) *repetijt Archiepiſcopum* (melius Epiſcopum) *expoſito ei per ordinem quicquid egerit. Qui vt cognouit ſalutiferi ſui conſilij ſemen meſſem vberem protuliſſe, & conceptum piæ deuotionis in portum felicem traductum, & videm ſe illum lucratum fuiſſe in Domino in eodem lætus & gaudens, donauit brachium dexterum à cubitu ad humerum glorioſiſſimi Apoſtoli Bartholomæi, quod eo tempore, quo diſponente Deo almifice corpus Apoſtoli de Lipari fuit Beneuentum tranſlatum principante Sicardo quinto filio Siconis Principis, ad roborandam fidem viuentium; vt illic Apoſtoli corpus quieſceret, ſuper altare in argentea capſa fuit locatum. Tunc ille per Venerabilem Epiſcopum, cui per tres menſes ſeruierat militibus, pretioſo ditatus theſauro, cum exultatione magna remeauit ad propria. Et conuocatis poſtmodum Epiſcopis Pennenſi, Aprutino, Teatino, Valuenſi, & Marſicano fecit ipſum ſacratiſſimum brachium in maiori altari huius Eccleſiæ conſecrari, ipſam totam Eccleſiam ſolemniter dedicari. Anno Dominicæ Incarnationis nongenteſimo ſexageſimo ſecundo. 6. Kal. Septemb.*

Conſeruatur hactenus argentea theca incluſum, quam conflari fecit Comes Berardus, ſiue Bernardus, pretioſiſſimum brachium, magna veneratione colitur in eadem Eccleſia ſancti Bartholomæi apud Carpinetum, vbi tranſlatum fuerat. Chronicã ex qua pauca hæc excerpta ſunt, nuper publici iuris fecimus ad calcem ſeptimi noſtri voluminis.

Huic eidem Landolpho Otho qui dictus eſt magnus Imperator anno 967. donauit, ſeu potius confirmauit Caſtrum ſancti Angeli in Monte-Gargano ab Vrſo quondam Epiſcopo Beneuentano extructum, vt iam ſuo loco dictum eſt, & cum à Vipera non referatur niſi ſummatim talis donationis priuilegium, operę pretium duxi illud prout extat hic tranſcribere ex eadem Biblioth. faſciculo Priuilegiorum nu. 16.


†

In nomine Sanctæ, & Indiuiduæ Trinitatis.

Otto Diuina proteg̃nte clementia Imperator Auguſtus.

Si petitionibus ſeruorum Dei aurem li-
benter in his, quæ eis vtilia ſunt accom-
modamus, & ea vſque ad effectum perdu-
cimus, non ſolum Imperialem exercemus
cõſuetudinem, ſed etiam eos in noſtro red-
dimus alacriores obſequio. Quapropter
omnium fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ no-
ſtrorum ſcilicet præſentium, ac futurorum
comperiat induſtria, quia Landolphus di-
lectus noſter, noſtram deprecatus eſt ex-
cellentiam, vt in Eccleſia ſanctæ Dei Geni-
tricis, & Virginis Mariæ Beneuentanæ ac
Sipontinæ Sedis Epiſcopalis, vbi Landol-
phus Reuerendiſſimus Epiſcopus præeſt,
more piæ recordationis anteceſſorum no-
ſtrorum vtriuſque Karoli, & Ludouici, ſeu
Lamberti quondam Imperatorum ſequen-
tes præcepta . . . . . quæ ipſi in
eandem Eccleſiam miſerunt, noſtra autho-
ritate confirmamus, ſicut & fecimus, qua-
tenus omnes res, & quaſcunque ipſa domus
Dei habet, tam de datione Imperatorum,
Regumque, quamque Reginarum, vel Du-
cum, atque Duciſſarum, ſeu Principum Be-
neuentanorum, ſeu quorumcunque homi-
num Deum timentium, ſiue etiam em-
ptiones, commutationeſque vel cauſarum
definitiones quas de rebus ſanctæ Eccleſiæ
Rectores noſtri per cauſas in legali iudicio
vicerunt; necnon & omnes redditus, vel
oblationes fidelium diuerſarum Eccleſiarum
ipſi ſanctæ Beneuentanæ, ac Sipontinæ Sedi
legibus pertinuerint in integrum ab Epiſco-
po Beneuentano qui pro tempore fuerit ſe-
curiter poſſideantur, ſiue in ciuitatibus, &
caſtellis, ſeu in villis, vel in montibus, at-
que planis, ſeu & in aquis, & omnia
. . . . ac poſſeſſiones vnde-
cunque & vbicunque ipſa Dei domus lega-
liter poſſidere, ac dominari videtur, vel quod
in antea ibidem additum, vel delegatum
ſecundum legem fuerit ſub caritatis nomi-
ne ei conferimus. Eccleſiam ſancti videli-
cet Michaelis Archangeli ex Monte-Garga-
no, & ipſum caſtellum, vbi iam dicta ſa-
croſancta Eccleſia ſita eſt vna cum omnibus
Gaſtaldianis ibi commorantibus concedi-
mus, & confirmamus, vt amodo, & dein-
ceps, cunctis perpetuis temporibus ſalua
ſua libertate ſint ſub defenſione ſupradictæ
ſedis, eiuſque Rectoribus, ſimulque con-
cedimus, & confirmamus in iam dicta ſede
oppidum Varrani in eiuſdem Eccleſiæ ter-
ritorio ſitum cum aquis, & aris ibidem
ſtructis, terriſque, omnibuſque ſuis pertinẽ-
tijs. Hæc omnia perpetim in Epiſcopi Be-
A neuentani ditione, & poteſtate conſiſtant ad
diſponendum ea qualiter ipſe voluerit, &
vniuerſi oppidani eiuſdem municipij ſecuri
ab omni publica angaria, cenſuque & exa-
ctione aliqua, amodo, & deinceps ſalua
ſua libertate in omnibus ſubiecti, & obe-
dientes permaneant iam dictæ ſedi, eiuſque
Rectoribus: vt omne opus vel cenſum, vel
exactionem, quam publicè perſoluere de-
buerant hæc ambo oppida in præfata Dei
Eccleſia, eiuſque Rectoribus perſoluant per-
petuo, Aquas vero Sipontini laci, & flu-
men nomine Plata cum aris, omnibuſque
ſuis pertinentijs quas vſque modo iam præ-
fata eccleſia tenuit, & per quaſcunque ſcri-
B ptiones retinet, ſimiliter concedimus, &
confirmamus in eadem venerabili Sede, vt
vnde illa domus Dei temporale accipiat
incrementum, inde merces accumuletur
pro ſaluatione animæ noſtræ, omniumque
parentum noſtrorum, ſtatuſque noſtri con-
firmetur Imperij. Denique per hunc noſtri
præcepti tenorem, noſtra conceſſit, & con-
firmauit clementia in eadem Dei reuerenda
aula Beneuentanæ Sedis duas Abbatias, ſci-
licet ſanctum Petrum de Duddi, & ſanctum
Ioannem portæ Aureę cum omnibus earum
vbique pertinentijs, vel adiacentijs ſuis, &
vt à præſenti, & deinceps perpetualiter in
C poteſtate, & dominatione, ſeu diſpoſitione
Epiſcopi conſiſtant, abſque cuiuſcunque
aliqua contrarietate, vel requiſitione; fir-
mitates denique quæ conſtructæ ſunt, vel
conſtruentur in territorio Eccleſiarum eiuſ-
dem Sedis pariter conceſſimus, & confir-
mauimus in eodem Venerabili loco, ne
quis eaſdem firmitates ad publicum redu-
cere, & ſubijcere præſumat; ſed ipſæ, & ea-
rum habitatores ſalua ſua libertate in diſpo-
ſitione ſemper & ſubiecti, obedienteſque
Epiſcopo Beneuentano permaneant in om-
nibus . . . . quæ publicè debuerunt
perſoluere, Propterea quidem has noſtras
conceſſiones, & confirmationes, atque
enunciationem conſcribere iuſſimus, vt om-
nibus notæ ſint, & per eandem enunciatio-
D nem ſpecialiter ordinandum decreuimus,
vt nullus quilibet fidelium noſtrorum,
tã de Iudiciaria poteſtate, quam de reliquis
perſonis, amodo & deinceps in iam dictas
Abbatias, & iam præfata oppida ſcilicet
ſancti Michaelis Archangeli, & Varrani,
quæ prædeceſſores noſtri Ludouicus, &
Lambertus Imperatores illa ibi confirma-
uerunt, vel conceſſerunt per ſua præcepta
ſeu firmitates, ſiue in Monaſteria eidem
ſedi ſubiecta, aut in Eccleſias, vel Curtes,
ſeu in res vniuerſas ſupraſcriptas vnde ipſa
ædes ſacra legali ordine nunc veſtita eſſe
dignoſcitur, vel quæ in antea largitate bo-
norum hominum acquirere potuerit ad
cauſas audiendum: vel freta vndique exigẽ-
di, ſeu manſiones, & paratas faciendum,
vel fideiuſſorem tollendum, aut ipſius ho-
mines

mines ſanctæ Eccleſiæ contra rationis ordinem diſtringendum, neque nouas conſuetudines imponendum, neque vllas redhibitiones imponendum publicas, nullo vnquã tempore ingredi, vel exagitare præſumat, ſed ſub immunitatis nomine, valeãt memorati Landolphus Epiſcopus, eiuſque ſucceſſores qui pro tempore fuerint quieti (Chriſto propitio) viuere, ac ſecurè poſſidere ea cuncta, quæ ſuperius conceſſimus, & cõfirmamus, quatenus res melius delectet pro nobis, noſtriſque omnibus parentibus, noſtriq; ſtatu Imperij Domini miſericordiam attentiùs deprecari. Qui vero noſtræ conceſſionis, & confirmationis, ſeu præceptionis, & enunciationis . . . . in perpetuum volumus permanere inuiolabilem ideo ex noſtræ poteſtatis auctoritate firmiter cenſemus, vt ſi quis contra ea quolibet modo agere temptauerir, vel quidquid inde ſubripere præſumpſerit, non ſolum id quod violauerit reſtituendo reſtauret, ſed etiam 30. libras auri puriſſimi in ſæpe dicta Dei Domo Venerabili perſoluat inuitus: Et vt hæc conceſſionis noſtræ, & confirmationis largitas, & immunitas ab omnibus veriſſimè credatur, & inuiolabiliter conſeruetur perpetuis temporibus propria manu eam ſubter confirmauimus, & annuli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri.

Signum  *D.Ottonis Inuictiſſimi Imperatoris.*

Ambroſius Cancellarius ad vicem Huberti Epiſcopi, & Archicancellarij recognoui, & ſcripſi.

Datum Idib. Februarij anno Dominicæ Incarnationis 967. Imperij vero D.Ottonis piiſſimi Cæſaris 6. Indict. 10.

Actum in ciuitate Beneuenti in Dei nomine feliciter, amen, &c.

Ex occaſione huius à me tranſcripti priuilegij, ſicut & aliorum Beneuentanæ Eccleſiæ à Carolo, & Ludouico Imperatoribus conceſſorum ſatis mirari non deſino illorum piorum Principum in ditandis eccleſijs munificentiam. Sed quid admiror in Regibus, Imperatoribuſque dignitate, & eo præſertim ſæculo dominatione potentiſſimis, cum ſoli Beneuentani Principes omnium in largiendo Eccleſijs exæquarint rum Regum, tum Imperatorum munificentiam? Incredibile forſan videbitur id quod dicturus ſum, quin ego vix crederem niſi oculis primum, & modo vt ita dicam manibus contrectarem, totam nempe Beneuentanam Oram (prout antiquitus extendebatur, à Siponto, videlicet vſque ad Caſſinatem Montem) fuiſſe fundum proprietatemque eccleſiarum in ea exiſtentium; certe cum euoluerem monumenta Beneuentanæ Eccleſiæ, necnon ſanctæ Sophiæ, & ſancti Modeſti de Beneuento, itidem Monialium ſancti Petri, & ſancti Victorini eiuſdem ciuitatis, & facto calculo, Eccleſiarum, & pertinentiarum, vix erit reperire in tota Beneuentana prouincia vnicam terræ vlnam quæ aliquando ſub proprietate non fuerit prædictę eccleſiæ ac Monaſteriorũ. Quid ſi huic calculo adijcerentur ea quæ in ſingulis ferè paginis ſui Chronici refert Leo Oſtienſis de opulentiſſimis, ac frequentiſſimis Beneuentanorum Procerum, & Ciuium oblationibus in Monaſterio Caſſinenſi factis, vt omittam alia quæ ab vnica ciuitate Beneuentana, veluti ex vnico pietatis, Religioniſq; alueario Monaſterio ſancti Vincentij ad fluenta Vulturni collata ſunt? Certè vnuſquiſque in meam, ac Leonis Oſtienſis ſententiam deueniat, centupla ſcilicet retributione à Principibus, Proceribuſque Beneuentanis deuaſtationem Caſſinatis Monaſterij (à Zotone Primo Beneuentano, ac in ea regione Longobardorum Duce perpetratam) compenſatam extitiſſe. Verum (quid accuſem ignoro) hodierno tempore vix eſt reſcire, ne dicam inuenire priſcæ munificentiæ exiguum paruumque veſtigium. Remanſerunt quidem penes Archiepiſcopalem menſam nonnullæ vmbraticæ iuriſdictiones, ſicut, & in prædict. Monaſterijs cernitur, quæ & quaiia fuerint: at cum à Monachis D. Benedicti tranſierint ad Canonicos Regulares fato quodam, & viciſſitudine rerum antiquam videntur exuiſſe fortunam, & noſtris temporibus adaptatam induiſſe miſeriam.

Hoc eodem anno Landulphus Pandulphi filius Princeps Capuanus, & Beneuentanus monaſterio ſancti Modeſti Ordinis S. Benedicti ciuitatis Beneuentanæ confirmauit omnia priuilegia à ſuis prædeceſſoribus Principibus, Regibus, & Imperatoribus iam ante conceſſa ad inſtantiam Godeſcalchi Abbatis prædicti monaſterij. Documentum extat in Archiuio Monaſt. eiuſdem S. Modeſti in ſacculo priuileg. linguæ, & literæ Longobardicæ: Quod quidem confirmationis diploma tranſcripſiſſem niſi totũ penè corroſum, & quod vix inter manus euolui poſſit non repeririſſem. Vnum tamen ex indictione deprehendi, non bene à Vipera prædictam conceſſionem poni in ann. *966.* cum eo anno recurrerer nona indictio, & in priuilegio decima adnotetur, ſicque aſſerere cogimur eodem an. *967.* Ottonem, & Landulphum hanc Monaſterio, illam Epiſcopali ſedi Beneuentanæ iam præfatas promulgaſſe conceſſiones.

Maldefrid quem inter Beneuentanos Epiſcopos numero 51. reponit Vipera, expungendus à ſerie; toto namque euoluto Ar-

chie

chinio, & alijs innumeris ſcripturis tale numquam nomen ob oculos venit; quin & Inſtrumentum 47. in faſciculo 4. à Vipera citatum nihil tale protſus continet, ſed eſt quædam conceſſio, facta à Capitulo Beneuentano cuidam N. N. de vna domo in Parochia ſancti Pauli eiuſdem ciuitatis 1151. Legi in bulla huius Landolphi tunc Archiepiſcopi, de erectione Epiſcopatus S. Agathæ, primum eiuſdem eccleſiæ Epiſcopum inſtitutum fuiſſe ab eodem Landolpho, quendam Madefrid Beneuentanæ Eccleſiæ Presbyterum an. 970. fortaſſis Madefrid iſtum nominatum Epiſcopum notauit Vipera, ac neſciens cuius Eccleſiæ, Beneuentanæ oſcitanter aſcripſit.

Hucuſque Beneuentani Antiſtites nomine Epiſcopali notatos inuenio, vt bene notat Marius de Vipera; licet reuera poteſtate veluti Metropolitana functi ſint in eccleſijs eorum iuriſdictioni ſubiectis ab an. 668. vt videre eſt ex priuilegijs datis à Vitaliano primum, deinde à Marino, & tandem à Ioanne duodecimo ſuo loco relatis. In eo tamen eſt corrigendus Vipera, quod Landulphum primum Archiepiſcopum diuerſum ab eodem Landulpho conſtituat, quem (iam expuncto Maldefrid) conſtat ab Epiſcopali ad Archiepiſcopalem fuiſſe ſublimatum dignitatem Landulphum iam diu Epiſcopum, vt ex Ioannis XIII. Papæ literis mox exhibendis, clare videtur.



1 LANDOLPHVS igitur ex Epiſcopo Archiepiſcopus primus Beneuentanus renuntiatus eſt anno 969. qui à Ioanne XIII. vſum palij obtinuit, & Metropolitano titulo inſignitus. Corrigendus eſt Vipera qui hanc Archiepiſcopatus erectionem aſſerit fuiſſe factam ann. 964. vt ex diplomate per eum tranſcripto, & in ſua Chronologia relato liquido apparet; quod puto accidiſſe typographorum incuria, vel ſaltem eorum qui correctioni typographicæ adſtiterunt, ipſe namque Vipera vt qui iam ſenex, ægræ valetudinis, hoc munus per ſe explere non potuit, ſed alijs (vt verum fateat) in-

A curioſis viris eam demandauit curam, ex quo factum puto quod tot in ea Chronologia irrepſerint errores, quibus maxime inter alia ſcatet erectionis priuilegium quod à me accuratiſſime cum ſuo exemplari collatum hic ſubnectere iudicaui.

IOANNES EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei.

Dilectiſſimo nobis Landolpho Venerabili, atque merito honorabili Beneuentanenſis, & Sipontinæ ſanctæ Eccleſiæ, & modo per Noſtræ Apoſtolicæ auctoritatis conceſſionem Archiepiſcopo.

B Cum certum ſit Deo ſeruientibus ineffabilia æterni Regni præmia reſerari, Nobis tamen neceſſe eſt horum beneficia eis tribuere, vt in Dei laudibus ex remuneratione valeant multipliciter inſudare; & quia Beneuentanenſis eccleſia, in exercendis Dei laudibus magno conatu, piaque Religione inſiſtit, atque erga reuerentiam ſanctæ, & Apoſtolicæ Romanæ eccleſiæ præcipue exuberaſſe cognouimus, quod Nobis olim apud eam manentibus omnino conſtat inuentum, debemus itaque ex ardore charitatis, atque ſtudio Diuini cultus eam cauſa honoris, ac reuerentiæ ſublimiorem
C inter cæteras ordinare, & quoniam ſancta Sedes eſt, vbi Beati Bartholomæi Apoſtoli corpus requieſcit, merito decet augmento cultus amplioris decorare, quoniam & ad hoc Diuinæ miſerationis reſpectu curam regiminis ſuſcepimus, vt ad exhibenda Deo ſedula ſeruitia, & canoras laudes potentiæ ſuæ deuotos debemus ſollicitè inuitare; itaque Præſidentibus Nobis in ſancta Synodo acta ante confeſſionem Beati Petri Apoſtolorum Principis ſeptimo Kalendas Iunias, propoſitis in medio Sacroſanctis quatuor Euangelijs, præſente Domino Ottone glorioſiſſimo Imperatore Auguſto, Romanoq; noſtro filio, necnon Romanis, atque Ita-
D licis, & Occidentalibus Religioſis quamplurimis, atque etiam Catholicis, & ſapientiſſimis totius ordinis viris; hortatu ſiquidem benigno ipſius præfati Domini Ottonis clementiſſimi Imperatoris Auguſti, vna cum conſenſu infradictorum Præſulum, atque Sacerdotum, omniumque Clericorum S.R.E. qui inferius ſubſcripſerunt, quibus . . . . Beneuentanam Cathedram velle exaltare, interuenientibus videlicet Pandulpho Beneuentanæ, & Capuanæ Vrbium Principe, ſeu Spoleti, & Camerini Ducatus Marchione, & Duce, ſimulque & Landulpho excellentiſſimo Principe filio eius, vſum Pallei tibi præfate Præſul ad ſola Miſſarum ſolemnia peragenda conceſſimus, ſcilicet in his feſtiuitatibus, ideſt in Natiuitate Domini, Epiphaniæ, Purifi-

cationis

cationis ſanctæ Dei Genitricis, & Virginis Mariæ, ſimiliter & in Annunciatione eiuſdem B.Mariæ, & in Paſcali feſtiuitate, & in Aſcenſione Domini, & Pentecoſte, & feſtiuitate S.Ioãnis Baptiſtæ,& in Natalitijs Beatorum Apoſtolorum,& in Aſſumptione Beatæ Mariæ, pariterque & in Natiuitate eiuſdem, ſimulque & in dedicatione ſanctæ Eccleſiæ tuæ Archiepiſcopatus, necnon & in die conſecrationis, & in conſecratione Epiſcoporum tribuentes tibi inſuper cum eo poteſtatem, & honorem Archiepiſcopatus, itaut fraternitas tua, & ſucceſſores tui infra ſuam Diœceſim in locis quibus olim fuerant ſemper in perpetuum Epiſcopos cõſecret qui veſtræ ſubiaceant ditioni, ſcilicet ſanctæ Agathæ, Abellini, Quintodecimi, Ariani, Aſculi, Bibini, Vvlturariæ, Larini, Theleſiæ, Aliſæ. Adiecimus etiam vt vtaris Pallio in feſtiuitatibus B.Michaelis Archangeli, & tranſlatione B.Bartholomæi Apoſtoli. Poſteri verò tuæ Eccleſiæ Rectores poſt obitum tuum cõſecrationem ipſius Archiepiſcopatus, ac honorem Pallij, ab hac ſancta, & Apoſtolica, cui Deo auctore deſeruio, ſede percipiant. Confirmamuſque tibi, ſucceſſoribuſque tuis ſimiliter Sipontum, & eccleſiam B. Michaelis Archangeli in Monte-Gargano, & Vatranum oppidum cum Maſſis, & Villis,& omnibus pertinentijs eccleſiarum ſuarum qualiter ab anteceſſoribus noſtris per conceſſionem priuilegiorum poſſideri videntur. Statuentes inſuper Apoſtolica cenſura ſub diuini iudicij obteſtatione, & validis atque atrocibus anathematis interdictionibus. vt nullus vnquam alicuius dignitatis poteſtate præditus homo præſumat, vel etiam quæcunque magna paruaque perſona quoquomodo audeat deſtruere, dum profectò perenniter irrefragabili iure decernimus, vt ordinata in ſuo eſſe maneant, ſi tamen vt ſupradictum eſt ſucceſſores tui à ſancta Romana, & Apoſtolica Sede, conſecrationem, & vſum Pallei decretaliter percipere non diſtulerint. Si quis autem (quod non optamus) nefario auſu præſumpſerit hæc refragare, aut deſtruere, vel aliquam iacturam, aut moleſtiam inferre, ſit anathematis vinculis innodatus, & cum Diabolo,& eius atrociſſimis pompis, & cum Iuda proditore Domini Noſtri Ieſu Chriſti æterni ſupplicij incendio concremandus: at verò qui pro intuitu obſeruator, & in omnibus extiterit cuſtodiens huiuſmodi Apoſtolici inſtituti ad cultum Dei reſpiciens, benedictionis gratiam à miſericordiſſimo Domino Deo noſtro multipliciter conſequatur, & vitæ æternæ particeps effici mereatur. Amen.

Scriptum per manum Stephani ſcriniarij S.R.E. in menſe Maij Indict. 12.

Ego Ioannes ſanctæ Catholicæ, & Apoſto-

A *licæ Romanæ Eccleſiæ XIII. Papa in hoc priuilegio à nobis promulgato manu propria ſubſcripſi.*

†† Signum Dom. Ottonis piiſſimi Imperatoris.

Sico ſ, ... eccleſiæ in hoc priuilegio conſenſi, & ſubſcr.

Ioannes epiſcopus Galiſana eccl.

Ioannes epiſcopus Anagnina eccl.

Marinus epiſcopus ſancta Sutrenſis eccl.

Benedictus epiſcopus ſancta Terracinenſis eccleſia.

Leo epiſcopus ſancta Oſtienſis eccl.

Benedictus epiſcopus ſanctæ Portuenſis eccleſia.

B *Gregorius epiſcopus ſancta Albanenſis eccleſia.*

Ioannes epiſcopus ſancta Salernitanæ eccl.

Ioannes humilis epiſcopus ſancta Caſtranenſis eccl.

Ioannes epiſcopus ſanctæ Sarſinaten.eccleſ. conſ. & ſubſcr.

Stephanus epiſcopus ſanctæ Fidodenſis eccleſiæ conſ.

Conſtantinus epiſc. . . . .

Ignizzo epiſcopus Floren.eccl.

Hubertus epiſcopus . . . . . ſubſcripſi.

Guifridus epiſcopus ſancta Virodunenſis eccleſia.

C *Sigulphus ſanctæ Placentina eccl.conſenſi, & ſubſcripſi.*

Luitprandus epiſcopus interfui.

Bozzo epiſcopus ſanctæ Aſtenſis eccleſia conſenſi.

Abraham ſancta Prinſigenſis eccleſiæ epiſcopus conſenſi.

Raterius epiſcopus ſanctæ Marſicana eccl. conſenſi, & ſubſ.

Reginaldus ſanctæ Rubilanenſis eccl.epiſcopus conſ. & ſubſ.

Albericus ſanctæ Reatinæ eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi.

Domninus Archipresbyter S.R.E.conſenſi, & ſubſcripſi.

D *Creſcentius Presbyter Card.S.R.E. conſenſi, & ſubſcr.*

Theophylactus S.R.E.Presbyter conſenſi,& ſubſcripſi.

Benedictus Archid.S.R.E.conſ.

Ego Bonifacius humilis Diaconus S.R.E. conſenſi.

Leo Diaconus S.R.E. conſ.

Ioannes Subdiaconus S.R.E.conſ.

Datum 7 Kal.Iunij per manum Guidonis Epiſcopi ſanctæ Siluaecandidæ eccleſiæ, & Biblioth.S.Sedis Apoſtolicæ anno pontific. Domini noſtri Ioannis XIII. Papæ quarto. Imperatoris Othonis maioris 7. & minoris 11. indict. ſupradicta duodecima, anno Dominicæ Incarnationis 969.

Falsò diuinauit Vipera, vel Typographus hoc loco ponendo notas numericas indi-

Indicantes 964. cum ipſe Vipera in principio aſſerat erectionem fuiſſe factam de anno 959. qui quidem eſt verus annus. Quam igitur multipliciter ſit in prædicti diplomatis impreſſione peccatum, facile quiſque deprehendere poterit ex huius cum illo à Vipera relato collatione, quia vero numerus annorum Incarnationis Dominicæ ſit à carie conſumptus in eam deuenio ſententiam, erectionem Beneuentani Archiepiſcopatus fuiſſe factam de anno 969. qui fuit Ioannis X I I I. quartus, & Otthonis à coronatione ſeptimus, & eius filij Otthonis ab electione, & vnctione in Regem Romanorum ſecundus, recurrente indictione 12. vt liquidè ex Baronij Chronologia in vita præfati Ioannis.

Sunt in hoc priuilegio multa adnotatione digna, quæ in gratiam Beneuentani Cleri hic paucis percurrere non abs re duco. Digna ſiquidem notatu ſunt verba illa Pontificis. *Et quia Beneuentanenſis Eccleſia in exercendis Dei laudibus magno conatu, piaque religione ſemper inſiſtit*. Ex quibus præclarum deducitur teſtimonium etiam antiquitus in pſallendis concinendiſque diuinis laudibus ſemper, vt nunc præcelluiſſe Clerum Beneuentanum, quod inde eueniſſe puto ex numero nedum Canonicorum, cæterorumque ſeruitio Chori mancipatorum, ſed quia cum retroactis temporibus Eccleſia Beneuentana ſæpe fuerit domicilium Aſiluſq; Romanorum Pontificum, ex eorum aſſidua præſentia mirifica in perſoluendis Deo laudibus inoleuerit modulatio, quà delectatum eſſe hunc Ioannem Pontificem, clarè demonſtrant illa Verba: *Quod Nobis olim apud eam manentibus omnino conſtat inuentum*.

Ex hoc itidem priuilegio apparet loca iamptidem Beneuentano Epiſcopo ſubiecta, vt Abellinum Aſculanum, &c. per longa temporis interualla Epiſcopali caruiſſe regimine, hoc namque indicant Verba illa; *Itaut fraternitas tua, ſucceſſoreſque tui infra ſuam Diœceſim in locis quibus olim fuerāt ſemper in perpetuum Epiſcopos conſecrent*. Ex quibus verbis videtur etiam illarum ciuitatum ſedes potius vnitas quam ſubiectas fuiſſe ſuffraganeo Beneuentano Epiſcopo, vnde non omnino eſt admittendum quod ait Vipera in appendice ad ſuā Chronologiā, cui ex parte aſſentio, ſi non in nomine, in re ſolum Beneuentanos Epiſcopos per longa tēporis interualla Archiepiſcopali functos eſſe officio in Beneuentana, ac Sipontina Diœceſi. Fuiſſe autem Præſules Beneuentanos Dominos etiam Sipontinæ Ciuitatis prodit vetus charta obſequij Clericorum Sipontinæ Ciuitatis, quam Memoratorium vocauit Alerius Diaconus ac Abbas in præſentia Landulphi Archiepiſcopi facta anno 973. Temporibus Ioannis Zemiſces Imp. Conſtantinopolitani, hanc ſubijcio, ex Bibliotheca Beneuentana faſciculo Priuilegiorum num. 3.

In nomine Domini.

Anno tertio Imperij Domini Ioannis, & cum eo regnante Domino Baſilio, & Domino Conſtantino Sanctiſſimis Imperatoribus noſtris, menſe Auguſti prima indictionis.

Memoratorium factum à me Alerio Diacono, & Abbate, qui dum commorans in Ciuitate Beneu. eo quod intus Ciuitatem Sipontinam ante præſentiam Procopij ...... Sipontinæ Ciuitatis, & aliorum ſubſcriptorum teſtium qualiter in præſentia Dopni Landolphi Archiepiſcopi ſanctæ Benen. ac Sipont. ſedis guadium mihi dederunt Simeon Clericus, & iudex, & Radoaldus Diaconus, & Ioannes item Diaconus, ſed & Rodelgardus Presbyter, & Nardus Clericus, & mediatores poſuerunt Gaidarios de iam dicta Ciuitate Sipontina. Similiter tam Marcus Clericus guadium mihi dedit, & poſuit mediatorem Milū fratrem ſuum. Similiter Spartianus Clericus S. Martini, & Iſa ..... guadium mihi dederunt, & mediatorem mihi poſuerunt Iacobum Clericum, & iudicem. Iterum guadium mihi dedit Griſo Clericus, & mediatorem mihi poſuit Audiſaeem Diac. & Abbatem. Item Lademarius Clericus, & Petrus Archipresbyter ſancti Ioannis .... & Martinus Clericus ...... guadium mihi dederunt, & mediatorem mihi poſuerunt ſupradictum Simeonem Clericū, & iudicem. Similiter guadium mihi dederunt Fretualdus Diaconus, & Iacobus presbyter ....., presbyter, Grimoaldus presbyter, & ..... clericus, Petrus Clericus, ... & Regilio Diac. Ioannes filius Vindonis, & Simeon, ſed & Ragipertus presbyter, Ioannis filius Euniperti, & Paſſinus filius Leonis, tot iſti clerici, & mediatores nobis poſuerunt ſupradictum Lademarium Clericum, & Petrum Archipresbyterum ea ratione, vt ſi aliquo tempore adueniente aliquam contrarietatem fecerint in qualicumque pertinentia de Ciuitate Sipōtina, quæ eſt de ipſo ſupradicto Dopno Archiepiſcopo ſine ad qualecumque ordinatum illis dopni Archiepiſcopi, quem ordinauerit in qualicunque ſuo miniſterio de Ciuitate Sipontina, & aliquam contradictionem, vel contrarietatem fecerit per qualemcumque modum, vel ingenium, obligauerunt ſe omnes componere cum prædicto D. Archiepiſcopo & eius Succeſſoribus in mille ſolidos Conſtant: .... pro dictis guadijs, & ſupradictos mediatores, qui tribuerunt nobis, vel cui iſtud in manus venire nō paruerit ad pignorandum boues ſuos, & ancillas cæteraque omnia ſua .... do-

..... donec perveniamus ad noſtram Iuſtitiam, & ideo hunc libellum ſcripſi ego Iulianus Subdiac. & notarius quia ibi fui ......

Ego Azzol. .... promitto, & iuro tibi Dopno Landulpho Archiepiſcopo Beneuent. & Sipontino per Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum Trinitatem inſeparabilē, & per hæc ſancta quatuor Dei Euangeliorum myſteria, & per hoc viuificum lignum Sanctæ Crucis.. quia amodo, & deinceps nullam iniuriam veſtræ ſanctæ Eccleſiæ, aut cuilibet veſtri ordinati, neque in quolibet veſtro miniſterio faciam aliquo modo, neque facere volētibus aſſenſum præbebo, nec ego, nec quilibet habitator Siponti me volente aliquid temptabit, ſed modis omnibus, & totis viribus curabo illud deſtruere ſecundum meum poſſe, & per omnia ......

† *Ita iurant omnes nobiles, & ignobiles Sipontini.*

† *Procopius ſignat,*

† *Ioannes Iudex firmat,*

† *Smaragdus iurat,*

† *Iudex hoc firmat Simeon, quod chartula ſignat,*

† *Iudicis hoc ſignum iuſtum manet, & bene firmum.*

† *Lector ne damnes iudex probat iſta Ioannes.*

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

† *Scribalibens teſtis Scribens Iulianus ineſt hic.*

Verum Ordinationis Landulphi in Beneventanum Archiepiſcopum meminit Chronica S. Sophiæ par. 6. cap. 2. in documento donationis Eccleſiæ S. Mēnæ facta anno ſexto ſui Archipræſulatus anno ſcilicet ſalutis 975. ordinario eius recte cadit in annum 969. Documentum Landulphi ita ſcribitur.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Domini æterni.

Anno trigeſimo ſecundo Principatus Domini Pandolphi eximij Principis, & ſexto decimo anno Principatus Domini Landolphi glorioſi Principis filij, menſe Martio tertia Indictione, necnon & ſexto anno Domini Landolphi Venerabilis Epiſcopi, quo Domino fauente Beneuentanæ, ac Sipontinæ Eccleſiæ Archiepiſcopus ordinatus eſt.

Nos Landolphus in præfata Sanctæ Dei Genitricis Sede Archiepiſcopus prælatus. Dum vos Anxenti, & Theodorice filij cuiuſdam Aroaldi habitatores Caſtri, quod Toccum dicitur, in finibus eiuſdem caſtri Eccleſiam à nouo conſtruxiſtis fundamine in proprio vero territorio, in honore S. Mennæ in loco, qui ſub eius nomine appellatur, & de ea ſecuritatem à nobis habere quæſiuiſtis; ideoque recordati ritu antecеſſorum noſtrorum cum conſenſu Sacerdotum, ac Leuitarum, omniumque ordinum Clericorum, per hoc noſtrum roboreum præceptum conceſſimus, & tribuimus vobis, veſtriſque hæredibus firmiſſimam de ea libertatem, ſcilicet, vt amodo & deinceps vos, & veſtri hæredes liberè, ſecuriterque illam perpetuis temporibus poſſideatis, & ordinetis ſecundùm veſtram voluntatem, abſque contradictione noſtra, ſucceſſorumque noſtrorum, ſeu Archipresbyteri, ſeu cuiuſlibet noſtri ordinis requiſitione: Et quando in præfata Eccleſia Presbyter ordinandus erit, à vobis, & à veſtris hæredibus ordinetur, & quicquid in ea Dominus qualitercunque dederit, veſtræ veſtrorumque hæredum ſit poteſtati, vt diximus, abſque noſtra, poteſtatumque noſtrarum, vel alicuius noſtri ordinis contrarietate, & à nullo ex noſtris hoc remoueri ſucceſſoribus per Dominum omnipotentem, ſanctoſque eius omnes adiuramus: Et vt ab eis incunctanter credatur, annulis Sanctæ Dei Genitricis figurantibus, in vna parte ſignum Sanctæ Crucis cum arcu in vtroque Crucis latere duabus columbis aſtantibus, & in altera parte nomen ſanctæ Mariæ in cruce depictum affiximus roboratū: Quod videlicet præceptum tibi Aioni ſcribere dictauimus, atque etiam præcepimus, necnon & proprijs manibus Sacerdotes, reliquoſq; Clericos noſtros ſe ſubſcribere iuſſimus, & pro confirmatione ſupradictorum omnium ſecundum conſuetudinem præceptorum manu noſtra ſubſcripſimus. Actum Beneuenti in ſacratiſſimo Epiſcopio feliciter.

Ego Leo Presbyter ex iuſſione Domini Landulphi Archiepiſcopi me ſubſcripſi.

Ego Rodegarius Presbyter, & Abbas me ſubſcripſi.

Ego Maielpatus Diaconus me ſubſcripſi.

Ego Adelpherius Diaconus me ſubſcripſi.

Ego Petrus Clericus me ſubſcripſi.

Ego Henricus Clericus me ſubſcripſi.

Ego Bernardus Clericus me ſubſcripſi.

Ego Paulus Clericus me ſubſcripſi.

Annus igitur ſextus Archipræſulatus Lādulphi fuit annus ſalutis 975. Ind. 3. qui fuit trigeſimus ſecundus Pandulphi Principis Beneuentani; Iam antea hoc eſt anno 970. Landolphus Epiſcopatum ſanctæ Agathæ Gothorum, vel de nouo inſtituit, vel reſtituit anno ſui Archipræſulatus ſecundo, menſe Decembri, 14. Indictionis. Erectionis diploma dabimus infra in Epiſcopatus eiuſdem S. Agathæ erectione. Anno vero ſalutis 978. Pandulphi autem 35. Landolphus Archiepiſcopus ab eodem Prin-

Princlpe Eccleſiam S. Michaelis Archangeli
de monte Gargano, vna cum ipſo Caſtel-
lo S. Angeli olim cõſtructo ab Vrſone quõ-
dam tunc electo Epiſcopo Beneuentano ac-
cepit; atque aliorum Principum, & Impe-
ratorum ſuper ijs præcepta, & priuilegia
eorum in gratiam Ioannis Venerabilis Ta-
rentinæ Sedis Archiepiſcopi de nouo con-
firmationem recepit, in hæc verba ex ipſiuſ-
met autographi documẽto vetuſtiſſimo ce-
reo ſigillo obſignato, à me viſo & exſcrip-
to, Documentum eſt in faſciculo 14. num.
333. Lit. O. Beneuentanæ Bibliothecæ.

In nomine Domini Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Dei æterni.

Pandolphus, & Landulphus diuina ordinante clementia Longobardorum gentis Principes cum principali excellentia petitioni-bus dilectorum ſuorum omnibus iu-ſte petentibus clementer fauet.

☞ Igitur nouerit omnium fidelium nõ-
ſtrorum præſentium, ſcilicet, ac fu-
turorum ſolertia, Iohannem ven. Archie-
piſcopum ſanctæ Tarentinæ Sedis, & Nico-
laum protoſpatarium, & Iudex, & Theo-
doro protoſpatoriũ de ipſo Chriſotriclino,
& tepoſtri de ipſa ſcole, dilectis fidelibus
noſtris, noſtra .... adierunt à Domino pro-
tegenda principalem dignitatem depre-
cantes, vt pro augumento ſanctæ Eccleſiæ
noſtræque patriæ ſaluatione concederemus
atque confirmaremus in Archiepiſcopio Sã-
cta Dei Genitricis Virginis Mariæ ſedis Be-
neuentanæ in quo Landolfus Venerabilis,
& egregius Archiepiſcopus ſpiritualis no-
ſter pater præeſſe dignoſcitur ad potiẽdũ,
habendum ac poſſidendum integram Eccle-
ſiam ſancti Michaelis Archangeli, quæ con-
ſtructa eſt in monte Gargano, cum omni-
bus eius pertinentijs, & poſſeſſionibus, ſi-
mulque cum integro ipſo Caſtello eiuſdem
S. Angeli, quod quidam Vrſus electus præ-
fatæ ſedis in proprio territorio iam dictæ
Eccleſiæ à nouo conſtruxit fundamine, pari-
terque cum integrum epiſcopatum ſanctæ
Sipontinæ ſedis cum omnibus eius pertinẽ-
tijs, ſicut hactenus ibidem in eadem vene-
renda ſede conceſſa atque confirmata ſunt,
à Domino Romuualdo Duce Beneuen. & à
Dom. Giſulfo Duce filio eius, & à Dom. Ca-
rulo, & à Dom. Ludouico, & à Dom. Lam-
berto, & à Dom. Ottone Imperatoribus per
præcepta, de quibus eadem Veneranda
ſedes apud ſe ſeruata retinet, de quibus e-
doctam noſtram experientia celſitudinem,
vt in eodem ſacro epiſcopio pro præfata
tuitione munitionem concedimus liberam.

A Quapropter ne eorum inaudita conſtet
poſtulatio eorum petitionis vſquequaque
aſſenſum præbere libuit; quorum vero li-
benter aſſentientes ex eorum omnibus pe-
titionibus in eodem ſancto epiſcopio hos
noſtræ munitatis apices concedi præcepi-
mus. Per quos videlicet omnino ſancimus
& perpetualiter per præſens hoc noſtrum
roboratum præceptum concedimus atque
confirmamus in eodem ſancto Epiſcopio
Eccleſiam prædictam ſancti Michaelis Ar-
changeli de Monte Gargano, cum omni-
bus eius pertinentijs, & poſſibilitatibus, &
cum tota eius pertinentia; atque cum
integro ipſo Caſtello de eodem Monte Gar-
gano, quod quidem Vrſus electus iamdi-
ctæ ſedis à nouo conſtruxit fundamine.
B Pariterque & concedimus in eodem ſan-
cto Beneuentano Epiſcopio integrum E-
piſcopatum ſanctæ Sipontinæ ſedis. Cum
omnia ad eandem ſanctã ſedẽ pertinentia,
vel in eadem ſancta ſede á primis conceſſa
à diuerſis dignitatibus atque confirmata
ſunt. Hæc autem omnia qualiter ſuperius
dicta ſunt in eodem ſancto Beneuentano E-
piſcopio confirmauimus atque conceſſimus
in integrum, ſicuti ſuperius dictis Impera-
toribus, & Ducibus in eadem reuerenda ſe-
de conceſſa atque confirmata ſunt per ſu-
pradicta præcepta de quibus in eodẽ vener.
ſede confirmata retineatur. In tali etenim
ſanctione, quatenus amodo, & deinceps
pariter prefatæ ſedis eiuſque rectoribus præ-
C dicta omnia perpetualiter habeatis, & poſ-
ſideatis, abſque vllius comitis, gaſtaldeis
ſeu iudicibus reipublicæ, vel cuiuſcumque
hominum perſonæ aut inquietudinem. Et
vt nullus ex prædictis omnibus, qui quip-
piam innouationis aut cõtradictionis in ſu-
pradicta confirmatione atque conceſſione
pariter eiuſdem Archiepiſcopij vllo vnquã
in tempore ingerere præſumat, ſed Dei o-
pitulante gratia quieto ordine cuncta ibidẽ
inuiolabiliter perpetuo conſiſten. ſecuriter.
Si quis autem hanc noſtram præceptalem
conceſſionem atque confirmationem viola-
re tentauerit, aut iniuriam facere quæſierit,
ſciat ſe compoſiturum eſſe in eodem ſancto
Archiepiſcopio auri puriſſimi libras cẽtum.
D & hæc noſtra conceſſio atque confirmatio
in perpetuum inuiolabilis perſiſtat. Vt au-
tem hæc noſtra confirmatio atque conceſſio
plenius in Dei nomine habeat vigorem, &
ab omnibus inuiolabiliter obſerue-
tur manu propria ſubſcripſimus,
& anulis noſtris ſubter iuſſi-
mus ſigillari.

P
A
|
Signum ND—O—L *Pandolphi Principis.*
|
F
V
S

Meldefrid Clericus, & Not. atque ſcriba ex inſsione ſupradicta poteſtatis ſcripſi.

Datum quarto nonas Aprilis in anno trigeſimo quinto principatus Dom. Pandolfi glorioſi principis. Et decimo anno principatus Dom. Landolfi excellentiſsimi principis filij eius ſexta Ind.

Actum in hoc ſacratiſsimo Beneu. palatio.

Placuit hic etiam ex ſcribi priuilegiũ ab eodem Pandulpho Principe elargitum anno 980. ad fauorem Eccleſię S. Anaſtaſiæ de Porta Beneuenti, ſedente Landolpho, quod ab ipſo met autographo nos exſcripſimus, & extat in Bibliot. Beneuen. n. 134. Lit. O.

In nomine Domini Saluatoris Ieſu Chriſti Dei æterni.

Pandolfus, & Landolfus diuina ordinante clementia Longobardorum gentis principes, cum principali excellentia petitionibus dilectorum ſuorum iuſte petentibus clementer fauet.

Quapropter nouerit omnium fidelium noſtrorum præſentium ſcilicet, & omnium futurorum ſagacitas Iohannem venerabilem Abbatem Monaſterij ſanctorũ Lupuli, & Zoſimi, quod conſtructum eſt intus noſtrã Beneuen. ciuitatem per Adolfedũ Comitem dilectum noſtrum fidelem, noſtram adijſſe à Deo protegendam principẽ dignitatem, deprecans vt pro Dei amore noſtræque patriæ ſalutione concederemus præfato ſuo Monaſterio qualiter liceret illũ in rebus eiuſdem ſui Monaſterij de ponte ſanctæ Anaſtaſiæ ſuperioritatem facere, in qua ipſi homines liberi, qui in rebus eiuſdem Monaſterij reſiden. & laboran. de prædicto loco habitare debean. ...... petijt vt in eodem venerabili loco fieri deberet noſtra excellentia. Cuius petitioni vſquequaque libẽter aſſenſum præbentes hos noſtrę munitionis apices in eodẽ ſancto Monaſterio fieri iuſſimus. Per quos orare ..... ſanctus orare, & præſens hoc infra corporeum præceptum perpetualiter. Concedimus in eodem reuerendiſsimo loco, vt rectores eiuſdem Monaſterij poteſtatem habeant in rebus pręfati Monaſterij de iam dicto loco ponte ſanctæ Anaſtaſiæ, ad.. proprietatem, & Caſtellum ſecure habeant ipſi homines, qui in rebus ipſis de eodem loco habere, & habitare in eodem Caſtello, vel .... ad habitandum, & ſemper ſub poteſtate Abbatis ipſius Monaſterij permaneãt, vt ſeruitia quibus ad partẽ reipublicę facere & perſoluere debebunt ipſi homines liberi, qui ibidẽ habitauerunt, & ad partem nominati Monaſterij perſoluen. eam faciendam. Pariterque concedimus in eodem venerabili Monaſterio, vt vbicumque in rebus eiuſdem Monaſterij rectores eius firmitates aut Caſtella facere .... vt poteſtatem ipſa facere, & homines extraneos ibidem mittere atque conducere ad habitandum, & ſub dominatione Abbatis ipſius Monaſterij permanere qualiter ſuperius diximus. Ea etenim conceſſione ea quæ diximus firma quatenus amodo, & deinceps partem præfati Monaſterij eiuſque rectoribus illud firmiter, & ſecuriter poſſideant ſine vllius comitis, Gaſtal. ſeu Iudicis, & cuiuſcumque perſonæ moleſtia. Et vt hæc noſtra cõmiſſio in Dei nomine plenius habeat vigorem, & ab omnibus inuiolabiliter obſeruetur, manu ſupraſcripſimus, & anulis noſtris ſubter iuſsimus ſigillari.

P
A
|
Signum Domini ND—O—L *Palduſi Principis.*
|
F
V
S

Madelfrid Clericus, & notarius atque ſcriba ex iuſſione ſupradicta poteſtatis ſcripſit.

Datum nonis Octobris in anno trigeſimo ſeptimo principatus Domini Paldolfi glorioſi Principis, & duodecimo anno principatus Domini Landolfi excellentiſsimi Principis filij eius nona indictione.

Scriptum in ſacratiſsimo Beneuentano Palatio.

Extinctus tandem videtur noſter bonus Landolphus Archiepiſcopus anno Domini 983. eodemque ipſo anno, quo Otho Imperator cum valido exercitu contra Saracenos, Græcoſq; dimicaturus Calabriam præparauit. In eo prælio Landulphus Beneuẽtanus, & Capuanus Princeps VI. Paudulphi Principis filius cum fratre ſuo Athenulpho, alijſque plurimis viris clariſſimis extinctus eſt, cui in Principatu ſucceſſit Landenolphus frater eius, vt Scipio Ammiratus in vitis Longobardorum Principum ſcribit. Sedit bonus Landolphus in Beneuentana Eccleſia annis 27. à prima ſua inſtitutione,



2 ALO, ſeu Alix Archiepiſcopus ſecuodus Ottonis ſecundi Imperatoris obnitente potentia ex Diacono in Beneuentana ſede collocatus eſt an 984. vt colligitur ex mox recitando diplomate. Cum enim hic annus fuerit Ioannis XIV. primus, vt ex indictione patet, & vlterius prædictum diploma contineat huic noſtro Aloni trauſmitti Pallium veluti nouiter electo, claré liquet hunc eumdem annum fuiſſe Alonis, ſicut & Ioannis primum. Priuilegium à Vipera omiſſum ingenti labore, & accuratiſſima perſpicuitate tranſumptum hic appono; dignum namque eſt quod legatur; in eo ſiquidem præter verba Pontificia grauitatis, authoritatiſque plena, multa reperiet lector notatu digniſſima, & ego fateor ex omnibus quæ vſque modo trāſcripſi Priuilegijs hoc vnum inueniſſe, quod meritó Leonis magni ſtylo ſit exæquandum, extac autogrophum in Bibliot. Beneu. in faſciculo priuil. n.7.

IOANNES EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei.

Dilectiſſimo Nobis Aloni Venerabili atque meritò honorabili Beneuentanæ, & Sipontinæ S. Eccleſiæ Archiepiſcopo, Tibi, tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum.

Si Paſtores ouium ſolem geluque pro gregis ſui cuſtodia die, ac nocte perferre contenti ſunt, & ne qua ex eis errando pereat, aut ferinis laniata morſibus rapiatur, ouile ſemper vigilando cuſtodiunt, ac circumſpectant, quanto ſudore, quantaq; cura debemus Nos eſſe peruigiles, qui ſumus animarum paſtores, ne ante ſummum Paſtorem noſtræ negligentiæ reatus excruciet, & vnde modo honores ſuot ſublimiores inde piæ cunctis ſtrictiſſimo deijciamur iudicio .... Palleum autem fraternitati tuæ ex more ad miſſarum ſolemnia celebranda tranſmiſimus, quo Tibi non aliter (Eccleſiæ tuæ priuilegijs in ſuo ſtatu manentibus) vti concedimus quàm deceſſores predeceſſoreſq; tuos vſos eſſe incognitū non habes, ſcilicet in his feſtiuitatibus in

A Natiuitate Domini, Epiphania, Præſentatione S. Mariæ Dominæ noſtræ, ſimiliter & in Annunciatione eiuſdem, & in Paſcalibus feſtiuitatibus, & Aſcenſione Domini, & Pentecoſte, necnon in feſtiuitate S. Ioannis Baptiſtæ, & in natalitijs Apoſtolorum, & in Aſſumptione B.V. Mariæ pariterque & in Natiuitate eiuſdem, ſimulque & in dedicatione ſanctæ Eccleſiæ tui Archiepiſcopatus, necnon in die ruæ conſecrationis, & in congregatione, & conſecratione Epiſcoporū, ſicuti etiam & in feſtiuitate Beati Michaelis Archangeli, & tranſlatione corporis Beati Bartholomæi Apoſtoli, ſimulq; tribuimus, atque concedimus licentiam Tibi tuiſque ſucceſſoribus Epiſcopos ordinandi in his videlicet ciuitatibus ſanctæ Aga-
B thæ, Abellini, Quintodecimi, Ariani, Aſculi, Bibini, Vultorariæ, Larini, Theleſiæ, Aliſi, Termulæ, Triuenti, & Seſulæ, confirmantes Tibi tuiſque ſucceſſoribus Eccleſiam S. Michaelis in Monte Gargano cum ipſa Sipontina Eccleſia, & cum omnibus eorum pertinentijs, & omnibus prædijs familijs vtriuſq; ſexus, Eccleſijs, & Maſſiſq; quæ prædictis Eccleſijs pertinere dignoſcuntur. Cuius autem .... honor modeſta actuum viuacitate reſeruādus eſt. Hortamur inſuper vt mores ornamentis conueniant ac conformentur, quatenus, authore Domino (Renerende) vbique poſſis eſſe conſpicuus. Vita igitur tua
C filijs tuis ſit regula, cum profectus eorum à tuo pendeat exemplo, vt tuum poſt diem valeas ſecurus dicere, Cor meum neque proſpera, aut quæ temporaliter blandiuntur extulerunt, neque aduerſa deiecerunt, ſed quicquid illud fuerit patientiæ deuincatur virtute. Nullum apud te locum inueniant odia, quemadmodum nec amor indiſcretus te occupet; benignum te boni ſentiant, diſcretum te mali cognoſcant. Facilè .... Inſtitiam apud te culpabilem ſuggeſtio mala non reddat; nocentē gratia aut fauor non excuſet remiſſum te delinquentibus non oſtendas, ne quod vltus non fueris tolerantia perpetrari videaris permittere. Sit in te boni paſtoris ... lec-
D do, & iudicis ſeuera diſtrictio, vnum quod rectè viuentes ſoueat, alterum quod inquietos à prauitate compeſcat .... amore Sed quoniam perſæpe zelus ſuper peccatores, dum vul vindex indiſcretus exiſtere tranſit in crudelitatem correptio, iram ideo iudicio refrena, & diſciplinam reſerua, vt ſicut Pater culpas ſerias, & à dilectione filiorum quos corrigis non recedas. Miſericordem te, & prout virtus patitur .... exhibe, oppreſſis defenſio tua ſubueniat, opprimentibus modeſtia, & ratio contradicat. Nullum contra ...... deſpicias, nullum quærentem iuſtitiam ſpernas, cuſtodia in te æquitatis excellat, vt nec diuitum potentia aliquid apud te extra

viam

A vlam ſuadeat audere rationis,nec pauperem de te ſua faciat humilitas deſperare, quatenus Deo adiuuante talis poſſis exiſtere,qualem ſacra lectio præcipit dicens. Oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe. Sed his omnibus poteris ſalubriter vti ſi Magiſtram charitatem habueris, quam ſi quis ſequutus fuerit,à recto aliquando tramite non recedet. Ecce, frater cariſſime, qualia inter multa tui ſint Sacerdotij; hæc Pallium comitantur, quæ ſi ſtudioſè ſeruaueris, quod foris accepiſſe oſtenderis intus habebis. Fidem autem quam in tuis epiſtolis breuiter adſcripſiſti,licet latius explanare debueras, Redemptori tamen noſtro gratias agimus, quod eam in ipſa etiam breuitate certam B eſſe cognoſcimus. Sancta Trinitas fraternitatem tuam gratia ſuæ protectionis . . . . atque ita honoris ſui via nos dirigat, vt poſt vitæ huius amaritudines, ad æternam ſimul peruenire dulcedinem mereamur. Amen.

Scriptum per manum Leonis Notarij Regionarij S.R.E. in Decembri menſe Indictione duodecima.

Datum 8.Idus Decembris per manus Ioannis Epiſcopi, & Bibliothecarij S.Sedis Apoſtolicæ anno Domino propitio Pontificatus D.Ioannis Pont.& Vniuerſalis XIV. Papæ,in ſacratiſſima Sede Beati Petri Apoſtoli,primo.

C Ex iam recitati diplomatis: lectione obſeruo eo ſeculo quod omnium conſenſu rude barbarumque fuit tam appoſitè, concinnatiſque periodis ac ſententijs hoc fuiſſe ſcriptum diploma, quod eueniſſe puto quia ab ipſomet Pontifice ſit dictatum, Paſtoralem etenim potius redolet epiſtolã,quam Pontificium diploma; hæc enim (vt videre eſt in iam recitatis) ex formulario aliquo traducebantur, cum ferè omnium idemque ſit galeatum exordium,quod vſque ad Leonis IX. tempora ſeruatum reperio. Cæterum Alon per Othonis Imperatoris potentiam electus, & conſecratus Beneuentanus Archiepiſcopus defuncto Othone à Beneuentanis prorſus expulſus, & à dignitate D eiectus, aliuſque à ciuibus electus Archiepiſcopus, exul vitam amiſit, rem ſic narrat Deſiderius Abbas Caſſanenſis, qui ſub nomine Victoris III. Pontifex Max. euaſit lib.2.Dialogorum.

Cum autem, inquit, eſſem laicus, & inter annos adoleſcentiæ meæ ducerem, quæ à multis in Beneuentana ciuitate degens audiui, de Ioanne tunc eiuſdem Beneuentanæ eccleſiæ Archidiacono, poſtmodum vero huius ſancti Cœnobij Abbate ſilenter non tranſibo. Cum idem Ioannes de illuſtri proſapia originem duceret, & quod maius eſt, religioſè viuens Omnipotenti Domino omnimodè placere ſtuderet, ita à Clero, & populo diligebatur, vt omnes ei vnanimiter poſt mortem Archiepiſcopi,eiuſdem vrbis Summum Sacerdotium peroptarent. Alter quidam in eadem eccleſia, Alix nomine Diaconus erat, qui ad adipiſcendum Pontificium omni niſu aſpirabat, nec quo ordine id aſſequi poſſet quidquam penſi habebat. Sed dum idem Ioannes Archidiaconus ad culmen tanti honoris ſe poſſe pertingere deſperabat, eumque hæc quotidie in animo volueret, vana illum cogitatio haud quieſcere permittebat. Cum quadam die vterque ſecreto in loco conſediſſent, & nemo alius cum eis eſſet, ſermo inter eos orſus eſt de huiuſmodi miſeræ vitæ fragilitate, de cæleſtis ac perpetuæ vitæ iucunditate, de pœna peccatorum, ac de gloria ſempiterna iuſtorum. Itaque ſtatuerunt inter ſe huius gloriam mundi relinquere, ac ſanctæ conuerſationis habitum ſuſcipere; & vt magis fidi eſſe poſſent, iuramento, quod ſtatuerant, firmauerunt. Dein diem decernunt,quo apud caſtrum Caſinum limina B.Benedicti peterẽt, ac ſub eius magiſterij Regula Ieſu Chriſto Domino deſeruirent. Igitur poſtquam ad ſtatutum diem ventum eſt, quo ab eis aggrediendum erat iter, Alix, qui aliud animo, aliud geſtabat in ore, Ioanni Archidiacono dixit. Cariſſime frater, quoniam de rebus meis aliquid adhuc ſupereſt, quod ſecundum Deum ordinare cupio, tu obſecro, præcede, & mox vt ſanctæ conuerſationis habitum ſuſceperis, mihi nuncium mitte: ego autem his expletis, quanto citius te ſubſequi curabo. Archidiaconus vero ad monaſterium B.P.Benedicti veniens mox vt habitum ſacrum ſuſcepit, nuncium vt decreuerant, ſocio direxit, qui eum ſub ſanctæ inſtitutionis regula iam colla ſubmiſiſſe, & vt ipſe celeriter veniret, vt pollicitus fuerat, nunciaret. At ille mox vt talia audiuit, alacer effectus, quod illum, qui ſibi in Eccleſia præeminebat, receſſiſſe cernebat, omnino ſe ad eum accedere, atque tam arctam ingredi viam poſſe negauit. Dein ad acquirendum culmen pontificatus honoris totis viribus nitebatur. Sed omnipotens,ac iuſtus Deus aliter,quàm ipſe ſperabat, diſpoſuit. Nam cum Imper. Otho egreſſus è Germania,Italiam intraſſet,poſtquam Romanas res, vt ſibi videbatur, diſpoſuit,Beneuentum adijt,cui Alix ita familiaris effectus eſt, vt idem Auguſtus eũ eligi in Pontificem,eccleſia renuente præciperet. Poſtmodum vero Imperator Romam rediens, Romanum Pontificem eum conſecraſſe rogauit, & conſecratum Beneuentum remiſit; Imperator deinde febre correptus, poſt aliquos dies, diuina diſpoſitione defunctus eſt. Ille vero Beneuentum rediens, ne mœnibus quidem ciuitatis appropinquare auſus fuit, ſed cum dedecore illo repulſo, alium ſibi ciues Pontificem elegerunt. Fecit quidem hæc Omnipotens Deus

ad

A

ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum, vt qui cupiditate honoris ductus fraudulenter fratrem ſuum ſtuduit ab eccleſia pellere, ipſe pulſus patria exul in alieno ſolo vitam finiret.

De hoc Alone nihil allud reperire potui, vel quo anno obierit. Vipera refert eum cum ſui Capituli conſenſu Monaſterio ſancti Modeſti Beneuẽtanæ ciuitatis nonnullas attribuiſſe eccleſias, quas tamen non exprimit. Eiuſdem donationis meminit Penottus lib.3. Tripartitæ Hiſtoriæ cap.37. refert in eo priuilegio Eccleſias illas omnes proprijs vocabulis explicaſſe, vna cum ſuis facultatibus, eaſque liberas conſtituiſſe ab omni iuriſdictione Archiepiſcoporum, &

B

Presbyterorum Eccleſiæ Beneuentanæ eſſe declaraſſe, inter reliqua ibi leguntur: *Sancimus amodo & perpetuis deinceps temporibus vt ſine omni conditione Pontificalis dominationis perſiſtat, nulloque vnquam tempore quilibet noſtrorum ſucceſſorum Præſulum, ſeu Presbyterorum, vel cuiuſcunque gradus Clericorum in eis dominãdi licentiam habeat, vel cenſum aliquem redditum exigat, nulli quoque plebi, nullique alteri Eccleſię, niſi monaſterio eis Prælato, eiuſque Rectoribus eum integris ſuis rebus, ſubditas eſſe volumus, &c. Quam noſtrę conceſſionis, ac libertatis immunitatem per nullum ex noſtris remoueri ſucceſſoribus, per Deum Omnipotentem vnum*

C

& Trinum, eiuſque ſanctos adiuramus, pariterque auctoritate Saluatoris, qui nobis dixit, quæcunque ligaueris ſuper terram, ligata erũt & in cęlis, &c. Excommunicantur contrarium facientes: Authenticum huius priuilegij habetur in dicto Monaſterio, ita Penottus, qui nec annum recitat, quo datum eſt priuilegium, & pro Alone ſcripſit Azonem. Hoc fortaſſe Alone Præſule anno 986. fuit ingenti terræ motu concuſſa Beneuentana ciuitas, Viperam deiecit, & ſubuertit quindecim turres, in quibus centum quinquaginta homines mortui ſunt, vt Leo Oſtienſis ſcribit lib.2. c.11. Anno vero 992. Landulphus Princeps fuit à coniuratis extinctus, eiuſque frater Laidulphus electus eſt;

D

qui anno ſecũdo à ſuo Principatu ab Othone III. Imperatore deiectus eſt, & Adenarius ſuffectus, ſed non receptus, in eius locum ſucceſſit Landolphus ſecundus. Anno autem 996. ad Principatum Beneuentanum & Capuanum ſublimatus fuit Pandolphus de ſancta Agatha, vt Ammiratus narrat.

✠



3 ALPHANVS huius nominis primus, Beneuentanus Archiepiſcopus III. ann. 998. vixiſſe teſtantur literæ Gregorij V. ad eum pro confirmatione Pallij, & Eccleſiarum iam ſæpe dictarum directæ, quas quidem tranſcribere omiſiſſem, cum ſit eiuſdem fere tenoris cũ ſuperioribus relatis, tamen quia in eis deprehendi aliqua contineri, quę erectionem Beneuentani Archiepiſcopatus corroborant, & ſecundi Aphani ſucceſſionem præmonſtrant, ideoque facta diligenti inſpectione, eas prout potui hic tranſcripſi ex Biblioth. Beneuent. faſcic. 1. nu. B. cum interim præmonendum lectorem exiſtimem ne Viperanæ tranſcriptioni tantillum credat, vt patebit ſi attentè vtramq; perlegerit tranſcriptionem.

GREGORIVS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei,

Alphano dilectiſſimo, & Reuerendiſſimo ſanctę Beneuentanę Eccleſię Archiepiſcopo in Domino ſalutem.

Cum ſummæ, & Apoſtolicæ dignitatis apex in hoc diuini profectus nitore dignoſcatur præfulgere, & in exercendis Dei laudibus ſui ſtudeat laboris exhibere certamen, ob hoc debitanos eiuſdem Apoſtolicæ paſtoralis compulit ſollicitudinis cura, quæque ad ſtabilitatem piorum locorum promulgare, & Apoſtolicæ inſtitutionis cenſura confirmare. Igitur quia poſtulaſti à Nobis Venerãde Archiepiſcope quatenus integrum Archiepiſcopatum ſanctę Beneuentanæ Eccleſiæ cui Deo fauente præes, concederemus tibi, tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum, ac cuncta quæ à prædeceſſore noſtro Domino Ioanne ſanctiſſimo Papa, precatu Domini Ottonis inuictiſſimi Imperatoris per priuilegium conceſſa ſunt tuo prædeceſſori Landolpho Archiepiſcopo eiuſdem ſedis, confirmaremus: pijs tuis deſiderijs fauentes, hac noſtra auctoritate id quod à nobis expoſcitur per interuentum Domini Othonis Imperatoris effe-

ctui

ſtui mancipamus, concedentes tibi, tuiſq; ſucceſſorib.vſum Pallij,ſicut ſcriptum eſt tenere, Tribuentes inſuper tuæ,fraternitati, tuiſque ſucceſſoribus in prædicta Diœceſi in locis in quibus olim fuerunt in perpetuũ Epiſcopos conſecrare,qui veſtræ ſubiacent ditioni, ideſt Termulanæ, Bibinæ, Quintodecimi, Ariani, Triuenti, Larini, Luceriæ, S.Agathæ,Abellini,Aſculi, Vulturariæ, Theleſiæ, Aliſæ, Seſſulæ. Confirmanteſque tibi tuiſque ſucceſſoribus Eccleſiam S. Michaelis in Monte-Gargano, cum ipſa Sipõtina Eccleſia, & cum omnibus earum pertinentijs, & omnibus prædijs, cum eccleſijs, familijs vtriuſque ſexus, & maſſis, & cuncta quæ videntur eſſe pertinentia ipſarũ eccleſiarum. Concedimus autem Alphano Clerico veſtro Nepoti integrum ipſum Archiepiſcopatum poſt deceſſum tuum habẽdum cum omnibus ſuis pertinentijs, ſicut ſunt ciuitates, ſiue quæcunque caſtra poſſeſſa dudum ab anteceſſoribus tuis Epiſcopis. Siquidem cenſentes inſuper Apoſtolica cenſura ſub Diuini iudicij obteſtatione . . . . *reliqua vſque ad calcem haud legi poſſunt. Quo autem iure Vipera totum integrum retulerit diploma, ipſi viderit*) In fine diplomatis legitur . . . . . .

. . . .

manum Antonij Notarij ſcriniarij ſanctę Romanę & Apoſtolicę Eccleſiæ in menſe Aprilis, & indictione vndecima . . . . .

. . . .

Ex Indictione colligitur ſupradictum confirmationis priuilegium emanaſſe, vt iam dictum eſt de anno 998. qui fuit Gregorij V. tertius, & Othonis III. itidem tertius.

Quantæ qualiſue fuerint exiſtimationis eo tempore Beneuentani Antiſtites claré oſtendunt verba illa diplomatis; *Id quod expoſcitur per interuentum Dom. Othonis Imperatoris effectui mancipamus*. Ex eis namque colligitur Beneuentanam Eccleſiam Imperiali protectione fulcitam à Carlo Caluo primum, poſtmodum ſucceſſiuè à Ludonico, & ab Othone Primo & Tertio couſque munitam eſſe priuilegijs, quoad eandemnet ipſorum apud Romanos Pontifices interueniente deprecatione adArchiepiſcopatus dignitatem euexerunt, itaut videantur certaſſe Imperatores, ac Romani Pontifices in eidemmet eccleſiæ Beneuentanæ gratias, & priuilegia concedendo.

At quod ea obſeruatione præcipuum ſunt illa verba permiſſiua, vt poſt obitum noſtri Alphani,alius itidem nomine Alphanus ei in Archiepiſcopatu ſuccederet, ex quibus duo colliguntur, primum iamdiu morem hunc in Eccleſia inoleuiſſe coadiutores aſſignandi cum ſpe futuræ ſucceſſionis, vt liquido apparet ex ſupra relato diplomate. Alterum quod animaduertere

A libet eſt labilitas memoriæ Marij de Vipera, qui vix emenſis duabus paginis noſtro Alphano ſubrogat Alix, & Mundum.

Hic conſultò omittendum cenſui diſſertationem de corporis Beati Bartholomæi exiſtentia apud Beneuentanos: etenim cum ad eorum fautorem extet,nedum LeoOſtienſis, & Annibal Maſcambrunus Epiſcopus Stabienſis Apologeticum quoddam ediderit, vacationem ab hac hiſtoria mihi ipſi vltro conſului. Quæ autem ſit circa hoc mea ſententia diu hæſitaui illam aperire, vbi autem incidi in diploma quoddam originale Leonis IX. ſuo loco tranſcribendum haud me continere potui quin illam propa-
B larem, corpus ſancti huius glorioſiſſimi Apoſtoli adhuc Beneuenti aſſeruari, ſiquidem illa tranſlatio ſiue facta fuerit Beneuento Romam anno 983. vt aſſerit Baronius, ſiue anno 1000. vt alij volunt, tamen me magis mouent verba illa Leonis IX. in quibus aſſerit prædictum corpus aſſeruari adhuc ipſo viuente in Eccleſia maiori Beneuẽtana, quam teſtimonium vllum Sigeberti, aut Othonis Friſingenſis, præcipuè cum à tranſlatione aſſerta ad Pontificatum prædicti Leonis IX. vix intercurrerint quinquaginta anni. Videatur Annibal Maſcambrunus qui de hac re fuſiſſimè tractat.

Quo autem anno obierit noſter hic Alphanus adhuc incompertum, eum tamen circiter annum 1010. deceſſiſſe ſuadet di-
C ploma Sergij IV. ſecundo Alphano pro cõfirmatione Pallij, & Archiepiſcopatus conceſſum ann. 1011. probabile namque eſt initio ſui Præſulatus eiuſmodi à Romano Põtifice poſtulaſſe confirmationem; itaque Alix apud Viperam Archiepiſcopus quartus eſt expungendus prout ex parte,ſed alia innixus ratione cum Vipera expungit, quæ tamen mihi omnino improbabilis videtur, non ſolum quia eam deducit ex annotationibus incerti authoris ad Chronicum Caſinenſe, verum etiam quia inuериſimile videtur populumBeneuentanum ſic pertinaciter reſiſtere potuiſſe Othonis Imperatoris potentiæ, & Summi Pontificis voluntati, vt propoſitumArchiepiſcopum coactus ſit Põ-
D tifex in ordinem redigere. Porro idem eſt Alix cum Alone,quem in duos gratis diuidit Vipera. Expuncto itaque Alice hoc ſecundo.

Mundus quoque Archiepiſcopus V. eſt à ſerie Archiepiſcoporum delendus, ad quod faciendum me cogit ſupra relata permiſſio à Gregorio V.Alphano primo facta de poſt mortem ipſius ſubrogando Alphano eius Nepote, prout factum eſſe mox conſtabit.

De aſſerto manuſcripto in hiſtorijs Capyciorum viderit ipſe Vipera; non enim æquiparandi ſunt loculi priuatarum ſcripturarum cum Archiuijs, Priuilegijſque Pontificijs, præcipuè quando ex his euidens habetur de contrario aſſertum, vt liquet

A quet in caſu noſtro, cui fauet quod iuxta permiſſionem Alphano ſeniori factam, reperitur. Eodem modo ab hac ſerie exulare compellimur Vrſonē, qui à Vipera conſunditur cum Vrſone illo Beneuentano Epiſcopo Caſtri ſancti Angeli de Monte-Gargano conditore, vt ſupra retulimus. Gariniundum etiam à Vipera excogitatum cum ſuo nominis affine Mundo eandem expunctionis ſortem incurrat neceſſe eſt. Sic quoque & Alphanus expungendus eſt, quem tertium huius nominis & nonum Archiepiſcopum vocat Vipera. Duo tantum extitere Alphani, qui ab anno ſalutis 998. ad annum vſq; 1053 Beneuentanam conſultiſſimè rexerunt Eccleſiam, vnde & Guaramundus ab eodem Vipera, eandem expunctionis ſortem incurrat.

B



4 ALPHANVS II. huius nominis Alphani primi nepos Beneuentanus Archiepiſcopus IV. ex coadiutore defuncto patruo renunciatus eſt, quem ann. 1011. vixiſſe, & forſan eodem ſedere cœpiſſe teſtantur ſupracitatæ literæ Sergij Papæ IV. anno ſui pontificatus tertio ad eum directæ aſſeruatæ in Bibliotheca Beneuentana faſcic. priuilegiorum num. 9. quas quidem ego tranſcripſiſſem, ſi non eiuſdem tenoris, ac alias iam relatas comperiſſem. Vnum tamen quid ſingulare in eis animaduerti, præſcriptionem ſcilicet de modo induendi pallium, quam clauſulam ſucceſſiuè obſeruari in alijs confirmationibus priuilegiorum vſque ad Leonem IX. appoſitam reperi, ex occaſione, vt reor, quod hic Alphanus faſtosè nimis eo vteretur. Hæc ſunt verba diplomatis: *In ſecretarium vero tua fraternitas Pallium induere debeat, & ita ad Miſſarum ſolemnia, vel ad ſancta Synoda proficiſci, & nihil tibi amplius auſu temerariæ præſumptionis arrogare, ne dum per exteriorem habitum aliquid inordinatè arripitur, à proprio, & licito prolabatur.* Aliud eſt quod itidem veluti ſingulare notaui, facultatem ſcilicet recondendi, & reſcindendi reliquias.

Hic inſerere libet conceſſionem quandam ab hoc Alphano factam, quia cum ſit primum monumentum quod reperire potui de expeditione Bullarum Beneuentanorum Antiſtitum, in gratiam antiquitatis illud exarandum duxi, eadem de Biblioth. Beneuentana faſciculo 16. Bullarum num. 153. litera Q.

Nos Alphanus nutu Dei ſanctæ Beneuentanæ ac Sipontinæ Sedis Archiepiſcopus.

Per rogitum Magnifici Potonis dilecti noſtri Diaconi conceſſimus tibi Allano Clerico filius Pauli Clerici, tibi tuiſque hæredibus ſemper aecleſiam vocabulo ſancti Ioannis Baptiſtæ, quæ ſita eſt circa portam Foliarolæ cum iuribus, & pertinentijs ſuis, vt poteſtatem habeatis tu tuique hæredes ſemper ordinare Presbyterum in eadem aecleſia ſecundum veſtram voluntatem ſine noſtra noſtrorumque ſucceſſorum aliqua cōtradictione, vel moleſtatione, aut cuiuſcunque requiſitione, & quodcunque Dominus voluerit per ſuos fideles dare in dicta aecleſia, totum, & illibatum maneat veſtrę poteſtati, & per hoc ſtatuimus vt omni anno in natiuitate detis ad partem ſacrarij noſtri Archiepiſcopij *Vno paro de bucelate, & vno C cereo,* ſimiliter in Paſcha Domini, *vno cereo, & vno paro de bucelate,* & ſubſequenter in natiuitate Beati Ioannis Baptiſtæ *vno paro de bucelate, & vno cereo.* Si quis autem, quod abſit, nefariè hoc noſtrum præceptum irritum facere voluerit anathematis vinculo religetur in perpetuum, & à corporis, & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti perceptione ſit ſemper extorris, & cum Iuda traditore æternis incendijs ſit exurendus, & ibidem ſemper cruciandus, quod videlicet præceptum tibi ſuperius factum, & quod a Magnifico Potone Diacono, & Bibliothecario noſtro ſcribere fecimus non obtemperauerit.

Ego Alphanus Archiepiſcopus.

D *Datum in ſacratiſſimo Archiepiſcopio Indictione decima.*

In gratiam antiquitatis, vt præfatus ſum huiuſmodi rubigines iamdiu naufragantis, & penè obliteratæ latinitatis tranſcribo, licet minus erit fortaſſe quod mireris in iam relato diplomate cum maiorem barbariem deprehendet, quicunque Beneuentanorum Principum monumenta peruolnet.

Hanc modo recitatam conceſſionem eſſe huius ſecundi Alphani, & non primi, aut tertij à Vipera gratis aſſerti ſuadet indictio. Si enim primus ſedere cœpit anno 998. recurrente vndecima Indictione, & deinde è vita migrauerit an. 1010. vel 1011. liquido conſtat in toto tempore ſui Præſulatus

tus decimam non recurriſſe indictionem.
Ex indictione igitur conſtat conceſſionem
prædictam eſſe huius ſecundi Alphani, &
eam dediſſe in anno 1012. in quo decima
recurrebat indictio.

Ad hunc eundem Alphanum extant litte-
ræ ſuperioribus conſimiles Benedicti Papæ
VIII. de confirmatione ſcilicet Pallij, & Ec-
cleſiarum Beneuentanæ Eccleſiæ ſubiectio-
ne, quas vltro hic tranſcribere, ne toties
eadem repetantur abſtinui. Extant in
Bibliotheca Beneuentana in faſciculo priui-
legiorum num. 10. & num. 18. vt citat Vipe-
ra, ſub Indict. 12. Ex quo colligitur illum
annum fuiſſe à natiuitate 1014. & Benedi-
cti VIII. tertium.

Sedente Alphano hoc ſecundo an. 1047.
Henricus Imperator Beneuentum conten-
dens, cum eum ciues noluiſſent recipere,
tam ob ſuam, quàm patris ſui illis illatam
iniuriam, à Clemente Papa qui cum il-
lo tunc erat excommunicari ſecit, cunctam-
que Beneuentanam terram Normannis tra-
didit, & vltra Montes exinde eſt reuerſus,
Clementem ſecum deducens, de qua re Ba-
ronius ad hunc annum ex Leone Oſtienſi
lib. 2. cap. 75. Leo vero IX. anno 1051. Be-
neuẽtum venit, ciuitatem ipſam ab excom-
municatione abſoluit. Anno ante, hoc
eſt 1050. Alphano archiepiſcopo præſente
Pandulphus, & Landulphus filius eius prin-
cipes plura Monaſterio ſanctæ Columbæ in
finibus Beneuenti poſito elargiti ſunt bo-
na. Documentum donationis datum eſt
an. 33. Pandulphi principatus, tale eſt quod
exhibeo ab exemplari mihi tradito à bonæ
mem. Abbate Conſtantino olim Caietano,

In nomine Domini Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Dei æterni.

Pandolphus, & Landolphus filius eius . . .
. . . Longobardorum gentis Principes . .
. . . . .

Igitur nouerit omnium fidelium ſanctæ
Dei Eccleſiæ, noſtrorumq; præſentium
ſcilicet ac futurorum agnoſcat ſolertia
per Adelpherium Comitem filium Rofridi
noſtram adijſſe à Deo protegendam princi-
palem dignitatem deprecans me Pandol-
phum glorioſiſſimum Principem, & pro
augumento ſui Monaſterij, noſtræque pa-
triæ ſaluatione concedere, atque confir-
mare in ipſo Monaſterio quod declaramus
eſſe in finibus Banneoli vocabulo, ſcilicet
ſanctæ Columbæ. Et ego prænominatus
glorioſiſſimus Pandolphus Princeps cauſa
mercedis animæ meæ, ac noſtrorum paren-
tum ſaluatione animarum; idcirco annuo,
atque concedo vna cum prænominato Adel-

A ferio Comite filio Adelſerij, & cum alijs de-
precantibus, qui nos deprecauere, videli-
cet Ioannes Notarius, & Iudex, & Ioannes
Angeli cum ſuis germanis, & Ioannes Azzo-
ni Presbyteri, & Azzo Probonij, Ioannes
Fedemarij, & Benedictus filius Stephani, &
filij Gazzelini Presbyteri, & Ioannes Mar-
thæ, & filij Boloaldi, & filij Vrſi, Leporel-
li, & filij Vrſi de Lorgijs, & alij quamplu-
res, qui ſunt habitatores infra fines Freſilo-
ne, & parentes qui conſtruxerunt ſupradi-
ctam prænominatam eccleſiam ſanctæ Co-
lumbæ, quæ videtur eſſe in finibus Banneoli.
Ideo nos ſupplicauerunt, vt ſic ad reme-
dium animarum illorum parentum depre-
B cans principalem dignitatem per ſupradi-
ctum Adelpherium Comitem, cum alijs ſu-
pradictis, vt concederemus, atque confir-
maremus in ipſa præfata eccleſia ſanctæ
Columbæ, in qua ipſa regimen tenere vi-
detur, cuncta, qualiter hic inferius decla-
ratur iure quieto; de quibus etiam noſtram
exprimit Celſitudinem, vt in eadem eccleſia
ſibi, ſuiſque Rectoribus per eam munire,
vt mos eſt anteceſſorum noſtrorum; prin-
cipum munitionem fieri iuberemus. Qua-
propter, ne eius inaudita fieret poſtulatio,
exinde fieri præcepimus, per quod videlicet
omnino ſancimus, & principaliter per præ-
ſens hoc noſtrum roboreum præceptum,
ſimiliterque concedimus in ipſo prædicto
C monaſterio ſanctæ Columbæ, ſuiſque etiam
Rectoribus per hos fines incipientes à Ribo
qui dicitur Freſilone, & aſcendentes per
ipſum aquarium inter hunc, & res iam di-
ctæ eccleſiæ ſanctæ Columbæ, & aſcenden-
te pro ipſo, & vernali foſſato, & vadit in
ipſo, vt obinde qualiter aſcendit per balle, &
ferit in via publica, deinde aſcendit per ipsã
viam, & vadit in Peſelatum immobile, quod
eſt iuxta voraginem, & vadit per ipſam vo-
raginem. ac hæret, & ferit in Peſcla Carba-
ria, & de alia parte qualiter vadit in ipſam
Peſclaturam, & reſoluente per Rabe, qua-
liter deſcendit deſcendente in aqua Biba.
Ab inde qualiter deſcendit in prædicto Ri-
D bo, finis de alia parte eodem Ribo in fine.
Per hos igitur fines concedimus, atque tri-
buimus in prædicto Monaſterio ſanctæ Co-
lumbæ, ſuiſque Rectoribus ad habendum,
& poſſidendum, omni namque tempore
quieto iure: & hoc noſtrum roboreum præ-
ceptum oblatum eſt à nobis in ſacroſancto
Monaſterio ſanctæ Columbæ, Aſtante Do-
mino Alphano Beneuentanæ vrbis archie-
piſcopo, qui Dominus Alphanus Archiepi-
ſcopus excommunicauit, & anathematiza-
uit, ſi quis exinde moleſtationem facere
voluerit. Ea etenim ſanctio, cuncta iam
dicta noſtra conceſſio, ſicut ſuperius legi-
tur in omni ordine, & ratione illud ſuis ſuc-
ceſſoribus, ſeu ad partem ipſius eccleſiæ
conceſſimus ad ſemper habendum, & poſ-
ſidendum abſque vllius Comite Caſtaldo,

ſeu indicibus, aut cuiuſcunque hominum perſonæ aliquam contrarietatem in vobis ingerentem. Vt autem hæc noſtra conceſſio ab omnibus immobiliter obſeruetur, manu propria ſcripſimus, & annulis noſtris ſubter juſſimus ſigillari.

Signum † Domini Pandulphi glorioſi Principis.

Vrſus ſcriba ex iuſſione Pandulphi glorioſi Principis ſcripſi.

Actum in ſacro Beneuenti Palatio. Datum enim vobis 8. Idus Martij in anno trigeſimo Principatus Dom. Pandulphi glorioſi Principis, & 12. anno Domini Landulphi magni Principis filij eius, tertia Indict.

Annus Principatus Pandulphi ex ſcriptoris errore pro 33. appoſitus eſt 39. quem non attigit Pandulphus. Hæc vltima mentio de Alphano ſecundo reperitur, qui ex hac mortali vita diſceſſit anno 1053. vt patebit ex Vvldorici ſucceſſoris narratione. Porro nec omittendum puto hic referre priuilegium elargitum ab Henrico Imper. anno 1022. Monaſterio ſanctæ Sophiæ, Archipræſule Alphano. Datũ Beneuenti, quod ita conſcriptum eſt in Chron. ſæpe citata Sophiniana p.4.

In nomine Sanctæ Indiuiduæque Trinitatis.

Henricus Diuina fauente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus.

Si tanto Sanctorum Dei Eccleſijs omnium adnixu inſtitimus, ad noſtri Imperij profectum venire nõ diffidimus. Quocirca omnium fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ noſtrorumque ſolers agnoſcet vniuerſitas præſentium, & futurorum, Henricum venerabilem Parmenſis Eccleſiæ Epiſcopũ culminis noſtri ſublimitatem adijſſe obnixe poſtulando, quatenus pro Dei amore, facinorumque noſtrorum ſolutione, Cœnobio in honore ſanctæ Sophiæ eccleſiæ dedicato in ciuitate, quæ dicitur Beneuentum conſtructo, in quo Gregorius Venerab. Abbas præeſſe videtur confirmare, ac omnino corroborare dignaremur, omnia quæ ab anteceſſoribus noſtris, ac hominibus cæteris Dominum colentibus eidem Cœnobio conceſſa ſunt, atque idem Monaſterium tenuit, ex quo fundatum eſt, tam per præcepta prædeceſſorum noſtrorum, ſed etiam per precariam, & abſolutiones, & oblationes, & per inueſtituram, ſeu etiam per quæcunque inſtrumenta chartarum, ſiue vniuſcuiuſque ſcriptionis titulum. Nos quoque grata

A mente petitionem conſiderantes animo inclinato precibus ipſius per hoc noſtrum præceptum, prout iuſte aut legaliter poſſumus, confirmamus, aut roboramus omnes res, & proprietates ipſius Monaſterij, ſcilicet in loco qui nominatur Pentano cum ſuis pertinentijs, & cum capella in honore ſancti Benedicti: alia vero in honore ſancti Vitalis cum omnibus ſuis pertinentijs; altera vero in honore ſancti Michaelis Archangeli, quæ dicitur ad Holibola cum omnibus ſuis pertinentijs, & in Pallaria capella vnã, quæ eſt in honore ſanctæ Mariæ; ſed & eccleſiam ſancti Bartholomæi in collina; & curtem; de Nuriano in Petra furmina cum caſis,
B ac ſyluis, & curtem de Lapiſo hæreditatem; & eccleſiam S. Felicis de Barto, in Cortiano capellam in honore ſancti Petri, in Cerreto capellam in honore S. Martiani cum pertinentijs ſuis. Capellam in honore ſancti Siluestri de Corneto in Comitatu Capuano in loco Iuliano cum capella in honore ſanctæ Mariæ in Biuine in Beletro flumine, in Ciuitate capellam in honore ſancti Martini; infra ciuitatem Aſculenſem eccleſias, & foris omnem hæreditatem; in finibus Cauni eccleſiam ſancti Iuliani; in comitatu Franenſi cortem de Pazano cum oliuetis ſuis, in comitatu Sipontino piſcariam; in comitatu Leſinenſi piſcariam. Cur-
C tem Delanienſem, curtem de Calaza, S. Roſeo cum Seſſa, & territorijs ſuis; in finibus Capuæ ad ſanctum Paulum, & ſanctum Stephanum cum territorijs ſuis. In cãpo Marriui, in finibus Tremonenſibus ad S. Adiutorem erga flumen Vulturnum cum territorijs ſuis. Sed etiam, ſicut ſupra legitur, confirmamus eidem Monaſterio eccleſiam ſancti Magni in caſtello Magno cum pertinentijs ſuis; eccleſiam ſancti Angeli in altiſſimo ſuper flumen Biſernum in finibus campi Morani cum eadem eccleſia: necnon eccleſiam S. Ioannis cum omnibus rebus ſuis in caſa Pollucis: hæreditatem, quæ eſt in longitudine duo milliaria, latitudine milliare vnum. Et eccleſiam ſancti Petri in finibus
D de Laureto cum omnibus pertinentijs ſuis; ſanctum Angelum in Palumbara, cum omnibus pertinentijs ſuis; ſanctum Michaelem de Seſſola, cum omnibus pertinentijs ſuis; ſanctam Crucem intus in ciuitate Neapolitana cum omnibus ſuis pertinentijs; in campo Sinarcumi terram milliaria tria in longitudine, & vnum in latitudine; eccleſiam S. Trinitatis iuxta fluuium Biſernum cum omnibus ſuis pertinentijs; & eccleſiam ſancti Marciani in caſtello Moſano cum omnibus ſuis pertinentijs; & eccleſiam S. Ioannis in monte Tabenna cum omnibus ſuis pertinentijs; necnon eccleſiam ſancti Bartholomæi, quæ eſt iuxta eccleſiam ſancti Ioannis cum omnibus ſuis pertinentijs; & cellam ſancti Angeli, iuxta vrbem Trianenſem cum omnibus pertinentijs ſuis; & Cellam

S. Gre-

S.Gregorij in Comitatu Frigenti cum omnibus pertinentijs. Et Eccleſiam S. Bitti io Comitatu Vulturario; et eccleſiam S. Stephani Protomartyris intus in ciuitate Cuceri cum omnibus pertinentijs ſuis; et Eccleſiam S.Donati in Leone cubantem cum omnibus ſuis pertinentijs: et Eccleſiam S. Crucis in Nola cum omnibus ſuis pertinẽtijs, videlicet cum omnibus in integrum terris, ædificijs ſub ſe habentibus, vineis, pratis, campis, aquis, aquarumque decurſibus, molendinis, piſcationibus, caſis, Dominicatis, Caſtellis, Villis, & Capellis, ſeruis, & ancillis, montibus, & planitiebus, haſulis, fraſcarijs, cultis, & incultis, rebus mobilibus, & immobilibus, aldioois, & albiebus, commeatis, eorumque ſupellectilibus cum omnibus adiacẽtijs ad hanc etiam nominatam Eccleſiam S.Sophiæ, vere & legitime pertinentibus, vel aſpicientibus, integrè tam intra Italicum Regnum, quam etiam in Apuliæ partibus. Præcipientes itaque iubemus, vt nullus Marchio, Dux, princeps, Archiepiſcopus, ſpiſcopus, comes, ſeu vllus homo magnus, ſiue paruus de omnibus quæ pertinent ad præfatum Monaſterium, & pertinere videntur, tam res, quam familiæ ſe intromittere, calumniare aut moleſtare præſumat iam dictum Gregorium Abbatem, aut ſuos ſucceſſores. Si quis vero hoc præceptum in aliquo violauerit, ſciat ſe compoſiturum auri libras centum . . . . . ex auro puriſſimo, medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem prædicto Abbati aut noſtris ſuiſque ſucceſſoribus. Quod vt certum eſſe videatur, & ab omnibus obſeruetur, hanc paginam manu propria corroborantes ſigillari præcepimus. Theodoricus Caocellarius vice Ethardi papæ Bregienſis eccleſiæ Epiſcopi, & Archicappellani notarii. *Datum 6. Id. Mart. anno* 1022. *Ind.* 15. *anno regni Domini Henrici* 2. *Imperij vero* 9. *Actu Beneuenti feliciter*



5 VLDARICVS, ſeu Valderius & Valderieus Quintus electus Beneuentanus Archiepiſcopus an.1053. vt Oſtienſis ſcribit, cum Beneuenti exiſteret Leo IX. Pontifex poſt acceptam cladem ſuorum militũ, quos ex Germania contra Northmannos ſecum abduxerat, ipſeque cum multis Cardinalibus captus eſt & perhonorifice Beneuentum perductus ab Hunfrido Northmanno Comite, qua in vrbe commoratus eſt à menſe Iulij huius anni vſque ad duodecimam diẽ Martij ſequentis. Initio Iulij Valdericus munus conſecrationis accepit à Leone, paucisque poſt diebus à ſua inauguratione ab eodem Pontifice literas accepit pro Archiepiſcopatus Eccleſiæ in quo ſubiectarum confirmatione, quas ſuo autographo deprõptas damus, quarum initium cum totum ſit exeſum, & ex parte

B lacerum, haud poteſt legi, tranſcripſimus ea quæ ſucceſſorie atque ioterrupte leguntur, videlicet.

Beneuentanæ Eccleſiæ conſiderantes ad eius ius, & proprietatem reuocamus, atque in perpetuum ſubdimus, & tradimus, Videlicet Eccleſiam ſancti Michaelis in Monte Gargano poſitam, & ipſum Caſtellum vbi iamdicta ſacra, & venerabilis ſita eſt Eccleſia, atque Sipontinam Eccleſiam cum omnibus iuſtitijs ſibi legaliter pertinentibus, Lucerinam, Aſculum, Bouinum, Larinum, Triuentum, ſanctam Agatham, Auellinum, Quintumdecimum, Arianum,

C Vulturanum, Theleſiam, Aliſem, Seſſulam, Leſinam, Termulum, ſimulque duas Abbatias ſanctum Petrum de Duddi, atque ſanctum Ioannem litum iuxta Portam auream cum ſingulis proprietatibus, iuſtitijs, parochijs, ſeu diœceſibus ſuis, nihil excipimus, ſed omnia, ſicut iuſtitia eorum eſt, huic iam ſæpe nominatæ Eccleſiæ Beneuentanæ in honorem ſanctæ Dei genitricis Mariæ dedicatæ, vbi pretioſiſſimum corpus Beatiſſimi BARTHOLOMÆI Apoſtoli requieſcit ſalua auctoritate S.R. & Apoſtolicæ Sedis conceſſimus, ac irreuocabiliter in perpetuum confirmamus. Concedimus etiam fraternitati tuæ Pallij vſum ad Miſſarum ſolemnia celebranda, ſcilicet, in feſtiuitati-

D bus Natiuitatis Domini, & Apparitionis ipſius, & in Cœna etiam Domini, atque ſanctæ Reſurrectionis die Dominico, Aſcenſionis Chriſti ad Cælos, ac die Dominico ſanctæ Pentecoſtes, in Natalitijs Apoſtolorum, ac Beatiſſimi Præcurſoris Chriſti Baptiſtæ Ioannis, in Aſſumptione B.M.V. in die ſancti Apoſtoli Bartholomæi, in Natiuitate ſanctiſſimæ Dei Genitricis Mariæ, & in conſecrationibus Epiſcoporum, & in die conſecrationis Eccleſiæ, & in natalitij tui die, ſicut ab Anteceſſoribus noſtris, tuis inſtitutum ac largitum eſt anteceſſoribus; In ſecretario verò tua fraternitas pallio induatur .... Hoc etiam tibi concedimus, vt per ſingula loca, quæ ditioni Archiepiſcopatus Beneuentani ſubiacent, vbi ex antiqua legali inſtitutione Epiſcopales ſedes habentur, Epiſcopos canonicè conſti-

tuas, & conſecres, & quodcumque aliter A
quàm decuit, ac ſacri præcipiunt Canones
inſtitutum eſt extirpes, & emendes, ſcili-
cet, tanquam peccatis exigentibus contra
iura Canonum, & ſanctorum inſtituta Pa-
trum dum omninò quidam peruerſa men-
te non metuunt, quod Epiſcoporum eſt
proprium ſibi vſurpare; ſacro ordini ad-
ſcriptos, videlicet Clericos ſuæ ditioni ſub-
dendo de Epiſcoporum iudicijs ſubtrahere,
quod omninò deteſtamur, ac ſub anathe-
mate perpetuo interdicimus, Sed quidquid
illud eſt quod ad Eccleſiaſticum, atque
Epiſcopale pertinet officium infra totum
Archiepiſcopatum Beneuentanũ, ſicut ſupe-
riùs præfinitum habetur, tuo regatur atque
diſponatur ſano iudicio. Omnia itaque quæ B
ad prædictum Archiepiſcopum iuſtè, & lega-
liter pertinēt aut pertinere poterunt inquã,
inpoſterum ſiue Monaſteria, ſeu Caſtella,
Ciuitates, vel prædia cum Eccleſijs, & vil-
lis, vineis, ſyluis, & omnibus ſibi iuſtè per-
tinentibus, tibi ac tuæ fraternitati Ec-
cleſiæ commiſſæ tradimus, conferimus, &
in perpetuum ſtabilimus, Cenſentes ita-
que Apoſtolica cenſura decernimus, ac ſub
Diuini iudicij obteſtatione atque validiſſi-
mi anathematis interdictione conteſtamur
vt nullus vnquam ſucceſſorum noſtrorum
vel alicuius dignitatis, ſeu poteſtatis qui-
libet homo aliquo temerario auſu audeat
in prædictam Beneuentanam Eccleſiam ali- C
quam vim inferre, aut ..... præfati Ar-
chiepiſcopatus imminuere, detrahere, vel
quocumque modo, ſeu ingenio ſubtrahere,
inuadere, vel alienare, ſed ſicut ſuperius
ſunt taxata ita ſibi perpetuo maneant in-
conuulſa, Vt ſancta Beneuentana Eccleſia
in honorem ſanctæ Dei genitricis ſemperq;
Virginis inuiolatæ MARIÆ dedicata, & ad
Archiepiſcopatus honorem à noſtris ante-
ceſſoribus ſublimata, ac pretioſiſſimis ſan-
ctorum corporibus ditata, videlicet Bar-
tholomæi Apoſtoli, atque Ianuarij Marty-
ris, & Barbati Confeſſoris eius: ſedis glo-
rioſiſſimorum Præſulum, ac reliquorum
inuiolabiliter Apoſtolicis priuilegijs ſem-
per maneat dotata. Si quis autem, quod D
non optamus nefario auſu præſumpſerit
hæc quæ ad laudem Dei pro ſtabilitate, ac
firmitate Beneuentanæ Eccleſiæ conſtitui-
mus, atque decenter decreuimus infrin-
gere, vel diminuere, aut quocunque mo-
do aliter ad detrimentum præfati Archie-
piſcopatus ſtatuere, quod molitus eſt adni-
hiletur, & anathemate perculſus diuino pe-
reat in æternum, niſi forte reſipiſcat. Con-
ſeruator vero huius noſtri Apoſtolici Priui-
legij Apoſtolica benedictione refertus intra
paradiſi mœnia cum ſanctis omnibus gau-
deat in æternum.

L E
O P.

Datum 4. Idus Iulij per manus Friderici Diaconi S. Romanæ Eccleſiæ Bibliothecarij, & Vicecancellarij vicedomini Herimanni Archicancellarij, & Colonien. Archiepiſcopi Anno D. Leonis Noni Papæ 5. indict. 6.

Totum hoc priuilegium integrum recitat
Vipera in ſua Chronologia p. 87. licet vbi-
que mendis ſcatens, illudque deſumpſiſſe
opinor ex quodam tranſumpto ab autogra-
pho facto iuſſu Arnaldi Archiepiſcopi an-
no 1334. & licet tunc temporis prædictum
diploma integrum extaret, & nunc ſit cor-
roſum, libuit tamen noſtro Cæleſtino ex
eo tranſcribere illa quæ potuit & veneran-
das exuuias, vt ita dicam, illius ſummi ac ve
re ſanctiſſimi Pontificis proprijs manibus
contrectare.

Ex hoc priuilegio, vt etiam notat Vipe-
ra, deprehendi poteſt quænam fuerit ip-
ſius Pontificis opinio de exiſtentia corpo-
ris Beati Bartholomæi Apoſtoli apud Bene-
uentanos. Sane cum Pontifex iſte fuerit
viciniſſimus illis temporibus, anno videli-
cet milleſimo, in quo aſſeritur Beneuento
Romam pretioſiſſimum illud corpus fuiſſe
translatum, & aliunde idem Pontifex quo-
dammodo ſe declaret relatum priuilegium
Beneuentanæ Eccleſiæ cõcedere ex eo, quia
in ipſa recondita ſint corpora ſanctorum
Bartholomæi Apoſtoli, Ianuarij martyris,
& Barbati eiuſdem ſedis glorioſiſſimorum
Præſulum, non video cur de contrario ſit
ambigendum, & eo magis, quia hoc eo-
dem anno qui fuit 1053. Ipſe Leo Beneuenti
morabatur, nec veriſimile eſt aſſertiue
pronunciaſſe illa verba de exiſtẽtia corpo-
rum prædictorum, ni probè certoque ei de
veritate conſtitiſſet. Sed vt alibi dixi vi-
deatur Maſcambrunus, cui addenda cen-
ſeo huius priuilegij verba, cum ipſe illa nõ
afferat, fortaſſe quia ei non fuit ad ma-
nus hoc priuilegium, vel omninò ei inco-
gnitum fuit. De ſancti Ianuarij corporis
exiſtentia itidem apud Beneuentanos, cum
nec ipſi hoc modo contendant, abſtineo
& ego. Hiſtoriam eius translationis Bene-
uento ad Virgilianum Mõtem, & hinc Nea
polim ſuſe recitat Antonius Carriacciolus
Neapolitanus Clericus Regularis, non
ſemel, ſed parce laudatus,

Anno 1058. ſunt litteræ Stephani Papæ
IX. ſub datum ſui Pontificatus anno 1. in-
di-

dictione 11. ad hunc eumdem Valdricum, quæ cum ſint eiuſdem prorſus tenoris cum præ relatis Leonis IX. illas tranſcribere omiſi: ſiquidem præter confirmationem Eccleſiarum Sipontinæ, Garganen. & aliarum iam ſæpe dictarum, hic idem Pontifex aſſerit apud Beneuentanos requieſcere corpus Beati Bartholomæi, Ianuarij, & Barbati, quod ad corroborationem dico, nam cum hic Pontifex fuerit Abbas Caſinenſis, & valde vicinus, imo vixerit temporibus Otthonis Imperatoris, probe poterat ei cõſtare de trãslatione corporis ſancti Bartholomæi Beneuento Romam ſi verè facta fuiſſet per eumdem Otthonem.

Subſcripſerat autem Vdoricus die ſcilicet 10, Iulij Ind. 6. priuilegio conceſſo à Leone IX. ad fauorem Monaſterij S. Vincẽtij de Vulturno, vbi vocatur Huodoricus tũc noniter Beneuentanus electus Archiepiſcopus, teſtes cum ipſo fuerunt, & ſubſcripſerunt Humbertus Syluæ Candidę, Petrus Amalficanus Archiepiſcopus, Amulgainus Cenetẽſis Epiſcopus, Atenulfus Caietanus Dux & Landus Comes de Aquino, & Landulfus Comes de Tiano. Priuilegium habetur in lib. 5. Chronic. eiuſdem S. Vincentij. Hoc eodem Vldorico ſedente, Nicolaus II, anno 1059. apud Beneuentum in Eccleſia ſancti Petri Synodum celebrauit, cui interfuit Vldoricus, vt Chronic. S. Vincentij de Vulturno refert in hæc verba.

In nomine Sanctæ, & Indiuiduæ Trinitatis.

Anno Dominicæ Incarnationis MLIX. Menſe Auguſto initiante, Indictione 12. currente, Domino quoque Venerab. ac Reuerendiſſimo Papa Nicolao M. in ſacroſancta Beati Apoſtolorum Principis Petri ſede anno I. Pontificatus ſui præſidente. Quoniam ſcimus humanas mentes cõcupiſcibilis eſſe naturæ, nec non obliuiſcibilis, nec ita tenacis memoriæ, vt non egeant recordatione, dignum duximus conſulere concupiſcibili, & prodeſſe obliuiſcibili, quatenus & meta imponatur ambitioni, & locus proprius auferatur obliuioni, ſcriptis videlicet exarando hominum acta, vel dicta, ne quandoque aliter procedant, quam rei veritas dictat, Vnde quæ acta ſunt inter Ioannem venerabilem Abbatem Monaſterij S. Vincentij ſuper Vulturni fluminis fontes ſiti, & Albertum Monachum, atque Roffredum Comitis filium huic chartæ tradimus, quia neutrum eorum à ſubiecta rei veritate deuiare volumus.

Igitur cũ prædictus Dominus Nicolaus Papa apud Beneuentum extra ipſam ciuita-
A tem intra Eccleſiam S. Petri iuxta fluuium
Sabbati Synodum celebraret, & cum eo nõnulli Archiepiſcoporum, Abbatum, Monachorum, ac totius Eccleſiaſtici Ordinis, atque Laicalis, non parua multitudo reſideret. In primis Dominus Humbertus, Bonifacius, Ioannes Cardinales Epiſcopi, Deſiderius Abbas, & Presbyter Ildeprandus Subdiaconus ideſt Cardinales, Voaldaricus Beneuentanus, Petrus Amalfianus, Alfanus Salernitanus, Sergius Neapolitanus, Ioannes Surrentinus Archiepiſcopi, Hieronymus, Albertus, alijque quamplurimi Epiſcopi; Landulphus Beneuentanus Princeps, Robertus, Petrus, Gerardus Comites, & alij quamplures; aſſurgens Ioannes præ-
B fati Monaſterij Abbas conqueſtus eſt ſuper
denominatum Albertum Monachum dicẽs. Obſecro Domini miſericordiam veſtram, & omnium qui huic ſanctæ Synodo interſunt, vt faciatis mihi iuſtitiam de Alberto Monacho, qui Cellam S. Vincentij S. Mariæ in Caſtanieto Monaſterio noſtro ſubripuit, ibique ſibi nomen, & ſpecimen officij Abbatis vſurpatum, & in præſentia Papæ Leonis refutatum, ac ſub interpoſitione perpetua anathematis contradictum teſtantibus venerabilibus viris Vmberto Cardinali, Petro Amalfitano Voaldarico Beneuentano Archiepiſcopis, nunc iterum temerario auſu vſurpauit, & ipſam Cellam iam dicto
C Monaſterio violenter contendit, ipſo vero
Alberto aſſurgente, & ſi per Comitem, cuius ne hoc egetat defendere nitente, dum multa pars iuſtitiæ ſibi faueret, litteris diſtinctionis, & conſtitutionis ſæpe dicti imperij dicendi Beatæ memoriæ Domini Papę Leonis recitatis, & ſacro ſigillo munitis, atque teſtimonio prædictorum Venerabiliũ Archiepiſcoporum confirmatis iudicio totius ſynodi eſt diffinitum præfatum Albertum debere nomine, & officio malè arrepto priuari, & Monaſterium Beati Vincentij perpetualiter inueſtiri de iam dicta Cella omnibuſque ſuis pertinentijs, quod & factum eſt, ipſe namque Albertus Monachus dictus Abbas, nomen, & officium Abba-
D tis, atque Cellam per virgam in manu Pa-
pæ refutauit, & quia erat anathematicus ab omni altaris miniſterio depoſitus, in poteſtate Abbatis eſt ad regulandum, & corrigendum datus, prænominatus iam Roffredus Comes, dum vellet ſibi ius ſupradictæ Cellæ vendicare, relatis litteris Domini iam Papæ Leonis anno nuntiorum Imperatoris Ottonis teſtimon. . . . . . . prædictorum Archiepiſcoporum, Humberti videlicet Petri, atque Vandalrici conuictus, nec non & anathematis mille aureorum nummulorum adiudicatus præfatam Cellam in manu Papæ refutauit, ſeque ſuoſque heredes, quod per ea nunquam contra Monaſterium B. Vincentij aliquo modo agerẽt perpetualiter ſupra prædicta pœna obligauit. His ita-

que-

que geſtis Reuerendiſſimus Papa Ioannem Abbatem S. Vincentij ex eadem Sanctę Mariæ Cella in perpetuum inſtituit. Omnes huius inueſtitionis, aut conſtitutionis violatores cum prænominata pœna perpetuo anathemate obligauit. Quod vt verius videatur, huic paginę manu propria ſubſcripſit, ſua bulla inſigniri iuſſit:

✝ *Ego Nicolaus S. R. & Apoſtolicæ ſedis Præſul confirmaui.*
Ego Humbertus dictus Epiſcopus S. Eccleſiæ Syluæ candidæ interfui, & ſubſcripſi.
Ego Alfanus gratia Dei Salernitanus Archiepiſcopus interfui, & ſubſcripſi.
Sergius Archiepiſcopus Neapolitanus.
Ego Ioannes Archiepiſcopus Surrentinus.
Ego Bonifacius dictus Epiſcopus S. Eccleſiæ Albanenſis interfui.
Ego Vualdaricus Dei gratia Beneuentanus Archiepiſcopus interfui.
Ego Petrus gratia Dei Amalfitanæ Eccleſiæ Archiepiſcopus interfui.

Hoc eodem anno 1059. Vldaricus item Concilio Romæ celebrato ab eodem Nicolao Papa II. interfuit, ac ſcriptus inuenitur in codic. Vatic. ſignat. num. ....

Vldarici præclaram memoriam exhibet nobis eiuſdem documentum ad fauorem Abbatis S. Sophiæ contra Leonem Epiſcopum Dragonarienſem de Eccleſijs S. Mariç & S. Benedicti ſcriptum in Synodo ab eodē congregata in Cathedrali Eccleſia anno ſalutis 1061. anno Archipræſulatus Vldarici IX. In eo plura continentur ſcitu digna, adeoque dignum vt hic exſcribamus ex Chron. eiuſdem Monaſterij S. Sophiæ p. 6. cap. 3.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Domini æterni, & in nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis.

Ego Vldaricus Domini gratia ſanctæ Beneuentanę Sedis Archiepiſcopus, notum facimus omnibus fidelibus Catholicæ Eccleſiæ in noſtra reſidentibus præſentia, cunctiſque in gremio Eccleſiæ manentibus, Quoniam dum in ſancta Eccleſia Catholica Dei Genitricis, & Virginis Mariæ noſtri Epiſcopatus reſediſſem ſimul cū Dodone Epiſcopo, ac Vicario Domini noſtri Summi Pontificis, & Vniuerſalis Papæ noſtri Sanctiſſimi nomine Nicolai, & Bernardo Coepiſcopo, & Cancellario prædi-

A cti Domini noſtri Papæ glorioſiſſimi, ibiq; reſidentibus cęteris Epiſcopis, ſcilicet, Ciuitatenſe, Florentinenſe, Garinenſe, Montecorbinenſe, Bubianenſe, necnon & Teleſinenſe, & Aliſinenſe, Bibiuenſe, Frequentinenſe, cum Abbatibus, Sacerdotibus, cæteriſque gradibus Eccleſiæ ſimul cū aliquibus laicis, ibiq; proficiſcentibus ad ſanctam Synodum, inter cætera, quæ in eadem Synodo dicta, & emendata ſunt, Dominus Amicus Abbas Monaſterij S. Sophiæ ſurrexit de ſede ſua, proſtratuſque humi humiliter, & reuerenter cœpit reclamare, & quæſtionem facere aduerſus Leonem Epiſcopum Dragonarienſem, quatenus ipſe contra Catholicam auctoritatem teneret
B duas eccleſias: Vnam quæ nominatur ad S. Mariam cōſtructam intra mœnia eiuſdē Ciuitatis Dragonenſis, vnà cum iuribus, & poſſeſſionibus earum eccleſiarum, quoniam ipſas Eccleſias dicebat eſſe pertinentes, iam nunc nominato Monaſterio, tunc ipſe Leo conuocatus, humiliter, & patienter adorauit eadem ſanctam Synodum: interrogatuſque quid inde diceretur, ipſe Leo Epiſcopus cœpit manifeſtare, & dicere, quatenus prænominatas eccleſias cum omnibus illarum iuribus legaliter, & iuſtē prænominatum Monaſteriū S. Sophiæ debet tenere, & poſſidere, & rectē debent eſſe ſubiectæ præfato Monaſterio, & ſibi Leo-
C ni Epiſcopo, & Dragonariæ eccleſiæ dicebat nequaquam pertinere debere; nec ipſe inde quicquam tollere, nec vllam inuaſionem contra præfatum S. Sophiæ Monaſterium, aliquando, nec vllo tempore ipſe feciſſet, ſed ab alijs inuaſoribus, atque raptoribus hoc nefarium facinus, atque ſacrilegium operatum eſſe: Hoc audito placuit nobis, & ſanctæ Synodo, vt ipſe Leo Epiſcopus per paſtorale pedum, quod ille ſuis proprijs tenebat manibus reuerteret prædicto Abbati ad partem prædicti Monaſterij iam dictas eccleſias cum omnibus rebus, ac poſſeſſionibus ipſis Eccleſijs pertinentibus, & mox ſecundum noſtrum, & ſanctæ
D Synodi præceptum præfatas per paſtoralem baculum reddit eccleſias vnà cum omnibus illarum pertinentijs, & dicens, manifeſtauit ſe: Vt neque Leo Epiſcopus, nec ſui ſucceſſores, neque pars ipſius iam dicti Epiſcopi aliquanto tempore de iam dictis Eccleſijs, & de illarum rebus, ac pertinentijs cum parte iam dicti Monaſterij non cauſarent, atque contenderent, per nullam quamlibet inuentam rationem: Veruntamen amodo, & perpetuis temporibus tam ipſe Amicus Abbas, quàm eius ſucceſſores, ſeu & pars iam dicti Monaſterij, iam nominatas eccleſias cum omnibus earum poſſeſſionibus, & rebus, tam quæ modo habere, & poſſidere videntur, ſeu quam & omnia illa, quæ in antea per illos, & ſuos fideles ipſis Eccleſijs dederit, fir-

firmiter habeāt, necnon & poſſideant, iuxta textum de nomine illius Monaſterij, & de iam dictarum Eccleſiarum continentijs & pertinentijs, vna cum inferius, atque ſuperius, & cum aquis, & cum vijs, & anditis ſuis, omnibus ſuis pertinentijs ſine aliqua contradictione, iam nunc dicti Leonis Epiſcopi, eiuſque ſucceſſorum, ſeu à parte iam dicti ſui epiſcopi, ſed ſine cuiuſlibet requiſitione ab illorum partibus. Propterea per conſenſum omnium, qui in ipſa ſancta Synodo reſederunt, confirmauimus iuxta inſtitutionem ſanctorum Canonum iam dictas Eccleſias cum omnibus earum rebus, & pertinentijs, vt præfatum S.Sophiæ Monaſterium habeat, atque poſſideat, nulla violentia ab aliquo ſibi ingerenda: Et vt cuncta, quæ ſuperius leguntur in perpetuum recordentur, & conſeruentur, annulo noſtro hoc præceptum inſigniri iuſſimus, noſtriſque manibus ibidem annotauimus, & ſubſcripſimus: *Datum per manus Ioannis Clerici in Anno ab Incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti 1061. & nono anno Pontificatus Domini Vdalrici pijſſimi Pontificis, Menſe Iunio Indict. 14. feliciter admodum: Ego qui ſupra Vldaricus. Ego qui ſupra Dodo Roſſelinus Epiſcopus interfui, conſenſi & ſubſcripſi.* Anno ſequenti 1062. Menſe Iulij, Vldericum alteram Synodum ſuorum ſuffraganeorum congregaſſe docet documentū eiuſdem Chronc. S. Sophiæ ad fauorem Sophiani Monaſterij, contra eundem Leonem Draconarienſem epiſcopum. quod infra integrum domus in Draconarienſium Epiſcoporum ſerie. Adhucuſque annorum Vlderici memoria extat, quo autem anno mortalitatem expleuerit, incertum, tametſi, ex Aurelij ſucceſſoris, qui florebat anno 1071. ante annum hunc creditur obijſſe.

Nec prętereundum, quod Vuldarico Pręſule ad cœlum euolauit Leo IX. Pontifex Max, cui poſt obitum cum multis claruiſſet miraculis Beneuentanus Populus ſanctiſſimo viro, & de eius Ciuitate bene merito eius nomine intra Ciuitatis mœnia Eccleſiam ædificarunt, & quolibet anno ſolemni ritu ac faſtu eam incolere cœperunt, cuius & cauſa eiuſdem & miracula aliquot in Beneuentana regione meritis illius patrata literis cōſignarifecerunt, quæ cum in antiquiſſimo codice literis Lōgobardicis exarata in Bibliotheca Beneuētana inueniſſet noſter Cæleſtinus fideliter tranſcripſit, mihiq; tranſmiſſit, vt ad augendam pietatem hoc in loco lectoribus exhiberemus, quod libenter fecimus cum in ijs aliqua contineantur quæ ab alijs, qui vitam ſanctiſſimi Pontificis literis demandarunt omiſſa fuerint. Auctor Anonymus eſt, & Leonis Sinchronus.

Vita, & obitus S. Leonis Papæ IX.

Ex codice antiquiſſimo Bibliothecæ Beneuentanæ litteris Longobardicis exarato.

Anno millesimo quinquageſimo quarto ab Incarnatione Dom. noſtri Ieſu Chriſti indictione 7. ſecundum Arnicam 13. Kal. Maias. Depoſitione exultemus B. P. noſtri Leonis papæ IX. regnante Henrico Imperatore Filio Conradi Imperatoris Romæ.

Ad laudem, & gloriam Domini noſtri Saluatoris Ieſu Chriſti, & Leonis Papæ certamus hunc intimare laborem certaminis, quod oculis noſtris vidimus, omnis Presbyter, & Diaconus, & cuncti Catholici Romanæ Eccleſiæ. Sæpe vidimus in eius vita multas eleemoſynas largientem hoſpitibus, pauperibus, ciuibus, & peregrinis, itaut theſauros Eccleſiæ, & cuncta quæ habere poterat, plurimam partem viduis, & orphanis & Deum timentibus erogaret, propterea Romanorum perfidia, contra eum murmur, & bella ſuſcitabant.

Verùm vt inexpugnabilem murum ſuæ Eccleſiæ Dominus cōtra dementes hæreticos erigeret huic viro in litterarum ſtudijs . . . . Iſte almificus pręſul Leo humilibus ſuauiter blanditus eſt. Iſte ſuperborum colla confringens, iſte derogatoribus ſuæ vitæ neceſſarium victum ſubminiſtrans, virginitatem prædicans, matrimonia caſta defendens, vbicumque exemplis omnium ſtudia erga ſe etiam gentilium conuertit. Ex multis tamen pauca huius ſancti viri in medium proferamus, & præcipuè ea quæ imminēte eius morte acciderunt.

Poſt multos igitur labores, & ærumnas poſt periculoſa bella, terroreſque, & inſidias, quę eū matris Eccleſiæ perſecutoribus pro ouibus ſibi commiſſis geſſerat, quinto ſui Pontificatus anno graui detentus infirmitate, cōuocatis ad ſe diuerſarum diœceſum Epiſcopis, diuerſiſque Eccleſiaſtici, ordinis viris, ait ad eos. Fratres coepiſcopi inquit, mei, & matris filij Eccleſiæ, ac corporis mei intima viſcera quibus Dominus Eccleſiam ſuam regendam tradidit, & ligandi, atque ſoluendi dedit poteſtatem. Vobis Dominicus grex commiſſus eſt, quāobrem nos enixe deprecor, quatenus memores euangelici ſermonis, qui ait, Vigilate, quia neſcitis qua hora Dominus veſter venturus ſit, ſciētes quod talentum ſuū multiplicatum fœnerator ipſe nō dimittet ſuper gregem ſuum ſagaciter vigiletis, oueſque veſtras ab incurſibus luporum viriliter defendatis. Quam excuſationem ergo fratręs chariſſimi habere poterit qui

Do-

A Dominicam ouem, quam ipſe Dominus humeris ſuis dignatus eſt ponere, negligenter perdiderit, Vigilate itaque precor, & cuius ſitis diſpenſatores oſtendite, me quoque quem Dominus indignum ſuæ Eccleſiæ Beati Petri Vicariũ fecit, veſtræ fraternitati commendo; nam meæ reſolutionis prope eſt tempus, Dominus enim me de hac vita vocare dignatus eſt. Nocte ſiquidem præterita cæleſtem patriam in viſione vidi, cumque obſtupeſcerem, oſtenſi ſunt mihi inter cætera fratres illi, qui in Apuliæ finibus pro Chriſti Eccleſia occiſi ſunt inter martyres coronati, qui cum mihi vna voce dicerent Veni, & mane nobiſcum, per te enim hanc recepimus

B beatitudinem: ex alia parte vox quædam intonuit dicens, Nequaquam nunc, ſed infra triduum huic ſociaberis collegio, hic eſt locus tuus, & ſedes parata. Dum hæc, & his ſimilia perſequerentur ciues ſuperni, ſancta viſio receſſit, quamobrem triduo me fratres precor ſuſtinete, & quod dico indubitanter de me videbitis. His dictis præcepit cunctis, vt recederent, ſuiſque neceſſitatibus prouiderent, erat enim prope nox. Accepta itaque licentia quidam abierũt, alij vero quibus feruẽtior inerat amor eadem nocte cum eo perſeuerantes permãſerunt, qui poſtea cæteris referebant dicentes, illum per totam noctem ſolo tenus

C proſtratum in oratione permanſiſſe; mane autem facto conuenientibus cunctis vir venerabilis ſarcophagum quod ſibi præparauerat, & ſe quoque in loco deferri in Eccleſiam B. Petri præcepit. Quod videntes Romani æſtimantes illum mortuum eſſe Lateranenſe adeunt Palatium, quatenus more ſolito omnem illius diriperent ſupellectilem. Sed tanta fuerunt ſancti merita, vt nulli quidem intrandi permitteretur facultas. Interea Venerabilis vir cupiens iam diſſolui, & eſſe cum Chriſto, cũctis qui aderant ſalutifera verba, & omni dulcedine plena non ceſſabat proferre. De quibus diſputare per ſingula, quia ad alia feſtinantes tendimus miracula enarranda,

D abſtinemus. Cumque finem feciſſet loquendi intuens ſignum ſalutis magis quàm antea, precibus effuſis, omnibus qui aderant abſolutione facta delicta dimiſit, ſi tamen eius præcepta quæ ſuperius dederat obſeruare curarent.

His ita peractis intuens in cælum iterum fudit orationem. Domine, inquit, Ieſu Chriſte, qui ſolus es paſtor bonus, & cui omnis creatura deſeruit, tu dixiſti quærite, & inuenietis, petite, & accipietis, exaudi me propitius famulum tuum pro Eccleſia tua cui indignum me vice Apoſtoli tui Petri preeſſe voluiſti. Tibi Domine eam cõmendo, illam defende inexpugnabili muro tuæ protectionis, & ab ea repella omne ſchiſma, omnemque hæreticorum perfidiã, quatenus tibi vero Deo fideliter ſeruiant: cuſtodi & protege eam ab omnibus inimicorum inſidijs ne dedigneris pro qua ſanguinem tuum pretioſiſſimum fudiſti. Si quos etiam pro tua fide ligatos, vel excõmunicatos ab ea crudelius ſeparaui, tu clementiſſime precor abſolue.

Cumque compleſſet orationẽ, tantæ ſuauitatis odor de B. Petri altari exire cœpit, vt cuncta ſuperare videretur aromata. Tranſacto denique vnius horæ ſpatio præcepit ſibi panem, & vinũ afferri, quibus oblatis gratias agẽs benedixit, & comedens quantum tribus vicibus potuit ore ſuſcipere, reliquum cæteris pro benedictione diſtribuit. Quo facto perrexit ad tumbam quam in Eccleſiam deferri præceperat, quã intuens lachrymabiliter. Videte, inquit fratres mei, quam vilis quamque fragilis, & tranſitoria ſit humana gloria. Videte inquam, & vnuſquiſque veſtrum, qui in fragilis mundi fulget honoribus, me ſemper in exemplum, & præ oculis habeat. Conſiderate omnes quam verſatilis ſit humanæ ſortis conditio. Ego qui ex nihilo propemodum ad humanæ gloriæ faſtigium euectus, ab hoc nunc iterum fere ad nihilum tum redigendus, Cellam quam Monachus incolui in ſpatioſiſſima palatia iamdudum vidi conuerſam, modo ad huius ſarcophagi anguſtias iterum eſt remeandum. Reſpicite inquam quomodo poſt ſplendidas veſtes aranearum telis ſim cooperiendus, & iam iã in vermiũ eſcam deſtinandus. Hodie vobiſcum caro, & ſanguis ſũ, cras conuertar in cinerem, Deinde ad ſepulchri lapidem conuerſus flebili admodum voce hæc verba protulit. Benedictus ſis inter lapides. Benedicat te qui te ex nihilo fecit, & meæ terræ ac corporis voluit eſſe cuſtodem. Sis precor mihi fidiſſima Petra, vt quemadmodum ſupra Apoſtolicum lapidem ſuam firmauit Chriſtus Eccleſiam ſic mihi contingat vſque ad diem iudicij te meorum oſſium fidum habere cuſtodem, vt in die illa cum diſtrictus Iudex venerit, meo ac tuo me reddas creatori. Hæc illo dicente omnis quæ adſtabat multitudo conuerſa eſt in planctum. Quibus ille ait. Sufficit inquit fratres mei quod huc uſque hodie mecum perſeueraſtis; Ite iam vnuſquiſque ad veſtra, & cras mane ad me venite, vt quid futurum ſit videatis. Dictum ſactumque eſt. Ipſe verò nocte in oratione proſtratus totam duxit inſomnem. Hora autem appropinquante matutinali, cadentibus de cælo iam ſtellis, ipſi qui aderant labore, vt in tali negotio fatigati, & vigilijs ſomno irruente parcę dederunt membra quieti. Quibus nec vere vigilantibus, nec omnino dormientibus apparuerũt duo viri in veſtibus albis cum eo loquentes, & neſcio quid ſcribentes. Cum autem illi qui aderant ſubtiliter perquirerent quinam eſſent

ſent

ſent illi qui in tali hora ſuo moleſti eſſent Domino, in ipſa oſtenſum eſt eis viſione illos Apoſtolos Petrum, & Paulum fuiſſe.

Interea ſol apparuit rerris, & delectabilis viſio recepta eſt in cælis. Mane igitur facto conuenientibus cunctis, venerabilis vir diem præſtolans extremum in eccleſiam Beati Petri ſe iterum deſerri præcepit. Quod cum factum eſſet proſtratus ante altare diutius cum lachrymis ſecum orauit. Completa igitur oratione ſuum rediens ad lectum, commonere populum prout poterat non deſinebat, ſed quia hora extrema iam appropinquabat, conuocatis ad ſe Epiſcopis confeſſionem fecit, ac ſignum crucis ſibi imponens, cæleſtibus Sacramentis ſe muniuit. Quo facto, ſilentium petens vt parum quid ſomni acciperet in lectum caput declinans hora quaſi dimidia quieuit, atque in ipſo pacis ſomno illa ſanctiſſima anima carne ſoluta eſt. In cuius obſequio Beati Petri cymbalum à ſemetipſo, nullo cogente, ſonare cœpit.

Altera igitur poſt eius obitum die quædam mulier Dæmonio plena de longinquis partibus ad limina B. Petri & Pauli adducta eſt, cumque ad Beati Leonis tumulum duceretur, inter cætera per os eius Dæmon clamauit dicens, O Leo, o Leo cur me de ſede mea catenis igneis retrahis? Vnde vnus de circumſtantibus Epiſcopis ait ad eum, adiuro te per verum æternumq; Deum ac Iudicem, vt dicas mihi ſi Leo de quo dicis, cum Sanctis veraciter ſanctum poſſideat locum. Cui Dæmon tanto contriſtatus ſacramento mentiri non audens licet inuitus, reſpondit. Verè inquit inter Sanctos coronatus ſanctum, ac venerabilem obtinet locum, per quem de hac quam nouem annis, & menſibus duobus poſſedi domo vobis videntibus ſum eijciendus.

Cumque hoc dixiſſet vna de circumſtantibus mulier audacior cæteris, vt mos eſt fœminarum, dedita verboſitati in huiuſmodi ferè deridens prorupit verba. Quacunque hora Leo eiecerit de corpore illo Dæmonia, ego Regina ero, & inſuper eos quos ipſe interficere fecit ad vitam reuocabo. Mira Dei virtus! vix hæc locuta fuerat cum Dæmon altera dimiſſa eam crudeliter vexare cœpit. Sicque factum eſt, vt quæ ad Sancti corpus ſupplex venerat, recepta ſanitate ſoſpes ad propria remearet, quæ vero verba deriſoria proferre eſt auſa, meritam incurreret pœnam, & iuſto Dei iudicio alterius iam liberatæ inde aſportaret mala. Ex eo tempore Leonis nomen claruit, & ingens timor vniuerſos inuaſit. Sed quis Beati Leonis cuncta valeat euoluere miracula, qui hoc perficere conabitur, priùs eum tempus deſinet, quam materia. Hoc tamen vnum quod dicturus ſum de multis reticendum eſſe non arbitror.

2 His igitur peractis populus perſeuerans iam aſſueta Leonis expectabat miracula, & quod deuota præſtolabatur mente perpetratum ſine mora conſpiciebat in opere. Nam eadem ferè hora Dæmon per os mulieris, de qua iam dictum eſt, clamare cœpit, ac dicere. Heu heu Leo, cur iterum de hac domo me eijcis, nonne te eam mihi dònante poſſideo? Cur tamen cito mutaris? nimis turpe eſt, quam iam dudum dediſti tam cito mutare ſententiam. Tunc vnus de Epiſcopis adiurans eum air. Quomodo ſcelerate ſcis quod hodie ſis ab hac muliere reuocandus, & eijciendus? Cui Dæmon reſpondit, Qua hora inquit heri muti linguam reſoluit cum Marco, & Marciano Frequentinenſis ſedis Epiſcopo Beneuentum perrexit, atque eiſdem comitantibus Apuliam petens in locum quo pugnatum ab eo iam fuerat cum inimicis deuenit: nunc autem huc properat, quatenus me hinc eijciat: tūc Epiſcopus nihil indiſcuſſum relinquēs ſubiunxit. Quonam igitur ſigno eorum poterit deprehendi aduentus? Cui Dæmon, in ea quā ad altare pēdere videtis lampade, & his dictis conticuit. Tranſactis itaque duarum ferè horarum ſpatijs odor mirus factus eſt per totam Beati Petri Eccleſiam, ac videntibus cunctis, ſupramemorata lampas altius ſolito ex ſe aſcendere cœpit, & in ea tria luminaria apparuerunt ardere. Quo facto Dęmon eiulans, mulierem aliquantiſper vexare cœpit, & vt prædixerat aduenientc Leone ſuum in ſe retòrquens furorem nuſquàm comparuit.

Longe itaque diuulgata fama miraculorum Beatiſſimi Leonis, Beneuenti cœpta eſt ædificari ad eius honorem eccleſia, vt quem Beneuentani ciues viuum à Normannis carcere detentum adſpexerāt, iam mortuum, & ſpatijs cæleſtibus perfruentem venerarentur. Interea accidit vt Nicolaus quidam de Caſtello Molliniana, & Berardus de loco Carrara, quorum alter perdito brachio dextro, retractis poplitibus, & neruis, alter vero frigus, & febrim vſque ad dyſenteriam paſſus, cum vterque ſe deferre feciſſent ad prædictam eccleſiam, quæ conſtruebatur Beneuenti, illico omnium iudicio deſperaram recuperarunt ſanitatem.

Ruſticus quidam ex oppido Ordonum cum annualiter votiuè feſtum Beati Leonis excoleret, contigit vt præ nimia oppreſſione laborum quos in agro gerebat, die Dominico quando feſta annunciantur populo minimè Eccleſiam adierat. Erat autē dies feſtus S. Leonis in quinta feria ſequēti, quod præd. ruſtico erat incognitū. Ille itaq; valde mane ſurgēs ſumpſit ſecum vnum puerulū quem filium vnicum habebat, & ſecurem roſtrumque foſſorium, mox vt applicuit ſuo agro, dimiſit prædictum puerulum filiū ſuum ad ſarcinam, ille vero fodere anxiè cœpit, ex alia parte lupus ore aperto tulit filium eius puerulum, & fugam arripuit

quod à longè cernens pater, currere poſt lupum cœpit hæc clamitans. O ſancte Leo Patrone mi, adiuua me nunc in præſenti, & redde mihi vnicum filium meum. quæ vix loquutus fuerat cũ ecce lupus dimiſit puerum ita illæſum, vt in veſtimentis nec veſtigium quidem appareret dentium lupi in ea parte qua eum lupus arripuerat. Reuerſus itaque Ruſticus ad oppidum hæc omnia narrauit, ſeoticoſque eam ipſam diem eſſe anniuerſariam in memoriam Beati Leonis, nouo ſe adſtrinxit voto ad eam quotannis ſolemniter cuſtodiendam, ſicque nedum Beneuenti, ſed per totam Apuliæ oram celeberrimum euaſit Leonis nomen Deo ſic diſponente, vt his in eiſdem locis in quibus paucis ante annis profligato eius, & eccleſię exercitu ipſe captiuus detentus fuerat, poſtmodum ingruente miraculorum eius fama iidem qui aduerſus eum ſteterant in prælio ſupplices, & venerabundi eius memoriam excolerent, & magis ac magis erga ſanctam eccleſiam fideles ſe præſtarent ad laudem, & gloriam Omnipotentis Dei, cuius nomen per cuncta ſæcula ſit Benedictum, Amen,



6 AVRELIVS Beneuentanus Archiepiſcopus VI. quem vixiſſe anno 1071. conſtat ex inſtrumento à Vipera relato Bibliothecæ Beneuentanæ faſc. 5. inſtrumentorum num. 23. licet ab eodem citetur num. 15. in eo ſiquidem leguntur inter cætera hæc verba. *Quam. . . & ortum ipſe bonuſomo in Beneuentana ciuitate tenet à parte Aurelij Archiepiſcopi huius ſanctæ Beneuentanæ ſedis.* Vnicum hoc monumẽtum de Aurelio inuenitur, ex quo habetur eum circa hæc tempora vixiſſe. Eſt tamen notandum in hoc inſtrumento præfigi annum Dominicæ Incarnationis 1071. & annum itidem Principatus Pandolphi Capuani, & Beneuent. Principis, cum prius omnia inſtrumenta notarentur ex anno principatus regnantium principum. Cum itaque iam dictum documentũ prænotetur factũ in anno trigeſimo quarto principatus Landolphi, & decimo

A Pandulphi eius filij, libuit hic tranſcribere priuilegium quoddam ab ijs principibus conceſſum Abbati, & Monaſterio ſancti Lupi, & Zoſimi Ordinis ſancti Benedicti intus ciuitatem Beneuentanam; quod ipſi principes promulgarunt anno vigeſimo nono, & quinto eorum principatus, qui', vt ex ſupputatione liquet, fuit ſalutis 1066. tametſi hoc priuilegium ſit adeo lacerum, vt vix pars parti cohęreat, tamen quia exiſtimo illud fuiſſe vltimum, quod Beneuentani principes conceſſerunt, veluti monumentum pietatis, qua religioſiſſimi Beneuentani principes erga D. Benedicti inſtitutum mirifice præluxerunt omni adhibita diligentia

B illud ſuppoſitis chartulis glutinatis, quo ad potuit in meliorem formam redactum, vt commode legi poſſit, etſi, vt mos erat illorum temporum, latinitatem rudem diſſonamque pre ſe ferat. Vtcumque illud ſit hic ſubijcio.

In nomine Domini Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Dei æterni.

Landulphus, & Pandulphus filius eius Diuina ordinante Prouidentia Longobardorum gentis Principes.

C Cum principalis excellentia petitionibus dilectorum ſuorum omnibus iuſta petentibus clementer faueat. Igitur omnium fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ, noſtrorumque præſentium ſcilicet ac futurorum agnoſcat ſolertia Azzonem Venerabilem Abbatem Monaſterij ſanctorum Confeſſorum Lupuli, & Zoſimi quod conſtructum eſſe videtur intus nouam Beneuentanam ciuitatem per Roffridum Comitem dilectum noſtrum parentem, noſtram adijſſe à Deo protegendam principalem dignitatem, deprecans vt pro augmento prædictæ ſcilicet eccleſiæ, noſtræque patriæ ſaluatione concederemus, atque confirmaremus in præ-

D ſato Monaſterio in quo ipſe conſtitutus eſt Abbas, atque regimen tenere videtur ad perpetualiter habendum, ac poſſidendum cuncta qualiter hic inferius declaratur iure quieto, de quibus etenim requiſiuit noſtram Celſitudinem, vt in eodem Monaſterio pro perenni tuitione, vt mos eſt anteceſſorum noſtrorum principum munitionem exinde fieri iuberemus; Denique ne quando inualida fieret poſtulatio, eiuſdem petitionibus vſquequaque aſſentientes ex ipſis petitionibus in ipſo ſacto Cœnobio hos noſtræ munitionis apices fieri præcepimus per quos videlicet omnino ſancimus & principaliter per præſens hoc noſtrum roboratum præceptum concedimus, atque confirmamus

eidem

eidem Monaſterio ſanctorum Confeſſorum Lupuli, & Zoſimi omnia quæ à Regibus, vel ab anteceſſoribus noſtris principibus, vel à Ducibus in eodem ſacro Cœnobio conceſſa ſunt, vel confirmata, ſiue per præceptum, aue per monimen vel rationes, aue vndecunque, vel quomodocunque in eodem Monaſterio pertinentiæ eſſe videntur totum, & in integrũ illud in eodẽ venee, loco concedimus, & confirmamus, & ad ſemper habendum, atque poſſidendum iterum concedimus, & confirmamus in eodem ſancto, ac Venerab. Monaſterio omnes res, & fundationes quæ fuerunt de hominibus, qui ex hoc ſæculo abſque hærede migrauerunt de quantum coniunctum eſt cum hæreditate prædicti Cœnobij, & de quantum infra fines de iam dicta hæreditate prædicti Monaſterij eſſe videtur vna cum ipſa monimina, & hæreditates, tam quod ſupra in eundem locum confirmauimus, quam & illas res, & fundationes quas ipſa munimina eiuſdem ecclesiæ continent, vnde pars eiuſdem Monaſterij . . . . non habens, vt licentiam, & poteſtatem ab eorum Rectore ipſius Monaſterij cum ipſa monimina cauſare, & ad legem oſtendere, & omnem definitionem cum eis facere abſque cuiuſlibet moleſtatione, & rebus ipſis ad partes ipſius Monaſterij . . . . concedimus, & confirmamus in eundem Venerab. locũ integram eccleſiam vocabulo ſanctæ Dei Genitricis, & Virginis Mariæ, quæ conſtructa eſt foras hãc Beneuent. ciuitatem, quæ vocatur Buianum propinquo ipſo viuarium quod in eundem . . . . . . Maghenolfus Comes, atq; puerulus filius Tudoaldi vna cum ipſum molinum, & locum de . . . molinum qui ibidem ædificatum fuit, & cum aqua de eodem molino, & omnem ordinem de eodem molino . . . . . .

. . . .

Necnon & concedimus, & confirmamus in eodem Monaſterio integram eccleſiam vocabulo ſancti Marciani, & ſancti Bartholomæi, quæ ædificatæ ſunt in Monte qui dicitur Macela Godini in finibus de ſupradicta ciuitate Buiano, vna cum omnibus ipſis rebus, & molino qualiter prædicto Monaſterio ſunt pertinentes . . . .

. . . .

. . . . eiuſque Rectoribus illa omnia habeant, ac poſſideant ſine vllius Comitis, Gaſtaldei, ſeu iudicis Reipublicæ, vel cuiuſcunque hominum aliqua contrarietate, & vt nullus ex prædictis omnibus quippiam inuaſionis, aut contrarietatis in ſupradicta noſtra conceſſione, atque confirmatione parti eiuſdem Monaſterij vllo vnquam tempore præſumat, ſed à præſenti, & deinceps perpetuis temporibus prædicta omnia partem eiuſdem Monaſterij, eiuſque Rectores illa omnia habeant, ac poſſideant præſentes

A apices ſcribi mandauimus, & anulis noſtris ſigillauimus.

L
A
Signum ND—O—L *Domini Landolphi glorioſi Principis.*
F
V
S

Ego . . . . & ſcriba ex iuſſione prædicta poteſtatis ſcripſi.

B *Datum . . . tertia menſis Septembris in anno viceſimo nono Principatus Domini Landolphi glorioſi Principis, & quinto anno Principatus D. Pandolphi magni Principis filij die ſabbati quarta Indictionis.*

Hoc diploma expeditum fuiſſe à Landulpho vltimo Beneuentano Principe liquet ex eo quod nullus alius huius nominis Princeps viginti, & nouem annis regnauerit, filiumque nomine Pandulphum ſibi aſſociauerit in Principatu, quem tamen neceſſe eſt ante patrem obijſſe cum ob ſucceſſionis defectum extiterit ipſe vltimus Beneuentanorum Princeps. Regnare cœpit Landulphus hic vltimus anno Dominicæ Incarnat. 1037. & vixit vſq; ad 1079. & ſic in totum regnauit annis 39. ex quo numero facile

C erit colligere quonam anno hoc priuilegium conceſſerit, nimirum anno 1051. cui anno æquè correſpondent anni 29 ſui principatus, & quarta Indictio, vt videre eſt apud Baronium hoc eodem anno.

Hodierno vero tempore hæc Abbatia eſt vnita Capitulo Beneuentano prout eam vniuit Nicolaus V. anno 14. vt ex ipſius bulla quæ ſeruatur in Bibliotheca Beneuentana in faſciculo.

Quo vero anno obierit hic noſter Arelius ignoratur; poteſt tamen probabiliter credi vſque ad annum 1075. vitam protraxiſſe, cum anno ſequenti ſanctus Milo ſucceſſerit.

D †



7 S.MILO VII. Beneuentanus Archiepiſcopus ex Aruernis in Gallia oriundus, ille idem qui literis, & pietate ſanctum Stephanum Grandimontenſis Ordinis Fundatorem erudiuit, adlectus eſt archiepiſcopus in fine anni 1074. vel initio ſubſequentis 1075. vt liquet ex monumento ad fauorem Monaſterij ſanctæ Sophiæ ſcripto in Synodo ab eodem Milone in Cathedrali Eccleſia Beneuentana habito anno 1075. ſui Præſulatus primo. Menſe Maij, Documentum nobis exhibuit ſæpe citata Chronica ſanctæ Sophiæ part. 6 cap. 4. hoc modo conceptum.

In nomine Domini Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Domini æterni, & in nomine ſanctæ, & Indiuiduæ Trinitatis.

Anno Dominicæ Incarnationis 1075. Domino Gregorio VII. Summo Pontifice Romano, ſecundo anno Pontificatus ſui feliciter præſidente.

Cum Ego Milo Domini nutu Beneuētanæ prouinciæ archiepiſcopus, primo anno noſtri præſulatus more eccleſiaſtico ſolemniter Synodali auctoritate in Baſilica ſanctæ Dei Genitricis, & Virginis Mariæ agerem, vna cū Godefrido Teroſano Epiſcopo, ſeu cum Epiſcopis & Abbatibus ad noſtram Diœceſim pertinentibus, pariter nobiſcum venerabiliter reſidentibus, ſcilicet, Bernardo Agathenſi, Alberto Bobianenſi, Petro Guardienſi, Rutgero Ciuitatenſi, Gilberto Teleſinenſi, Manardo T. . , Ioanne noſtræ eccleſiæ Archipresbytero, Alberto Abbate ſancti Modeſti, Laurentio Neapolitano, Sauino Abbate ſancti Lupi; necnon Domino Iandulpho Principe, & Stephano Schuldachis, cæteriſque nobilibus Beneuentanis, cum pluribus pondus teſtimonij habentibus. Inter alia vero quæ hinc inde agebantur, & reſeruabantur, Madelmus Cœnobij ſanctæ Sophiæ abbas ſurrexit in

A medio conuentus, & proclamauit ſuper
Epiſcopum Draconarij nomine Campo pro
duabus eccleſijs ad prædictū Monaſterium
ſanctæ Sophiæ pertinentibus, quarum altera
dicitur ſancta Maria in Alcino; altera verò
ſancti Benedicti in eadem ciuitate ſita; Ad
hæc Epiſcopus Campo de hoc negotio requiſitus,
reſpondit; olim quidem maiorumque
noſtrorum tempore illas prædictas eccleſias
duas ad præfatum Monaſterium vere
pertinuiſſe per quædam munimina; ſed
poſtea furata fuiſſe, & taliter iam dictas eccleſias
ad ſuum ius redactas fuiſſe, & vſq;
modo iure tenuiſſe. Tunc prædictus abbas
protulit præceptum ſigillatum, in quo con-
B tinebatur, quomodo à noſtro prædeceſſore
beatæ, piæque memoriæ Vldarico Archiepiſcopo
confirmatum, ac teſtatum fuiſſe de
illis duabus eccleſijs ad prædictum monaſterium
ſanctæ Sophiæ, ipſius monaſterij
Abbate Amico, noſtræ, aduerſus Leonem
tunc temporis Draconariæ Eccleſiæ Præſidentem,
in præſentia quidem Archiepiſcopi
Vldarici, & Dodonis Roſſeliani Epiſcopi,
ſed & Bernardi Epiſcopi, & Cancellarij
ſanctæ Romanæ Sedis Domini Nicolai
Papæ Legati, aliorumque Epiſcoporum,
ſeu Abbatum, qui Synodali tunc Conuentui
intererant. Cumque præceptum perlegeretur,
Mainardus T. . . Epiſcopus, &
C Adelpherius archidiaconus, & Roſridus
Diaconus, & Bibliothecarius noſtræ eccleſiæ,
ſed & plures alij boni teſtimonij viri
reſponderunt, & conſenſerunt, & confirmarunt
in præſentia noſtra, ita verum eſſe,
quemadmodum in principio legebatur, eo
quod ſalua fide, ſine vlla falſitate ita feliciter
reminiſcerentur eſſe; itaque Epiſcopus
iam ſæpe dictus Campo præter ſuam
exiſtimationem, audiens, atque intelligens
veritatem, & ſcriptis, & bonorum virorum
teſtimonijs, nolens alia pro alijs obijcere,
maxime in tali conuentu, & quod non decet
Epiſcopum, vel aliquem Catholicum
virum in re vera, vbi non ſunt quærere, vltra
nihil habens, quod responderet, iunctis
D audientibus, ſicut iuſtitia decebat Epiſcopum,
vel aliquem catholicum virum; reticuit,
ea ſe deinceps extorrem fieri præcepit,
atq; promiſit nunquā ſe amplius inde agere
cum præd. Abbate, & ſucceſſoribus, tantum
reſeruata ſibi Canonica, & Parochiali auctoritate.
Præterea ergo noſtra beneuolētia
omnib. quidē obnoxia, ſed maximè Dominū
timentibus, & domeſticis fideiComes in
remota decreuit in eadem Synodo cum omnium
aſſenſu ſecundum Canonum auctoritatem
fieri præceptum ad partem prædicti
Monaſterij, & noſtro ſigillo corroborari, &
propria manu ſignari, ac confirmari, ſimul
cum prædictis Epiſcopis, & Abbatibus, omnique
ſynodali conuentu, ita vt in poſterum
ſine vlla contradictione præſentium, vel
etiam futurorum habeat, ac poſſideat prædictus

dictus cum ſuis ſequacibus iure perpetuo A
prædictas eccleſias cum omnibus hodie
earum pertinentijs, & deinceps in futuro
iuxta textum, & auctoritatem præcepti à
noſtro prædeceſſore bonæ recordationis Vl-
darico Archiepiſcopo de ijs eccleſijs ad idem
Monaſterium Canonico iure confirmati;
nulla ratione Campo ſupradicto Epiſcopo,
vel ſucceſſoribus ſuis, vel quibuſlibet perſo-
nis calumniantibus deinceps, vel refragan-
tibus.

Scriptum autem per manus Ioannis Clerici, & Cantoris noſtræ eccleſiæ, menſe Martio, Indictione decima quarta.

Datum vero per manus ſupradicti Rofridi
Diaconi, atque Bibliothecarij, die videlicet Ka- B
lendarum Aprilium.

† *Signum Milonis Archiepiſcopi.*
Ego qui ſupra Godefridus Tereſanus Antiſtes.
Ego qui ſupra Bernardus Agatenſis epiſcopus.
Ego qui ſupra Albertus Bobianenſis epiſcopus.
Ego Meinardus T. . . epiſcopus.
† *Signum crucis factum per manum ſupradicti Petri Guardienſis epiſc.*
Ego qui ſupra Ioannes Archipresbyter.
Ego Sabinus Abbas.
Ego Rutgerus Ciuitatenſis epiſcopus.
† *Signum crucis factum per manus ſupradicti Gilberti Teleſini epiſc.* C
Ego Rubertus Florentinus epiſc.
Ego Nicolaus Termolenſis epiſc.
Ego Azzo Lucerinus epiſcopus.
Ego Vvihelmus Larinenſis ſubſcripſi.
† *Signum crucis factum per manus Abbatis Leopoldi Monaſterij Domini Saluatoris de Teleſia.*
† *Signum crucis factum per manus ſupradicti Alberici Abbatis.*

Cæterum Milo, quem Vlpera ſanctitatis
titulo illuſtrat breuis Pontifex fuit, ac piè
obdormiuit in Domino anno 1076. 23. Fe-
bruarij, qua die colitur Beneuenti, non ta-
men eccleſiaſtico officio. Annus Milonis
obitus elici poteſt ex documento Rofridi D
ſucceſſoris mox exſcribendo. De Milone
pauca habet Ioannes Bollandus tom. 3. Vi-
tæ ſanctorum ad 23. Februarij in no-
tis ad vitam ſancti Stephani Gran-
dimontenſis, quæ aliqua
indigent caſtiga-
tione.
†



8 ROFFRIDVS ex Principibus Longobardorum patriæ ſede nobilitatus eſt anno 1076. vt clare oſtendit nobis eiuſdem documentum pro monaſterio ſanctæ Sophiæ ſcriptum in Chronic. 1078. ab Incarnat. 7. Idus Ianuarij, Indict. 15. (melius prima) ſui Pontificatus ſecundo, ita in ſæpe citata Chron. p. 6. c. 5. legitur.

In nomine Sanctæ, & Indiuiduæ Trinitatis.

Nos Roffridus humilis archiepiſcopus huius ſanctæ Beneuentanæ ſedis: Noſtræ ſedis exigit auctoritas nos de eccleſiarum ſtatu ſollicitos eſſe, qua praua, atq; obſcœna ſunt, emendare: quæ autem recta, & iuſta ſunt confirmare: Conſtat igitur Comitem Gerardum in præſentia Domini Maynardi Trauenſis Epiſcopi, & Herberti, ac Roberti filiorum eius, vnam eccleſiam vocabulo ſancti Benedicti, quæ intra noſtram Diœceſim ſita eſt, non longe à ciuitate Mabiona, pro redemptione animæ ſuæ, parentumque ſuorum monaſterio ſanctæ Sophiæ obtuliſſe, in quo Monaſterio Madelmus venerabilis Abbas præeſſe videtur: Nos autem prouidentes quòd melius ipſa eccleſia, quam hactenus proficiat, ideo placuit nobis per hoc noſtrum roboreum præceptum, eãdem eccleſiam cum omnibus ſuis pertinentijs, quam iam dictus Comes obtulit præfato Monaſterio concedere, atque confirmare; ea ratione, vt amodo, & deinceps, & in perpetuis temporibus ipſe venerabilis Abbas eiuſdem Monaſterij, & eius ſucceſſores poteſtatem habeant iam dictam eccleſiam, vna cum omnibus eius pertinentijs tenere, & dominare, & Rectores deinde, ibidem ordinare, & amouere, & omnia ibidem agere quæcunq; voluerint ad commodum, & profectum ſiue vtilitatem ipſius monaſterijs, & præfatæ eccleſiæ, abſque mea, vel meorum ſucceſſorum, aliorumq; hominum aliqua contrarietate; Si quis autem hãc noſtram cõceſſionem irritam facere voluerit, volendo ipſam eccleſiam, vel de eius pertinentijs ex eodem Monaſterio ſubtrahere,

eun-

eundem anathemate condemnamus, quatenus in futuro iudicio æternæ pœnæ ſubiaceat: & in eodem Cœnobio ſacro bonum facienti iuſtus Index æterna premia largiatur: & vt hoc perpetualiter, & ſtabile permaneat, & ab omnibus obſeruetur immobiliter, nosmetipſi propria manu ſubſcribendo ſigno ſanctæ Crucis illud corroborauimus, & ſigilli noſtri impreſſione inſigniri præcepimus, & demandauimus, & ſigilli noſtri inſignia appendi volumus, ac tibi Ioanni Clerico, & Notario, atque aduocatori ſanctæ noſtræ Sedis ſcribere ego quamuis indignus Archiepiſcopus Roffridus taliter iuſſimus.

In anno ſcilicet Domini Incarnat. 1078. & ſecundo pontificatus mei anno, & 7. Idus Ianuarij, Indict. 15.

Ego qui ſupra nominatus Roffridus Archiepiſcopus feliciter admodum.

Anno ab electione Roffridi primo hoc eſt anno 1077. obijſſe fertur Landulphus Princeps Beneuenti abſque liberis, vltimuſque Princeps Beneuenti fuit: Landulphũ iſtum Principem fuiſſe filium Roffridi Archiepiſcopi, docet eiuſdem confeſſio in conceſſione facta ad petitionem Roffridi Archiepiſcopi genitoris ſui, vt in documento, quod refert Chronic. ſanctæ Sophiæ par. 6. tenoris ſequentis.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Domini æterni, & in nomine Sanctiſsimæ, & Indiuiduæ Trinitatis.

Landulphus diuina ordinante Prouidentia Longobardorum gentis Princeps.

Cum principali excellentia petitionibus dilectorum ſuorum, omnibus iuſta petentibus clementer admodum fauet: quamobrem nouerit omniũ, ſcilicet præſentium, ac futurorum ſagacitas, quoniam Dacomarius noſter fidelis filius cuiuſdam Petri Clerici per Roffridum Archiepiſcopum noſtrum dilectiſſimum, amatiſſimumque parentem, ac genitorem, noſtram acceſſiſſe à Domino protegendam principalem dignitatem, petendo, precandoque, vt concederemus, ac confirmaremus ſibi, ſuiſque hæredibus, amicis, atque cognatis omnia, & in omnibus quæ, & qualia hic inferius declarantur, habenda, ac in perpetuum poſſidenda iure quieto; de quibus etenim à nobis petijt ſibi fieri munitiones exinde à nobis, vt conſuetudo, ſeu mos eſt ab anteceſſoribus noſtris, cuius petitionibus vſquequaque libenter aſſenſum præbuimus, & hos noſtræ munitionis apices inde eis fieri iuſſimus, per quos omnino ſancimus perpetualiterque per præſens hoc noſtrum roboreum firmatiſque præceptum concedimus tibi ipſi Dacomario, tuiſque hæredibus, vt licentiam, firmamque poteſtatem habeatis quantum eſſe voluerit in Ponte marmoreo, quod dicitur de Leproſis, tam ſubtus eodem ponte, quam deſuper eundem pontem, rumpere, ac conſtringi facere, & omne ædificium, ac laborem, omnemque veſtram vtilitatem, quam vobis vtile, atque neceſſe fuerit in eodem ponte, tam de ſubtus, quam deſuper facere faciatis, ſemperque illud ibidem habeatis abſq; vlla cuiuſlibet moleſtatione. Verumtamen, vt pro eadem ruptura, atque ædificio ipſe pons non decidat, & ædificium, atque labor ipſe quem deſuper ipſum pontem facitis, non ſit contrarium ad carros oneratos cum lignis omnibus, & fœno, qui inde trãſituri ſunt; ac concedimus vobis habendum quomodocunque ad partem noſtræ reipublicæ euenire debet de omni negotio per eundem pontem tranſituro: ſed & concedimus vobis ipſi Dacomario, tuiſque hæredibus viam illam publicam, quæ pergere videtur ab eodem ponte inter terram tuam, & terram Archiepiſcopi huius Beneuentanæ ciuitatis, atque erga murum ipſius noſtræ Beneuentanæ ciuitatis, atq; ſecus vallonem, vnde aquæ de molendinis tuis, & de alijs molendinis modo decurrunt, vt licentiam firmamque poteſtatem habeatis viam, vbi atque quantum volueritis cauare, ac cauare facere, necnon aquæductus inde deriuare ad vtilitatem de molinis tuis ſecundum veſtram voluntatem, liberumque veſtrum arbitrium: omne præterea ædificium, omnemque laborem, quem neceſſe habueritis, abſque alia cuiuſlibet contrarietate, & pro eadem via, quam pro ipſo veſtro ædificio, atque labore iuxta eadem, ſi turris catena, & murus, aut mœnia illa aliquando deſtruantur, liceat vobis inter ipſam catenam, & murum in eadem turri rumpere à terra in altitudinem, & latitudinem, in laxitudinem, & transforatum quantum volueritis, vt homines illi qui de die in diem, ſingulis horis inde tranſituri ſunt benè, necnon cõmodè poſſint cum ſuis animalibus, cæteriſque rebus quas habent, aut tranſtulerint, ac eorum omnibus vtilitatibus tranſire; & eandem turrim, quæ iam nunc ad cadendum quaſi poſita eſt, liceat vobis, reſtituere antiquæ formæ, ac ſtatui, omneq; ædificium, omnemque laborem, qui vobis placuerit ad veſtram vtilitatem, & commodũ, & pro veſtro libero arbitrio ibidem habeatis, & faciatis, & ſemper habeatis, cum via, & audito cum omnibus veſtris vtilitatibus, tam per ſcalas ipſius muri, quam & per an-

dita

dita illius muri; tantummodo ſic habeatis eandem turrim omni tempore conciatam, vt ex ipſo veſtro ædificio, ac labore eadem turris non cadat: ea etenim ſanctione cuncta hæc quæ ſupra leguntur noſtra conceſſione, ac confirmatione tibi ipſi Documario, & hæredibus tuis illa omnia concedimus, & confirmauimus, quatenus amodo, & ſemper tam tu, quam hæredes tui, & quibus à vobis data paruerit, illorumque hæredibus illa omnia habeatis, ac poſſideatis, omniaque exinde faciatis quæcunque volueritis, vobiſque placuerit ſine vllius Comitis, Gaſtaldi, ſeu Iudicis, vel Schuldachis noſtri, aut cuiuſcunque perſonæ hominum aliqua contrarietate, vel moleſtatione, aut inquietudine à nemine ex hoc vobis in aliquo ingerente contrarium. Si quis vero contra hæc quæ ſupra legimus, lectitauimuſque quoquomodo agere, aut irritum facere præſumpſerit, ſciat ſe compoſiturum eſſe auri puriſſimi libras centum quinquaginta, medietatem noſtro ſacro Palatio, & alteram medietatem vobis, veſtriſque hæredibus, & inpoſterum ſemper omnia illa, quæ ſupra ſcripta ſunt In prænominata ratione vobis firma, & ſtabilia permaneant: Vt autem hæc noſtra conceſſio, ac confirmatio ab omnibus veriſſimè credatur, atque immobiliter obſeruetur, ſcriptura propriarum manuum ea ſubter confirmauimus, anulique noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri.

Carus Clericus, ac Notarius atque ſcriba ex iuſſione ſupranominatę poteſtatis ſcripſit, in anno Dominicę Omnipotentia Domini noſtri Ieſu Chriſti Incarnat. 1077. & 4. anno pontif. Domini noſtri Summi Pontificis, & Vniuerſalis VII. Papæ Gregorij in ſanctiſſima ſede B. Petri Apoſtolorum Principis, & trigeſimo nono anno principatus Domini noſtri Landulphi glorioſiſſimi Principis de menſe Ianuar. Indict. 15.

Actum in ſacro Beneuentanorum palatio, feliciter admodum.

Per mortem Landulphi Principis filij Roffridi Archiepiſcopi, Principatus Beneuentanus extinctus eſt, & ſereniſſima Longobardorum Principum proſapia anno poſt quam ſub Zotone primo Beneuentanorum Duce regnare cœpit circiter quingenteſimo. Ne pigeat quæſo hic aliquantulum immorari, & veluti ex alta ſpecula viciſſitudines proſpicere rerum, quamque ille Rex Regum ad cuius nutum conceduntur, ac transferuntur imperia, ſit tuæ Eccleſiæ vigilantiſſimus cuſtos, & ſuaui diſpoſitione faciat cum fine collimare principium, quæ omnia quam concinne diſpoſuerit in Longobardorum Principum ſerie haud pigebit breuiter demonſtrare. Quid namque immanius exaudiri poteſt illa deuaſtatione Monaſterij Caſſinenſis à Zotone primo Beneuentano Duce facta, cum etiam ipſe ſanctiſſimus Monachorũ Pater Benedictus eam in ſpiritu præuidens ab immanitate, feritateque abſterritus, vix ſaluationem animarum ſuorum Monachorum ab Omnipotenti Deo impetrauerit? & tamen vix elapſo ſæculo certatim Longobardorum Proceres, & Magnates omnia eorum bona eidem Monaſterio contulerunt. Quidni? ſi vt ita dicam omnes Monachi in Beneuentana regione degentes ſanguine erant Longobardico progeniti, vt ex eorum nominibus conijcere licet. Quot Monaſteria Beneuenti, nedum, ſed per totam circumiacentem oram funditus à Longobardorum Principum pietate ſunt excitata? Sed omnibus alijs omiſſis ob oculos veniat omnium Monaſteriorum in ea regione anteſignanum ſancti Vincentij ſcilicet ad fontes Vulturni amnis à tribus illis fratribus nobilibus Beneuentanis Pado, Tato, & Taſo ædificatum, de cuius magnificentia, amplitudine, iuriſdictione (& quod omnium caput) ſanctitate alibi plura enarrauimus, ex ruderibus etiam, quæ hodie ſuperſunt conijci poteſt præclariſſimi illius Cœnobij amplitudo, & priſcæ fortunæ magnificentia: vix à lachrymis abſtineri poſſunt illi, quibus datum eſt ſacra illa rudera inuiſere, & vix pede calcare audent ſanctum illud, vt vocant, Clauſtrum recenti adhuc poſt tot ſæcula ſanguine reſperſum ſexcentorum Monachorum, quos vna dies truculentia Saracenorum Martyrio coronauit, ſed proh dolor! omnia ſunt diruta, vepres, ſerpentumque cateruæ reddunt imperuia. At ne in luctum vertatur cithara noſtra, ad alia pergamus cœptũ ſermonem, & tanquam obſeruatione dignum perpendatur illa diuini numinis diſpoſitio, qua euenit, vt quemadmodum Longobardi paulo poſt eorum in Italiam ingreſſum ſanctiſſimum Pontificem Gregorium in vrbe Roma obſederunt, varijſq; eum incommodis affecerunt, cunctaq; Romanæ Eccleſiæ patrimonia deprædati ſunt, ſic poſtmodum quinto recurrente iam ſæculo, ſub alio Gregorio huius nominis Septimo, id quod ſupererat Longobardæ dominationis ſit extinctum, & ciuitas Metropolis Beneuentana in poteſtatem Gregorij ſit redacta, & vt miremur ſucceſſorum conſuetudinem, vterq; Gregorius Monachus fuit ſancti Benedicti, & S.R.E. Archidiaconus. Verum extinctis Principibus tantum abeſt, vt ciuitas Beneuentana antiquæ magnificentiæ ceſſerit, quin potius noua celebrique gloria ſit adaucta, cum ad eam veluti ad tutiſſimum fidumque aſilum inter ſequentium temporum calamitates conuolarunt Romani Pontifices, adeo vt à Gregorio VII. vſque ad Innocentiũ IV. vix duos, vel tres reperias, qui diuerſis ex cauſis Beneuentum non adierint, vt ſuis in locis bene obſeruat Vipera. Sed ad noſtram ſeriem redeamus.

Ro-

Roffrido Præſule anno 1087. Victor III. Beneuenti Synodum celebrauit menſe Auguſto, qua tempeſtate idem Roffridus Eccleſiam ſancti Dionyſij ſitam extra caſtrum pontis ſancti Anaſtaſij Comitatus Theleſini ſolemni ritu dedicauit, & anno 1091. Vrbanum II. excepit in Epiſcopio vbi Synodū collegit aduerſus Guibertum hæreſiarcham: eodem modo poſt aliquot annos Paſchalem II. Beneuentum venientem eſt veneratus ſub quo Vaſtallenſi Concilio interfuiſſe Pandulphus Piſanus ſcribit in vita Paſchalis: denique anno 1107. Indict. 1. die 7. Septembris cum ſediſſet ann. triginta vnum, menſes duos, & dies viginti, teſte Falcone Beneuentano in Chron. ex hac vita diſceſſit. Quo anno Falconem ſuam deſcribere hiſtoriam ab exordio noui Archiepiſcopi, Roffridi ſucceſſoris, conuenientiſſimè ſuſcepiſſe arbitratur Camillus Peregrinus in caſtigatione eiuſdem Falconis.



9 LANDVLPHVS huius nominis II. ad paſtoralem huius Eccleſiæ curam vocatur anno 1108. quem ordinatum ſcribit Falco à Paſchale II. menſe Decemb. Ind. 2. dum Beneuenti Synodum celebraret: quod benè conuenit cum donatione Landulphi facta Monaſterio ſanctæ Sophiæ, & alij Monaſterio ſancti Onuphrij, in qua ann. 1113. ſalutis recenſetur ſextus pontificatus eiuſdem. Donatio ſic ſe habet in Chron. Sophiniana part. 6.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, Domini æterni.

Cunctis omnibuſque Catholicis viris Beneuentanæ Diœceſis, Landulphus diuina concedente miſericordia Beneuentanæ prouinciæ, ciuitatiſque Archiepiſcopus, benedictionem.

Nouerit omnium veſtrum dilectio, fratrem venerabilem, honoreque dignum Abbatem, Prioremque Monaſterij Beati
A Onuphrij, quod ſitum eſt in loco valdè de Marocca vna cum cõfratribus ſuis eiuſdem loci per licentiam à nobis acceptam, ac conſecutam, pro auctione, ſeu defenſione ipſius Monaſterij obtuliſſe Domino in Monaſterio ſanctæ Sophiæ, quod locatum, atque ſitum eſt infra ciuitatem noſtram Beneuentanam, quodammodo gubernante Domino, quod & regere, necnon moderare videtur Bernardus Abbas venerabilis: integrum, videlicet, Monaſterium ipſum, Beati Onuphrij, pariter, & cum Eccleſia ſancti Michaelis Archangeli ibi propinquè ſita, vna cum omnibus iam eccleſiarum, quam & aliarum rerum mobilium, ac immobilium ad ſupra nominatum locum
B pertinentibus, necnon & hominibus, & in eodem loco morantibus, & manentibus, ſecundum textū eiuſdem oblationis, quam præfatus Abbas inde habet. Itaque ad rogum eiuſdem venerabilis Abbatis, & religioſorum Fratrum Monaſterij præfati S. Sophiæ virginis per præſentis ſcripti paginam (ſalua quidem noſtræ ſedis reuerentia) concedimus, & confirmamus in eodem venerabili monaſterio ſanctæ Sophiæ integram oblationem præfati Prioris, cum omnibus ſuis adiacentijs, ea videlicet ſanctione, vt amodo, & deinceps omni tempore, tam tu ipſe prænominate Abbas, quā & tui ſucceſſores eandem oblationem iam
C nominati Prioris integram habeatis, & poſſideatis in omnibus, ſecundū ſcriptæ oblationis continentiam ſine vlla inquietudine noſtra, vel noſtrorū ſucceſſorū (in hoc Beneuēt. Antiſtitis ſalua ſemper reuerentia) Verūtamen ſtatuimus, vt in omni tempore venerabilis ille locus in ea religione, & habitu Fratrum ſemper conſeruetur, & permaneat, quemadmodum moderno tempore cuſtoditur: Defuncto etiam Priore de Confratribus eiuſdem Monaſterij, ac loci, quem Fratres ſibi voluerint Priorem habeant; quod ſi autem in eadem Congregatione talis qui dignus eſt non inueniatur, tūc de Confratribus S. Sophiæ Prior ibidem
D ordinetur, ſic tamen vt eundem habitum, eandemq; religionem, ac ſtatutum ſuſcipiat: ſi qua vero Eccleſiaſtica, ſæcularisue perſona contra hoc noſtrum roboream firmitatis præceptum egerit, aut agere attentauerit, à Chriſtianorum fidelium congregatione ſegregetur, conſeruantibus autem ſit pax, & tranquillitas Domini, ac Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Quod Franſoni Clerico, necnon, & Notario noſtro ſcribere iuſſimus.

Anno Dom. Incarnat. 1113. Pontificatus noſtri Domini Papæ anno 15. Præſulatus autem noſtri anno ſexto menſ. Iunij Ind. 6.

Ego Landulphus Beneuentanus Archiepiſcopus ſubſcripſi.

Ego Roffridus Diaconus, necnon, & Biblioth. & Archipresbyter.

Ego

A *Ego Ioannes Cardinalis; Ego Conſtantinus Cardinalis; Ego Hermannus Cardinalis: Ego Ioannes Primicerius.* Anno ſecundo Landulphi, ſalutis 1109. die 2. Nouẽbris Theſaurus Eccleſiæ S. Mariæ nunc Metropolis igne conſumptus eſt, & Comes Robertus 3. Kal. Sept. Ind. ..... conceſſit Landulpho & Beneuentano Capitulo Eccleſias S. Vincentij in Oppido, & S. Petri in Communitate S. Agathæ. conceſſionis exemplar extat in tabulario Biblioth. Beneuentanæ, quod hic ſubijcio.

Diuina ordinante Clementia Ego Rotbertus B *Comes, & filius Piæ memoriæ Ranulfi Comitis.*

Domno Landulpho ſecundo Dei gratia Beneuentanæ ſedis Archiepiſcopo in P. P. M.

Quia fraternam Charitatem, & pij animi respectum circa Religioſa loca te habere decenter cognouimus, & Religioſorum Principum precibus paterna benignitate fauere, ideo factum eſt, vt Ego præfatus Robertus Comes precum inſtantia, & ſupplicatione ſedula requiſitus tibi confirmare Eccleſiam ſancti Vincentij in Oppido C cum nonnullis alijs Eccleſijs, & hæreditatibus, ſuiſquepertinentijs, ſicut in noſtro Priuilegio obtento ab Anteceſſore veſtro Venerandæ memoriæ Roffrido conceſſimus pertinentiam Eccleſiæ Beati Petri infra munitionem Ciuitatis S. Agathæ, & ei dedimus pertinentiam quoque eiuſdẽ Oppidi de Dominio Com. Rotberti, & militum, qui dant decimam Eccleſiæ ſancti Vincentij, ea videlicet ratione, vt Abbas ſupradictæ eccleſiæ obedientiam inde exhib[..]t exc[..]ſa quarta parte decimarum, & oblationum quas Sacerdotes ipſius oppidi & caſalium colligunt, & Synodalibus cauſis conceſſit omnia. ac confirmauit D præfatus Archipræſul quæcumque eidẽ Eccleſiæ B. Petri ab Eccleſiaſtica, vel ſæculari perſona iuſtè ſunt oblata vel fuerint; & vt iſta conceſſio præfati Archipræſulis firma, & illibata in perpetuũ maneat, Ipſe ego Comes mea bona voluntate, & remedio animæ meæ, remitto Subdiaconos, Diaconos, Presbyteros qui vxores, vel concubinas publicè non habent quietos ab omni datione, vel publica exactione. & centũ caniſtra hordei quæ de ſylua mea dabantur ab hominibus de Monte ſarculo, & ipſe præfatus Archipræſul auxilium ſuæ protectionis circa Canonicos præfatæ Eccleſiæ tanquam circa dilectos filios paternæ charitatis affectum exhibere promiſit.

Datum Beneuenti anno ab Incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti MCIX. Pontificatus autem D. Paſcalis II. Papæ 10. & Domini Landulphi ſedis Archiepiſcopo primo, & 21. anno Comitatus præſati Roberti Com. & 2. anno Comitis Rannulfi filij eius bonæ indolis pueri Indict. 2. 3. Kal. Septemb.

R
O
Signum D———B *Comitis.*
E
R
T
I

Anno autem 1112. ciuilia bella Beneuenti inſurrexiſſe idem ſcribit Falco ad annum 1113. ob quæ multa, tam ipſi Ciuitati incommoda, tum ipſimet Landulpho Archiepiſcopo obueniſſe veraciter narrat, quæ digna ſunt vt hęc verbatim recenſeantur. Anno, inquit, 1113. (melius 1112.) vt exigit temporum ratio, & 14. Pontif. ſupradicti Domini Papæ menſe Martio 6. Ind. (melius 5.) Dominus ipſe Apoſtolicus Ciuitatem Beneuentanam varijs prædatũ perſecutionibus ex omni parte oppreſſam aſpiciens, & Ciuium bona à Normandis vndique vicinantibus quotidie diſtrahi, & confundi cognoſcens, conſilio habito, Landulphum de Græca militem præſtantem, & ſolertem Comeſtabulum Beneuentanorum instituit, quatenus Deo adiuuante, & ipſius prudentia, Ciuitas à prædarũ ſolita confuſione, quæ ſæpiſſimè imminebat, & à conſpirationum ſeditione contra Dominum Papam crebrò erecta, ſecum in progenie, & progenie conſiſteret: cognouerat enim eum prudentem, & animoſum, ſagaciſque ingenij virum, cuius auxilio & ſolertia necdum Beneuentanorum populus ſibi ad regẽdũ commiſſus, verũ etiam pleraque Longobardorũ habitatio à Normandorum ſeruitute affligentium eripi, & liberari confidebat; Erat quippe Landulphus ipſe bellicoſi ſpiritus, & minorum iniurias non patiens, inimicis omnibus quotidie minabatur; Nam ſi quis inimicorum illi iniuriam, vel prædam inferret, mori prius velle deſiderabat, quã impunitus aliquo modo inimicus recederet. Quid plura? Landulphus ipſe Comeſtabulus ex omni parte, virtute, & ſcientia redimitus colla nulli minantiũ flectere dignabatur, Cumque ſicut prædictum eſt, Landulphus ille Comeſtabiliæ honorem à ſupradicto Domino Papa paſchali acciperet, videns Caſtellum, quod quidam Robertus, qui Flauus cognominabatur in monte Sableta conſtruxerat, vir omnis malitiæ, & ne-

quitiæ ſtudio repletus, anxiando eum eo loquutus eſt, vt Caſtellum illud deſtrueretur: Ob Benenentanorum enim guerram, & inimicitiam Ciuitatis, Caſtellum illud Robertus ipſe conſtruxerat mirabile, valdeque laboriosum: Ex cuius Caſtri reſidentibus multa ciues opprobria, damnorumque copiam perpeſſi fuerant, ita quidem, quod quidam Conciuiũ pro ipſius Caſtelli ædificio prædia, & poſſeſſiones, quas circa eundem montem habuerunt, perdidere. Caſtello itaque mirabiliter conſtructo illic reſidentes cum ipſius Roberti ſeruientibus quandoque Beneuentanos capiebant; quãdoque, quod crudelius eſt, peregrinis vitã cum eorum bonis auſerebant. Prædictus igitur Apoſtolicus hæc Romę audiens Robertum illum excommunicauit, donec Caſtellum illud Ciuitati contrarium deleuiſſet, quod facere ipſe Robertus contempſit; Quid plura? Landulphus ipſe de Græca Comeſtabulus ordinarius, cum pręd ícto Roberto pactum incipiens ipſe quod cũ prædicto Papa facere noluerat, Caſtellum illum deſtruxit, & funditus deleuit, duobus videlicet equis optimis, & ducentis ſolidis datis. Deinde Landulphus ipſe Comeſtabulus pactum cum Comite Iordano ſacramento affirmans, quotidie virtutibus, & laudis præconio attollebatur.

Robertus itaque princeps, & Robertus, & Iordanus Comites Caſtellum illud ſic deſtructum, & Landulphum illum Comeſtabulum de die in diem virtute, & diuitijs repleri aſpicientes, inuidiæ zelo ex odio Longobardorum percuſſi, putantes ſe illius prudentia exhæredari, cum omnibus Normandis ex omni parte vicinantibus cõiurauere, affirmantes ſe guerram Beneuenti facturos, & prædam, donec Landulphus ipſe Beneuentanorum Comeſtabulus videretur. Sacramento ipſo taliter confirmato innumeris cum militibus, & peditibus ſuper Beneuentum venerunt, duodecimo die intrante Menſis Auguſti, & in monte, qui Guardia dicitur, die vna tantum, ac nocte caſtrametati ſunt, credentes & illum eijcere, & Ciuitatem omnino depopulari, ſed die ipſo quo applicuerunt, bellum inchoantes, & ſuperati ſunt, & quidam eorum capti: Nocte autem inſecuta, timore cæleſti, & Beneuentanorum terribiliter cõmoti, more latronum per deuia fugientes, exiſtimabant ſe nocte ipſa à Beneuentanis capi, & turpiter teneri. Ita quidem vt ſicut ex ore eorum complurium narrantiũ auditum eſt, ſi Comeſtabulus ipſe cum Beneuentanorum, & militum caterua Eccleſiam S. Angeli ad Crucem tranſcenderet, vel vocis alicuius ſonitus audiretur, & hoſtes, & hoſtium apparatus ſtipendia Beneuentanorum in manibus proculdubio traderentur.

Illis autem Normandis ſic abeuntibus, A Landulphus ipſe de Græca Comeſtabulus inimicorum non ferens impugnationem vicem reddens pro acceptis, haud mora, militum ferè centum, & octuaginta numero armatorum collecto, & Ciuium vniter quatuor millia multitudine congregata, Caſtellum, quod Terrarubea dicitur, adiuit, quod igne ferroque terra tenus proſtrauit: ipſiuſque Caſtri incendio Robertus quidam de Sicilia dictus, combuſtus obijt: ſicque innumerabilem animalium, & aliarum rerum ſubſtantiam Beneuentum magno cum gaudio perduxere. Non poſt multũ vero temporis iterum collecta equitum, & Conciuium cohorte, Landulphus ipſe Caſtellum Apicem inſiliuit, cuius Caſtri, B & molendina deſtruxit, & prædam animalium ſecum gaudens aſportauit.

His omnibus ita perfectis, Guerra Normandorum, quorum mentionem fecimus durius incœpta eſt; in qua Landulphus innumeram auri, & argenti copiam, & equorum diſtribuit: Interea dum Comeſtabulus ipſe cum militum caterua prope pontem Serretellæ pro inimicorum inſidijs cuſtodiſſet, eu adſunt equites Roberti Comitis fere quinquaginta, qui, & pro dolo Ciuitatis inter fruteta morabantur. Quid dicam? inſidijs ex vtraque parte propalatis, conflictus inter eos habitus eſt, Tan- C dem Dei miſericordia ſuperueniente, pars inimicorum terga vertens, in fugam conuerſa eſt, adeò quod de eorum equitibus duodecim captiuos Comeſtabulus ipſe cũ armis omnibus eorum duxit. Præterea ſicut diximus, guerra ex vtraque parte fortiter inchoata, ſæpiſſimè hinc, & inde deprædatum eſt. Contigit autem die quadam, Rao, qui erat Dominus Caſtelli Ceppalunis cum Landulpho Butiello, & alijs ferè centum quinquaginta militibus, & peditum multitudine ad frangendam, vt ita dicam, arcaturiam iuit: Cumque Comeſtabulus ſic frangentes eos flumen Sabbati vidiſſet, tantam non ferens audaciam, in medium campi ad Eccleſiam Sanctorum D ſeptem fratrum, ſtipatus militum collegio exijt; vbi ad inuicem decertatum eſt; ſed peccatis ſuperuenientibus pars Comeſtabuli ab inſidijs inimicorum decepta, per planitiem illam perſecuta corruit; ita quod duodecim milites Ciuitatis nobiles cum omni armorum apparatu, retenti ſunt.

Iſtis omnibus, & alijs ſic decurſis, inimici omnes, qui pro guerra coniurauerant, videntes Comeſtabulum ipſum colla eis nõ flectentem, eis potius minari, & Beneuentanos eum, & eius præcepta iugiter ſectari, cœperunt Ciuitatem plus ſolito diſtringere, præcipientes, vt omnes, quas poſſent vineæ circumaſtantes inciderentur: Quod & factum eſt; Inſuper pauperes, alioſque viros quos inuenirent caperent;

Sen-

ſententia quorum diuulgata, plerique hominum capti ſunt.

Anno 1114. Menſe Martio 7. Indictionis, dum vineæ ſic incidebantur, & capiebantur homines, Beneuentanorum quidā inuidiæ gladio compulſi, miſerunt ad prædictum Papam Landulphū Archiepiſcopū, & Rachiſium S. Modeſti Abbatem, vt ei neceſſitatem ex omni parte, quam patiebantur, intimarent: ipſi autē abeuntes, quā viderant afflictionē Dom. Papæ patefecerunt, cum lacrymando precantes, vt gragi commiſſo, ſicut paſtor bonus ſubuenire dignaretur: Neceſſitate autem Domino Papæ oſtenſa, eis præcepit, vt pacem Ciuitati proue melius potuiſſent, facerent, & pauperibus ſubuenirent, ne Petrus Apoſtolus ciuitatē acquiſitam occaſione perderet: Quicquid autem de pacis conſilio inueniſſent, ipſi remitterent; Archiepiſcopus vero Romam reuerſus aliter quam acceperat faciens, miſit Landulpho Comeſtabulo dicens, vt cōdolens neceſſitati pauperum Comeſtabiliam deponeret, quoadusque Dominus Papa Beneuentum veniret. Poſtea vero, aut pretio, ſeruitijſque ſeu ciuium precibus Papam ipſum precarentur, eumque honori priſtino redderent; dummodo Normandi pacē facere nolint; ſacramento, vt dictum eſt eorum interueniente: Landulphus autem Comeſtabulus hoc audiens in ſacro Beneuentano Palatio coram Beati Petri fidelibus reſpondens ait, ſe nunquam Comeſtabiliam dimiſſurum, niſi manu ad manum captus eſſet, & per vim retentus. Inſuper videre vellet, quam Normandi pacem Beneuentanis facere voluiſſent, & Domino Papæ pacem ipſam deſcriptam delegaret, quicquid autem de pace præciperet, vel de Comeſtabilia ponenda ipſe Dominus Papa coram omnibus faceret ſe executurum. Qualiter autem in ſacro Beneuentano Palatio Comeſtabulus ipſe affuerit, retexam: Cum ſicut prælatum eſt, Archiepiſcopus Romam reuerſus fuiſſet, cum quo & Petrus Portuenſis Epiſcopus, & Romualdus Diaconus, ſanctæ Romanæ Sedis Cardinales ab ipſo Papa miſſi pro pace inuenienda fuiſſent, abſque mora, in ipſo eorum aduentu, eiſque nondum hoſpitatis, populus ferina mente commotus Palatium Dacomarij, in quo Comeſtabulus habitabat, aſcendens, vociferabatur, dicens, quod pacem deſideratam niſi cito feceritis, omnino gladijs acceptis per plateas moriremini; Inſuper ruinas, & opprobria Comeſtabulo inferebant, dicentes, eos pro vnius hominis comeſtabilia guerram paſſuros non eſſe, & ſic turpiter vitam finire; Aliqua alia die ſurgente, pars Archiepiſcopi arma, & belli apparatus ſuper Cāpanili impoſuit, quatenus Landulphum armis, & Lapidibus debellatum eijcerent: Seditionem itaque populi Portuenſis Epiſcopus deprehendens

A cum eodem Comeſtabulo, & fidelibus B. Petri curiam Principis aduenit, ibique in Conſpectu omnium, taliter allocutus eſt: Afflictionem, & famis penuriam, quam diù pro fidelitate Beati Petri paſſi eſtis, & patimini, Dominus noſter Papa & à quibuſdam audiuit, & ab Archiepiſcopo deprehendit: Vnde ſciatis eum toto mentis affectu contriſtari, & ſuper audita mirabiliter dolere: Iccirco nos, & Archiepiſcopum veſtrum delegauit, quatenus, Deo adiuuante, pacem conſequi valeatis. Propterea fidelitatem veſtram monemus orando, ne ſuperbia, aut furore moueamini,

B dum nos cum alijs ſapientibus viris, pacis conſilium vobis neceſſarium inuenire poſſimus; tam enim graue, & laborioſum negotium nemo præcipiti animo agere poterit. Ideo nemo armis ſuperueniat, quatenus, ſi Deo placuerit, pacem omni furore depoſito inuenire mereamur. Hæc & alia huiuſmodi eo loquente, vox populi ad ſidera tollitur dicentis: Orationes iſtas, quas funditis, nos vllo modo audire non poſſumus, niſi pacem citiſſimè nobis dederitis. Tunc alio die adueniente, populus dilationes, & inducias, quas ponebant, non ferens, domum Perſici Iudicis aggreditur, quam ex toto deſtruxiſſet, ſed quorumdam amicorum auxilio euaſit. Por-

C tuenſis igitur Epiſcopus ſeditionem populi placare non valens, aurora alterius diei ſurgente, receſsit, Comeſtabulo præcipiens vt palatium Principis aſcenderet, & ſic populi ſæuientis rumorē euaderet, qui iuſtui eius fauens, taliter ſacrum Palatium habitauit. Sed redeamus ad cauſam.

Archiepiſcopus autem dicta Comeſtabuli audiens pacis firmamentum ordinatim deſcribens, ſicut poſtulauerat, ei mandauit. Audita namque ſerie ſcripturæ pacem continentis, aie, Comeſtabulus; Id pacis firmamentum optimum eſt nunc Domino noſtro mittatur, vt ſicut imperanerit, aſſequamur. Interea Archiepiſco-

D pus ipſe, & vir quidam nomine Fulco, in Epiſcopio ſæpe complures Ciuium conuocans dicebat: Nos Domino Papæ veſtram patefecimus neceſſitatem, à quo & accepimus, vt finem cum Normandis faceremus; iccirco ſuperfluum videtur pacem deſcriptam ad eum remitti. Ciuium vero quidam aliarum inimicitiarum odio repleti, animos aliorum incitantes palam exclamabant, ſe pro illius Comeſtabilia guerram paſſuros non eſſe, Conſilio habito conueniunt intra Epiſcopium, quod Landulphum illum de Græca Comeſtabulum eſſe non conſentient: exin, & dum Dominus Papa cum conſilio Normandorum illum honori non reddidiſſet. Sacramento taliter eo inuento, Archiepiſcopus prædicto Comeſtabulo Epiſcopum Abellinenſē

K 2 & quoſ-

& quoidam Presbyterorum miſit, vt ho-
norem dimitteret, ſicut dictum eſt, qui &
ſimiliter reſpondit. Deinde alia die Sabba-
ti 14. die intrante menſis Martij Come-
ſtabulus cum ſuorum caterua armatos in
medium plateæ exiuit dicens; quod vide-
re vellem eos, qui me de palatio, & hono-
re eijcere minantur. Laudabilius quidem
eſt ſic animam reddere, quàm ita turpiter,
aut auri pondere promiſſo obſtrictum, ho-
norem acceptum dimittere: Audito igitur
Archiepiſcopus belli apparatu, & campa-
na Palatij triſtiter ſonante, ſuos iuſſit vo-
cari fautores, vt cum Normandis quam
poſuerant pacem firmarent; Si autem Co-
meſtabulus ipſe reſiſtere vellet, paratos eos
haberet. Interim pars Archiepiſcopi do-
mum cuiuſdam fidelis Comeſtabuli aggre-
ditur, quia eis non conſentiebat; Quod
Comeſtabulus audiens, vt domum aggreſ-
ſam defenderet properauit, ſicque eo viſo
bellum inceptum eſt ciuile, intantum quod
alij per Campanilia, alij per tecta domo-
rum, atque alij per plateas pugnarent. Po-
ſtremo pars Archiepiſcopi, fortuna con-
uerſa, victoriam capiens, Comeſtabulum
illum cum ſuis vſque ad Palatium Princi-
pis ſecuta eſt, quoſdam autem ex vtraque
parte vidimus vulneratos. Comeſtabulus
itaque ſe in Palatio recipiens parumper ibi
moratus eſt, donec Archiepiſcopus ei fi-
dem dare deberet in perſona videlicet ſua,
& ſuorum ſequentium. Ciues interea pro-
telationem hanc non ferentes, & quod ſi-
tibundo pectore pacem quærebant optatā,
ei lapidibus minabantur; vt ſi cito de Pa-
latio non deſcenderet eum vi caperent, &
membratim illum perimerent: Ipſe autem
Landulphus ſe circumuentum aſpiciens, ſe
Archiepiſcopo, & Ciuibus reddidit: inſu-
per iureiurando firmauit, quod Comeſta-
biliam, & Rectoraticum, atque aliam Ba-
liam publicam non acciperet, niſi bona
voluntate Archiepiſcopi, & Roffredi Ar-
chipresbyteri, & Arechiſij Archidiaconi, &
Roffridi foligaderiſij, & Roffridi à Porta au-
rea, & Geruaſij, & Vitalis filij Ioannis Gal-
li, & quod malum meritum Archiepiſco-
po, & omnibus Beneuentanis non redde-
ret, & ſi aliquis reddere vellet, diſturbaret
ſine fraude, & malo ingenio. Quo facto, &
à militibus, qui eum ſequuti ſunt, huiuſ-
modi fides accepta eſt, & ſic vnuſquiſque
ad propria remeauit, & Landulphus ille de
Græca domum poſita Comeſtabilia,
videlicet eodem menſe Martio, quo or-
dinatus eſt, deſcendit, vnius ſolummodo
anni ſpatio in honore perſeuerans. Alia
autem die ſurgente Dominica poſtquam
hæc peracta ſunt, Comes adueniens Ro-
bertus, cum militum, & peditum multi-
tudine in capite pontis maioris ſacramen-
to ipſe, & Rao Dominus Cappalonis, &
Vgo de Caſtelloponiis pacem promiſſam

A cunctis vitæ eorum diebus confirmauerūt.
Id ipſum etiam Iordanus Comes, & Ro-
bertus Flauus, & Girardus de la Marra iu-
rauerunt. Cumque ſicut ſupra relatum eſt
Archiepiſcopus in perſona Comeſtabuli, a-
liorum, videlicet, militum, peditumque
velut ipſe poſtulauerat, ſecuritatis verba
dediſſet, domum honore depoſito adijt,
ipſo namq; Archiepiſcopo, & Beneuentanis
videbatur, quod pacem diu deſideratam
lucrarentur. Deinde Comeſtabulus ſecu-
ritate accepta domi reſidens exiſtimabat
nihil aliud proculdubio agere, quam erga
ſuam animā ſecuriter impendere curam.
Erat enim vt fati ſumus grauiter vulnera-
B tus. Amici igitur eius, & B. Petri fideles
quorū mens ſuper illius contumelias, iniu-
riaſque fideliter contriſtabatur, die noctu-
que licet non in propatulo eum ſolabantur
hortantes, ne animus eius circa accepta
triſtis foret, cum hæc quæ viderant, quæ-
que facta ſuper eo fuerant pro Beati Petri
fidelitate perpeſſus fuiſſet: Archiepiſcopus
autem, eiuſque fautores hæc audientes ſu-
ſpicione quadam repleti, ſperantes Lan-
dulphum conſilium pro Comeſtabilia re-
integranda accipere, ei ſæpe, ſæpiuſque
miſerunt, vt è ciuitate exiret, & amicorū
conſortia deſereret, dum Dominus Papa
eum, qualiter præmiſſum eſt, honori ſoli-
C to reddidiſſet. Tunc Comeſtabulus verba
ferentibus, alijſque Concinibus palam ex-
clamabat, quod ſuper huiuſmodi verbis
miramur omnino, cum ab omni Beneuen-
tanorum cœtu coactus Comeſtabiliam di-
miſerim, & promiſſam ab Archiepiſcopo
ſecuritatem circa nos verſari quoquomo-
do non viderim. Tandem Comeſtabulus
populi ſæuientis videns pertinaciam ma-
gis, magiſque inflammati, conſilio habi-
to die Dominico in Ramis Palmarum, au-
rora ſcilicet ſurgente Monteſuſcum paucis
cum militibus expetiuit: Deinde Archipræ-
ſulis coniuratio nondum perfidiæ incboa-
tæ fidem tribuens, Ioannem, & Perſicum
Indices, alioſque Nobilium, & bonorum
D hominum Sacramento perſtrinxit, quo
Comeſtabulus ipſe iurauerat, alioſque Ci-
uium timore omni remoto, putans eos ini-
micitiarum merita eis retribuere, alligauit;
Cumque iſtiuſmodi facti, vltra quàm
credi poteſt, nefandi, prædicti Apo-
ſtolici aures fama tetigiſſet, tactus dolo-
re intrinſecus ſuper dilecti filij ſui Come-
ſtabuli expulſione, lachrymis ſicut audi-
uimus manantibus, ſpiritu infremuit, qui
confeſtim Archipræſulem Landulphum ab
omni, quod acceperat à Sede Romana, of-
ficio coram omnibus depoſuit; ſimiliterq;
omnes ſuos ſequaces anathematis vincu-
lo, donec ſatisfecerint, alligauit. Sed ſi
lectoris Charitati aſperum non videbitur,
quid poſt illatam excōmunicationem actū
Beneuenti ſit, non prætereundo exarabo:
Deum

A

Deû enim teſtor, nihil aliud poſuiſſe, præter quod viderim, & quod audiuerim ſcripſiſſe.

Tali igitur anathematis ſententia iu Beati Petri aduerſarios longè, lateque diuulgata, delegauit præfatus Apoſtolicus Beneuentum Anaſtaſium . . . Albanenſem Epiſcopum Cardinales Romanæ Eccleſiæ idoneos, cupiens, quid Beneuentanus populus in animo haberet cognoſcere: Cardinalibus autem ipſis hoſpitatis; triduo pòſt cœtus omnis Beneuentanorum in ſacro Beneuentano Palatio conuenit, ibique omnia qualiter Beneuenti acciderant, negotia, & guerræ origo ſurrexerat coram Cardinalibus illis, radicitus recitatum eſt. Qui-

B

bus auditis Anaſtaſius in verba prorumpens, inquit; Ad videnda Domini, & fratres, Romæ, quæ audierat Dominus Papa noſter negotia, & inueſtiganda nos præcepto ſciatis eſſe delegatos. Vnde prout melius, Deo annuente, poterimus, circa pacis, & vtilitatis veſtræ profectum nos die, noctuque conſilium, & auxilium præbebimus. Iſtis, & his ſimilibus taliter prolatis, vnuſquiſq; ad propria remeauit. Diebus autem non multum elapſis, vir ille, cuius mentionem fecimus nomine Fulco, ex huius ſæculi ergaſtulo, anathematis vinculo irretitus, heu miſer! migrauit. His taliter actis Cardinalis ipſe Romam tetendit, cumque Cardi-

C

nalis ipſe Anaſtaſius Romam peteret; Dominus Papa Paſchalis, Archiepiſcopis, & Abbatibus congregatis, mēſe Octobri poſt primum eius regreſſum aduenientē, Ceperani Concilium conſtituit, ad cuius ſacri Cōuentus frequentiam. Guillelmus Dux, & Robertus Princeps, mille ferè equitum numero congregato perrexere. Landulphus vero de Græca Comeſtabulus literis Dom. Papæ ſpecialibus ad idem ſacrū Concilium accerſitus honorificè commeauit: qui à Domino Papa officioſiſſimè ſuſceptus eſt: hic namque fraudem deuitans Normandorum nauigio quodam ſecuriter transfretauit; Iordanus autem Comes, timens multorum ſuorum pondere delictorum oneratus,

D

ad tale, tantumque Concilium pergere, Legatos ſuos direxit. Archiepiſcopus vero Landulphus, ſuffraganeis ſuis conuocatis, innumeraque auri, & argenti copia congregata, cum Comite Roberto ad conuentum illum tetendit. Talibus igitur, & tantis Patribus, proceribuſque congregatis in medio conuentus ipſius, die videlicet Sabbati; Ducatum Apuliæ, Calabriæ, & Siciliæ Duci præfato Apoſtolicus conceſſit. Cōcilio itaq; mirabiliter ordinato, Apoſtolicus ipſe coram omnibus ſuper Landulpho Archipræſule lacrymabiliter, & quod Comeſtabulum ſuum expuliſſet Landulphum, & quod literis vocatus ad eum ire contempſiſſet, condolens conquerebatur: ipſe vero Archipræſul nolens, immo timens conuentum illum ſine loci, & officij reſtitutione ingredi, apud inſulam Ceperani proximam hoſpitatus eſt. At vbi Apoſtolicum conquerentem ipſe comperit, quoſdam Romanorum, & Præfectum etiam vocari iuſſit, vt videlicet, vtcunque potuiſſent, miſericordiam à Domino Papa pro eo impetrarent: quin etiam dicebat Archiepiſcopus, ſe Domino Papæ ex omnibus illatis querimonijs ſatisfacturum, dummodo ei locum Concilij, & officium reſtitueret. Hoc Apoſtolicus, audito, conſilio habito, & locum, & officium ei reintegrauit; cumque taliter reſtitutus fuiſſet, abſque mora, Conuentum illum, die videlicet lunæ cum Comite Roberto adiuit. Quid plura? eum reintegratum per Diaconum quendam ad faciendam iuſtitiam in præſentiarum Apoſtolicus vocari præcepit. Qui continuo ſurgens voce lacrymabili coram omnibus reſpondens inquit: Primitus gratias ago Deo, & B. Petro, & tibi Domino noſtro Papæ Paſchali de reſtitutione loci, & officij: Nunc autem Domine Pater veſtram imploro Paternitatem, & miſericordiam ſuper me, quem Sanctitas veſtra apud Beneuentanam ſedem plantauit habeatis: Apoſtolicus autem hoc audiens; Vnde vis inquit, vt miſericordiam ſuper vobis habeamus? & Archipræſul: Domine, quia audiui, vos erga me indignatos eſſe, quod cum me literis veſtris accerſiri iuſſiſtis curiam veſtram non adueni: & Apoſtolicus; Quare, inquit, vt ipſe aſſeris, vocatus curiam non aduenisti? Ad hæc Archiepiſcopus, Domine, inquit, Pater, timore coactus veſtræ indignationis, & quorumdam minantium, non adueni vocatus, & quod Legatos meos Epiſcopos quidem non accepiſti, & alium quendam, quem prius direxeram, aduerſarij noſtri verberibus afflixere: Ad hæc Apoſtolicus, Legatos tuos, quos dicis Epiſcopos, idcirco non exaudiui, quia iuſtitiæ faciendæ verba non dixerant, immo mercedis cauſa pro vobis venerant. Legatum autem alium, quem verberatum profiteris, nec eius fama vllo modo ad nos peruenit: Cumque Archiepiſcopus ipſe ex omni parte detentum ſe veris aſpexiſſet reſponſionibus, aliam adinuenit excuſationem, dicens, Domine Pater terminum competentem mihi veniendi non tribuiſti, Vnde, venire nec potui, nec, vt dixi, metu compulſus auſus fui, & Apoſtolicus, ſed quia literas noſtras contempſiſti, aſſeris te nunc non pro contemptu, metu autem ad nos non veniſſe: competentem enim terminum veniendi proculdubio largitus fui, ab Idibus, ſcilicet, Aprilis, & ſex menſium ſpatio interpoſito. Vnde literas vocationis in medio legi præcepit: verumtamen iſti noſtri deliberent, & quam dicis excuſationem canonicam fuiſſe, diſcerpant, Et præcepit quibuſdam Cardinalibus quidem, & Archiepiſcopis Romanæ Sedis Iudicibus, vt in partem ſemoti ſuper huiuſ-

modi

A modi excuſationeArchipræſulis ſententiam extenderent: at ipſi in partem euntes ſententiam illam diù ventilantes, taliter in conſpectu omnium regreſſi, Iudices ipſi protulerunt. Domine Archiepiſcope Beneuentane, quoniam non pro contemptu, ſed metu afferis vocatus ad Curiam, te non veniſſe, dicimus, & iudicamus hanc canonicam non eſſe excuſationem: iudicio etenim talium, tantorumque Patrum extenſo, capitula ſanctorum Patrum prædicatoꝝ coram omnibus exhiberi,& legi Apoſtolicus præcepit; confirmata ſcilicet in conuentibus, & ſuper contemptoribus ordinata: His ita perfectis, & ſuper tantò, & B tali negotio à Cardinalibus, & Epiſcopis diù ventilatum eſt. Sed quid plura? Diaconus eum iterato ad iuſtitiam vocauit faciẽdam, qui continuò ſurgens: Vnde, inquit, & de quo accuſor? Et Apoſtolicus: quia ſuſcepiſti regalia Beati Petri extra noſtram voluntatem, & claues tenuiſti portarum, & Palatium inuaſiſti, & Landulphum expuliſti, & galeam ſumpſiſti, & clypeum, & Fulconem illum ad ſacramentum impuliſti: Hoc ipſe Archiepiſcopus audito, reſpondit, Verè regalia Beati Petri, non alia de cauſa accepi, niſi veſtra pro fidelitate; nam cum Beneuẽti aderas, ciuitatem mihi commendaſti: Portarum verò claues non ego C ſuſceperam, hunc ſanè, qui eas retinet, fidelem tuum omnino confitemur. Clypeum profectò non accepi, aut non accepi, galeam quidem tuli capitis pro munitione, ne aliquo lapide opprimerer: Normandos, vt dixiſtis, non introduxi: Longobardos verò ſexdecim pro auxilio populi ciuitatem ingredi feci. Sacramentum Fulconis iuſſu meo factum fuiſſe, & populi iuſiurandum denego. His omnibus Apoſtolicus auditis, Cardinalibus iterum, & præfatis Iudicibus præcepit, vt ſuper omnibus iſtis, & ſuper contemptu ſententiam exprimerent. Cumque Archiepiſcopus ipſe huiuſmodi præceptum, vt ita dicam, terribile audiſſet, Guillelmum Ducem ſupra memoratum, & Robertum Principem, & Petrum filium Leo- D nis, necnon & Epiſcopos exorabat dicens: Domini Proceres, & Epiſcopi confratres, Dominum noſtrum Papam Paſchalem, precor, orate, ne in conſpectu omnium taliter confundat, & dedecoratum dimittat; ſi vero eius clementiæ placuerit exilium petam, vel mare transfretabo: tunc proceres ipſi euntes pedibus Domini Papæ aduoluti, ſicut Archiepiſcopus rogauerat, deprecati ſunt, quod minime obtinere valuerunt. At ipſi Iudices ex præcepto euntes, licet dolendo, & proclamando reuerſi tale ſuper Landulpho dedere iudicium. Iudicibus enim ipſis, vt dixi, moram facientibus ſuper ſententia, præcepit Apoſtolicus adiurando, vt per fidem, quam Beato Petro, & ei deberent, quod Canonicum eſſet dicendum, dicerent.

At Epiſcopus Portuenſis, primus omnium licet ægrè, & tantæ ſententiæ dolore turbatus ait: quoniam regalia Beati Petri ſuſcepiſti, & claues portarum tenuiſti, & Palatium inuaſiſti, & Landulphum expuliſti, & Curiam venire vocatus contempſiſti, iudicamus ſuper vos depoſitionis ſententiam, quia contra Beatum Petrum, & Dominum noſtrum Papam feciſti: idipſum Capuanus Archiepiſcopus, & Gregorius Cardinalis affirmauere. Volentibus autem alijs Iudicibus eandem confirmare ſententiam, Landulphus ipſe è medio Conuẽtus illius timore coactus, & ſententiæ talis gladio perculſus, ſurrexit. O qualem, ſi intereſſes, lector fletum videres, & Landulphi illius pallidum aſpiceres vultum! cum ex ore tantorum Iudicum, qui decoratus Beneuentana ſede, & præ alijs glorioſus vbique fuerat, deponebatur. Quid dicam? ſubſellio eius leuato, metuendum illud Concilium, vt mente captus, dereliquit.

Hoc anno Eccleſia Beatæ Mariæ de Epiſcopio ampliata eſt per conſilium Landulphi de Græca. Hoc anno Landulphus Beneuentanus Archiepiſcopus captus eſt, & Landulphus de Græca, qui expulſus fuit de ciuitate Beneuentana, reuerſus eſt, accepta Comeſtabilia.

His omnibus, & alijs ita peractis, Apoſtolicus ipſe 9 Kalen. Septembris, Troiam tetendit, ibique Concilium ſtatuit, & firmauit, ad cuius ſacri Conuentus præſentiam fere omnes Apuliæ Proceres, Archiepiſcopi, & Epiſcopi conuenerunt. Conuentu itaq; ſanctè ordinato, inter cætera, quæ ibi compoſita ſunt, treuga Dei ſtatuta eſt, adeo quod Comes Iordanus, & Comes de Lanritello, & alij Barones Apuliæ ſacramento in præſentiarum firmauerunt treugam Dei ex tunc, & ſpatio annorum trium fore tenendam, & cuſtodiendam; ſicque confirmato Concilio, & piè finito Papa Beneuentum tertio die intrante menſis Septembris reuerſus eſt. Deinde Apoſtolicus ipſe ciuitatis negotia, quæ imminebant dijudicans, Romam reuerſus eſt 7. Kal. Octob. qui tunc Monaſterium S. Vincentij dedicauit.

Anno 1116. ab Incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti, & 17. anno pontificatus Domini Paſchalis II. Summi Pontificis, & Vniuerſalis Papæ menſe Martio 9. Indictionis, Dominus noſter prædictus Apoſtolicus Romæ Synodum ſtatuit: & hoc anno Præfectus Vrbis Romæ quidem menſe Martio obijt, poſt cuius mortem ciuile bellum terribiliter ortum eſt, eo quod Romani audierant, quod Petrus filius Leonis, Apoſtolici conſilio filium ſuum præfectum ordinare vellet. Vnde Romanorum populus Præfecti defuncti filium ad præfecturæ honorem erexerunt. Quo ordinato ad prædictum papam Paſchalem miſerunt, ſupplicirer poſtulantes, quatenus eorum ordinationi aſſen-

aſſenſum ipſe præberet, & corroboraret: Apoſtolicus autem nullo modo eis aſſenſum tribuit. Romani itaque hæc agnoſcentes coniuratione facta, mirabilia domorum ædificia, & turres quamplures radicitus proſtrauerunt; eorum quidem, qui ex Petro Leonis ad id faciendum coniurabant. Vnde factum eſt, vt Ptolomęus præfecti auunculus, & alij Barones Apoſtolici caſtra inuaderent, & tenerent. Contigit autem die quadam, quod præfectus ipſe militum ferè quinquaginta collegio ſtipatus ad explorandum milites, quos Apoſtolicus miſerat, extra Vrbem perrexit. Comeſtabulus autem Apoſtolicus hoc deprehendens ex improuiſo eos aggreditur, proſtrauit, & præfectum comprehendit. Ptolomęus igitur memorati nepotis captionem audiens abſq; mora, militibus ſumptis, papæ præfatum Comeſtabulum inuadens, nepotem, qui captiuus ferebatur, abſoluit, & ſecum gaudens ad propria perduxit. Dum hæc, & alia Romæ agerentur, præfatus Apoſtolicus Vrbę exiuit, qui apud caſtrum quoddam, Setium nomine, commoratus eſt; viderat ſiquidem ſeditionem illam magis, ac magis inflammari, & Petrum Leonis de die in diem acriter expugnari. Diebus autem non multis elapſis, Apoſtolicus ipſe ſeditionem illam placari, & minui aſpiciens, cõſilio accepto, militibus collectis, Romam ingreſſus eſt, deinde palatium Lateranenſe ingreditur, ibique Miſſarum ſolemnia decantauit. Cum autem ipſe Vrbem ingreſſus fuiſſet, Romanorum cœtus, qui ei rebellis extiterat, ferè ad eius imperium, & voluntatem conuerſus eſt; ſicque Apoſtolicus ipſe tranquillitate inuenta Romam ſecurus habitauit. His taliter actis, prædictus Apoſtolicus Landulphum, quem depoſuerat, vndecimo diç intrantç menſis Auguſti reintegrauit ad Archiepiſcopatum.

Anno 1117. Dominicæ Incarnationis, & 18. pontificatus Domini Paſchalis, menſe Aprili ipſe Papa Synodum Beneuenti celebrauit: Et paulo poſt infra proſequitur de Landulpho.

Anno 1119. anno primo Caliſti II. Summi Pontificis, & Vniuerſalis Papæ, menſe Martio, duodecimæ Indictionis eiuſdem prædictus Beneuentanus Archiepiſcopus videns ciuitatem varijs prædorum afflictionibus ex omni parte confundi, & deuaſtari, ſuaque Parochiæ Eccleſias à captoribus vexari quotidie, Synodum decima die intrante menſis eiuſdem Martij celebrauit. Ad cuius ſacri Conuentus præſentiam, Tuſculanus affuit Epiſcopus, vt Vgo ſupranominatus Cardinalis, & Cardinalis alius, & Beneuentanæ ſedis ſuffraganeorum circiter viginti; Monaſteriorum Abbates ſex affuere. Inter cætera vero quæ in ipſo Conuentu ſtatuta ſunt, omnes malè facientes Beneuenti, & diſturbantes Mercatores, ad ciuitatem venientes, & redeuntes ſub anathematis vinculo alligauit. Conuentu itaque pię, & ordinatè finito vnuſquiſque ad propria repedauit.

A Eodem anno, paulo poſt proſequitur idem Falco de geſtis Landulphi, die intrãte menſis Maij Beneuentanus Archiepiſcopus Landulphus ſupra memoratus conſilio ſalutis inuento corpora ſanctorum Martiani, Doni, Potiti, & Proſperi, Felicis, Ceruoli, atque Stephani, quæ priſco ex tempore non honeſtæ tumbæ, in qua iacuerant, coram omnibus propalauit. Corporibus namque illis taliter foras eductis ex oſſibus eorum duo in conſpectum omnium ciuium Antiſtes præfatus poni magna cum

B reuerentia vt crederent, præcepit. Fama igitur per ciuitatẽ ventilata, concurſus magnus factus eſt virorum, ac mulierum, & curſu præcipiti, cũ oblationibus oſſa illa lacrymando oſculabantur; quæ verò oſſa Sanctorum indignus ego oſculatus ſum. Biduo autem poſtquam corpora illa Sanctorum foras educta ſunt, præd. Antiſtes Presbyteros omnes ciuitatis ad Epiſcopium vocari præcepit, quatenus de tantorũ Sanctorũ laudibus agendis colloquerẽtur. Continuo cõſilio aſſumpto dedit in mandatis, vt primũ Presbyteri portæ ſummæ ad Epiſcopium iubilando, cereis, & lampadibus deſcenderent, & coram Sanctorum oſſibus laudes Deo, & eis decantarent. Secundo quidem

C Presbyteri portæ aureæ; Tertio autem portę Ruffinæ; Quarto Forenſes; Quinto, ciuitatis Nouæ; poſtremo verò ciuitatis totius Presbyteri, & viri, quatenus vnà in honore Dei, & Sanctorum illorum aggregati, Omnipotentis Dei miſericordiam inuocarent, vt eorum interceſſionibus, delictorum veniã cõſequerentur. Presbyteri autẽ Paſtores iuſſa audientes, ſicuti imperauerat executi ſunt, & laudibus innumeris ordinatim ad Sanctorum corpora deſcendebant. Virorum autem, mulierum, & puerorum turbam canentium, quæ præcedebat, & ſequebatur cereis in altum poſitis, & accenſis, ſi cerneres, de tanto gaudio vltra humanum modũ

D exultares, & ex cordis profundo lacrymas riuo irriguo produceres: proceſſionẽ enim inſolitam cerneres, & quod à multis annorum ſpatijs inauditum eſt, Beneuentana ciuitas ob Sanctorum honorem, amoremq; modo operata eſt. Regem quidem teſtor Cælorum, quod ſi lingua triplicatos ederet ſonos, & vox inceſſabili plectro prometretur, tanti gaudij pondus, & tantarum laudum denſitatem, nullo modo exarare valeret. Quis vnquam ciuium tempore iſto viuentium ſic prorſus ciuitatem lætari poterit recordari? Credo verò ſub Beati Apoſtoli Bartholomæi Patroni ciuitatis aduentum, ita prorſus gaudio magno ciuitatem impletam fuiſſe. Nam vt Beneuentanorum memoria per duas generationes alleuaretur, Abbates omnes Eccleſiarum ſtudio

ſtudio magno lignorum machinationes mirabili conſtructas artificio, compoſuerunt: ciuitatis autem nouæ presbyteri, vt ſtudioſiores prę omnibus viderentur, lignorum machinam quandam circumquaque cereis, lampadibuſque immenſis obductam ad Sanctorum corpora perduxere. Iuxta eam vero iuuenes cum tympanis, cũ citharis tinnientibus vidimus inſultantes. Campanas namque, & tintinnabula multa, intra ſtruem illam videbamus: Sacerdotes deniq; in albis veſtiti, cum vexillis, & multo cereorum comitatu coram Saracenorum oſſibus decantabant: nouiſſimè autem Archiſius Archidiaconus, talem, tantamque per ſingulas ciuitatis partes, partiumque angulos lætitiam inſolitam fieri aſpiciens, conſilio accepto, mirabilem quandam lignorum ſtructuram pro Eccleſiæ S. Laurentij honore, quam regebat, & totius ciuitatis, præcepit componi; illic artifices multos, lector, ſi adeſſes, conſpiceres, ibi ſtudij manus operantes videres, ſub quorum vero induſtria ad nauiculæ inſtar facta eſt. Qua demum peracta, ſuper illam magni ponderis campanam, & multa alia metallorum genera vociferantia, & cereos multos accenſos imponi præcepit. Hominem etiam lyrizantem, & tubas ſtridentes ad aſtra, ibi aſſociauit, & circa illam cornua crepitantia, tympana mirabiliter percuſſa, citharæ, varijque generis modulationes tripudiabant. O qualem, lector, aſpiceres exultationem, quale gaudium per totius ciuitatis partes cerneres, ſi intereſſes, quod reuera putares, crederesque potius aliam vitam aliamque ſpeciem, cordis, oculi, & corporis imitari. Talibus igitur, & tantis modulationibus patratis, vt Archidiaconi gloria attolleretur, boues ad illam ſtructuram iniunxit, & iunctis bobus vſque ad S. Andreæ Eccleſiam perduxere: Deinde pro denſitate ædificiorum, quæ ſuper plateas ierat, vſque ad Epiſcopium boues illam trahere nequiuerunt. Continuò ad manus virorum multorum machina ipſa ſic ponderata ad Sanctorum corpora perducta eſt, & ea perducta; Archidiaconus ipſe cum Clericorum comitatu in albis veſtitus coram oſſibus Sanctorum vigilias cãtauerunt, quibus finitis, vnuſquiſque ad propria reuerſi ſumus: in craſtinum autem prædictus Antiſtes, die videlicet decimo ſtante menſis Maij cum Epiſcopo Frequentino, & de Monte-Marano, & Arianenſi corpora Sanctorum collocauit, inter quos corpus aſſociauit Beati Ioannis XXI. Beneuent. Archiepiſcopi, qui triginta & tres annos, ſicut titulus teſtabatur in Epiſcopatu aduixit. Item corpus Stephani Leuitæ, & corpus alterius Sancti, cuius nomen ignorabatur. Corpus quidem ipſius Ioannis Epiſcopi, & Stephani Leuitæ, & alterius Sancti, ante prædictorum inuentionem ſanctorum Martiani, & ejus ſociorum inuentum eſt, iuxta altare, in quo ipſi requieſcebant. Ad quorum vero venerabilem dedicationem Archipræſul ipſe quartam partem peccatorum omnibus, qui ad Sanctorum viſitationem conuenerant, condonauit; donauit id quoque omnibus alijs, qui vſque ad octauum diem Apoſtolorum Petri, & Pauli venturam ad dedicationem hanc conuenerint. Item ſub excommunicationis vinculis poſuit contra omnes male facientes illis, qui ad tantorum Sanctorum conueniſſent dedicationem. Hactenus Falco.

Hoc anno Landulphus Beneuentanus Archiepiſcopus obijt quarta die intrante menſis Auguſt. & Roffridus electus eſt, qui erat tunc Archipresbyter.



10 ROFFRIDVS II. ex Archipresbytero, Beneuentanus Archiepiſcopus creatus eſt anno 1119. Menſe Auguſto. Anno ſequenti Caliſtus Papa II. Beneuentũ ingreſſus, à Clericis, Monachorumque turba, & à presbyteris, ciuibuſque omnibus gloria, & lætitia magna ſuſceptus eſt. Pompam refert Falco ad hunc annum. Roffridum die 19. Septembris interuenientibus Epiſcopis viginti ſuffraganeis in ſua Cathedrali conſecrauit. Caliſtus, & paulo ante, hoc eſt 14. Kalend. eiuſdem menſis intra Miſſarum ſolemnia in Eccleſia ſanctæ Sophię Ioannem electum Abbatem ſacraſſe idem Falco narrat: confirmationis Ioannis ipſe meminit Caliſtus in priuilegio confirmationis omnium Immunitatum eidem Cœnobio ſanctæ Sophiæ à prædeceſſoribus aſſertarum in hæc verba ex ſæpe citato Chronic. Sophiano par. 6.

* * *

In nomine Domini Omnipotentis Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, & in nomine Sanctiſſimæ, & Indiuiduæ Trinitatis.

Caliſtus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilecto in Chriſto filio Ioanni Abbati Monaſterij Venerabilis S. Sophiæ intra Beneuentum ſiti, eiuſque ſucceſſoribus regulariter promouendis in perpetuum.

In Apoſtolicæ Sedis adminiſtratione, diuina diſponente clementia, conſtituti, neceſſe quidem habemus omnes Eccleſias B. Petri patrocinio conſouere, & ipſarum quieti paterna ſollicitudine prouidere; verumtamen locis illis, ac perſonis, quæ deuotius Romanæ adhærent Eccleſiæ, quæque amplioris religionis gratia præeminent, propenſiori nos conuenit ſtudio ſubuenire. Quamobrem in Chriſto fili Ioannes poſtulationi tuæ clementer annuimus, & S. Sophiæ Coenobium, ad cuius regimen nos te, auctore Domino, noſtris tanquam Beati Petri manibus conſecrauimus, ſub tutela, & iuriſdictione, ſicut hactenus manſit perpetuo manere, præſentis paginæ auctoritate ſancimus, vt nimirum ſoli Romanæ Eccleſiæ ſubditum, ab omni Eccleſiarum, ſeu & perſonarum iugo liberum habeatur. Præterea prædeceſſorum noſtrorum veſtigijs inhærẽtes, vniuerſa quæ priuilegijs illorum, ad eiuſdem Monaſterij immunitatem, vel poſſeſſionem, tuis ſunt prædeceſſoribus attributa, tibi, tuiſque ſucceſſoribus regulariter promouendis præſenti priuilegio contribuimus. Cellas quoque & eccleſias, aut villas, quæ à prædeceſſoribus tuis prænominato videntur Coenobio, iuſtè, ac rationabiliter acquiſita, poſſidendas omni in tempore confirmamus; hoc eſt, Eccleſiam S. Benedicti, quæ dicitur Xenodochiũ, ſancti Ioannis, S. Euphemiæ, ſancti Petri quæ nominatur Traſanij. S. Raymundi, ſanctæ Mariæ Rotundæ intra eandem ciuitatem Beneuentanam, Eccleſiam S. Mariç, ſancti Petri, S. Nicolai, ſancti Eraſmi, S. Marciani, ſanctæ Mariæ, S. Angeli, foras ante eandem ciuitatem in Pantano, Eccleſiam S. Benedicti, ſancti Vitalis, S. Mercurij, apud oliuam ſancti Angeli, S. Mariæ de Scolcaturi vnà cum omnibus pertinentijs in Vado Azara S. Benedicti in Faſſone ſancti Valentiniani, apud votum S. Felicis cum terris, in Cornito ſancti Syluestri cum

A duobus riuis, S. Mariæ in Parituli, S. Marciani in Ventecano, S. Martini in Cuano, ſancti Petri in Pazano, S. Nicolai. Item Beneuenti S. Stephani in Paloaria, ſanctæ Mariç in Lucornara, & curtes duas S. Mariæ in Sabbeta, ſanctæ Mariæ in Templana; in Ciuitate Triana S. Angeli cum Cellis, ſancti Stephani, in Fromarij S. Gregorij, in Eſcle ſancti Angeli in Peſolo; in Aliperao Eccleſias S. Mariæ, ſancti Angeli. S. Petri; ſancti Marci, S. Ioannis, ſancti Laurentij, S. Luciæ in Caſale ſanctæ Mariæ, S. Apolloniæ, ſanctæ Aunæ in Caliſti, S. Mariæ, in territorio ſancti Marcelli, in Carſiano ſancti Mauri, ſancti Ioannis, s. Conſtantini, ſancti Anaſtaſij, In Aſculo s. Petri, ſancti Deſiderij, in Illiceto s. Ephrem, in Morte-
B to s. Petri, in Tuſcano ſancti Adolphi, ſancti Hieronymi, ſancti Guerardi. s. Seuerini, ſancti Anaſtaſij. Apud Arolam s. Mercurij. Apud Biuinum ſancti Martini. In Biferno Monaſterium s. Angeli cum Cellis, ſancti Petri, s. Vincentij, s. Trinitatis, in Valle Luparia s. Crucis. Apud Rederinm ſancti Martini in Alirino s. Michaelis, ſanctæ Mariæ, in Monte malo s Felicis, in Sertore ſancti Viti. Apud Montes s. Marci, iuxta foſſam ſancti Stephani, in territorio Cãpilæti ſanctæ Luciæ, iuxta ciuitatem Florentinam Monaſterii S. Saluatoris in Cluſano ſancti Chriſtofori, Caſtellum Forneti cum omnibus pertinentijs, Caſtellum antiquum cum omnibus pertinentijs; Eccle-
C ſiam ſancti Donati cum omnibus illorum pertinentijs, mobilibus, ac immobilibus. Per præſentis itaque huius priuilegij paginam Apoſtolica auctoritate ſtatuimus; vt quicunque hodie nominatum illud Monaſterium iuſtè poſſidet, quæque in futurum conceſſione Pontificum, liberalitate Principum, ſeu oblatione fidelium iuſtè canoniceque poterant adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus illibata permaneant. Quamobrem decreuimus, vt nulli omnino hominum liceat idem Coenobium temerè perturbare, aut illi poſſeſſiones auferre, ſeu oblationes requirere, minuere, vel temerarijs vexationibus fatigare: Veruntamen omnia integre conſeruentur eorum
D pro quorum ſuſtentationum, ac gubernationum conceſſa ſunt vſibus omni modo profutura. Obeunte autem eius loci Abbate vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptione, aſtutia, vel violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilij ſanioris, ſecundum Domini timorem, atque Beati Benedicti regulam elegerunt, à Romano Pontifice Maximo inungendum, & conſecrandum, Chriſma, oleum Sanctũ conſecrationis altarium, ſiue Baſilicarum, ordinationes Monachorum, qui ad ſacros ordines promouendi ab Epiſcopis, in quorum Dioeceſibus eſtis, accipietis: Siquidem

gratiam, & communionem Apoſtolicæ Sedis habuerint, & ſi gratis ea, ac ſine prauitate impenderint. Si quis veró his obſtiterit, liceat vobis à quocunque volueritis Catholico Epiſcopo prædicta ſacramenta percipere. Si qua igitur Eccleſiaſtica, ſecularisue perſona hanc noſtram Conſtitutionis paginam ſciens temerè contra eam venire tentauerit, ſecundo, tertione commonita, ſi non ſatisfactione congrua emẽdauerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate priuetur, reamq; ſe diuino iudicio exiſtere cognoſcat de perpetrata iniquitate, & à ſacratiſſimo Sanguine, & Corpore Domini Omnipotẽtis noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, ac ſegregetur, atque in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem econtra iuſtè obſeruantibus ſit pax, & tranquillitas Domini Omnipotentis noſtri Ieſu Chriſti, quatenus hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen. Amen.

Ego Caliſtus Catholicæ Sedis & Eccleſiæ Epiſcopus. Firmamentum eſt Dominus timentibus eum.

Datum Beneuenti per manus Siconis S. R. E. Diaconi Cardinalis, ac Bibliothecarij 3. Kal. Decemb. Indict. 14. Pontificatus autem Domini Caliſti II. Papæ anno ſecundo. Ab Incarnatione autem Omnipotentis Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti anno milleſimo centeſimo vigeſimo.

Pauca de hoc Monaſterio hìc per modum Appendicis adnectam. Hoc celebre Monaſterium ſua agnoſcit primordia ab Areço illo Beneuentanorum Principe primo, circa annum Domini 800. & in eo ſucceſſiue ab alijs Beneuẽtanis Principibus innumera collata ſunt Pietatis ac munificẽtiæ monumenta. Hoc namque Monaſterium præ cunctis extitiſſe eis earum dilectumque argumento ſit ampliſſima iuriſdictio temporalis quam Abbatibus conceſſerunt, vt etiam nunc eſt videre (etſi ad nihilum fere redacta ſit) quin & in eo omnes ſpirituales theſauros, corporũ ſcilicet innumerabilium ſanctorum condiderunt, inter quæ fuerunt duodecim Fratrum Martyrum, & ſancti Mercurij Martyris, impij Iuliani Apoſtatæ interfectoris. In hoc Monaſterio Monaſtico inſtituto nomen dedit magnus ille Deſiderius ex Beneuentanorum Principum ſanguine ſatus, qui poſtmodum Abbas Caſinenſis effectus, & deinde S. R. E. Cardinalis, demum in Pontificem electus Victor Papa III. appellatus eſt. Ex eo prodiere multi eximij Antiſtites inter quos Petrus de Aquila à Sanctiſſimo Cæleſtino Papa Quinto Ordinis Cæleſtinorum fundatore, ac Patre, ad Cardinalatum aſſumptus eſt ob veterem amicitiam quæ inter ipſos interceſſit, vt legitur in codice antiquo, ſed lacero eiuſdem Monaſterij, ſicque probabiliter puto etiam ſanctiſſimum ipſum patrem in hoc Monaſterio Monaſticam vitam aliquando tranſegiſſe. Sed heu! præclariſſimi Coenobij vix nunc eſt agnoſcere priſcam magnificentiam, ſic ſuo fato omnia temporis edacitati ſunt obnoxia A Caliſto III. reperio hoc Monaſterium fuiſſe Roderico Borgiæ commendatum, ſicque coli cœpit à ſæcularibus Clericis vſq; ad tẽpora Clementis VIII. qui illud (conſentiente Aſcanio Columna Card. & Commendatario) ad Canonicos Regulares S. Saluatoris de Bononia tranſtulit, illis aſſignata menſa, perpetuoque eorum congregationi vniuit. Penes Commendatarium modo reſtat temporalis, ſpiritualiſque iuriſdictio multis in locis Beneuẽtanæ Dioeceſis: quin & habet carceres proprios, & facultatem concedit arma deferendi Miniſtris, & locatoribus eiuſdem Abbatiæ, cui ſubduntur Caſtrum Fragnitelli, Toti.

Anno 1121. Ind. 4. die 4. Menſis Aprilis Roffridus benedixit in Abbatiſſam ſanctæ Mariæ portæ Summæ Bethelem filiam Girardi Comitis de Græcia, à Monialibus electam per mortem Sabinæ deceſſoris, ad quam ſolemnitatem, teſte Falcone, Ioannes ſanctæ Sophiæ, & Rachiſius ſancti Modeſti Abbates interfuerunt. Roffridus Synodo à Caliſto Papa Romæ celebratæ anno 1123. adfuit. Eodem anno Caliſtus Pontifex Beneuentum adijt, apud quem Roffridus à quibuſdam ciuibus accuſatus extiterat, quod ſimoniacè Archiepiſcopatus honorem accepiſſet, à qua calumnia coram eodem Pontifice cum ſe purgaſſet, glorioſus euaſit. Nec reticendũ quod à Vipera omiſſum fuit Roffridum hũc ante annum 1123. ad Conſtantinopolitanum Imp. legatione aliquando functum de mandato Romani Pontificis; quod colligitur ex quadam bulla ipſiuſmet Roffridi in Biblio. Beneuentana inuenta in faſciculo nu. 128. vbi inter cætera hæc habentur. *Quapropter quia multa grataque ſeruitia nobis, noſtræque Eccleſiæ feceratis, & paratos vos ſemper nouimus ad omnia noſtra commoda peragenda; & cũ in præparatione eramus itineris ad perficiendam legationem, quæ nobis à ſummo Pontifice erat commiſſa ad Illuſtrem Imperatorem Conſtantinopolis, cupientes vos, &c.* Verum hanc poſtea legationem an obierit, nec ne haud ſatis liquet, præſertim cum nondum legerim ſub Caliſto II. vllum fuiſſe legatum ad Græcos deſtinatum.

Anno vero 1124. Roffrido præſule, ampliata fuit Beneuentana Cathedralis Eccleſia, & corpus ſancti Barbati ſumma veneratione die 24. Maij trãſlatum eſt, aſſiſtentibus duobus Epiſcopis ſuffraganeis, quo tempore, vt habet Falco, multa miracula ante inſepultum corpus effluxere,

quæ

quæ etiam idem recenſet hoc modo. Anno 1124. Dominicæ Incarnationis & 6. anno Pontificatus Domini Caliſti papæ. Hoc anno præfatus Roffridus Beneuentanus Antiſtes, conſilio accepto, corpus Sanctiſſimi Patris noſtri Barbati Beneuentani præſulis, ex Altaris tumba, qua per multa annorum curricula quieuerat, abſtraxit. Altare verò illud non honeſtè, prout decebat, habebatur; præcipuè quia ſtructura noui Epiſcopij ad locum ipſius Altaris producebatur: idcirco inde amoueri iuxta fabricæ ſententiam oportebat. Archiepiſcopus itaq; prænominatus Epiſcopos duos ſuos ſuffraganeos vocari præcepit, quatenus eorum conſilio & auxilio talis, tantuſq; copioſus theſaurus inueniretur. Continuò quibuſdam ciuibus aduocatis, & clero, medio noctis ſilentio Archipræſul Roffridus eccleſiā ingrediens ad altare ſuperius nominatum adiuit, & coram omnibus, Epiſcoporum ſolatio, illud confregit, & Altari fracto, ſanctorum reliquiæ, quorum nomina neſciuntur, inuentæ ſunt, quibus eductis, in altum fodi præcipitur, vt diu deſideratum pignus præfati corporis videretur. Nec mora, lapis quidam pretioſus inuenitur, ex omni parte acriter, miroque laboris opere concluſus, quem vectes ferrei ſuſtentabant, & eo inuento, lætitia eos inuaſit immenſa, qui ad tollendum lapidē viribus omnibus conabantur: ſed quia fortiter ob duritiem operis tenebatur lapis ille, aſſenſu omnium fruſtatim confringitur. Quo ſubleuato diuina gratia fauente, Beatiſſimi Barbati corpus inuentum eſt. Præfatus itaque Archiepiſcopus, primus omnium locum ingreditur, & oſſa, cineremque aduoluens, gaudio magno, laudibuſque ſonantibus, ad medium propalauit. O quale gaudium, lector, aſpiceres, & alacritatem, cum longè Margaritas optatas temporibus noſtris inueniimus. Oſſa autem collecta ad Altare ſancti Sebaſtiani, Clericis cantantibus hymnos, producuntur. Mane autem facto, tota ciuitas cateruatim prorupit, & Deum omnium conditorem laudabant, qui eis tale, tātumque B. corpus Barbati largiri dignatus eſt. De oſſibus namque ipſius vidimus quædam, & oſculati ſumus. Quibus ita peractis, præcepit Archiepiſcopus, vt primum Presbyteri Portæ ſummæ, & clerici ſimul cum laicis ad Epiſcopium deſcenderent, & coram ſacratiſſimo Barbati corpore vigilias celebrarent. Confeſtim ex iuſſu Archipræſulis Sacerdotes conueniunt, & cereis, lampadibuſque accenſis, ſimulque magno laicorum comitatu vtriuſque ſexus & ætatis iubilando deſcendimus, ſicque vnaquæque ciuitatis Porta diebus ſingulis vſque ad octauum diem peregit. Die itaque octauo adueniente pridie Kal. Iunij ſub altari lapideo corpus beati Barbati præfatus archie-

A piſcopus duobus ſecum epiſcopis adhibitis locauit; & eo taliter locato, Altare in honorē beati Barbati dedicauit; ad cuius dedicationis ſolemnitatem turba multa ciuitatis conuenit, quatenus delictis eorum Deus omnipotens indulgeret. Archiepiſcopus itaque iam fatus loco eminentiori aſcendens, vt videri, & audiri ab omnibus poſſet, peccatorum partem diuina fauente clementia condonauit. Donauit item alijs omnibus, qui vſque ad octauum diem feſtiuitatis ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli ad dedicationem illam deuotè cōcurrunt. De miraculis autem, quæ ob prædicti patris noſtri Barbati merita, honoremque Ieſus Chriſtus humani generis amator, nobis omnibus aſpicientibus oſtē-

B dere dignatus eſt, licet ſermone inculto, paternitati veſtræ explicabo. Cum enim, ſicut ſupra ſcriptum eſt, beati corpus venerabile in conſpectu omnium ad Altare ſancti Sebaſtiani per dies octo teneretur, vir quidam, Ioannes Sutor vocabulo, Epiſcopium ingreditur. & ante ſanctiſſimi Barbati corpus terra tenus lacrymis rigantibus proſternitur, qui continuò à Clero, populoque aſtante, qua de cauſa defleret, interrogatur; & ille cuncta quæ reciderant, à veſtigio patefecit. Dum ego noctis ſilentio in ſtratu quieſcerem, meo corpori ſomno debito ſoporatus; en adeſt ante oculos

C vir quidam canitie venerandus, veſtimentis indutus dealbatis, qui verò paulatim accedens ſtratui meo appropinquauit. Et quare, inquit, cum cæteris, ad vigilias canendas coram oſſibus præterito die non aduenisti meis? Et ego, pater, quoniam dolore graui, vt conſtat, brachium meum cum dextera tenebatur; ſex etenim menſiū ſpatio miſer ego tali languore perturbor, addidique: Dicito mihi, quo nomine Pater, vocaris? Et ille, Barbatus, ait, Beneuentanæ quondam ciuitatis epiſcopus, Subiunxit item: Brachium & manum ipſam cito mihi oſtendas. Tandem ego, quia dolore torquebar, non citiſſimè manum extendi; extenſam tamen tetigit eam, &

D ita curſu rapido dolor ille dilabitur, ac ſi nunquam manum cum brachio dolor ipſe tenuiſſet. Protinùs mane facto ſurrexi, & ſanitatem citò exortam mirabar. Aduenique laudes & gratias Creatori omnium Deo, & Barbato ſanctiſſimo præſuli, cuius meritis euaſi, redditurus. His ita actis, atque narratis, tintinnabula omnia Epiſcopij pulſari iubentur, vt ciuitatis populus ad audiendum, videndumque tale, tantumq; miraculum conuenirent. Prorupit continuò tota fere ciuitas, & Medicorum omnium Medicum glorioſiorem benedicendo laudauimus, manum illius cum brachio curatam ſcriptor ego palpaui; vicini namque illius teſtabantur, quod tempore longo eum infirmari cognouiſſent. Quo viſo

ad propria, lætitia referti, reuerſi ſumus. A
Aliud quoque miraculum, quod Redemp-
tor generis humani Chriſtus Ieſus diebus
ipſis operatus eſt ad præfati Patris noſtri
Barbati gloriam enarrabo. Ruſticus qui-
dam de Caſtello Montis fuſci habitator,
tantique viri famam ſanctitatis audiens,
Beneuentum venit, qui per longa annorum
curricula neruis cruris, pediſque arefactis
claudicauerat; tenebatur quidem iugiter
dolore terribili, & quaſi pede ad clunes li-
garo miſer ille omnibus horis cruciabatur.
Continuò aute Baſilicam ſancti Barbati
proſternitur, Redemptorem omnium Deũ
efflagitans, quatenus ei priſtinam reſtitue-
ret ſanitatem; & eo taliter orante, ſoporis
grauitate arripitur, & ſeu ſeminiuus no- B
ctis vnius ſpatio ibi moratus eſt. Noctis
igitur ipſius ſilentio, en adeſt vir quidam
ætate ſenili productus, canitie veneranda
locupletatus, qui ſicut ex eius lingua audi-
uimus, cum taliter expergeſactus eſt. Sur-
ge, ait, feſtinus, & propera, Altare nomi-
ni meo conſecratum exquirens, ibique fa-
uente Saluatoris clementia, ſanitatis gau-
dia longè latèque optatæ conſequeris. Et
ille: Quis es, inquit, qui mihi tanti the-
ſauri pondus promittis? Barbatus, ait, Be-
neuentanæ ciuitatis Epiſcopus. Confeſtim
claudus ille audaciam ſumens loquendi,
Non poſſum, ait, infelix ego ſic pergere,
videſne qualiter pede ſiccato cruciatus hic C
ego permaneo? tuæ namque ſanctitatis fa-
mam perſentiens curſu rapido aſello ſuper
ſedens adueni, vt tuis interceſſionibus ſa-
lutis optatæ lætitiam adipiſcar. Nec mora
Pater ille Barbatus manum extendens, pe-
dem aridum, & tibiam tangit, inquiens,
feſtina celeriter, & ſanitate accepta ante
Altare te proſternito. His auditis ſurrexit
ſanus, qui fuerat claudus, & alta voce
Deum laudat, per quem ſibi dona ſalutis
talia donantur, per quem ſibi gaudia dan-
tur. Et mane facto, Eccleſiam ingreditur
Deo, & Patri Barbato gratiarum actiones
redditurus. Narrat itaque qui claudus fue-
rat, è veſtigio cuncta, quæ ſibi acciderant, D
populo aduenienti, & qualiter longo ex
tempore claudicauerat neruis contractis.
Fatebatur etiam præfatum Epiſcopũ Bar-
batum ſibi apparuiſſe, & eius interuentu
ſanitatem accepiſſe deſideratam. Fragor
interea tanti miraculi ciuitatis partes, par-
tiumque angulos inuadit, & cateruatim
ad videndum hominem ciues properaue-
runt. Quo viſo factorem omnium laudan-
tes, ad propria remeauimus. Diebus au-
tem non multis elapſis, mulier quædam
manus aridas, neruoſque obductos ferens
ad beneficia præſulis Barbati accucurrit,
quæ coram Altaris præſentia accubuit, &
lacrymis manãtibus Saluatoris miſericor-
diam inuocabat. Lacrymas autem eius
Omnipotens Dominus ex alto aſpiciens, &
Confeſſoris ſui Barbati gloriam oſtendere
volens, qualis, quantique apud eum trium-
phi conſiſtit, coram omnibus, qui conue-
nerant, manus ſic arefactas cœpit mulier
illa ad cælum erigere; deinde voce clara
prorupit ſanitatis auxilium in manibus,
& neruis circumflexis ſenſiſſe, digitos reue-
ta curuatos aperuit, & compages digito-
rum omnium gratia diuina fauente ſolutæ
ſunt. Ad hæc populus ferè totus feſtinat,
& Cælorum Regem, Patremque noſtrum
Barbatum benedicendo magnificauimus.
Hactenus Falco. Excepit deinde Roffri-
dus Honorium II. primo, & ſecundo, &
tertio beneuenti aſcendens magnificentiſ-
ſimè hoſpitatus eſt. Demum Roffridus an-
no 1130. cum corpora SS. Ianuarij Epiſco-
pi, Feſti, Deſiderij de loco paruni decenti
in Baſilicam à Gualtero Archiepiſcopo Ta-
rentino in ipſorum honorem ſundatam
tranſtuliſſet, ex hac mortali vita deceſſit.
Defuncto itaque Roffrido; Anacletus II.
Pſeudo-Pontifex animaduertens ſuæ par-
tis eſſe Beneuentanam ciuitatem vltro ſibi
adligare; illi audito Roffridi mortis nun-
cio, Landulphum quendam Roffridi de
Gauterij filium nominauit in Archiepiſco-
pum, qui ſine contradictione exceptus eſt,
tum quia eodem anno Anacletus Beneuẽ-
tum venit, tum etiam quia Beneuentani à
Rogerij Regis Anacleti fautoris potentia
exterriti erant; ſed vix biennio ſui Pſeudo-
præſulatus exacto moritur Landulphus die
12. Auguſti 1132. vt Falco narrat.



11 GREGORIVS legitimus Bene-
uentanæ Eccleſiæ Archipræſul delectus ab
Innocentio II. anno 1132. de quo, deque
Roſcimando ab Anacleto Pſeudo-Pontifi-
ce conſecrato ex Falcone Beneuentano, hæc
commemorantur.

Anno 1133. Beneuentum iterum ciuili
bello fatigatur, vna pars, quorum
caput Rouoltus de S. Euſtatio Beneuen-
tanus ciuis primarius, partes Innocentij
Papæ fouebat, Antipapæ Anacleto altera
adhærebat, in quo conflictu nonnulli inte-
rie-

rierunt. Tandem fideles Beati Petri totis viribus partes Innocentij ſectantes victores extitere, fautores nonnulli Antipapæ comprehenſi vario mortis genere extincti, & ita ciuitas Beneuentum aliquantulũ quieuit: Vnde rebus ſic ſtantibus fideles B. Petri Gerardũ Cardinalem Papæ Innocentij Legatum Beneuentum introduxere, qui Rapolrum Beneuenti Comeſtabulum creat.

Anno 1134. menſe Martio Beneuentani ciues Gregorium electum cum quibuſdam Sacerdotibus Piſam ad Innocentium Papã delegant, vt afflictionem beneuentanæ vrbis Pontifici, Piſaniſque repræſentent, rogantesque vt cum feſtinatione eorum calamitatibus ſubuenirent. quo tempore Anacletus Antipapa venit beneuentum, & obſedit, & Regis Rogerij virtute ciuitatem obtinuit, domoſque quorumdam beneuentanorum, qui Innocentij partes fouebant, deſtrui fecit.

ROSCIMVNDVS Pſeudo-Archiepiſcopus electus ab Anacleto Antipapa conſecratus anno Dom. 1134. cui poſt biennium Anacletus priuilegium fecit de loco, qui Paradiſus dicitur, vt ex litteris conceſſionis habetur.

ANACLETVS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei,

Venerabili Fratri Beneuẽtano Archiepiſcopo, eiuſque ſucceſſoribus in P.P.

Æquitatis ordo exigit, & iuſtitiæ ratio perſuadet quatenus Beati Petri fidelibus qui in eius aſſiduè ſeruitio commorantur, quorumque bona ipſius eiuſdem eſſe noſcuntur conſueta Sedis Apoſtolicæ liberalitate (cui auctore Domino, licet indigni præſidemus) largioris beneficij manum extendere propenſius debeamus. Quapropter Venerabilis frater Roſcimanne Beneuẽtane Archiepiſcope, preces tuas, & fratrum noſtrorum epiſcoporum & Cardinaliũ pro tuo amore apud Nos interuenientium clementiùs admittentes largimur, & concedimus Tibi, tuiſque ſucceſſoribus in perpetuũ totum integrum Paradiſum, & Atriũ quod eſt ante ipſum Epiſcopium, Eccleſiam videlicet ſanctæ Mariæ, ſicut ad Noſtrum publicum hactenus pertinuiſſe dignoſcitur, ea videlicet ratione atque tenore, vt tu, & ſucceſſores tui, nihil ibi abſque noſtra, vel ſucceſſorum noſtrorum data licentia facere, ſeu ſtatuere de nouo debeatis, vnde alia noſtra regalia deteriorentur vel minuantur, & tinellam, de qua ob frequentiam, & ſtrepitum vendentium, & ementium non modica iniuria eidem S. Marri Eccleſiæ ſæpius inferebatur ex eodem paradiſo amouemus. Donamus quoque & concedimus tibi, ac ſucceſſoribus tuis in perpetuum Plateaticũ quatuor Apothecarum quæ ſunt in domo Ioannis de ciuitate, & redditus confidentium, ac vendentium olera, & poma in ipſo Paradiſo, ſicut ad Noſtrum ſacrum Beneuentanum palatium pertinet. Decernimus ergo, & præſenti authoritate ſancimus, vt nulli omnino Eccleſiaſticæ vel ſæculari perſonæ hanc noſtræ largitionis ſeu conceſſionis inſtitutionem infringere, aut immutare liceat, ſed omnia ſicut præfixum eſt, illibata, ac firma permaneant. Hæc igitur ſtatuta ſeruantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, non ſeruantibus autem ſit anathema, & ignis præparetur æternus.

Ego Anacletus Cath. Eccl. Epiſc.

† *Ego Ioannes Epiſcopus Portuen.*
† *Ego Petrus Presbyter Cardinalis tit. S. Marcelli.*
† *Ego Creſcentius presbyter Cardinalis tit. SS. Apoſtolorum.*
† *Ego Amatus Presbyter Cardinalis tituli S. Euſebij.*
† *Ego Matthæus Presbyter Cardinalis tituli Equitij.*
† *Ego Romanus ſancti Adriani Cardinalis Diaconus.*

Datum Beneuenti per manum Matthæi S. R. E. Presb. Card. & Cancell. XII. Kal. Nouemb. Indict. XV. Anno Dominicæ Incarnationis M C XXXVI. pontificatus autem Domini noſtri Anacleti II. PP. ſeptimo.

Cum vero à fautoribus Anacleti Beneuẽtum occupatum detineretur: propterea Innocentius papa II. anno 1137. copijs Lotharij II. Imperatoris adniſus, & cum eo Henricus Dux Bauariæ Imperat. gener, in eius auxilium miſſus, caſtra mouens è Capuana ciuitate, cum ingenti exercitu deuenit ad pontem Valentinum propè beneuentũ vbi caſtra locauit Kal. Iunij. Miſit deinde Dux ex parte Pontificis nuntios, vt niſi Anathema Apoſtolicum, & Imperialem vellent incurrere iram, Beneuentum in eorum manibus remitterent. Contradicentibus autem illis, qui ex parte Antipapæ erant, Nuncij vacui redieruut, nam Rogeriani milites, qui tunc in ciuitate erant, minimè pactis conſenſerunt, mox quingentos milites, & triginta millia peditum congregantes, exercitum extra ciuitatem contra illos pugnaturi, conſtituerunt. Ob quod Papa indignatus anathematis gladio Beneuentanos ferit, Ducemque cum exercitu contra eos congredi præcipit. Sed cùm Scutiferi Ducis in prima acie terga vertiſſent. Dux euentum fortunæ alteratum perpendens, præcipit militibus, vt fluuium trauſuadentes ad ciuitatem properarent, vt ab aurea Porta eam inuaderent; Seditio tamen in Vrbe de rebus præſentibus erat, quibuſdam dicen-

centibus Papæ Innocentio reddendam ciuitatem, & iuxta patrum morem Beato Petro, eiuſque Succeſſori deſeruire debere, alijs vero nequaquam, ſed repugnare perſuadebant: milites interea flumium tranſuadantes ad ciuitatem tendebant: Beneuentani autem hoſtes contra ſe venire dum proſpiciunt, fugæ præſidium ſumunt: hi autem qui ex parte Ducis erant, illos inſtantius inſequentes, Ciuitatem cum eis ingreſſi ſunt, atque hoc modo Beneuentum in ditionem acceperunt: Pontifex vero tunc ciuitatem ingredi noluit; ſed inter eam Cardinalem Girardum miſit, vt ipſius nomine à ciuibus iuramentum fidelitatis expeteret, vt & factum eſt, & Innocentius Papa ad Lotharium Imperatorem in obſidione ciuitatis Barenſis exiſtentem, perrexit.

A

B Eodem anno 1137. die prima Septembr. Imperatrix Florida Lotharij Imperatoris vxor venit Beneuentum deuotionis cauſa viſitandi Eccleſiam glorioſiſſimi Apoſtoli Bartholomæi, & per portam Auream ingrediens ad Eccleſiam ipſam ſe contulit, vbi Miſſarum ſolemnia audiuit, palliumque ſuper illius altare, & libram vnam argenti obtulit: & deinde egrediens per mediam ciuitatis plateam aſcendens, & per portam Summam exiens ad Lotharium Imperatorem eius virum remeauit, qui prope Beneuentum iuxta fluuium Caloris ex hac parte Vbiani ad Eccleſiam ſancti Stephani, cum exercitu caſtrametatus eſt, & cum eo Pontifex Innocentius, qui triduo poſt Beneuentum aduenit, & à Clero vniuerſoque populo omni gloriæ apparatu receptus eſt. Sequenti die Pontifex in ſacro palatio ſedens, in conſpectu Cleri, & populi clamauit, vt ſi quis contra perſonam, ſiue electionem Gregorij Beneuentani Electi, canonicè, & rationabiliter opponere vellet, libera fronte opponeret, ſed clementia diuina opitulante, & quia electus ipſe vitam ſuam religioſè conſtituerat, nemo ciuium contra eius electionem obiecit: Apoſtolicus itaque hoc aſpiciens gratias Deo egit, & ipſe de perſona, & vita electi teſtificatus eſt, & quod die Dominico adueniente, & Spiritu ſancto cooperante, conſecrationem accipiet.

C

D Gregorius iam pridem electus Archiepiſcopus xvj. & ab Innocentio Papa II. eodem anno quo ſupra 1137. ingenti Beneuentanorum omnium lætitia fuit ſuæ eccleſiæ reſtitutus, vbi die Dominico 15. die Septembris fuit ab ipſomet Pontifice conſecratus, in quibus ceremonijs interfuere Patriarcha Aquileiæ, & complures alij Archiepiſcopi, & Epiſcopi, vt refert Falco in ſuo Chronico Beneuentano in hoc eodem anno, ſub quo Imperator Lotharius ad inſtantiam eiuſdem Pontificis priuilegium fecit ciuitati Beneuentanæ de vinearum fidantijs, angarijs, terratico, & de omnibus redditibus, quos Northmannis reddere ſoliti erant, quibus peractis Imperator de præ dicto loco prope fluuium Caloris caſtramouens, viam Romam redeundi arripuit, qui ante portam Summam cum toto ſuo exercitu tranſiuit, & Pontifex cum eodem Imperatore ad ſuam ſedem rediit die 9. Septembris. Quorum diſceſſu Rex Rogerius audito, exercitu congregato ſuper nonnulla loca irruit, & vſque ad confinia Beneuēti peruenit: Necnon & Sergium magiſtrum Militum ciuitatis Neapolitanæ ad ſuam adduxit fidelitatem: deinde Iudices Beneuentanæ vrbis cum alijs ciuibus ipſum Regem adeuntes ad Anacleti fidelitatem, & ipſius Regis amorem ciuitatem ſubmittunt, cui Rex ad eorum, & Roſcimanni Pſeudo-Archiepiſcopi inſtantiam, priuilegium exemptionis fecit, de vinearum fidantijs, angarijs, terratico, ac de omnibus redditibus, quos Northmannis reddere ſoliti erant, quod priuilegium recenſet Falco in hunc modum.

In nomine Domini Dei Saluatoris æterni Ieſu Chriſti.

Dominicæ Incarnationis anno 1137. menſe Nouembri prima Indictionis.

Ego Rogerius Dei gratia Siciliæ, Italiæ Rex, Chriſtianorum adiutor, & clypeus, Rogerij primi Comitis filius: regalis excellentiæ noſtræ prouocamur liberalitate fidelibus noſtris tanquam de nobis bene promeritis beneficia ampliori manu debere impendere, vt non ſolum fideliores inueniantur, ſed vt cæteri ſpe retributionis adiiti in noſtro ſeruitio promptiores habeantur, Eapropter Venerabilis Beneuentanæ Roſſemanne Archiepiſcope, qui ſemper in omnibus fidelis extitiſti, petitionibus tuis, & Bernardi Beneuentani Comeſtabuli, & Beneuentanorum Iudicum, aliorumque plurimorum ciuium clementius annuentes, quia vos ſemper noſtros fideles experti ſumus pro amore ſummi Regis, per quem ſubſiſtimus, & regnamus, & amore, & fidelitate veſtra, quam in nobis habetis, & in antea habituri eſtis, dimittimus, & condonamus vobis ea omnia, quæ nos, & prædeceſſores noſtri Normandi circa Beneuentanam ciuitatem habuerunt, fidantias, ſubſcriptas, videlicet denariorum, redditus, ſalutes, angarias, terraticum, herbaticum, carnaticum, Kalendaticum, vinum, olius, releuum, poſtremo omnes alias exactiones, tam eccleſiarum, quam ciuium, & omnia prædicta, & poſſeſſiones liberas facimus & quietas, vndecunque aliquid accipere ſoliti ſumus, vt quandiù in noſtra permanſeritis fidelitate, & noſtrorum hæredum, liberi,

&

& quieti vos, & veſtri hæredes ab omnibus ſupradictis maneatis, & in veſtris prædijs venandi, piſcandi, occupandi liberam facultatem habeatis. Et vt firmiter hoc tenere valeatis, priuilegium iſtud ſigillo aureo noſtro ſignari fecimus. Si qua vero perſona, quod abſit, magna, humiliſue huius noſtræ cõceſſionis paginam in aliquo violare præſumpſerit, viginti libras auri puriſſimi in miſericordia noſtra palatio noſtro componat, præſenſque priuilegium robur priſtinum obtineat. At huius conceſſionis iudicium per manus Henrici noſtri Notarij ſcribi præcepimus, & Bulla aurea inſigniri, anno Regni noſtri ſeptimo.

Anno 1138. 11. Kalen. Februarij fuit ciuitas Beneuentana à magno terræmotu afflicta, ita vt omnes domus corruere viſæ ſint; narrat Falco in ſuo Chronico.

Eodem anno prima die Octobris Rex Rogerius Beneuentum venit, cum ſuo exercitu, & ipſe intra Eccleſiam ſancti Petri Apoſtoli prope ciuitatem caſtrametatur. Exercitus vero totus infra ciuitatem hoſpitatus eſt, ibique demoratus per tres dies Rex die 4. Octobris ciuitatem eſt ingreſſus, & Eccleſias, ciuitatiſque palatia, & Curiam Apoſtolici ſtudioſè perquiſiuit, exercituque refocillato, caſtra è ciuitate amouit.

Anno 1139. Ind. 2. Rex Rogerius, exercitu congregato Beneuentum venit indignatus, quia Innocentius papa inter ſtatuta Romæ ſynodo celebrata hoc anno menſe Aprilis, ipſum, ſuoſque ſequaces excommunicauit, qui poſt obitum Antipapæ Anacleti ſchiſma fouit, & Gregor. Cardinalis ſua induſtria in papam fuit electus, & Victor IV. nominatus, vt Innocentij partem impediret, tandem poſt multa inter Innocentium papam, & Regem Rogerium exagitata in terra ſancti Germani, fuit inter eos firmata pax, maxima cum Beneuentanorum lætitia: Et Rex ipſe, & filius eius die 7. Iulij ad pedes pontificis veniunt, & ad ipſius Imperium flectuntur, & B. Petro, & Innocentio papæ, ſuiſque ſucceſſoribus canonicè intrantibusfidelitatem promittit, iurantque. Quibus peractis pontifex Rogerio Regi Siciliæ Regnum, Duci eius filio, Ducatum Apuliæ, Principi alteri filio principatum Capuæ conceſſit.

Die primo Auguſti eiuſdem anni pontifex Innocentius cum Rogerio Rege venit Beneuentum, & à Beneuentanis omni gloriæ apparatu ſuſceptus: Rex vero Rogerius prope ciuitatem caſtra locauit. Pontificemque vſque ad portam ſancti Laurentij ſociauit. Eodem vero die poſt veſperas Rogerius Rex ciuitatem Beneuentanam ingreditur, & ad palatium vbi Pontifex erat, deuenit, pontificiſque pedes oſculatus, & aliquantulum cum eo demoratus, diſceſſit, & ad Epiſcopium pergit, & Eccleſias Beatiſſimæ Virginis Mariæ, & B. Bartholomæi Apoſtoli ingreſſus orauit; deinde Monaſteriũ ſanctæ Sophiæ, ante altare ſancti Mercurij ſe proſtrauit, ex quo procedens, Monaſterium totum perambulauit, Monachorumque orationibus ſe commendans, ex vrbe exiuit per portam Summam, & ad caſtra remeauit; & his diebus ciues Neapolitani Beneuentum venerunt, Regique Rogerio ſe dederunt, eique fidelitatem promiſerunt, iurauerùntque. Et Roſcimannus Pſeudo-Archiepiſcopus ab Anacleto Antipapa conſecratus, Beneuento fuit expulſus, & cum Domino Rege feſtinauit: & his actis, Caſtellum, quod Roſcimannus ad portam Summam fabricari iuſſit, pontifex deſtrui fecit. Ordinationes, ſtatuta, ſiue leges ab Antipapa Anacleto & à Roſcimanno factas caſſauit, annullauitq; & diebus Aſſumptionis B. Mariæ Virginis, & feſtiuitatis B. Bartholomæi Apoſtoli pontifex ad Archiepiſcopatum deſcendit, & Miſſarum ſolemnia celebrauit qui die 2. Septemb. ad ſedem ſuam remeauit. *Hactenus Falco*. Cæterum Roſcimannus cum indebitum ſibi collatum honorem inter varias agitationes, quibus eo potiſſimum tempore Beneuentana ciuitas quaſſata eſt, quinque annis tenuiſſet, facto ceſſit anno 1139. vt ſæpe citatus Falco narrat; noſter vero Gregorius biennio ante Beneuenti receptus per aliquot annos inter varios bellorum turbines, pacate tamen ipſe commiſſam ſibi rexit Eccleſiam: quo vero exceſſerit anno non liquet, eum tamen adhuc in humanis extitiſſe ann. 1142. comprobat inſtrumentum quoddam coram eo ſtipulatum, vt ex Biblioth. Beneuent. faſciculo 21. bullarum num. 305. Ex quo arguas Viperam qui eum obijſſe contendit anno cũ eadem bulla 205. litera X. quam pro ſe citat nobis faueat, ſiquidem eſt ſub datum . . . Auguſti 1142. poteſt tamen eſſe quod vitio typographi irrepſerit mendum in numero, & pro 42. poſuerit 1141. Guaramundus ſequitur in ordine iuxta Viperianam Chronologiam Archiepiſcopus 17. At fatale eſt hos Mundum & Guaramundum ab hac ſerie exturbari, quod enim Mundo, & Guaramundo primo contigit, & huic ſecundo irrogetur neceſſe eſt, expungi ſcilicet à ſerie cum nedum in faſciculo & numero à Vipera citato tale prorſus nomen contineatur: verum ne in tota ſcripturarum maſſa ab amico noſtro Cœleſtino euolutarũ ob oculos venerit excepto vno Guaramundo, qui anno 1258. tempore Capoferri Archiepiſcopi erat Beneuentanæ Eccleſiæ Archidiaconus, Verum hic præmonendum puto lectorem de topica (vt ita loquar citatione huiuſce faſciculi, & numero paſſim à Vipera vſurpato apud ipſum pag. 113. in Henrico, 117. in Ioanne, & 123. in Capoferro videlicet ſi illud inſtrumentum contineret repetitionem omnium Archiepiſcoporum,

rum, certe nil aliud continet quam conceſſionem cuiuſdē petię terræ factam ad fauorem cuiuſdam viri. Expuncto itaque, & in ordinem redacto Guaramundo, conſtituendus eſt Petrus, qui modo ſequitur.



11 PETRVS Gregorio ſucceſſit, quem vixiſſe anno 1148. præter id quod Vipera adfert, aliud extat monumentum in eodem faſcic. 3. hoc idem comprobans, ſed cum à Vipera omittatur priuilegium huic eidem Petro ab Anaſtaſio IV. de ann. 1153. conceſſum, operæpretium duxi illud hic tranſcribere, ex quo nedum noſtro Petro prorogabitur vita, verum à ſerie expungetur Arnulphus à Vipera collocatus in anno 1151.

ANASTASIVS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei.

Venerabili fratri Petro Beneuentano Archiepiſcopo eiuſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis in perpetuum.

In eminenti Vniuerſalis Eccleſiæ ſpecula diſponente Domino conſtituti ex iniuncto Nobis à Deo Apoſtolatus officio fratres noſtros Epiſcopos debemus diligere, & Eccleſias eorum gubernationi commiſſas protectione Sedis Apoſtolicæ communire; ea propter, Venerab. in Chriſto frater Petre Beneuentane Archiepiſcope, veſtris poſtulationibus benignum impartientes aſſenſum, Beneuentanam Eccleſiam cui auctore Domino præeſſe dignoſceris ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus; ſtatuentes, vt quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem Eccleſia in præſentiarum iuſtè, & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione pontificum, largitione Regum, vel principum, oblatione fidelium, ſeu alijs iuſtis modis Deo propitio poterit adipiſci, firma tibi tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant, in quibus hæc proprijs duximus exprimenda vocabulis. Epiſcopatus videlicet Auellinum, Montem-Maranum, Frequentinum, Arianum, Montem de Vico, Biuinum, Aſculum, Luceriam, Florentinum, Tortibulum, Montem-Corninum, Vvlturariam, Ciuitatem, Dracouariam, Larinum, Termulam, Guardiam, Triuentum, Boianum, Aliſiam, Theleſiam, & ſanctam Agatham. Intra ciuitatem Beneuentanam Eccleſiam ſancti Petri Paccadoſſo, Eccleſiam ſanctæ Theclæ, Eccleſiam ſancti Martini, Eccleſiam ſanctæ Mariæ antehoram, Eccleſiam ſancti Petri ſitam iuxta Eccleſiam ſancti Petri de Medicibus, Eccleſiam ſanctæ Mariæ de Ancona, eccleſiam ſancti Arthelai, eccleſiam ſancti Ianuarij de Græcis, eccleſiam ſancti Mauri, eccleſiam ſancti Paſchaſij, eccleſiam ſancti Angeli, quæ eſt iuxta eccleſiam ſanctæ Mariæ Rotundæ. Extra vero eccleſiam ſancti Ioannis de Plano, eccleſiam ſanctæ Mariæ de Rocca, eccleſiam ſanctæ Mariæ de Venticano, eccleſiam ſancti Petri de Cardito, eccleſiam ſancti Petri in Planiſio, eccleſiam ſancti Theodori, eccleſiam ſanctæ Mariæ in Gildone. Abbatiam ſanctæ Mariæ in Strata, Abbatiam ſanctæ Mariæ de Corate, eccleſiam ſanctæ Mariæ in Gradellibus, & quidquid iuris habes in caſtro Montis-Sarculi, & in Valle Caudina. Præterea concedimus tibi pallei vſum ex more ad ſacra Miſſarum ſolemnia peragenda, vt videlicet eo infraſcriptis diebus infra eccleſiã tantummodo vtaris. In Natali Domini, Epiphania, Purificatione Sanctæ & ſemper Virginis MARIAE, & in Annunciatione eiuſdem, Cœna Domini, & Paſchalibus feſtiuitatibus, Aſcenſione Domini, Pentecoſte, in feſtiuitate ſancti Ioannis Baptiſtæ, in natalitijs Apoſtolorum Petri, & Pauli, & in Aſſumptione, & Natiuitate Beatæ ſemperque Virginis Matris Mariæ. In dedicatione tui Archiepiſcopatus, & in Anniuerſario tuæ conſecrationis die, in congregationibus Epiſcoporum, ordinationibus Clericorum, & conſecrationibus eccleſiarum; prę terea in trãſlatione corporis Beati Bartholomæi, quod tua fraternitas in ſecretario debeat induere, & ſic ad Miſſarum ſolemnia proficiſci; Decernimus ergo vt nulli omnino hominum liceat eandem eccleſiam temere perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerarijs exactionibus fatigare, ſed omnia integra conſeruentur eorum pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt vſibus omnimodis profutura, ſalua Sedis Apoſtolicæ auctoritate. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica ſæculariſue perſona hanc noſtræ conceſſionis paginam ſcienter contra eam temerè venire temptauerit, ſecundò tertioue commonita ſi non ſatisfactione congrua emendauerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, eamque

A qne ſe diuino Iudicio dé perpetrata iniquitate cognoſcat exiſtere, & à ſacratiſs. Corpore, & Sanguine Dom. noſtri Ieſu Chriſti Redemptoris aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat, ennctis autem eidem loco iuſta ſeruantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen.

Ego Anaſtaſius Lat. Eccl. Epiſc.

✝ *Ego Hugo Hoſtien. Epiſc.*

B ✝ *Ego Guarinus Preneſtin. Eccleſiæ Epiſcopus.*

✝ . . . .

✝ . . . .

✝ *Ego Iacobus Card. S. Calixti.*

✝ *Ego . . Presb. Card. . . . . .*

✝ *Ego Hubaldus Presbyt. Cardin. ſanctæ Praxedis.*

✝ *Ego Iulius Presbyter Card. tit. ſancti Marcelli.*

✝ *Ego Octauianus Presb. Card. S. Cæciliæ.*

✝ *Ego Aſtaldus Presb. Card. tit Priſcæ*

✝ *Ego Ioannes Presb. Card. Sanctorum Ioannis & Pauli.*

C ✝ *Ego Cencius Presb. Card. S. Laurentij in Lucina.*

✝ *Ego Henricus Presb. Card. ſanctorum Nerei, & Achillei.*

✝ *Ego . . . Diac. Cardin. ſancti Georgij.*

✝ *Ego Iacintus Diac. Card. S. Mariæ in Coſmed.*

✝ *Ego Ioannes Diac. Card. SS. Sergij & Bacchi.*

✝ . . . .

Datum Laterani per manus Rolandi S. R. E. Presb. Card. & Cancellarij, decimo Kal. Octob. Indict. 1. Incarnationis Dominicæ anno 1153. *Pontificatus vero Dom. Anaſtaſij Papæ IV. anno primo.*

D Ex hoc priuilegio obſeruare licet, quod eſt in iam relato Anaſtaſij priuilegio obſeruandū, ſcilicet adiectio Epiſcopatus (vulgo detto della Guardia Alſeria) cum nullatenus inantea nominari compererim inter Eccleſias Beneuentano Archiepiſcopo ſuffraganeas, quod idem obſeruare licet de Monte-Marano, & alijs Epiſcopalibus ſedibus, quæ in priuilegio Leonis IX. non numerantur. Verum quidquid ſit de harum eccleſiarum mutatione, quæ aliquando plures, paucioreſue fuere, ad calcem huius operis tota iuriſdictio Beneuentani Archiepiſcopatus, prout nunc eam moderatur Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus D. D. Ioannes Baptiſta Foppa, exactè à me deſcribetur.

Sub hoc Petro Archiepiſcopo, de anno videlicet 1153. ex largitionibus fidelium conſtructa eſt ianua ænea præ foribus Eccleſiæ ſancti Bartholomæi Apoſtoli, in qua ad huc hi duo verſus leguntur.

Quo vero obierit anno noſter hic Petrus ſignatè non cōſtat, certe vltra annum 1151. in humanis fuiſſe ex iam relato diplomate Anaſtaſij liquet, literis tamen Henrici ſucceſſoris videtur obijſſe circa annum Domini 1556. & ſic cogimur ad nouam expunctionem inſerendam illius Petri ſucceſſori, qui vt à Vipera ponitur, fuit Arnulphus electus, vt ipſe dicit, ab Eugenio Papa III. anno 1151. Quod quam ſit falſum colligitur ex iam recitato diplomate Anaſtaſij: ſiquidem ſi, vt aſſerit Vipera, Petrus electus fuit de anno 1148. & de anno 1153. ad eundem Petrū ſunt literæ Anaſtaſij papæ, quomodo potuit de ann. 1151. promoueri ad Archiepiſcopatum hic Arnulphus? Certe ni velimus duos cōſtituere Archiepiſcopos eodem tempore vnam eamdemq; ſedem tenentes, vnus eſt expungendus. Quod vero expunctionis calculus in hunc Arnulphū ſit irrogandus præter validiſſimam demonſtrationem mox adductam alia quoque poterit aſſignari cauſa, nempe quod aſſertum inſtrumentum à Vipera pro adſtruendo archiepiſcopatu huic Arnulpho ſit commentitium in illo namque faſciculo numeri non extenduntur vltra 36. nec in toto faſciculo aliquid de Arnulpho legitur.

Verum quemadmodum in adſtruendo, & collocando in Beneuentana ſede Arnulpho deceptus eſt Vipera, pariter in referendo ea quæ Adrianus Beneuenti cum Gulielmo Rege Siciliæ tranſegit, hallucinatus eſt, cum ea non à limpidiſſimo hiſtoriarum fonte hauſerit, vel tranſcripſerit. Tantum enim abeſt vt Gulielmus pactus ſit ne aliquid in Romanam Eccleſiam vllo vnquam tempore moliretur, quin potius eodemmet tempore extorſerit à Pontifice (ſic à neceſſitate, metuque compulſo) diploma illud, quod ſcilicet in Sicilia non eſſet ius appellandi ad Romanam ſedem, nec legationes illuc mitterentur niſi petentibus eas Regibus, de qua re videatur Baron. in hoc anno.

Expuncto igitur Arnulpho certus ſubſtituatur Petro ſucceſſor qui erit,



13 HENRICVS, cuius Archiepiſcopatus initium malè orſus eſt Vipera ab anno 1160. mediante topico illo faſciculo primo inſtrumentorum num. 39. vt patebit ex infra recitando diplomate Adriani IV. ad hunc eundem Henricum dato anno 1157. quem annum probabile eſt fuiſſe noſtri Henrici primum.

Quin dum hæc ſcriberem, & parumper ſubſtitiſſem ad manus venit bulla quædam ipſius Henrici ex qua deprehendi hunc extitiſſe ſui Archiepiſcopatus annum primum, vt mox patebit. Interim (quod forſan quis mirabitur) ſciat benignus lector BeneuentanosArchiepiſcopos ſuas conſueuiſſe exarare bullas more, & ad inſtar Romanorum Pontificum, quod primum comperi de hoc Henrico, vt ex ſequenti bulla patebit,

Henricus Dei gratia Beneuentanus Archiepiſcopus,

Cariſſimo in Chriſto fratri Hunifrido Abbati Monaſterij Terræ Maioris, eiuſque ſucceſſoribus regulariter intrantibus in perpetuum.

Paſtoralis Nobis iniuncta cura regiminis Nos mouet, inſtigat, atque compellit Venerabiliũ locorum vtilitati prouidere, & præcipuè ſacrorum Monaſteriorum, in quibus fratres dimiſſa propria voluntate ſub Abbatis regimine regulariter degunt commoditatibus inſudare. Eapropter in Chriſto dilectiſſime frater, ac venerab. Abbas Hunfride tibi, tuiſque ſucceſſoribus regulariter intrantibus in præſentia fratrum noſtrorum eccleſiam ſancti Laurentij ſitam prope mœnia huius ciuitatis Beneuentanæ ſuper ripam fluuij Caloris ædificatam, cum omnibus eius poſſeſſionibus, concedimus, damus, ac præſentis ſcripti priuilegio confirmamus. Itaque vobis eandem ſancti Laurentij per vos, & per veſtros miniſtros cum omnibus ſibi pertinentibus liceat rationabiliter ordinare, & quod in eadem eccleſia per Dei famulos oblatum fuerit, abſque noſtra, noſtrorumque ſucceſ-

A ſorum contrarietate ſemper habere, & ſecuriter poſſidere, ita tamen vt ſingulis annis in Aſſumptione Beatæ Mariæ pro illuminatione noſtri Archiepiſcopij duas libras ceræ pro cenſu perſoluere debeatis. Statuimus itaque, vt noſtram hanc conceſſionem, ſeu confirmationem nullus ſucceſſorum noſtrorum præſumat infringere, aut in aliquo minuere, vel mutare, & vt hæc noſtra donatio, ſeu confirmatio in perpetuum robur obtineat, propriæ manus ſubſcriptione, & ſigilli impreſſione firmauimus.

Data per manum dilecti filij noſtri Rainulphi Archidiaconi, & Bibliothecarij noſtræ Beneuentanæ Eccleſiæ.

B *Scriptum per manum dilecti filij Petri ſcribæ Camerarij noſtri, & eiuſdem Eccleſiæ Subdiaconi anno ab Incar. Dom. noſtri Ieſu Chriſti 1157. Pontificatus ſanctiſſ. D. noſtri Adriani Summi Pontificis, & Vniuerſalis Papæ anno tertio, Archiepiſcopatus autem noſtri anno primo menſe Madio Ind 5.*

Ego Henricus Beneuentanus Archiepiſcopus.

† *Ego Rainulphus Beneuentanus Archidiaconus.*

† *Ego Rogerius Primicerius Beneuentanæ Eccleſiæ.*

C † *Ego Bartholomæus Archipresb. Beneuentanus.*

† *Ego Alferius Diaconus me ſubſcripſi.*

† *Ego Madelinus Diaconus me ſubſcr.*

† *Ego Petrus qui ſupra Subdiac. Beneuentanus me ſubſcr.*

† *Ego Guaimarius Clericus Beneuent. me ſubſcr.*

† *Ego Adelferius Clericus Eccleſiæ Beneuentanæ.*

Altera Henrici bulla originalis à me viſa eſt talis tenoris,

D *Henricus Dei gratia Beneuentanus Archiepiſcopus.*

Dilecto in Chriſto filio Romualdo noſtræ Eccleſiæ Primicerio in perpetuum.

Sicut iniuſta petentium non eſt admittenda voluntas, ſic honeſta petentium non eſt exauditio differenda. Petiſti in Chriſto cariſſime beneficium à nobis tibi conceſſum noſtro priuilegio confirmari. Quia igitur votum tuum æquitati eſt conſentaneum, & te in ſeruitio eccleſiæ noſtræ ſtudioſum videmus, atque ſollicitum, petitionem tuam dignum duximus exaudire, & libenter effectui mancipare. Eapropter dilecte in Chriſto fili Romualde Sacerdos, & Primiceri, conſenſu & voluntate Archidia-

diaconi, & aliorũ fratrum noſtrorum, illud beneficium, quod eis aſſentientibus, & nos exorantibus tibi conceſſimus, præſentis ſcripti priuilegio confirmamus, & communimus, videlicet Primiceratum cum Scolaſt. & cæteris, quæ eidem Primiceratui pertinent, ſicut vnquam anteceſſores tui eundem Primiceratum melius habuerunt. Eccleſiam ſancti Martini cum quibuſdam caſis iuxta eandem eccleſiam exiſtentibus, & cum vno furno, & quandam caſellam ad clauicam videlicet Vicecomitis, & vnam petiam vineæ in loco ſancti Mauri ad Gipſaram, cum aliquantis terricellis, & oliuis in eodem loco exiſtentibus, & vnam petiam de terra ad ſanctum Clericum, & vnam petiam de terra ad Caſtellonem. Caſtrum quod vocatur Mons-Roſarius. Vnam petiam de vinea in Monte Caluo, & vnum vineam ad palearium, & ſyluam non multum lõgè ab eadem vinea. Duas plancas ante epiſcopiũ. Vnam libram de oleo in ſuburbio portæ Ruffinæ. Oratorium quoque ſancti Ianuarij, ſicut anteceſſor tuus Presbyter Mercurius tenuit, videlicet cum duobus ſolidis de hypothecis, & caſam deſuper eaſdem apothecas. Caſam quoque quæ fuit Iohannis Pazcademon. Duas caſas in loco Oliuoſæ, & petiam vnam vineæ apud S. Angelum ad Maſclou. Hæc itaque tibi concedentes, & confirmantes, ſancimus vt nulli omnino hominum liceat hanc conceſſionis & confirmationis noſtræ paginam temerario auſu infringere, ſeu ei modis aliquibus contraire. Si quis vero id attemptare præſumpſerit, indignationẽ Omnipotẽtis Dei, & Beatæ Mariæ ſemper Virginis, & Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, atque Bartholomæi incurrat. Scriptum per manum dilecti filij Petri Camerarij & ſcribæ noſtri, ac eiuſdem noſtræ Eccleſiæ Subdiaconi.

Datum per manum dilecti filij Rainulfi noſtræ Eccl. Archidiaconi, & Bibliothecarij, anno ab Incarn. 1159. menſe Decembr. Pontificatus vero Domini noſtri Alexandri Summi Pontificis, & Vniuerſalis Papę anno primo. Noſtri autem Archiepiſcopatus ann. 3.

Ego Henricus Beneuentanus Archiepiſcopus ſubſcr.
† *Ego Rainulphus Beneuentanus Archidiaconus.*
† *Ego Olandus Sacerdos ſubſcr.*
† *Ego Iohannes Subdiaconus ſubſ.*
† *Ego Gualelmus Presb. ſubſ.*
† *Ego Vbertus Diac. ſubſ.*
† *Ego L. ndus Sacerdos ſubſ.*
† *Ego Alferius Diac. ſubſ.*

Pendet plumbeum ſigillum, in quo leguntur hæc inſculpta verba *Sancta Maria, S. Bartholomæus*, circum circa, *Cuſtodi me Domine vt pupillam oculi*.

Ex his itaque bullarum expeditionibus liquet quonam anno ſedere cœperit hic noſter Henricus. Illam vero Eccleſiam ſancti Laurentij ad Caloris fluenta poſitam memoratam in primo documento Henrici, modo incolunt Patres Minores Obſeruantiæ ſancti Franciſci, nec hucuſque reſcire potui quomodo à Monachis D. Benedicti conceſſerit in Franciſcanam familiam.

Verùm adferamus modo Adriani IV. ad eundem Henricum diploma, quod etſi eiuſdem prorſus ſit tenoris, ac iam recitatum Anaſtaſij itidem IV. tamen libuit illud tranſcribere, vt liquido conſtet, quam erga Beneuentanam Eccleſiam fuerint propenſi Romani Pontifices.

ADRIANVS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei.

Venerabili fratri Henrico Beneuentano Archiepiſcopo, eiuſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis in perpetuum.

Et rationis ordo diſponit, & eccleſiaſticę vtilitatis conſideratio perſuadet, fratribus, & Coepiſcopis noſtris ampliorem gratiam, & honorem impendi, & commiſſarum eorum gubernationi eccleſiarum contra ſæcularis prauitatis incurſus ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ tuitione vallari, vt tanto de ſubditorum ſalute, ac ſui executione officij ſollicitiores poſſint ſemper exiſtere, quanto cõtra prauorum audaciam protectionis Apoſtolicæ maius ſe proſpexerint munimen habere. Ea propter, Venerab. in Chriſto frater Henrice Archiepiſcope, tuis iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Beneuentanam Eccleſiam cui Deo auctore pręeſſe dignoſceris ſub beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti priuilegio communimus. Statuentes, vt quaſcunque poſſeſſiones, quæcunq; bona eadem Eccleſia in præſentiarum iuſtè, & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu alijs iuſtis modis Deo propitio poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc proprijs duximus exprimenda vocabulis, Epiſcopatus, Auellinum, Montem-Maranum, Frequentinum, Arianum, Montem de Vico, Bouinum, Aſculum, Luceriam, Florentinum, Tortibulum, Montem-Coruinum, Vulturariam, Ciuitatem, Draconariam, Alatinum, Termulam, Guardiam, Triuentum, Boiauum, Aliffam, Teleſam, & ſanctam Agatham. Intra ciuitatem Beneuentanam, eccleſiam ſancti Pauli, eccleſiam ſanctæ Mariæ de porta Glorioſa, eccleſiam ſancti Petri Paccadoſſo, eccleſiam ſanctæ Theclæ, eccleſiam ſancti Martini, eccleſiam S. Mariæ ante-

A antehoram, eccleſiam ſancti Petri ſitam
iuxta eccleſiam Petri de Medicis, eccleſiam
ſanctæ Mariæ de Ancona, eccleſiam ſanctæ
Acthellais, eccleſiam ſancti Ianuarij de
Græcis, eccleſiam ſancti Marini, eccleſiam
S. Paſchaſij, eccleſiam S. Angeli, quæ eſt ſita
iuxta eccleſiam S. Caſſiani, eccleſiam ſanctæ
Mariæ Rotūdæ. Extra ciuitatem vero Bene-
uentanam, eccleſiam ſanctæ Mariæ de Roc-
ca, eccleſiam ſanctæ Mariæ de Venticano,
eccleſiam ſancti Petri de Cardito, eccleſiam
ſancti Petri de Planiſio, eccleſiam ſanctæ
Theodoræ, eccleſiam ſanctæ Mariæ in Gel-
done, abbatiam ſanctæ Mariæ in Strata,
abbatiam ſanctæ Mariæ de Corate, eccle-
B ſiam ſanctæ Mariæ in Gradellis, & quicquid
iuris habes in caſtro Montis-Sarculi, & val-
le Caudina. Præterea concedimus tibi pal-
lei vſum ex more ad ſacra Miſſarum ſo-
lemnia celebranda, & Crucem per totam
Parochiam tuam deferendam. Pallei vero
vſum videlicet in Natali Domini, in die
ſancti Stephani, Epiphania, Purificatione
ſanctæ Mariæ, in Annunciatione eiuſdem,
in Lætare Ieruſalem, Cœna Domini, Sab-
bato ſancto, in Paſchalibus feſtiuitatibus,
Aſcenſione Domini, & Pentecoſtes. In
feſtiuitate ſancti Ioannis Baptiſtæ, & in na-
talitijs beatorum Apoſtolorum, in Aſsum-
ptione, & Natiuitate Beatæ Mariæ Virgi-
C nis, & in duabus tranſlationibus B. Bartho-
lomæi, in dedicatione tui Archiepiſcopatus,
& in anniuerſario tuæ conſecrationis die; in
Cōgregationibus, & Conſecrationib. Epiſco-
porum, Ordinationibus Clericorum, conſe-
crationibus eccleſiarum, & in feſtiuitatibus
maiorum eccleſiarum tuæ prouinciæ. De-
cernimus etiā vt nulli omnino hominum li-
ceat præfatam eccleſiam temere perturba-
re, aut eius poſſeſſiones auferre, vel abla-
tas retinere, aut aliquibus vexationibus fati-
gare, ſed omnia integra conſeruentur eorū
pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione
conceſſa ſunt vſibus omnimodis profutura,
ſalua in omnibus Apoſtolicæ Sedis aucto-
ritate. Si qua igitur in futurum eccleſiaſti-
D ca ſæcularisue perſona hanc noſtræ conſti-
tutionis paginam ſciens contra eam teme-
re venire tentauerit, ſecundo tertioué com-
monita, ſi non ſatisfactione congrua emen-
dauerit, poteſtatis, honoriſque ſui digni-
tate careat, reamque ſe diuino Iudicio exi-
ſtere de prædicta iniquitate cognoſcat; & à
ſacratiſſimo Corpore, & Sanguine Dei &
Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti
aliena fiat, atque in extremo examine di-
ſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem
eidem loco iuſta ſeruantibus ſit pax Domini
noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fru-
ctum bonæ actionis percipiant, & apud di-
ſtrictum Iudicem præmia æternæ pacis in-
ueniant. Amen.

Ego Adrianus Cath. Eccl. Epiſc.

† *Ego Hubaldus presbyt. Card. tituli ſancta Praxedis.*

† *Ego Manfredus presb. Card. tit. ſanctæ Sauinæ.*

† *Ego Hubaldus presbyt. Card. tituli ſancta Crucis.*

† *Ego Octauianus presbyt. Card. tituli S. . . . .*

† *Ego Gerardus presb. Card. tit. S. Stephani in Celio Monte.*

† *Ego Henricus presb. Card. tit. SS. Nerei, & Achillei.*

† *Ego Ioannes presb. Card. tit. ſanctorum Silueſtri, & Mart.*

† *Ego Ioannes Diac. Card. tit. ſanctorum Sergij & Bacchi.*

† *Ego Oddo Diac. Card. tit. S. Nicolai in Carcere Tulliano.*

Dat. Vrbeueteri per manum Rolandi S.R.E. Presbyteri Cardinalis, & Cancellarij 4. Kal. Octobr. Indict. 5. Incarnationis Dominica anno 1157. pontificatus Dom. Adriani Papa IV. anno tertio.

Anno ſequenti ad Cardinalatus dignitatem hic idem Adrianus promouit Albertum de Morra Beneuentanum Monachum Ciſtercienſem, virum vndequaque tam nobilitatis ingenitæ, quam morum probitatis fama toto orbe clariſſimum, prout innotuit cum anno 1187. in Summum Pontificem eſt renunciatus, & Gregorius Octauus appellatus.

De noſtro Henrico vnum reſtat addendum à Vipera omiſſum, illum ſcilicet anno 1166. functum eſſe Legationis munere apud Conſtantinopolitanum, & in adminiſtratione Archiepiſcopatus ſubſtituiſſe Rainulphum Beneuentanæ Eccleſiæ Archidiaconum, prout mihi innotuit ex inſtrumento quodam Monaſterij ſancti Victorini ſignato num. 1. vbi tale eſt exordium. *Ego Rainulphus Archidiaconus ſacri Beneuentani Epiſcopij, in quo Diuina fauente gratia Dominus Henricus Venerabilis Archiepiſcopus præeſt, qui in iniuncta ſibi Legatione à prædicto Domino Papa modo eſt in Romania. Clarum facio, &c.* Ex quibus verbis deducitur eum adhuc in humanis fuiſſe anno 1166. & probabile eſt vltra etiam vixiſſe ad annum vſque 1170. vel attigiſſe 1171. Cæterum in Henrici Præſulatu referendum videtur ſequēs priuilegium, quod Alexander Papa III. anno 1169. dū declinandæ perſequutionis cauſa Beneuenti moraretur, conceſſit Abbatiſſæ, & Monialibus Monaſterij Victorini, de cuius antiquitate, ac prærogatiuis meum in eis referendis teſtimonium omnino duco ſuperfluum, cum pontificium diploma quales

ſue-

fuerint ſat ſuperque teſtetur . In eo ſiquidem reperiet lector prerogatiuam certè ſingularem (& quod hucuſque viderim ego) nulli alij Monaſterio conceſſam , benedictionem ſcilicet Abbatiſſæ Romano Pontifici ſpecialiter referuari . Omitto alia quæ in eodem priuilegio continentur, ex quibus colligitur ampla illius Monaſterij iuriſdictio in tot Eccleſijs , quæ vnitæ iuſtam competentemq; his temporibus efformarent Diœceſim . Hæc duxi prænotanda, nedum quod Monaſterium prædictum ſit Ordinis D. Benedicti, itidem Patris mei, verum quia cum ab ingenita humanitate harum Sanctimonialium mihi ex earum Archiuio ſuppeditati ſint codices antiquiſſimi , ſcripturæ, ac priuilegia hanc eis qualemcunq; gratiam rependere volui , vt quæ me in ambiguitatibus elucidandis ſua humanitate iuuarint, ſic beneficij collati gratum me in his paginis agnoſcant , ac memorem .

ALEXANDER EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei ,

Dilectis in Chriſto filiabus Paſchę Abbatiſſę Monaſterij ſancti Victorini quod in Beneuentana ciuitate ſitum eſt , eiuſque ſororibus tam præſentibus , quam futuris Monaſticam vitam profeſſis in PP.M.

Quotiens illud à Nobis petitur quod religioni, & honeſtati noſcitur conuenire, animo nos decet libenti concedere , & petentium deſiderijs congruum ſuffragium impertiri . Ea propter dilectæ in Domino filiæ veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus , & præfatum Monaſterium in quo Diuino mancipatæ eſtis obſequio ſub Beati Petri , & Noſtra protectione ſuſcipimus , & præſentis ſcripti priuilegio communimus . In primis ſiquidem ſtatuentes, vt ordo Monaſticus, qui ſecundum Dei timorem , & Beati Benedicti Regulam in eodem Monaſterio inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obſeruetur ; præterea quaſcumque poſſeſſiones , quæcunque bona idem Monaſterium in præſentiarum iuſte , & canonicè poſſidet , aut in futurum conceſſione Pontificum , largitione Regum , vel Principũ , oblatione fidelium , ſeu alijs iuſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis, & ijs . . . . vos ſucceſſerint, & illibara permaneant . In quibus hæc proprijs duximus exprimenda vocabulis. Intra Beneuentanam ciuitatem domos, cum caſalibus , & cum omnibus ſuis pertinentijs , eccleſiam ſanctæ Crucis ad portam Summam cum omnibus ſuis pertinentijs , eccleſiam ſancti Seueriani cum pertinentijs ſuis , eccleſiam ſancti Saluatoris de Prata

A cum pertinentijs ſuis , eccleſiam ſancti Saluatoris de Aliſa cum eccleſijs ſuis , videlicet eccleſiam ſancti Secundini , eccleſiam ſancti Martini, eccleſiam ſanctæ Mariæ de Arena cauata , eccleſiam ſancti Vitaliani, eccleſiam ſancti Petri de Mercato-Veteri, eccleſiam ſancti Chriſtophori , eccleſiam ſancti Viti, eccleſiam ſancti Angeli de Rapa Canina , cum pertinentijs earum, ſaluo tamen iure Monaſterij S. Vincentij de Monte quod habet in præd. Monaſterio ſancti Saluatoris de Aliſa, hortum prope ſanctum Eraſmum, hortum iuxta aquamlongam, vineam de Caſalico , vineam de Guardia cũ pertinentijs earum , hæreditatem de Ma-
B thocca , vineas, & terras de loco Cupuli, cum pertinentijs ſuis , vineam de Paldula , cum pertinentijs ſuis , vineas , & terras de Montore , cum pertinentijs ſuis . Apud Tinam terras , & ſyluas. Sanè ſi Mercatores, & peregrini , ſe cum rebus ſuis Monaſterio veſtro intuitu deuotionis reddere voluerint, eos recipiendi liberam facultatem habeatis; Obeunte vero vt nunc eiuſdem loci Abbatiſsa , vel earum qualibet, quæ tibi ſucceſſerint, nulla ibi qualibet ſubreptionis aſtutia , ſeu violentia preponatur, niſi quam ſorores cõmuni conſenſu, vel ſororum pars conſilij ſanioris ſecundum Dei timorem, & B Benedicti Regulam elegerint *à Romano Pontifice benedicendam* . Et quia Monaſterium ve-
C ſtrum ſpecialiter iuris , & proprietatis beati Petri exiſtit , & ad prouiſionem, & diſpoſitionem Romanæ Eccleſiæ nullo mediante noſcitur pertinere , conditionem quam abbati , & fratribus prædicti Monaſterij ſancti Vincentij in Eccleſia veſtra conceſſiſtis , quod ſcilicet poſt decennium tuum, filia Abbatiſſa , & earum quæ poſt te ſuccedent per licentiam , & conſenſum Abbatis ſancti Vincentij Abbatiſſam deberetis eligere, omnino irritum ducimus, & Apoſtolica auctoritate caſſum : Nemini enim licuit inconſulto Romano Pontifice prędicto veſtro Monaſterio nouam conditionem imponere, aut ſtatum ſuum in deterius immutare . Decernimus ergo vt nulli omnino hominum li-
D ceat prefatum Monaſterium temere perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed illibata omnia , & integra conſeruẽtur earum pro quarum ſuſtẽtatione cõceſſa ſunt vſibus omnimodis profutura . Salua Sedis Apoſtolicæ auctoritate, & Diœceſani Epiſcopi in præſcriptis eccleſijs canonica iuſtitia. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica , ſæculariſue perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſcienter contra eam temere venire temptauerit, ſecundo tertiouè commonita, niſi præſumptionem ſuam digna ſatisfactione correxerit , poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat , reamque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetua iniquitate cognoſcat , & à ſacra-

tiſſimo

tiſſimo corpore ac ſanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſeruantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicē præmia æternæ pacis inueniant. Amen.

Ego Alexander Catholicæ Eccl. Episc.

- † *Ego Hubaldus Hoſtienſis Epiſcopus.*
- † *Ego Bernardus Portuenſis, & ſanctæ Rufinæ Epiſcopus.*
- † *Ego Hubaldus Presbyter Card. tituli S.Crucis in Hieruſalem.* B
- † *Ego Ioannes Presbyter Card. ſancti Ioannis & Pauli tit. Pammachij.*
- † *Ego Ioannes Presb. Card. tituli ſanctæ Anaſtaſiæ.*
- † *Ego Boſo Presbyter Card. S. Pudentianæ tit. Paſtoris.*
- † *Ego Ioannes Presb. Card. tituli ſancti Marci.*
- † *Ego Theodinus Presbyter Card. ſancti Vitalis tit. Veſtinæ.*
- † *Ego Iacintus Diac. Card. tituli ſanctæ Mariæ in Coſmedin.*
- † *Ego And. Diaconus Card. ſancti Theodori.*
- † *Ego Cynthius Diac. Card. ſancti Adriani.* C
- † *Ego Hugo Diac. Card ſancti Euſtachij iuxta templum Agrippæ.*
- † *Ego Petrus Diac. Card. ſanctæ Mariæ in Aquiro.*

Datum Beneuenti per manum Gratiani S. R. E Subdiac. & Notarij 6. Kal. Maij Indict. 1. Incarnat. Dominicæ MCLXVIII. Pontificatus vero D. ALEXANDRI PP. III. anno 9.

Sebaſtianus Archiepiſcopus 21. ſi Viperæ credimus, at quod mihi potius ſit credendum ſuadebit tot præteritorum Antiſtitum iuridica euidenſque expunctio. Sane à riſu temperare vix potui cum in euoluendo libro illo emortuali Monaſterij S. Petri Monialium, quem pro adſtruendo Archiepiſcopatu huic Sebaſtiano Vipera citat, comperi hallucinatum eſſe, itaut nomen cuiuſdam Monialis, nomine Sebaſtiana, adaptarit ad hunc Sebaſtianum in Archiepiſcopalem ſedem intrudendum, quod ei forſan viſum fuerit non abs re eſſe vt fabula ſua non vacaret Beneuentana ſedes in hac Sebaſtiana, quemadmodum Romanæ euenit per multa ſæcula de ſua Ioanna. Verum vt liquidè conſtet Viperā deceptum eſſe, proferamus quonammodo exara ſint nomina mortuorum in illo libro. Sub die vigeſima noua Nouembris ſic notatur characteribus nigris *Obijt Vrſus Archiepiſcopus* & immediate characteribus rubris ſequitur & *Sebaſtian.*

A *Mon.* pro quo eſt ſciendum, toto illo libro nomina tantummodo monialium atramento rubro extare conſcripta, cæterorum autem nigro, præterquam quod bis terque repetito, & accurate inſpecto toto libro nullum aliud nomen *Sebaſtian.* fuit inuenire: Cum itaque pro hoc Sebaſtiano adſtruendo nullum aliud monumētum proferat Vipera quam librum illum emortualem, cogor illum à ſerie expungere, & alium Heotico ſubſtituere qui fuit,



13 LOMBARDVS patria Placentinus S. Thomæ Cantuarienſis exilij ſocius, & C Eccleſiaſtici iuris, atque ſacrorum Canonum peritiſſimus zelo, fidei & pietate præclarus ab Alexandro III. S.R.E. Card. creatus, atque ab eodem Pontifice Archiepiſcopus Beneuentanus renunciatus eſt, vt teſtatur Baronius ex tripartita Hiſtoria Codicis Vaticani, de quo primum monumentum extra notatū in inſtrumento quodam Bibliot. Beneu. faſc. 3. nu. 20. ſub anno 1171 quem fuiſſe ſui præſulatus primum teſtantur duo authographa monumenta, quæ extant in Biblioth. Beneuentana, quæ proprijs oculis vidimus, primum ſcriptum anno 1175. Archiepiſcopatus ſui 5. alterum datum 1177. ſui præſulatus anno 6. electus eſt igitur Ar- D chiepiſcopus anno 1171 Porro bullarum Lombardi tenor talis eſt.

Lombardus Dei gratia Beneuentanus Archiepiſcopus Capitulo eiuſdem Eccleſiæ, ſalutem, & dilectionem.

In eo ſummo officio, diſponente Domino, conſtituti, vt præter illam eius benignitatē qua ſumus vniuerſi generaliter debitores, circa voluntates ſpecialium filiorum, in his præcipuè quæ & ad Deum ſpectant, & à temporali non diſſonant incremento, ſpecialiter qua decet, nos aures gerere tinnientes liberalitatis meræ officijs inhærentes, quæ ſuos ſemper claros reddidit in omnibus amatores: Vnde quoniam amandi in Chriſto filij à nobis ſuppliciter poſtulatis, vt Palatium Ludouici Clerici

rici ad iudicialia, & Gilberti conſobrini ſui cum Apothecis, caſis, & omnibus ſuis pertinentijs, quæ ad ius noſtri Epiſcopij noſcuntur ſpecialiter adtinere in eiuſdem Eccleſiæ veſtiario ad eius theſauros inſtaurandos melius, & augendos, perpetuo concederemus: honeſtæ petitioni veſtræ, cuius non eſt exauditio differenda idcirco maturé duximus aſſentiendum, & vos muneri noſtro duplicatam inſerere gratiam videamur, & vos experiamini manifeſtum noſtræ dilectionis augumentum. Eapropter taliter id concedimus per huius priuilegij paginam, & conceſſionem noſtram per quaſdam claues in manibus Rainulphi Archidiaconi, & Romoaldi Primicerij traditionis roborẽ confirmamus. Statuentes, vt nulli liceat illam infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc adtemptare præſumpſerit, Omnipotentis Dei, & B. ſemper Virginis Mariæ, & beati Bartholomæi Apoſtoli, & omnium ſanctorum iram ſe nouerit incurſurum: Ad futuram veró memoriam, & huius conceſsionis firmitatem tibi dilecto filio Iacobo Notario ipſam exſcribere præcepimus: in Anno Dominicæ Incarnationis 1175. Pontificatus Domini noſtri Tertij Alexandri ſummi pontificis anno 17. Noſtri autem Archiepiſcopatus anno 5. Menſe Februarij nona Indictione.

† *Ego Lombardus Beneuentanus Archiepiſcopus.*
† *Ego Rainulphus Archidiaconus.*
† *Ego Ioannes* Diaconus.
† *Ego Romoaldus Presbyter, atque Primicerius.*
† *Ego Bartholomæus ſacer. & Primicerius.*

Extat in fine ſignum diplomatis in medio ſcriptum *ſancta Maria, S. Bartholomæus Lombardus Archiepiſcopus Beneuentanus.* Circum circa vero *Cuſtodi nos Domine vt pupillam oculi.* In pendenti ſigno plumbeo videtur eiuſdem Archiepiſcopi effigies, circũ vero in ſculptura hæc verba † *Lombardus Beneuen. Archiepiſ.* retro caput ſanctæ Mariæ & S. Bartholomæi ſup. S.M.S.B. Secundi Lombardi documenti tenor ita ſe habet.

Lombardus Dei gratia Beneuentanus Archiepiſcopus Vener. in Chriſto fratri Rainulfo Beneuentanæ Eccleſiæ Archidiacono in perpetuum.

Paſtoralis officij nos hortatur humanitas, caritatis ardor liberaliter perſuadet, atque ipſa nos Eccleſiaſticæ vtilitatis conſideratio vehementer inuitat, vt ijs qui deuoto, ac ſedulo in Beneuentanæ eccleſiæ ſeruitio perſeuerant beneficij manũ largitionis velimus extendere, & iuſtis eorum petitionibus promptum præſtare fauorem, quo dilectionis noſtræ manifeſtum teneant argumentum, & ad Eccleſiæ noſtræ ſeruitium promptiores iugiter, deuotioreſque reddantur: Præcipue tamen illos maioris noſtræ Eccleſiæ fratres, quos dignitatẽ, vitã, ſcientia, & elegantia morũ nouimus præminere, feruentiori nos decet caritate complecti, ac propenſiùs honorare. Quia igitur Venerabilis frater Archidiacone, circa profectum, & obſequium Beneuentanæ Eccleſiæ promptum te admodum, deuotum ac ſollicitum eſſe, atque ad honeſtatis augmentum, & conſeruationem laudabiliter ſollicité, ac diligenter intendere ipſa rei experientia plané edocemur; ſinceræ tuæ deuotionis conſtantiam, & ſtudium fructuoſum tuæ ſollicitudinis attendentes, tuãque multimodam probitatem petitioni tuæ prompto fauore duximus occurrendum. Inde eſt, quod iuxta poſtulationem tuam̃ totum beneficium quod tenes ab Eccleſiã noſtra, Eccleſias quas habes in Valle Caudina cum Presbyteris ſuis, bibliothecam cum dignitatibus ac proprietatibus ſuis, & Archidiaconatũ cum dignitatibus ſuis prõpta tibi liberalitate concedimus, & præſentis ſcripti priuilegio confirmamus, vt ſcias te in omnibus noſtrum Vicarium eſſe, & omnem curam tam in Clero poſitorum, quàm eorum qui Parochias habitare noſcuntur ad te pertinere, & cum opportunum fuerit liceat tibi vice noſtra per parochiam Beneuentanæ Eccleſiæ pergere ad Presbyterorum & Clericorum corrigendos exceſſus, eorumque conuerſationem laudabiliter emendandam, & quæcumque corrigendã vel emendanda cognoueris, prout potueris corrigere ſtudeas, & emẽdare. Statuimus ergo vt nulli omnino hominũ liceat hanc noſtræ conceſsionis, & confirmationis paginã irrumpere, vel ei aliquatenus contraire, ſi quis autem hoc attemptare præſumpſerit, Omnipotentis Dei & B. Mariæ ſemper Virginis, ac beati Bartholomæi Apoſtoli indignationem ſe nouerit incurſurum. *Scriptum per manum Pinabelli Clerici, & ſcriba noſtri anno* Dominicæ *Incar.* 1177. *Pontificatus autem D. N. Alex P. P. III. anno* 18. *noſtri vero Archiepiſcopatus an.* 6. *menſe Aprili Indict.* 10.

† *Cuſtodi me Domine vt pupillam oculi.*
† *Ego Lombardus Beneuentanus Archiepiſcopus.*
† *Ego Ioannes Primicerius.*
† *Ego Romoaldus Sacerd.*
† *Ego Ioannes Diaconus.*

His itaque conſtitutis, anno quo ſedere cœpit hic noſter Lombardus, maior difficultas oritur quonam anno Archiepiſcopatui ceſſerit, eum namque Archiepiſcopatu ſe abdicaſſe ſteſtatur ſequens diplomã ad eum datũ de an. 1179. ab Alexandro III.

quod

quod eſt huiuſmodi ex bibliot. aenc. u. faſcic. bullarum num. 100. A

ALEXANDER EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei.

Venerabili fratri Lombardo quondam Archiepiſcopo Beneuentano Sal. & Apoſt. benedictionem.

Venientibus ad præſentiam noſtrã quibuſdam de maioribus beneuentanæ Eccleſiæ Canonicis, & pro parte ſua, & aliorum, & nobiſcum de ordinatione ipſius Eccleſiæ diligentem tractatum habentibus, nos volentes neceſsitati tuæ ſecundum facultatẽ eiuſdem eccleſiæ honeſtè proſpicere, de communi fratrum noſtrorum conſilio tibi molendinum in pede ſuburbij ſitum de quo ſex coſcinos frumenti vnoquoque menſe, & alia quædam proueniunt, ita quod de cellario, vel aliunde ſi quid deſuerit de ſex coſcinis, ſuppleatur, & ſexaginta ſaumas puri vini per annum cum vegetibus in quibus poſsit reponi. Quadraginta & octo romanatos de paradiſo, & de altari tantùm quod viginti quatuor vnciarum auri compleat de conſenſu ipſorum canonicorum, conceſsimus toto vitæ tuæ tempore annuatim cùm integritate habenda. Addidimus poſteà prædictis Canonicis præſentibus, vt ſaumario quem habueris pro lignis ferendis annona de eccleſia miniſtretur, indulgemus etiam tibi, vt de libris tuis, & indumentis diſponendi quidquid volueris in vita, & in morte plenam habeas poteſtatem, Statuimus etiam vt domus de turricella tibi ad habitandum ibi quamdiù vixeris aſsignetur; Vt autem hæc noſtra conceſsio, & diſpoſitio firma, & illibata permaneat eam Apoſtolica authoritate confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Statuentes, vt nulli omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſsionis, & confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli ſe nouerit incurſurum. Amen Amen Amen.

Ego Alexander Catholicæ Eccl. Epiſc.

- † *Ego Hubaldus Hoſtien. Epiſcopus.*
- † *Ego Petrus Tuſculanus Epiſcopus.*
- † *Ego Arduinus Presb. Card. tit. S. Crucis in Hieruſalem.*
- † *Ego Matthæus Presb. Card. tituli ſancti Marcelli.*
- † *Ego Laborans Diaconus Card. S. Mariæ in Porticu.*
- † *Ego Gratianus Diac. Card. ſanctorum Coſmæ & Dam.*
- † *Ego Ioannes Diaconus Card. S. Angeli.*
- † *Ego Matthæus Card. Diaconus ſanctæ Mariæ nouæ.*
- † *Ego Bernardus Diac. Card. S. Nicol. in Carc. Tulliano.*

Datum Signiæ, per manum Alberici S. R. E. Presb. Card. & Cancel. 6. Kal. Aug. Indict. 12. Incar. Dom. anno 1179. Pontificatus vero D. Alex. PP. III. anno 20.

Hoc Alexandri tertij diploma ad noſtrũ Lombardum auidè conquiſiui, & repertum per quam cupide tranſcripſi; ex eo namque multa firmari poſſunt quæ forſan hucuſque haud ſolido innitebantur fundamento, vt mox accurate perpendam. Interim corrigendus eſt Vipera qui aſſerit paſcalem tertium Pſeudo-Pontificem fuiſſe ab Alexandro III. in beneuentanũ Archiepiſcopũ deſignatum, anno 1176. cum conſtet illum adhuc adulterinum pontificem agentem deceſsiſſe Romæ apud S. Petrum an. 1169. cuĩ à Friderico OEnobarbo ſuffectus eſt Ioannes Vngarus Monacus Strumienſis Caliſtuſque tertius appellatus, & hic eſt illemet qui pace inter Alex. & Fridericum Venetiis inita vltro ſe ſponte ad pedes Pontificis contulit, & veniam petiturus procubuit an. 1178. à quo peramanter ſuſceptus eſt, vt baronius ſcribit. Ioannem hunc Vipera, Ciacconus, & alij ſcribunt fuiſſe ab eodem Alexandro Pontifice Archiepiſcopum beneuentanum creatum, paucoſque menſes in ea vixiſſe dignitate, hoc tamen gratis omne dictum videtur, cum Baronius altum de huiuſcemodi re ſilentium teneat, & ex his quæ modo dicemus in Rogerio. Poſt hunc excogitatũ Ioannem, teſtimonio grauiſsimorum authorum ponitur à Vipera Archiepiſcopus Herimbertus: quam vero hic ille atque alij decepti ſint, alibi ſcripſimus in Campſanorum, & Cuſentinorum Archipræſulum ſerijs; fuit Herimbertus ille Anglus natione non beneuentanus, neque Cuſentinus, ſed Compſanus Archiepiſcopus ex bullis Rogerij Archiepiſcopi, Lombardi ſucceſſoris infra recitandis, Suppoſititium, & gratis à Vipera relatum Herimbertum inter archiepiſcopos beneuentanos prudens lector adiudicabit.



14 ROGERIVS Monachus Caſsinas, iā antea Presbyter Card. titulo S. Euſebij, ab Alexandro III. creatus, Lombardo immediate ſucceſsit in Archiepiſcopatu circa finem anni 1179. nam menſe Martio eiuſdem anni dum Lateranenſe Concilium Romæ ſub eodem Pontifice celebraretur, Beneuentana Eccleſia vacabat: et enim eidem Concilio decem & octo ſuffraganei Epiſcopi Eccleſiæ Beneuentanæ ſubſcripſerunt abſque eorundem Metropolitanum. Clarum ac certum teſtimonium habemus anni inaugurationis Rogerij in Bulla eiuſdem ſcripta Beneuentanæ Eccleſiæ Clericis ſuis anno 1217. menſe Iulij Indict. 5. Archiepiſcopatus ſui 38. quam hic primo loco exhibemus ab ipſo autographo Biblioth. Beneuentanæ faſcic. Bullarum num. 95. ex qua colliget prudens lector annum primum Rogerij Archiepiſcopatus incidiſſe in annū Domini 1179.

Rogerius Dei gratia Beneuentanus Archiepiſcopus.

Dilectis in Chriſto filijs vniuerſis Eccleſiæ Beneuentanæ Clerici in PP. M.

Inter cætera quibus ex noſtræ ſollicitudinis officio propenſiori circa, & attentiori ſtudio nobis conuenit inſudare, circa hæc præcipua nos decet actione ſatagere, & ea pij operis proſecutione iugiter exercere, vt Clericos in ſorte Dei vocatos, & præſertim ſpeciales filios noſtros Beneuentanæ Eccleſiæ Clericos ſingulari debeamus prærogatiua diligere, eorumque iuſtis petitionibus facilem aſſenſum præbere, vt quanto maiori ſe viderint à nobis benignitate tractari, & feruentiori diligi charitate, tantò ad obedientiam, & obſequium Beneuentanæ Eccleſiæ, & noſtrum effici valeant promptiores. Quapropter Chariſſimi in Chriſto filij deuotionis veſtræ conſtantia, fidei puritate, & quæ in vobis exuberant penſatis meritis probitatum veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu preces veſtras, & petitiones ſuper beneficiorum veſtrorum redditibus dignum duximus in ſacrarium noſtræ exauditionis recipere, vt fidei veſtræ puritas, & mentis deuotio ſemper in melius eniteſcat, & in diuinis obſequijs mens ſit vobis pronior, cura propenſior, ſtudium vigilantius, deuotio clarior, & exhibitio efficacior; atque ad reformationem, & meliorationem beneficiorum veſtrorum intenti ſitis, prompti, ac voluntarij. Iuxta itaque veſtram notam, ac deſiderium veſtris poſtulationibus clementiùs annuentes charitatis veſtræ deuotioni cōcedimus ſancientes, vt de redditibus beneficiorum veſtrorum, cum quis veſtrum, ſicut Domino placuerit, deceſſerit, à mortis ſuæ die vſque ad anniuerſarium depoſitionis eius diem percipiendis tres partes fiant quę diſtribuantur per Clericos, quos Capitulū ad hoc duxerit eligendos. Prima namque detur pro candelis, pro exequijs, & pauperibus ad Defuncti foueā, ſecūda pars erogetur operi maioris Eccleſiæ noſtræ, vel refectioni ipſius, Tertia pars diſtribuatur iuxta voluntatem defuncti; ſed tamen per manus ipſorum Clericorum, nullo mediante laico, vel aliquo eius conſanguineo. Si verò debitum dimiſerit Clericus, quod probari poſſit, de ipſa tertia parte quam habet pro ſua voluntate diſponere, Ipſum debitum perſoluatur. Volumus quoque & ſancimus, vt non niſi tantum vnius anni reddituum fructus pro eo accipiatur. Sane ſi quis veſtrum habet Eccleſiam ad iuriſdictionem noſtræ Eccleſiæ Beneuentanæ ſpecialiter pertinentem, volumus, & cenſemus vt de redditibus ipſius Eccleſiæ tres etiam partes fiant, itaut ſuperius per iam dictos Clericos ſunt diſpoſitæ, excepto quod ſubſtitutus in eadem Eccleſia defuncti ſucceſſor omnes introitus, oblationes quoque & obuentiones præter decimas, & poſſeſſionum redditus à defuncti die obitus libere capiat. Si autem Clericus pro Eccléſiæ ſuæ vtilitate vel commodo, debitum quod probari poſſit contraxerit de prænoininata tertia parte ipſius Eccleſiæ reddituum, ſicut declaratum eſt ſuperius, ipſum debitum exoluatur, reſiduum vero ſi ſuperfuerit, in tres partes, ſicut iam annotatum eſt, diuidatur; & ſi debitum ſolui nequiuerit, ſucceſſor reliquum perſoluere procuret. Sancimus etiam, vt ſi Clericus ab inteſtato deceſſerit, tertia pars quam habuit pro ſua voluntate diſponere per antefatos Clericos diſtribuatur, alijs vt ſtatutū eſt partibus erogatis. Decreuimus autem vt ij qui foris manent præter illos qui de noſtra, vel ſucceſſorum noſtrorum, vel Capituli Beneuentani licentia ad exteras partes diſcendi cauſa proficiſcuntur, & etiam in Beneuentana ciuitate commorantes per dimidium annum (niſi forte infirmitate grauati) Eccleſiæ non ſeruierint, huius noſtræ conceſſionis priuilegio ſint immunes. Hanc ergo noſtram conceſſionem atque con-

conſtitutionem firmam, & ratam habentes, & ſeruari volentes perpetuo illabatam decernimus, ſtatuentes, vt nulli vnquam omnino hominum liceat hanc noſtræ conceſſionis, & confirmationis paginam infringere, vel ei temere quomodolibet contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, authoritate Omnipotentis Dei, & B.M ſemper Virginis, & beati Bartholomæi Apoſtoli ex cõmunicationis vinculo innodatus, diuinam indignationem ſe nouerit incurſurum. Vt autem hæc noſtra conceſſio perpetuis temporibus robur obtineat firmitatis, ad præſentium, & futurorum Beneuentanorum Clericorum monumentum, & memoriã, tibi dilecto filio Magiſtro Raimboldo præſentis priuilegij paginam taliter ſcribere præcepimus.

Datum per manus dilecti in Chriſto filij, & familiaris noſtri Petri Verulani Eccleſiæ Beneuentanæ Diaconi, & Bibliothecarij anno Dominicæ Incarnationis 1217. Dom. vero Honorij ſummi Pontificis an. 2. noſtri autem Archiepiſcopatus anno 38. Indict. 5. menſe Iulij.

SANCTA MARIA	SANCTVS BARTHOLOMÆVS
ROGERIVS DEI GRATIA	BENEVENTANVS. ARCHIEPISCOPVS

Circa vero.

Veniant mihi † Domine miſerationes tuæ & viuam.

† *Ego Rogerius Beneuent. Archiepiſcopus*
† *Ego Abb. Enricus Coll.*
† *Ego Barth. ſanctæ Beneu. Eccleſiæ Primicerius atque ſac.*
† *Ego Robbertus Beneu. Eccleſiæ Presb.*
† *Ego Petrus Beneuentanæ Eccl. Presb.*
† *Ego Rao Beneuen. Eccleſiæ ſac.*
† *Ego Pillalbellus Clericus.*
† *Ego Gulielmus Beneuen. Epiſc. Cleric.*
† *Ego Petrus Beneuen. Eccl. Diaconus.*
† *Ego Iacobus Beneuentanæ Eccleſiæ Canonicus.*

Poſito igitur, vt ex relata bulla liquet, quod anno 1217. recurrente fuerit Rogerij Archiepiſcopatus annus trigeſimus octauus multa inde colligi poſſunt.

Primo quidem Rogerium ſedere cœpiſſe anno 1179. vt ſupputanti patebit; & ſic cogimur aſſerere quod Rogerius immediate ſucceſſerit Lombardo, & illum inſuper, vt iam dictum eſt, multis admodum annis Beneuentanæ præfuiſſe Eccleſiæ, ſi eodem anno quo ei ab Alexandro III. commiſſa eſt incipiatur exordium,

Deinde refellitur Hereberti Archiepiſcopatus, quidquid dicant alij, quomodo quæſo potuit Herebertus præfici Beneuentanæ Eccleſiæ à Lucio III. qui creatus eſt Pontifex anno 1181. ſi hic annus erat ſecundus noſtri Rogerij in Archiepiſcopatu?

Vlterius, deceptus eſt Ciacconus qui hunc noſtrum Rogerium iam ab Alexandro tertio Cardinalem creatum, aſſerit diẽ obijſſe ſub Lucio tertio: Etenim ſi noſter Rogerius vixit vſque ad tempora Honorij II. quomodo ab humanis decedere potuit ſub Lucio III. quem conſtat Pontificatum geſſiſſe ab anno 1181. ad 1185. in quo ei ſucceſſit Vrbanus tertius. Sed non omnia poſſumus omnes, præſertim cum veritas Chronologica ab ipſarũ ſcripturarum accuratiſſima inſpectione dependeat, & ita excuſandus eſt Victorellus, non enim ad eius manus omnium Archiuiorum peruenerunt tranſumpta.

Vnum præterea obſeruaui in hoc Rogerio, quod ex multis inſtrumentis, quin & ex bulla recitata duo tantummodo repererim quæ illum nominent Cardinalem; primum ſcilicet an. 1216. alterum vero de anno 1220. vltra quem annum cum aliud monumentum non repererim, in eam deuenio ſententiam, eo anno obijſſe qui erat quadrageſimus primus ſui Archiepiſcopatus. His itaque notatis, Herembertus nedum, ſed Ioannes huius nominis ſecundus eſt expungendus, qui iuxta Viperam ſedere cœpit anno 1189. qui erat decimus Rogerij; & pro adſtruendo hoc Ioanne topicum illud inſtrumentum faſciculi primi num. 39. citetur à Vipera: ex hoc quoque capite huic Ioanni exunctio eſt inſerenda, quemadmodum & eſt expungendus Rogerius alter ille ſuppoſititius Archiepiſcopus à Vipera collocatus ſub an. 1198. cum ſit omnino idem cum primo Rogerio ab ipſomet Vipera collocato ſub anno 1181. & hic, pace tanti Viri, ſatis mirari non valeo quomodo cum bullam ſuperius relatam quam ipſe ad fauorem huius ſecundi Rogerij (vt ipſe ponit, cum fuerit tantùm vnus) citat in margine, non introſpexerit ea qua debebat attentione; certè cum illa bulla ſit inter alias limpidiſſimi characteribus exarata, & numerus præſertim annorum Pontificis, & Rogerij ſit grandioribus notis ſcriptus, facta ſupputatione annorum à 1217. etiam mihi anili calculo euincebatur primum annum præſulatus Rogerij extitiſſe 1179. ſicque ſubtraxiſſet materiam tot archiepiſcopos vno ictu reſcindendi. Conſtituatur itaque, & ſuo loco temporique reſtituatur Rogerius qui, vt ſupra retulimus, ex Caſsinenſi Monaſterio ab Alexandro Papa tertio in Cardinalium numerũ eſt adſcriptus anno 1178. & deinde ſequenti Archiepiſcopus Beneuẽtanus renunciatus, licet quod ad Cardinalatum ſpectat, cum tantummodo inuenerim anno 1216. nominari Cardinalem tituli S. Euſebij, & ſic in alio inſtrumento anno 1220. Bibliot. Beneu. faſc. 3. n. 60. vt nõ ſemel dixi.

Cum igitur noſtri Rogerij Archiepiſcopatus

parus vltra quadrageſimum proceſſerit annum, multa hic erunt recenſenda quæ eidem eius præſulatus tempore euenerunt. Is anno 1180. cum Eccleſiam Caſſineuſem viſitaſſet, indulgentiam conceſſit ijs, qui deuote eundem inuiſiſſent, vt ex membranacea charta libri priuileg. fol. 101. ſcriptum reperitur, eius exemplar nobis olim contulit bon. me. Abbas Conſtantinus Caietanus.

Rogerius Dei gratia Beneuentanus Archiepiſcopus & Cardinalis ſancti Euſebij Vniuerſis fidelibus Dei tam præſentibus, quam futuris . . tremendum diem iudicij miſericordiæ operibus præuenire, & cum indignum ſatis, & obſonum videretur vt Caſſinum Cœnobium viſitantes nulla de iniuncta ſibi pœnitentia certa venia reportaretur, ablactatis ab vberibus matris noſtræ, & ſibi rependere, quæ gratum omni tempore debeat filium monſtrare, inducti pia commemoratione Venerabilis patris noſtri Petri Dei gratia Caſſinen. Abb. & Monachorum noſtrorum eiuſdem Eccleſiæ precibus inclinati, conuocauimus Venerabiles Fratres, & Coepiſcopos noſtros . . . . Auellinen. N. . . . Agathen. Balduinum Aliſanum, Petrum Teleſinum, Andreã Bouanum: aſtantibus etiam Magiſtro Ruffino, Atinen. & Petro Teanen. Epiſcopis à tam dicto Abbate conuocatis, de collata nobis authoritate ſtatuimus, vt peregrini, & deuotè Caſſinum Monaſterium viſitantes, ſiue ſint mares qui Monaſterium intrent, ſiue mulieres, quibus non eſt licitum introire, ſe gaudeant vnius anni indulgentiam de iniuncta ſibi pœnitentia accepiſſe, ſed tam tranſeundo vnum, & redeundo alterum ſtecdant aliquatenus obtinere. In feſto autem ſancti Benedicti ſingulis annis omnes vndique venientes annum vnum & 40. dies ſibi gaudeant miſericordiarum indulgentiam; nec enim à me, vel difficile debet eſſe beneficium quod ſub largitate non patitur detrimentum.

Datum apud ſanctum Germanum natali Apoſtolorum Petri, & Pauli in anno Domini 1180. pontificatus vero Dom. Alexandri Papæ III. anno 21. menſe Iunio, Indict. 13. Amen.

Sub Lucio III. Rogerius interfuit dedicationi Eccleſiæ Beatæ Mariæ Montis-Virginis anno 1182. ex vita ſancti Guilelmi eiuſdem Cœnobij Fundatoris. Ad Rogeriũ plures ſcripſit epiſtolas Innocẽtius III. quas retulit noſter Odericus Raynaldus tom. 13. Eccleſiaſt. Annal. noſq; vnam obſeruauimus in Vatic. Regeſt. ſub datum Later. 5. Id. Decembr. anno 2. pontif. 3. Indict. num. 237. epiſtolarum, in ea committit Innocentius Archiepiſcopo Neapol. & C. ſancti Laurentij in Lucina Presb. Card. Apoſtolicæ Sedis Legato informationem vitæ Archiepiſcopi Beneuentani de enormibus ſceleribus apud ipſum poſtulari.

Rogerij item opera & ſtudio Beneuentani Epiſcopij anteriorem partem vna cum abſide varijs marmoribus exornatam fuiſſe eo modo quo ad præſens cernitur, præter verba illa recitatæ bullæ *ſecunda pars erogetur operi maioris noſtræ Eccleſiæ*, teſtantur hi verſus in ſuperliminari ipſius portæ inciſi,

Hæc ſtudio ſculpſit Rogerius, & bene iunxit
Marmora, quæ portis tribus cernuntur in iſtis,
Et quæ per purum ſpectantur lucida murum.

Rogerio Archiepiſcopo Cœleſtinus III. conceſſit ampliſſimum priuilegium Ricardo Abbati Monaſterij ſancti Modeſti Ordinis ſancti Benedicti quod eſt tale.

CAELESTINVS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei,

Dilecto filio Ricardo Abbati Monaſterij ſancti Modeſti quod conſtructum eſt in Beneuentana ciuitate, eiuſque ſucceſſoribus canonicè eligendis in perpetuum.

In eminenti Apoſtolicæ Sedis ſpecula diſponente Domino conſtituti, de vniuerſarum eccleſiarum ſtatu tenemur ex officio Apoſtolatus noſtri ſolicite cogitare, plus tamen ſollicitius volumus, & debemus intendere locis illis in quibus feruor Religionis, & Ordinis obſeruatur, & ad Romanam Eccleſiam nullo mediante ſubiecta. Eapropter dilecte fili in Chriſto Riccarde, veſtris iuſtis precibus clementer annuimus, & præfatum ſancti Modeſti Monaſterium quod ad ius, & proprietatem Romanæ Eccleſiæ pertinere dignoſcitur ſpecialiter ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis priuilegij ſcripto communimus. Inprimis ſiquidem ſtatuentes, vt Ordo Monaſticus, qui ſecundum Deum, & B. Benedicti Regulam in eodem Monaſterio inſtitutus eſſe dignoſcitur perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obſeruetur, ſtatuentes, vt quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona idem Monaſterium iuſtè, & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu alijs iuſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant, in quibus hæc duximus adnotanda. Locum in quo Monaſterium ipſum ſitum eſt cum vniuerſis ad eum tam in ciuitate Beneuentana; quàm extra ſpectantibus, videlicet eccleſiam ſancti Nazarij, iuxta præſcriptum Monaſterium ſitam, eccleſiam ſancti Angeli à porta Rufina, & eccleſiam ſancti Nicolai poſitam in ſuburbio eiuſdem portæ, necnon & alias eccleſias quas extra ciuitatem poſſident nominatam, cum caſis, apothecis, balneo, oliuetis, vineis, molendinis,

dinis, terris, hortis, pratis, ſyluis, & iſchis. Volumus quoque vt tam tu, fili cariſſime, quam etiam ſucceſſores tui, quemcunque Epiſcopum volueritis vocare ad conſecrationem Eccleſiarum veſtrarum, aut ordinationem Clericorum veſtrorum, ſine contradictione alicuius Epiſcopi, id veſtra auctoritate agere valeatis, nec quiſpiam Miſſarum ſolemnitates celebrare præſumat, niſi ab Abbate ipſius Monaſterij fuerit inuitatus, Apoſtolica cenſura omnimode ſtatuentes, & prohibentes, omnem eccleſiaſticam ſæcularemque dignitatem in præfato Venerabili Monaſterio conditionem quamlibet, aut nouam conſuetudinem inducere. Liceat quoq; vobis Clericos, vel Laicos ex ſæculo fugientes liberos, & abſolutos recipere, & eos ſine contradictione aliqua retinere, & non liceat tam Archiepiſcopis, quam Epiſcopis Eccleſias Monaſterio veſtro ſubiectas, & Sacerdotes, vel Clericos earum interdicere, aut Parochianos excommunicare, & ſi quis hominum habens patrocinium alicuius Eccleſiæ illud voluerit dare veſtro Monaſterio, liceat hoc ei facere de noſtræ conceſſionis licentia. B Antiquas quoq; & rationabiles conſuetudines, & immunitates, ſeu etiam libertates vobis, & Monaſterio veſtro conceſſas, & hactenus obſeruatas ratas habemus, & eas futuris temporibus integras, & illibatas manere ſancimus. Mitram quoq; ac anulum, tam tibi dilecte fili Riccarde, quam ſucceſſoribus tuis in eodem Cœnobio Domino ſeruituris perpetualiter habere concedimus. C Obeunte te vero nunc eiuſdem loci Abbate, vel tuorũ quolibet ſucceſſorũ, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia, ſeu violentia præponatur, niſi quem Fratres de communi conſenſu, vel maior pars ſanioris conſilij ſecundum Dei timorem, & Beati Benedicti Regulam prouiderint eligendum. Electus autem ad Romanum Pontificem benedicẽdus accedat. Sepulturam præterea ipſius loci liberam eſſe decernimus, vt eorũ deuotioni extremæ voluntatis qui ſe illic ſepeliri deliberauerint (niſi excommunicati, vel interdicti fuerint) nullus obſiſtat, ſalua D tamen iuſtitia illarum Eccleſiarum à quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Decernimus ergo vt nulli omnino hominum liceat præfatum Monaſterium temere perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, aut ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra, & illibata permaneant eorum pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſũt vſibus omnimodis profutura, ſalua Sedis Apoſtolicæ auctoritate. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæculariſue perſona hanc noſtram conſtitutionem ſciens contra eam venire temptauerit ſecundo, tertioue commonita niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſq; A ſui dignitate careat, reamq; ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atq; in extremo examine diuinæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eodem loco ſua iura ſeruantibus ſit pax Domini, quatenus ab eo fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen.

Ego Cæleſtinus Cath. Eccl. Epiſc.

- † *Ego Octauianus Oſtien. & Velletren. epiſcopus.*
- † *Ego Albinus Albanen. epiſc.* B
- † *Ego Ioannes epiſc. Preneſt.*
- † *Ego Petrus Portuen. & ſanctæ Rufinæ epiſcopus.*
- † *Ego Pandulphus presb. Card. Baſilicæ duodecim Apoſtolorum.*
- † *Ego Petrus presbyt. Card. tituli ſanctæ Cæciliæ.*
- † *Ego Petrus presbyt. Card. S. Petri ad Vinc. tit. Eudoxiæ.*
- † *Ego Iordanus presb. Card. S. Pudentianæ tit. Paſtoris.*
- † *Ego Gratianus ſanctorum Coſmæ, & Dam Diac. Card.*
- † *Ego Ioffredus ſancta Mariæ in Via-Lata Diac. Card.* C
- † *Ego Ioannes ſancti Theodori Diac. Card.*

Datum Romæ apud ſanctum Petrum per manus Aegidij ſancti Nicolai in Carcere Tulliano Diaconi Cardinalis, tertio Nonas Aprilis Indictione decima tertia, Incarnationis Dominicæ anno 1195. pontif. vero D. Cæleſtini Papæ III. ann. 5.

Nec omittendum mihi viſum eſt hoc in loco exſcribere alia duo priuilegia huic monaſterio elargita, vnum à Guillelmo Rege anno 1173. Henrico Archiepiſcopo viuente, alterum Federici II. Imp. ſedente Rogerio Lombardo ſucceſſore, è tabulario eiuſdem Cœnobij exemplata; primum ita ſe D habet.

In nomine Domini Dei æterni, ac Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti.

Anno Incarnationis eiuſdem milleſimo centeſimo ſeptuageſimo, 3. Indictionis.

Ego Guillelmus Dei gratia Siciliæ, & Italiæ Rex, Guillelmi Regis hæres, & filius. Conuenit omnes in regimine conſtitutos

tutos Dominicis obedire præceptis, atq; ei per quem regnant colla ſubijcere, vt Regni illius mereantur eſſe participes, quod fine caret, quod ſine iactura, ſine mœrore durabit. Eapropter Veralde Monaſterij ſancti Modeſti de Beneuento Venerabilis Abbas, petitionibus tuis, tuorumque Fratrum clementiùs annuentes ob amorem Regis cæleſtis per quem ſubſiſtimus, & regnamus, & per ſaluationem animæ prædicti patris noſtri Gulielmi glorioſæ mem. Magnifici Regis, & noſtra noſtrorumq; deniq; parentum, confirmamus in eodem Monaſt. omnes retro Principum, Ducũ, Comitum, & Baronum, ſeu quorumcunque aliorum hominum vtriuſque ſexus conceſſiones, donationes, oblationes, confirmationes, venditiones, commutationes, ſeu quocunque alio titulo donationes iuſtè, & canonicè factas, ſeu datas. Præterea concedimus, vt de omnibus eiuſdem Monaſterij animalibus per totam contratam noſtram nemo herbaticũ tollat, vel qualitercunque rem nullo modo, ſed ſecurè eant, & redeant, maneant, atq; paſcantur ſine cuiuſcunque contrarietate cum . . . . . . ipſius Monaſterij . . . . de quibuſcunq; rebus pro vtilitate iam dicti Monaſterij onerati venerint, nullus in tota noſtra contrata platcaticum tollat vndecunque veniant; ſed abſq; cõtrarietate permittãt abire. Concedimus etiam in dicto Monaſterio cedua lignorum abſq; vllis foreſtagijs, & volumus etiam, & firmiter inhibemus, vt nullus ſit qui fidanioras ei auferat quoquomodo. Adijcimus etiam quoque vt quidquid parti prædicti Monaſterij donatione Principum, oblatione fidelium inpoſterum iuſtè, atque canonice poterit adipiſci, omni noſtra, noſtrorumque hæredum, vel ſucceſſorum, vel in parte publicè contrarietate, vel inquietatione remota iam ſæpe dictum monaſterium liberè & quietè perpetuo iure teneat, atque poſſideat. Inſuper ſi qua mala conſuetudo in aliquibus de ſupradictis rebus vel poſſeſſionibus, aut hominibus ipſius Monaſterij hactenus fuerit impoſita, volumus, atq; præcipimus vt deinceps omnino deleatur. Si qua vero, quod abſit, magna ſiue humilis perſona huius noſtræ conceſſionis paginam temerario auſu, & in aliquo violare, aut interrumpere præſumpſerit, ſciat ſe compoſiturum auri libras viginti, medietatem palatio noſtro, & aliam medietatem prædicto Monaſterio . . . Præſenſque decretum priſtinum robur obtineat, & inconcuſſum, & inuiolatum omni tempore permaneat ad huius ſacræ conceſſionis, & confirmationis indicium per manus Calopetri noſtri Notarij noſtro ſigillo inſigniri præcepimus.

Datum Panormi per manus Matthæi noſtri Vicecancellarij octauo die menſis Martij 3. Indict.

Guillelmus diuina fauente gratia Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ qui ſupra.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Hieruſalem, & Siciliæ Rex.

Comitibus, Baronibus, Magiſtris Iuſtitiæ, Iuſtitiariis, Magiſtris Camerarijs, Camerarijs, Baiulis, Catapanis, Comeſtabulis, Caſtellanis, Iudicibus, & Vniuerſis ſuis fidelibus per Regnum Siciliæ conſtitutis gratiam ſuam, & bonam voluntatem.

Ex querela Venerabilis Abbatis, & Conuentus ſancti Modeſti fidelium noſtrorum, nuper noſtra Serenitas intellexit quod nos eos in collectis, exactionibus, & angarijs . . . . . procurationibus trahendo in ciuilibus, & ſæcularibus ad iudicium ſæculare, necnon & alijs multipliciter offenditis, & grauatis, quod tantum noſtræ diſplicet pietati, quanto Abbatẽ, & Monachos, & Monaſterium ipſum in ſuis libertatibus, & rationibus volumus conſeruari. Verum quia eius intuitu per quem feliciter viuimus, & regnamus tam Abbatem ipſum, & Monachos quam etiam dictum Monaſterium cum obedientijs, hominibus, & omnibus bonis ſuis manutenere volumus, & fauere, nec pati poſſumus vel debemus, quod à Nobis, vel officialibus vt ſupra fidelibus noſtris debeant moleſtari, quos tenemur in proprijs libertatibus, & honoribus, & ex commiſſo Nobis regimine conſeruare, fidelitati veſtræ ſub pœna amiſſionis gratiæ noſtræ diſtrictè præcipiẽdo mandamus quatenus tam Abbatem, & Monachos memoratos, quam Monaſterium ipſum, obedientias, homines, & omnia bona ſua in nullo indebitè aggrauantes, & immunitates quas tempore Regis Gullielmi II. conſobrini noſtri habere conſueuit, eas integrè conſeruetis, & in omnibus iudicijs & iuribus ſuis ſic manuteneatis eoſdem, quod in nullo de cætero ſe ſentiant grauatos, & nos deuotioni veſtræ amplius commendemus. Nos enim tanto eos in omnibus volumus protegere, & in ſuis rationibus ſpecialiter conſeruare, quanto Nos diuina clementia præ alijs omnibus principibus exaltauit.

Datum apud Ferentinum 6. menſis Octob. Indict. 10.

† *Fridericus Romanorum Imperator Auguſtus.*

Huic præclariſſimo Cœnobio multa alia priuilegia per ſummos Pontifices, Imperatores, Reges, Duces, atque Principes conceſſa fuere, vt notatur in repertorio antiquo

quo eiuſdem Monaſterij, Verum cum anno 1498. Alexander Papa VI. illud in commendam tradidiſſet cuidam Cardinali, & Iulius II. anno 1505. Canonicis Regularibus Lateranenſibus conceſſiſſet, ſuccellerunt quidem hi patres in eodem Monaſterio, at valde redditibus, & iuriſdictionibus diminuto, cum modo vix enumerentur quinque Eccleſiæ, & Caſtrũ vnum in quo habent temporalem iuriſdictionẽ; & ſic iuriſdictiones nedum, ſed & priuilegia periere, vt toto euoluto eorum Archiuio vix quatuor inuenerim, quæ quinternulo ſeparato ex proprijs originalibus tranſcripſi; ex vngue tamen agnoſcet quiſque Leonem, & præcipuè ex priuilegio Pandulphi, & Landulphi Beneuentanorum Principum circiter annum Dom. 950. huic eidem Monaſterio conceſſo, vbi veluti ex tabula tota eius poſſeſſio, & iuriſdictio cernitur delineata. Reperi in eodem Archiuio multas conceſſiones ab Abbatibus factas de Eccleſijs ſibi ſubiectis viris nobiliſſimis, ex quo nedum earundem Eccleſiarum opulentiam deprehendi, quin & perſpexi quam cari omnibus eſſent huius monaſterij Abbates. Verum omnia ſuo fato concedant neceſſe eſt, & vt cecinit ille,

Stabile nil, vrbs, ditio, regnum quoq; corruit omne
Ipſaque cum poſſint nomina ſtare cadunt.

Sed ad inſtitutum. Rogerium hunc noſtrum commiſſam ſibi gregis curam fideliter geſſiſſe præter id quod ſuperius dictum eſt de renouato Archiepiſcopio Beneuentano, teſtantur ea quæ de ipſo refert Capuferrus itidem Beneuentanus Archiepiſcopus in quadam bulla ſuo loco tranſcribenda, in qua aſſerit Rogerium prædeceſſorem ſuum in Baſilica S. Bartholomæi confraternitatem, ſeu ſodalitium pro mortuis magno ſane fructu erexiſſe, quod ſodalitij genus iam pridem ab anno 98[illegible] Romæ inſtitutum fuiſſe tradit Baronius in eodem anno, & ſicuti in illo multi Epiſcopi, & Magnates nomina dederunt, ſic & in hoc Beneuentano accidiſſe teſtatur idem Capuferrus, qui ob deuaſtationem Beneuentanæ vrbis à Friderico II. Imper. factam cum deprehendiſſet fraternitatem illam exoleuiſſe, nouo ipſe pietatis ardore eam renouari curauit.

Sub hoc pariter Rogerio, Guillelmus Rex Siciliæ Bonus appellatus conceſſit, & dono dedit Alberto Card. de Morra Beneuentano caſtrum Capraricę cum ſuis pertinentijs pro dote Eccleſiæ S. Andreæ, quam idem Albertus fundauerat. Priuilegium vero eiuſdem Regis accipe à me fideliter tranſcriptum.

In nomine Dei æterni, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti.

Guillelmus Diuina fauente clementia Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ.

Iuſtum quidem eſt, & rationi conueniens, vt Summo Principi Deo ſpecialiter militet cura regnantium à quo regendi percipiunt poteſtatem; idque magnificè accedit ad titulum Regiæ dignitatis, amicis, ac fidelibus quaſi pro remuneratione beneficia exhibere, quatenus & eos ſibi deuotiores, ac fideliores efficiat, & ad ſeruitium proferendum inuitet. Cum igitur Magiſter Albertus S.R.E. Venerabilis Preſbyter Cardinalis, & Cancellarius preces Magnitudini noſtræ porrexiſſet attentas, vt Eccleſiæ ſancti Andreæ de Beneuento, quam proprijs ipſe fundauit expenſis de caſtro Caprariæ cum ſuis omnibus tenimentis noſtra liberalitas prouideret. Attendentes, quàm benè, ac tutiſſimè collocetur quidquid viris Religioſis, ac locis Venerabilibus applicatur, Conſiderantes etiam quod ipſe Cancellarius ſublimitati noſtræ ſemper amicus extitit, & deuotus, & ad noſtrum, & ad noſtri Regni decus, & exaltationem intendit, concedimus perpetuò, & donamus prædictæ Eccleſiæ ſancti Andreæ caſtrum Caprariæ ad laborandum cum omnibus tenimentis, quatenus Eccleſia ipſa amodo, & omni futuro tempore caſtrum illud cum omnibus ſuis pertinentijs, ſicut prædictum eſt, liberè & ſine ſeruitio ad commodum eiuſdem Eccleſiæ, & Fratrum qui ibidem commorantur teneat, & laboret, & ſine alicuius inquietudine poſſideat. Ita ſiquidem, vt prædicta Eccleſia teneat, & recognoſcat caſtrum illud cum Startia turris palatij, quæ eſt de tenimento Caprariæ à nobis . . . . . . quod ſeruitium aliquod exinde Nobis, vel cuilibet alij faciat, ſed liberè, & ſine aliquo ſeruitio Caſtrum illud, ſicut prędictum eſt, cum Startia Turris Palatij teneat, & cognoſcat. Ad huius autem conceſſionis robur, & inuiolabile firmamentum præſens priuilegium noſtrum per manus Alexandri noſtri Notarij ſcribi, & bulla plumbea noſtro typario impreſſa iuſſimus roborari, anno, menſe, & Indictione ſubſcriptis.

Data in vrbe Panormi, ſcilicet per manus Gualterij Venerabilis Panormitani Archiepiſcopi, & Matthæi Regij Cancellarij, & Riccardi Venerabilis Syracuſani Epiſcopi Domini Regis familiaris anno Dominicę Incarnationis milleſimo centeſimo octuageſimo ſecundo, menſe Nouembri Indict. 1. Regni vero

verò Domini noſtri VV. Dei gratia Magnifici, ac glorioſiſſimi Regis Sicilia, Ducatus Apulia, & Principatus Capua anno ſeptimo decimo felici ter, Amen.

Signum plumbeum † Regis Guillelmi.

Hæc Eccleſia ſancti Andreæ modo eſt intra ſepta Seminarij Beneuentani, quod iuxta ſac. Concilij Tridentini præſcriptum inſtituit Iacobus Cardinalis Sabellus tunc temporis Beneuentanus Archiepiſcopus, & ſucceſsiue Maximilianus de Palumbaria Archiepiſcopus Beneuentanus, & Nepos prædicti Cardinalis illud ornamentis, fabricis, & redditibus adauxit, vt ſuo loco dicetur. Anno 1186. ſub Rogero Archiepiſcopo Comes Philippus de Balbano quandam donationem fecit Bibliothecæ Beneuentanæ Eccleſiæ pro libris reficiendis, ſub ijs verbis conſcriptam, à ipſo antographo à me viſo quod extat in ea Bibl. faſc. ſign. H. num. 75.

In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Anno Incarnationis eius milleſimo centeſimo octuageſimo ſexto, menſe Nouembris, Indictione 5. & vigeſimo primo anno Regni Domini noſtri VV. Inuictiſſimi Regis.

Deſiderij & voluntatis propoſitū, quod ad ſalutem pertinet animarum eſt ſine dilatione Deo auctore complendum. Inde eſt, quod nos Comes Phil. de Balbano, Dei & Regia gratia Dominus Caſtelli Apicis, pium & ſaluiferum attendentes pro animæ noſtræ, & parentum noſtrorum remiſsione, necnon & prece dilecti amici noſtri Abbatis Rachiſij peccata, quæ in carne commiſimus beneficiorum largitione redimere dignum duximus, de voluntatis noſtræ propoſito, & deſiderium, quod iam dudum in animo pro voto concepimus matri noſtræ eccleſiæ Beneuentanæ ad honorē Dei & glorioſiſsimæ Mariæ ſemper Virginis, beatique Bartholomæi Apoſtoli ad opus eiuſdem Eccleſiæ Bibliothecæ pro reficiendis libris, præcipuè eorum Iuſpatronatus, quod in eccleſia ſanctæ Luciæ de pertinentijs Caſtelli noſtri Apicis habemus pro animæ noſtræ, & animarum parentum noſtrorum ſalute in perpetuum concedimus, damus pariter, & aſsignamus, nihil nobis, vel alicui ex ipſius Iure patronatus reſeruato, ſaluo iure ſancti Marci. Et hoc totum actum eſt aſtantibus dilectis filijs noſtris Gilliberto, & Raone, & Galberto Clerico, & Roberto Iudice eiuſdem noſtri Caſtelli, aſtan-

A tibus etiam militibus Sarulo de Monte Fuſclo, & Nyele de Palata, & presbyteris Franco, & Anſelmo & alijs bonis hominibus, & in eorum præſentia prædictum Abbatem Rachiſium ad partem, & vicem Beneuentani Archiepiſcopij; & eius Bibliothecæ de iam dicta eccleſia inueſtiuimus per fuſtem, quem manu tenebamus, ſtatuentes vt nulli omninò hominum liceat hanc noſtram conceſſionem infringere, vel ei temerariè contraire. Vt hæc autem noſtra conceſſio perpetuis temporibus ad honorē Dei, & beatiſsimæ Mariæ Virginis, beatiq; Bartholomæi Apoſtoli, & ad iam dictæ Eccleſiæ Beneuentanæ matris noſtræ, & eius Bibliothecæ robur obtineat firmitatis, huius conceſsionis paginam ſigilli noſtri munimine
B iuſsimus inſigniri, & manu Gregorij notarij ſcribi.

- † *Signum Crucis propria manus Domini Comitis Philippi de Balbano.*
- † *Signum crucis propria manus Gilberti de Balbano eiuſdem Comitis filij.*
- † *Signum crucis propria manus Domini Raonis eiuſdem Comitis filij.*
- † *Rao filius Comitis Philippi teſtis ſum, & manu mea ſignaui.*
- *Ego RR. Robertus Iudex.*
- † *Signum crucis propria manus Domini Nyelis de Palaca.*
- † *Signum crucis propria manus Domini Saruli de monte Fuſculo.*
- C † *Ego Franco ſacerdos interfui.*
- † *Signum crucis propria manus Aymelini ſacerdotis, qui interfui.*
- † *Signum crucis propria manus magiſtri Berardi, qui interfui.*
- † *Ego Ioannes filius Domini Leobone Fauellenſis teſtis.*

Moderante inſuper Beneuentanam eccleſiam Rogerio ad apicem Pontificatus euectus fuit prænominatus Albertus de Morra, & Gregorius octauus appellatus, verùm potius fuit oſtenſus quam orbi Chriſtiano datus, ſiquidem paucis diebus Romanæ Eccleſiæ clauum rexit. Vnum tamen in gratiam tanti Pontificis eſt quod hic obſeruem, eum ſcilicet in Eccleſia Bononien. Gherardum Ghiſellum Epiſcopum dum illac iter
D faceret conſecraſſe, cuius non meminimus in noſtro 2. tom. dum de Ghiſello ſermonem haberemus.

Sub noſtri itidem Rogerij Archiepiſcopatu de anno 1205. ab Innocentio tertio fuit in Cardinalium numerū adſcriptus Petrus de Morra, cuius viri quanta qualiſue extiterit doctrina, & in rebus gerendis dexteritas teſtantur legationes ad diuerſos Reges, & Concilium apud Peſulanum Montem iuſſu eiuſdem Innocentij coactum, in quo ipſe legationis munere functus eſt.

Die itaque 27. Decembris fato conceſsit no-

noſter Rogerius, vt ex emortuali Bibliothecæ Beneuentanæ; annus mortis eius elicitur ex regeſtro Vatic. Honorij III. in conſecratione Vgolini ſucceſſoris qui fuit annus 1221. cum ſediſſet annis 41.

Vnum, quod ferè mente exciderat, ſub noſtro Rogerio ſanctus Pater Dominicus Ordinis prædicatorum fundator Beneuentum aduenit, & peramanter exceptus obtinuit à Monialibus ſancti Petri ſolum in quo Monaſterium ſuis fratribus ędificaret, vt ex Archiuio patrum Prædicatorum huius ciuitatis elicitur. Rogerio à Vipera ſubrogatur quidam Gualterius, ſed perperam, etenim quãuis in libro emortuali Monialiũ S. Petri extet notatus Gualterius Archiep. cum tamen annus quo obierit non exprimatur diuinando potiùs quam ex coniectura aliqua probabili in hunc locum collocauit Vipera præſertim cum Rogerio ſucceſſiſſe Vgolinum doceat Regeſt. Vatic. vt mox dicetur, expuncto itaq; Gualterio ſubſtituitur clarè, & indubitata fide.



15 VGOLINVS ex nobili familia de Comite, poſt exceſſum Rogerij Archiepiſcopus Beneuen. electus eſt ab Honorio III. Conſecratur Romæ ab eodem Pontifice in quatuor temporibus Aduentus Domini anno ſalutis 1221. Pontificatus eiuſdem 6. vt ad calcem Regiſtri Vatic. eiuſdem anni notatum lego. Variæ Vgolinum hunc inter Clericoſque Maioris Beneuen. Eccleſiæ lites diù exagitatæ fuerunt ob refectiones quas ab anteceſſoribus Vgolini accipere omni anno ſoliti erant. Has ſoluit iuſſit Friderici II. Imp. Likenulphus Beneuentanus Iudex, anno 1246. & ad futuram facti memoriam ſequens ſcribi fecit documentum originale; nobis licuit videre & exſcribi quod extat in Bibliot. Beneuen. faſcic. L. nu. 102. In hoc publico documento clare habetur ſucceſsio Vgolini Archiepiſcopi immediate poſt exceſſum Rogerij, cum nullus alius ſpatio triginta annorum recenſeatur Archiepiſcopus. Verba documenti ita ſe habent.

A

In nomine Domini.

Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo quadrageſimo ſeptimo, & vigeſimo ſeptimo anno Imperij Domini noſtri Frederici Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, Ieruſalem, & Siciliæ Regis menſe Auguſti, vigeſimo ſeptimo die, Indictione quinta.

Coram nobis Sikenulfo Iudice Beneuentano, Bartholomæo de Suora eiuſdem ciuitatis Notario, & teſtibus infraſcriptis ad hoc rogatis, & ſpecialiter conuocatis, videlicet Guillelmo de Alegrima, Simeone
B ſpecial. & Ioanne Caliſtro repræſentauit ſe Philippus Friſar. de Beneu. & ſtatim idem Philippus Friſar. oſtendit nobis quoddam publicum Inſtrumentum inſcriptum per Iohannem Oculum bouis notar. & à me prædicto Iudice ſubſcriptum, in quibus continebatur qualiter Clerici Epiſcopi Beneuentani quolibet anno in feſtiuis diebus praudia eorum iuribus ſpectantia habere debent & ſoliti ſunt habere. Verùm quia ſua intereſſe dicebat, nos rogauit attente vt Inſtrumentum prædictum in ſcripturam publicam redigi faceremus. Cuius precibus inclinati, quia videbantur conſentaneæ rationi per manus prædicti Bartholomæi Notarij in ſcripturam publicam redigi fecimus
C cuius Inſtrumenti continentia per omnia taliseſt. In nomine Domini, anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo quadrageſimo primo, & viceſimo ſecundo anno Imperij Domini noſtri Frederici Inuictiſsimi Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, Ieruſalem & Siciliæ Regis glorioſiſsimi, die Sabbati, vigeſimo tertio menſis Nouembris quintadecima Indictione ſcriptum memoriæ à me Sikenulſo Beneuentano Iudice conſtituto, & hoc quod cũ nuper recepiſſem à Domino Rogerio Cappaliam de Amalſ. litteras ſuo ſigillo cereo ſigillatas taliter continentes. Prudenti viro Iudici SiKenulfo de Beneuento amico ſuo Rogerius Cappalia de Amalfia ſalutem, & ſincerum amorem. Quia certificare volu-
D mus pro parte maieſtatis Imperial. quot prandia, & in quibus feſtiuitatibus habere conſueuerunt Clerici maioris Eccleſiæ Beneuentanæ, & quot hebdomadarum, & quæ perſonæ conſueuerunt percipere, & habere viuandam ab Eccleſia Beneuentana tempore Rogerij Archiepiſcopi Eccleſiæ ſupradictæ, cum nobis hoc pro parte curie . . . . Sit incertum, prudentiæ veſtræ ex Imperiali parte mandamus, quatenus facta diligenti inquiſitione de prædictis redigatis in ſcriptis, facientes ex inde fieri ad cautelam Eccleſiæ & dicti Capituli publicum Inſtrumentum ad nos ipſum pro parte Eccleſiæ ple-

plené tranſmittentes,mandatum cuius exe-
qui ſtudui diligenter ; & ſic denunciata for-
ma mandati ipſius Domino Bartholomæo
Venerabili Archidiacono , & Domino Io-
hanni Archipresbytero , & quampluribus
Canonicis de Capitulo Beneuentanæ eccle-
ſiæ , & oſtenſis litteris, ac volens per eos in-
quiſitionem facere de præmiſsis , ad caute-
lam eorum , & Capituli memorati , ſe pa-
ratos, exhibuerunt mandatum ipſius Domi-
ni Rogerij, immò Imperiali auctoritati
obedire. Ego autem prædictus Iudex mecũ
adhibito Iohanne Oculo-bouis publico Be-
neuenti Notario,iuxta formam prædictarũ
litterarum eiuſdem Domini Rogerij Cap-
palcan. ſuper . . . . . inquiſitio-
nem diligentem facere procurauit per in-
fraſcriptas perſonas Canonicorum Eccleſiæ
upradictæ, videlicet per Dominum Petrum
Primicerium , Pandulfum Canonicum , &
Presbyterum Aldemarium , Pancaſiam Ca-
nonicum, & ſubdiaconum, Bartholomæum
magiſtrum ſcolarum Epiſcopij, Donadeum
Canonicum, & Presbyterum Iohannem de
Thaddeo Canonicũ,& Presbyterũ,& demũ
per Archidiaconum & Archipresbyterum
memoratos ; quorum primus prædictus Pe-
trus Primicerius iuratus teſtis interrogatus
dixit , quod in feſto Annunciationis ſanctæ
Mariæ octo Clerici , qui cantant in gradu
cum duobus Primicerijs, & vno Presbytero
vno Diacono , vno Subdiacono , & pueris
quatuor clericis , Veſtarario,& Sacriſtis E-
piſcopij conſueuerunt habere prandium ab
Archiepiſcopo Beneuentano . Item dixit,
quod in Cœna Domini omnes clerici Epi-
ſcopij, & Presbyteri ſancti Bartholomæi cũ
ſacriſtis conſueuerunt habere prandium
commune ab Archiepiſcopo . Item dixit,
quod in Paſcha Reſurrectionis Domini,om-
nes prædicti clerici conſueuerunt habere
prandium commune ab Archiepiſcopo . Itẽ
in Aſcenſione Domini duodecim clerici,qui
cantant duo Alleluia cum vno Sacerdote ,
vno Diacono, & vno Subdiacono , & vno
Veſtarario,duobus Primicerijs,quatuor pue-
ris clericis , & ſacriſtis conſueuerunt come-
dere cum Archiepiſcopo . Item dixit, quod
in Pentecoſte tot perſonæ clericorum con-
ſueuerunt comedere cum Archiepiſcopo ,
ſicut in feſto Aſcenſionis . Item dixit , ſi fe-
ſtum translationis ſancti Bartholomęi vene-
rit infra octauas Pentecoſtes debent duo-
decim Clerici , qui cantant Alleluia cum il-
lis alijs perſonis clericorum , ſicut in feſto
Annunciationis Beatæ Mariæ, comedere cũ
Archiepiſcopo . Si verò poſt octauas Pente-
coſtes venerit feſtum translationis ſancti
Bartholomæi, octo clerici tantùm qui can-
tant alleluia cum duobus primicerijs , Ve-
ſtarario , quatuor pueris ſacriſtis , Presby-
tero , Diacono , ſubdiacono debent come-
dere cum Archiepiſcopo. Item in feſto paſ-
ſionis Beati Bartholomæi omnes clerici E-

A piſcopij cum ſacriſtis conſueuerunt recipe-
re denarios ab Archiepiſcopo pro prandio .
Interrogatus quot denarios ſinguli recipie-
bant , dixit certum numerum ignorare,ſed
dixit,quod in feſto Aſſumptionis Beatæ Ma-
riæ de menſe Augusti omnes clerici Epiſco-
pij cum presbyteris & ſacriſtis ſancti Bar-
tholomæi conſueuerunt commune prandiũ
habere ab Archiepiſcopo . Item dixit,quod
in feſto Natiuitatis ſanctæ Mariæ de menſe
Septembris octo clerici , qui cantant Alle-
luia,cum duobus primicerijs , vno presby-
tero , vno diacono , & vno ſubdiacono ,
quatuor pueris, clericis & ſacriſtis conſue-
uerunt habere prandium ab Archiepiſcopo.
B Item in feſto translationis ſancti Bartholo-
mæi de menſe Octobris , & in feſto Om-
nium ſanctorum tot perſonæ clericorum de-
bent prandium habere ab Archiepiſcopo ,
ſicut in feſto Natiuitatis ſanctæ Mariæ.Item
in feſto Natiuitatis Domini omnes clerici
Epiſcopij cum ſacriſtis & presbyteris ſancti
Bartholomæi , debent habere prandium ge-
nerale ab Archiepiſcopo, Item in feſto ſan-
cti Stephani omnes diacones Epiſcopij cum
primicerijs , veſtarario , vno presbytero cũ
ſacriſtis debent habere prandium ab Ar-
chiepiſcopo. Item in feſto ſancti Iohannis
Euangeliſtæ omnes presbyteri Epiſcopij cũ
primicerijs , veſtarario , & ſacriſtis debent
habere prandium ab Archiepiſcopo . Item
in feſto Epiphaniæ omnes ſubdiaconi cum
C primicerijs, presbytero vno , veſtarario, &
ſacriſtis debent habere prandium ab Ar-
chiepiſcopo . Item in feſto Purificationis
ſanctæ Mariæ omnes illæ perſonæ debent
habere prandium ab Archiepiſcopo , ſicut
in feſto Omnium ſanctorum,& in eodem fe-
ſto quilibet clericorum Epiſcopij debet ha-
bere cereum,ſed Archidiaconus, Archipreſ-
byter & primicerius ſingulam cannulam
ab Archiepiſcopo . Item in feſto dedicatio-
nis Epiſcopij omnes clerici Epiſcopij cum
presbyteris ſancti Bartholomæi , & ſacriſtis
debent habere prandium commune ab eo-
dem . Item dixit , quod die lunæ , & die
martis in Albis omnes illi clerici , qui equi-
tant cum Archiepiſcopo in proceſſionibus
D debent habere prandium commune ab eo-
dem Archiepiſcopo . Item dixit , quod ſin-
gulis diebus duo primicerij , duo presbyte-
ri & veſtararij , vnus diaconus , vnus ſub-
diaconus, & vnus presbyterorum S. Bartho-
lomæi , & vnus de ſacriſtis ſancti Bartholo-
mæi debet recipere ab Archiepiſcopo quili-
bet ſcilicet eorum duas iuſtitias panis , &
duas iuſtitias vini . Et dixit , quod quodli-
bet prædictorum prandiorum debebat fieri
tempore carnium cum tribus ferculis car-
nium,& tempore piſcium cum duobus fer-
culis piſcium , Et dixit quod Sacriſtæ Epi-
ſcopij quandocunque lauant lampadas, de-
bent recipere ab Archiepiſcopo panem , &
vinum pro vno die , & farinam pro hoſtijs.

Interrogatus quomodo ſciret, dixit; quia prædicta omnia fieri vidit tempore Archiepiſcopi Rogerij, & tempore Archiepiſcopi Vgolini, & ipſe multoties cum eis interfuit & comedit. Interrogatus de tempore, dixit, quod ferè à triginta annis elapſis, & plus Pandulfus presbyter & Canonici Epiſcopij Beneuentani. Interrogatus teſtis dixit de omnibus ſupradictis idem per omnia quæ primicerius, ſed addidit, quod in feſto paſſionis ſancti Bartholomæi conſueuerunt percipere quartam partem vnius carl. Amalf. quilibet clericorum. Bartholomæus magiſter ſcolarum Epiſcopij ſacerdos, & canonicus iuratus teſtis dixit idem per omnia quod Pandulfus. Iohannes de Taddeo presbyter, & canonicus iuratus teſtis dixit idem per omnia quod Bartholomæus magiſter ſcolarum, præter de tempore, quia dixit ſe prædicta recordari à decem & octo annis retro. Donadeus presbyter, & canonicus iuratus interrogatus teſtis dixit idem, præter quam de denarijs, quos quilibet clericorum percipere debebat ab Archiepiſcopo pro prandio feſti paſſionis ſancti Bartholomæi, qualiter conſueuerat percipere vna quatuor denarijs de illis qui tunc expendebantur per ciuitatem Beneuenti. Et de edomadarijs cotidianis, & primicerijs, quod quilibet eorum omni Sabbato completa edomada percipiebat quatuordecim panes, & vrſeulum vnum plenum vino pro tota edomada; De tempore dixit, quod iam ſunt quindecim anni elapſi, quod prædicta vidit, & multoties percepit, & cereos & cannulas in feſto Purificationis vidit deferri à ſacriſta S. Bartholomęi. Ademarius Pancaſia ſubdiaconus, & Canonicus Beneuentanæ Eccleſiæ iuratus interrogatus teſtis dixit idem quod Primicerius, & addidit, quod cum iam quadraginta annis elapſis, & plus recepiſſent clerici denarios pro prandijs, poſtmodum ipſi recurrentes ad Curiã Romanam, & inde cum Archiepiſcopo Rogerio contendentes, optinuerunt per Papam, quod prandia conſueta, vt dictum eſt, reciperent. Et ſic poſtmodum tempore Archiepiſcopij Rogerij, & Archiepiſcopi Vgolini prædicti Clerici perceperunt ferè à viginti annis & plus, & etiam ante mortem Archiepiſcopi Rogerij. Interrogatus de ſcientia dixit, quod vidit, interfuit, & percepit. Dominus Iohannes Archipresbyter Beneuẽtanæ Eccleſiæ iuratus interrogatus teſtis dixit idem per omnia quod Pandulfus, & de tempore dixit, iam ſunt triginta anni, & plus. Dominus Bartholomæus Archidiaconus Beneuentanus iuratus interrogatus teſtis dixit idem quod Archipresbyter, præter quod non vidit ſacriſtas Epiſcopij, cum lauant lampadas recipere vidandam ab Archiepiſcopo, ſed bene credit, ſic etiam debere. Vnde ad futuram memoriam, & prædicti Capituli Beneuentani cautelam hoc

A Inſtrumentum de ſpeciali mandato, & licẽtia prædicti Domini Rogerij Cappalcan. per manus prædicti Notarij fieri mea, & ipſius Notarij ſubſcriptione roboratum. Quod inſtrumentum ſcripſi ego prædictus Iohannes Oculus bonis puplicus Beneuenti Notarius; quia prædictæ inquiſitioni interfui, & meo ſigno ſignaui. Supra intellectum eſt Diacono & vno teſte, & emendatum eſt eodem die. Ego qui ſupra Sikenulfus Iudex. Quod inſtrumentum vidimus in prima figura, non vitiatum, non abolitum, non caſſatum, nec in aliqua ſui parte vituperatum. Vnde ad futuram memoriam ego prædictus Bartholomæus de Fucia Notarius ad B preces & conſenſum prædicti Philippi Friſarij præſens inſtrumentum exemplaui, & in ſcripturã publicam redegi, quia interfui cum Iudice, & teſtibus ſupradictis; Supra interlineatum eſt de Amalf. Arch. & emendatum eſt Stephani.

† *Ego qui ſupra SiKenulfus Iudex,*
† *Ego Gulielmus de Aligrima interfui.*
† *Ego Simeon Spiciale teſtis ſum.*
† *Ego Iohannes Caliſtro teſtis ſum.*

Loco † Signi.

Vgolini mentio extat in bibliot. Beneuen. C inſtrumento anno 1233. & in alio Datum anno 1240. faſc. 3. num. 16. nec aliud reperitur de hoc Vgolino. Creditur tamen obijſſe an. 1254. die 20. Maij. Beneuen. ciuitas ante vel retroactarum cladiũ paſſa eſt omnium maximum à feritate Friderici ſecundi Imperatoris, itaut penè ſolo æquata ſit, vt de hoc lacrymabili excidio pene omnes illius temporis ſcriptores conqueſti ſint, & teſtantur ſequentes verſus ex Archiuio Monaſterij ſanctæ Sophiæ tranſcripti.

Anno milleno, biſcentum, atque triceno,
Ac ne fallaris adiuncto rite noueno,
Vrbs dilecta ſatis, Vrbs multæ nobilitatis,
Vrbs dilecta nimis dum fatis non datur
D *imis,*
Nunc nimis infelix, & Cæſaris obruta Marte
Deſolata manet nulla reparabilis arte.
Fit ſubiecta malis, feruor iubet Imperialis.
Nunc luit euentum deſtructa iacens Beneuentum.

Sub eodem Vgolino an. 1252. Innocentius IV. conceſſit priuilegium ampliſſimum Abbati, & Monaſterio S. Petri de Planiſio Beneuentanæ Diœceſis ordinis ſancti Benedicti, quo in protectionem immediatam ſedis Apoſtolicæ ſuſcipit Monaſterium, eique confirmat omnes Eccleſias n. 12. & nonnulla Caſtra quæ erant iuriſdictionis dicti Monaſterij quod tandem per Nicolaum V. exactis Monachis Capitulo Beneuẽtano fuit vnitũ.



16 CAPOFERRVS de Capofertis nobilis Beneuentanus ad patriæ ſedem vocatus eſt anno 1254. cui adhuc electo commendat domũ ſanctæ Mariæ in Coſmedin Innocentius IV. ann. 10. pontif. 8. Kalend. Septemb. & ſequenti in commendationem electi Epiſcopi Parmenſis idem ſcribit nonis Ianuarij, pontif. 11. ex Reg. Vatic. epiſt. 372. fol. 40. Idem Capoferrus adhuc electus iuſſu Clementis IV. ab excommunicatione abſoluitur, à Gotifredo Monacho Ciſtercienſe Cappellano, & Pœnitentiario Apoſtolico, cum adfuiſſet coronationi Manfredi Tarentini, iterumque pro hac eadem re in Concilio Lugdunenſi ſub Gregor. X. celebrato 1273. abſoluitur, vt in litteris ad ipſum ſcriptis 2. Non. Septemb. a. 3. habetur in eodem Reg. Vatic. epiſt. 33. fol. 138. quibus adhuc electus vocatur. De eo habetur memoria in monumentis Biblioth. Beneuent. ad annum vſque 1280. cuius Archiepiſcopi quanta qualiſue pietas fuerit ſequens bulla oſtendet.

Capuferrus Dei gratia Beneuentanus Archiepiſcopus.

Vniuerſis præſentes literas inſpecturis ſalutem, & ſempiternam in Domino charitatem.

E Antiquorum patrum ſolemnium ſtatutorum ſatis celebris eſt, ac recolenda memoria, qui cœptam vitam moribus ſtatuerunt, & ſecus aquarum decurſus plantationes, quæ ſemper fructum afferant ſalutiferum, plantauerunt: quorum intellectus audientium mentes illuminat, & veri ſplẽdore luminis, in quo qui lumen de lumine, & lux lucis Chriſtus Dominus noſter humano generi ſalus æterna apparuit ſancta inſpiratione ſpiritus deuotorum ardentiùs in amore fraternę charitatis inflammat, ſanctis meritis, ac inſtitutionibus ſacris ſic viã currere mandatorum, quo conſiliorum ſemita non aſpernetur oſtendens, vt dum tempus bonum, operemur ad omnes, maxime ad domeſticos fidei, ne nobis indultum benę viuendi ſpatium à bono torpẽtes ope-

A re tranſigamus, & æternæ mercedis, culpis exigentibus noſtris, remuneratione priuemur. Sollicitè autem inueſtigari oportet, vt quod humanæ fragilitatis ruinoſus lapſus culpa delinquendi ſubripuit, bonorum operum beneficio, ſaltem iuxta noſtræ poſſibilitatis ſolertiam, reſtauretur, & errorem noſtrum, quem ſuæ legis mandata non ſeruantes oſtendimus, cum aliqua ſatisfactione contriti ſpiritus petentes veniam complacemus. Potens eſt enim ſubleuare ruinã, & reparationis beneficia talibus fulciri præſidijs quæ permaneant, caſum non timẽtia recidiuæ. Sanè recolendæ mem. Rogerius Beneuent. Archiepiſcopus Dei mãdatorum non fictus auditor, in conſpectu Domini nolens ſe vacuum præſentare, ſed ſibi talenta

B tradita Creatori ſuo tanquam gratus beneficiorum ſuſceptor cupiens cum duplicato fœnore reſignare, ſtatuit, vt in Baſilica Beati, ac glorioſi Apoſtoli Bartholomæi, cuius patrocinio gloriamur, quædam Sacerdotum, Clericorum, & aliorum fidelium ordinaretur fraternitas, qua in diuinis officijs nomen Domini laudaretur, fratres fraternitatis ipſius in Miſſarum ſolemnijs peccatorum ſuorum veniam mererentur, & defuncti, qui ab huius ſæculi luce ſubtracti aliorũ egent beneficijs adiuuari, crebris ipſorum, ac decretis orationibus tormentorum incendijs iuuarentur; in qua nonnulli Epiſcopi, ac alij venerabiles viri Beneuentanæ ciuitatis, diœceſis, & prouincijs

C tũc temporis recipi voluerunt, illius theſauri participes fieri cupientes, quem nec tinea demolitur, nec fures ipſum effodiunt, nec furantur. Demum Friderici quondam Imperatoris pernicioſa tyrãnis, qui nec Deum ſuum timuit creatorem, nec ſanctos vereri voluit, præcipuè Beatiſſimum Bartholomæum Apoſtolum noſtrum, qui in præfata ciuitate ſacratiſſimum ſuum corpus voluit præſeruari, ciuitatem eandem ſic dirui, ac deſtrui iuſſit, prout vniuerſorum patuit oculis, & nos qui noſtris nõ exigentibus culpis direptionem ipſam periculoſè pertulimus, vſque in hodiernum diem irreparabilia damna lugemus. Sic autem ipſa fraternitas quæ tanto ſtudio, ac conſideratione ſolem

D ni tantæ vtilitatis ad quoſcunque ſuſceperat incrementa, à tempore depopulationis ciuitatis præfatæ non ſine diſpendio animarum fratrum fraternitatis eiuſdem tam viuentium, quam etiam defunctorum vſque ad tempus Pontificatus Domini Nicolai Papæ III. anno 2. 8. Indict. anno 1279. vacauit. Nos id non ſine magna perplexitatis cogitatione conſiderantes, laborem circa reformationem fraternitatis præfatæ, ac affectantes ea quæ animarum fidelium ſubditorum noſtrorum ſaluti expediant poſſe cum profectu felicitatis æternæ virtutum augmenta acquirere, conuocatis Clero, & perſonis quæ cura vigili, ac ſollicitudine

A hoc intendebant, mandauimus Presbyteris, ac Capellanis Eccleſiæ ſupradictæ, vt cunctis diebus (prout in libris fraternitatis eiuſdem plenius cootinetur) ſemper officia quæ pro fratribus fraternitatis prædictæ, & alijs quibuſcunque celebrari retroactis temporibus conſueuerunt, celebrare deberent de cætero, & in ſtatum reducere priſtinum ea, quæ propter ruinoſam dirutionem eandem multis temporibus perierunt, deformationem fraternitatis eiuſdem reformantes. Statuentes itaque quod cum fratrem aliquem fraternitatis eiuſdem, vel aliũ cuiuſcunque conditionis mori contigerit, ſepulturam ſibi in dicta eccleſia B. Bartholomæi Apoſtoli eligentem, ab ipſis fratribus honorificè recipi volumus, & ipſum eiſdem B confratribus Clericis videlicet ſuperpellicijs indutis à defuncti hoſpitio proceſſionaliter vſq; ad Eccleſiam deferri, & cũ Miſſarum ſolemnijs, ac alijs orationibus ſepeliri: & ſi tantæ ſit defunctus grauatus onere paupertatis, quod de ipſius ſubſtantia nihil pro exequijs haberi poſſit, ijdem fratres ſuis ſumptibus eundem ſepelire teneantur, ita quod diues, & pauper in hac congregatione ſimul currant. Si vero in proceſſione cum alijs fraternitatibus ciuitatis eiuſdem ipſis ire contigerit, ſiue ad exequias mortuorum, ſiue ad alia, ipſi ab vna parte gradiantur, & alij ab alia pergant, & de hoc volumus vtroſque eſſe contentos. Et quia fraternitatem eandem ſalutiferis intendimus C communiri pręſidijs, Ordinamus Priorem, Decanum, Præpoſitum, & Primicerium de ipſa fraternitate confratres probatos, vt regant, inſtruant, ordinent, ac doceant, & quod Chriſto puris, & honeſtis famulentur obſequijs, & norma viuendi annuente Deo talis erit quod Chriſti fidelibus ſeruabitur ad doctrinam. Nihil enim vtilitatis, ſeu commodi ſtatuta condere videntur, niſi perpetui roboris firmentur edicto. Volumus igitur, & ſub excommunicationis pœna præſenti ſancimus edicto, vt nulli hominũ liceat hanc paginam noſtræ ordinationis, ſeu reformationis infringere, nec ei auſu temerario contraire; ſi quis D autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, Beatorum Petri, & Pauli, ac Beati Bartholomæi Patroni noſtri, & noſtram ſe nouerit incurſurum.

Datum Beneuenti in noſtro Palatio quinto menſis Nouemb. Ind. x.

Ex huius documenti itaque lectione nedum pietas Rogerij Archiepiſcopi, verum feritas, & immanitas Friderici Imperatoris comprobatur. Sodalitium vero hoc mortuorum vſque in hæc tempora perſeuerat, in quo ſemper viri inſignes, illuſtreſque nomina dedere. Sub hoc eodem Archiepiſcopo anno 1279. erectam eſt Turris campanmaioris Eccleſiæ de oblationibus Cleri, & fidelium, cuius ſtructura, & moles ſi attendatur non minus quinquaginta millibus aureis æſtimabitur, licet imperfecta ſit, & nondum finita, ad cuius calcem extat hæc inſcriptio.

✠ *An. Dom. MCCLXXIX.*
xi. Febr. Indict. vij.
Inceptum eſt hoc Campanile de oblationibus fidelium, & Cleri.

De miraculo autem quod Vipera refert ex voragine in actis ſancti Bartholomæi Apoſtoli puto non eſſe ambigendum, ſicuti & de ſepulchro Friderici Imperatoris in terra vulgo dicta *Fiorentino*, Beneuentum inter, & Luceriam, vbi ipſe Imperator vaticinij immemor dolo Manfredi ſublatus fuit veneno, & licet corpus inde per Manfredum fuerit Panormum delatum, tamen ex lapide libani eius cœnotaphium, quod idem eſſe comperi cum illo quod Summontius recitat in ſua hiſtoria.

Si probitas ſenſus, virtutis gloria, cenſus,
Nobilitate orti poſſent reſiſtere morti,
Non foret extinctus Fridericus qui iacet intus.

At Beneuentanæ ciuitati fatale fuit ſæculum, itaut viſa ſit cladem ſuperinducere cladi, ſiquidem nondum elapſis triginta annis à prima Friderici, Carolus primus Andegauenſis anno 1266. aliam ei intulit deuaſtationem, licet ex nullo capite cum ſuperiori comparabilem, quod multis argumentis comprobari poſſet.

Quæ vero fuerit cauſa cur Carolus Andegauenſis male habuerit Beneuentanã ciuitatem, eam adferunt communiter ſcriptores, quod Beneuentani receperint Manfredum Regem excommunicatum; verùm quod præter Caroli voluntatem hoc euenerit, ſed militari furori ſit calamitas illa adſcribenda, mihi ſuadet monumentum quoddam exiſtens in Monaſterio Sancti Petri Monialium quod hic tranſcribere libuit;

Anno 1256. de menſe Martio cum Carolus Rex Manfredi Regis victoria potitus eſſet prope Beneuentum ad Salices, Manfredique cadauer ſepultum ſecus Calorit fluuium ad Pontem, Caroli exercitus victoria ebrius ſæuiter Beneuentum eſt depopulatus, nec ſenibus, nec pueris, nec Sacerdotibus pepercit, ita tota ciuitas etſi Regi Carolo colla ſubmittebat, minime veniam impetrabat, domus multæ funditùs dirutę ſunt, ciuitatis mœnia ſolo ęquata, virgines violabantur publicè; immacula-

eulatum remanſit ſolum ſancti Petri Moniale Cœnobium à pluribus militibus nobilibus pietate motis acriter ſtrenuiterque intus defendentibus inter quos clariora nomina extãt Aloiſij Capicij, Iulij Scontradi, Antonij Tocci, Caloginis Maſcambruni, Marci Pini. . . . Geſualdi, Simonis Tuſi, & aliorum quorum fide, & ſtrenuitate motus Carolus Rex interdixit ſuis, & Gallis, & Germanis ne in Monaſterium irruerent, imo illos milites ad ſe Regia fide vocauit, & ciuitatem licet inuoluntariè labefactatam reſarciri, regi, defendi ab ijſdem iuſſit, & deinde eorum induſtria factum fuiſſe teſtor ego Marinus de Maurellis Notarius, & ciuis Beneuentanus, &c.

Hæc de clade Beneuentana. Verum quia incidit mentio præfati Monaſt. S. Petri Monialiũ olim Monachorum Ord. S. Benedicti nõ abs re exiſtimarim hic ſubnectere aliqua. Illud eſſe antiquiſſimũ clarè oſtendũt ſepulcra diuerſorum Principum ea in Eccleſia iacentiũ; quin & mulieres, ac fœminæ quamplurimæ ex Principum progenie eo in monaſterio caſtimoniam vouiſſe teſtantur epitaphia quæ mox ſubiungam ex ipſis lapidibus tranſcripta. Quod tamen hoc Monaſterium primitùs incoluerint Monachi D. Benedicti patet ex hoc epitaphio.

Corporis hunc tumulum mortali ſorte parauit
Vita fugax hominis ſolito . . . .
Gaudioſus Abbas Monachorum iure Sacerdos
Poſt longos vita ingentes, multoſque labores
Sanctorum Petri, Paulique in ęde locauit.
Quo mores fidei adſiſtunt ritè patroni,
Vt quem viuentem famulum tenuere fidelem,
Poſt clauſtra carnis faciant in ſorte vacare.

Aliud epitaphium verè Longobardicum.

Nobilis atque cluens magno de ſtegmate Cretę
Scauniperga latet marmore ſub ſolido hoc
Principis inſignis Giſulphi quæ fuit vxor,
Proles Mauſonis, & fuit iſta Ducis.
Menſibus ex totis Domino famulabat amanter
Atque ſuo toto pectore ſępe quidem.
Dulcis, mitis & prudens, ſimplexq; benigna,
Et patiens multum, atque iucunda nimis,
Bis deciesque duos poſtquam hęc expleuerat annos
Ex mundo ceſſit, iuit & ad Dominum.
Carmina tu lector cum forte perleges iſta
Da veniam dicito . . . .

Hæc Principiſſa obijt circa annum Domini 750. & ſuis ſumptibus fundauit monaſterium ſancti Petri in Caſſinate Monte, Leo Hoſtien. lib. 1. cap. 5.

Aliud epitaphium,

Hic ſita ſunt magna clariſſima membra Marię
Stemmate Landolphi Principis orta pij.
A modicis annis ſpernens hac gaudia mortis,
Pergens ad caulas Eccleſię niueas
Suſcepit velum ſacrum quo vicit iniquum,
Nam victrix donis vtitur athereis
Lactea conſpectu, ſed plus pulcherrima ſenſu,
Moribus Angelicis peruigil excubijs
Viſcera matris habens, animas, & corpora complens
Nunc alios verbis, nunc alioſq; cibis.
Terrigeras conchas ſubeunt, & ſplendida membra
Bis ſenis luſtris aſſociata polis.
Idibus octonis percurrens tempora carnis
Quas ſibi menſis obit Iunius ipſe gerit.
Chriſticola cuncti vos ſpernite gaudia mundi
Dum ſalit hac tellus dicite parce Deus.

Extant & alia epitaphia, aſt edacitate temporis fere omnino corroſa.

Cum itaque appareat in hoc Monaſterio tot Heroinas Deo inſeruijſſe, antiquitatem nedum, ſed & nobilitatem eius arguere quiſq; poteſt. Monaſterium fuit ſub protectione immediata Sedis Apoſtolicæ vſque ad Sixti IV. tempora qui eum ſubiecit ordinariæ iuriſdictioni Beneuentani Archiepiſcopi.

Quod vero ampliſſimam retroactis temporibus habuerit iuriſdictionem inde colligitur, quod ad hæc vſque tempora Abbatiſſa huius Monaſterij exercet iuriſdictionem temporalem in quibuſdam Caſtris, format proceſſus, condemnat, & Capitaneos creat. Verum ad Capuferrum redeamus.

Capoferrus vero anno 1276. pluribus iteratiſque epiſtolis accerſiuit Petrum de Murone poſtmodum Cœleſtinum V. ſanctiſſimum Ord. Cœleſtinorum Patrem, eiq; curam demandauit reformandi Monaſteriũ ſanctæ Mariæ in Faiſulis Beneuentanæ Diœceſis, in quo idem Sanctus iampridem habitum ſuſceperat Monachalem. Vnum habeo tantum quod referam ex Biblioth. Beneuen. faſc. 12. bull. 130. permiſſionem ſcilicet quandam Petro Murroneo factam à noſtro Capuferro quæ eſt huiuſmodi.

* * *

Ca-

Capuferrus Dei gratia Archiepiſcopus Beneuentanus. A

Dilectiſſimo in Chriſto fratri Petro Abbati S. Mariæ de Faifulis, eiuſque ſucceſſoribus regulariter intrantibus in P.P.M.

Sedula Paſtoralis muneris cura nos admonet, vt circa ea quæ piorum locorum ſtabilitatem, & Religioſarum perſonarum quietem proſpicere dignoſcuntur nullis parcamus laboribus quominus ſeruientium Deo ſub ſuaui religionis iugo quieti conſulatur. Cum igitur Venerab. frater Petre Abbas ſuper quæſtionem quã de aquatione in vſum monaſterij tui, & fratrum tuorum noſtrum interpellaſti iudicium, vt vexationem quam ob id pateris ab Oeconomo Eccleſiæ S. Nicolai noſtra auctoritate redimeremus, tuis petitionibus benignè duximus annuendum, ſtatuentes vt tam irrigatio hortorum, quam paſcuorum tibi ad libitum permittatur, dummodo ea fiat alternatione, vt molendinum à ſuo non ceſſet opere, quod à bonis viris percepimus fieri poſſe alternatiuè hortis & paſcuis curſus relaxetur aquarum. Cenſentes hac noſtri priuilegij ſcriptione, vt tam ipſe Oeconomus, quam alij ei ſubſtituendi nullatenus deinceps quæſtionem tibi, vel tuis ſucceſſoribus ſuper hoc intentare præſumant. Sed vt dictum eſt omnia obſeruent, nec aliquam moleſtiam, aut impedimentum pro dicta hortorum, & paſcuorum irrigatione inferre audeant. Nulli itaque omnino hominum liceat hanc noſtræ conſtitutionis, vel conceſſionis paginam infringere, vel ei quoquomodo contraire, quod ſi quis auſu temerario hoc facere attemptauerit, indignationem Omnipotentis Dei, & B. Mariæ ſemper Virginis, & B. Bartholomæi Apoſtoli ſe nouerit incurſurum. Scriptum per manus Adalferij Clerici, & familiaris noſtri.

Datum in ſacratiſſimo Archiepiſcopio, anno Dominicæ Incar. 1278. Pontificatus vero Domini Nicolai Summi Pontificis, & Vniuerſalis Papæ III. 11. noſtri vero Archiepiſcopatus xx. . . . ª 8. Kal. Maij Ind. 6. D

vij.


SANCTA MARIA	SANCTVS BARTHOLOMÆVS
CAPVFER. DEI GRATIA	BENEVENTANVS ARCHIEPISCOPVS.

Circa vero.

Non veniat mihi pes ſuperbiæ, & manus peccatoris non moueat me.

† *Ego Capuferrus Beneuentanus Archiepiſcopus.*
† *Ego Bartholomæus Archidiac.*
† *Ego Romualdus Primicerius.*
† *Ego Simonolfus Sacerdos Beneuentanæ Eccleſiæ.*
† *Ego Barbatus Diaconus Beneuentanæ Eccleſiæ.*
† *Ego Mercurius Clericus Beneuent.*
† *Ego Regerius Sacerdos.*

Hunc noſtrum Capuferrum vixiſſe vſque ad annum 1280. teſtantur inſtrumenta Beneuentani Archiuij, quæ vltra illum annum non extenduntur, obijſſe vero menſe Decembri teſtatur Vipera ex inſcriptione ſepulturæ prædicti Capuſerri, quæ cum modo non extet, tam de anno, quam de menſe, & die, eius fidei me remitto. Defuncto Capuferro Capitulum Beneuentanum in partes diuiſum vna elegit in Archiepiſcopum Anibaldum de Alaba Archipresbyterũ Beneuentanum, alia M. Petrum Apoſtolicarum literarum correctorem; tertia Fratrem Iacobum de Aliſia Ord. Minorum; quarta, & ſanior pars Ioannem Monachum Caſſinenſem, qui poſt longum diſſidium, cæteris cedentibus confirmatus eſt Archiepiſcopus à Martino IV. vt mox dicemus.



17 IOANNES igitur huius nominis ſecundus cognomento de Caſtro-Cæli, Monachus ac Præpoſitus Monaſterij Caſſinenſis confirmatus eſt Archiepiſcopus Beneuẽtanus à Martino IV. an. 1282. & in Curia apud Vrbem-Veterem munus conſecrationis accepit ab Epiſcopo Card. Tuſculano, vt teſtantur literæ ad eundem ſcriptæ à Martino, ſub Dat. Vrbeueteri 11. Kal. Iulij pontif. 2. quæ extant in Vat. Reg. num. 45. fol. 56. Hic ille Ioannes eſt Cæleſtino V. in paucis charus, ac dilectus callidus & ſagax fuit, ac magnæ apud ipſum auctoritatis, à quo primum Vicecancellarius S. R. E. declaratus eſt, vt ſcribit Iacobus Scaphaneeus Cardin. Diaconus in vita Cæleſtini lib. 3. cap. 3.

Ecce manens Aquila; nondum veniente ſenatu,
Officijs varijs præfecit Murro nonnullos

Ap-

Apprutios, Laicumque * *ſibi, non more vetuſto,*
Aſſumpſit ſcribam, de erat fiducia Cleri,
Samnitum Pater, * *forſan, cui plurima culpa,*
Aſcribi poterit, Vicecancellarius almo
En datur, at fraudis vicina pericula purus
Quis caueat? lethale malum cui dogmate ſacra
Tam legis, quod ſcita Patrum nouiſſet, & idem
Haud radiat lucere datus, egliqne Ioannem
De Caſtro dixere virum, terrena calentem.

* Bartholomæum de Capua. Archiepiſcopus.

Factus itaque Vicecancellarius Ioannes Aquilæ conſecrauit in Epiſcopum Oſtienſem Hugonem Aluernum Cardinalem, in prædefuncti Latini Vrſini locum, qui Cæleſtinum Epiſcopum inaugurauit, vt idem Stephaneſchus innuit cap. 5. lib. 3. Pauloque poſt cum obijſſet Petrus de Aquila, vel de familia Aquilana, vt alij volunt, à Cæleſtino creatus Presbyter Card. Ioannes inuitato Ordine poſt cœnam ab eodem vocatus eſt ad purpuram, maxima ſacri Collegij indignatione, Ioannes purpuræ dignitati liberè nuntium remiſit, atque poſt paucos dies, iterum publico in Conſiſtorio denuo creatus eſt Presbyter Cardinalis tituli ſancti Vitalis. Facti ſeriem narrat idem Scaphaneſchus, qui adfuit lib. 3. cap. 11. *De ineptis promotionibus quas fecit,* Cæleſtinus, *& ſpecialiter de Archiepiſcopo Beneuentano, quem fecit Presbyterum Cardinalem.*

O quam multiplices indocta potentia formas
Edidit! indulgens, donans, facienſque receſſit,
Atque vacaturas concedens, atque vacantes,
Aſſumens precibus nonnullum ad culmina ſedum
Pontificum, varioſq; gradus, abſente ſenatu;
Siue via, ſeu forte morans. Exire paratus
Vrbem Aquilam, Samnita Pater, quia doctior ille
Diſſimulare ſciens, confert erroribus vnum
Dictu præcipuum. Nam * *cum mors atra ſepultum*
Alterutrum Procerum, Paſtoris dogma profeſſum
Acciperet, Monachi dimiſſis veſtibus atri.
Præſulis induitur, habitum pertingere ſperans
Inrubrare caput, ſerpens ne oblita veneni eſt?
Sic ſuadent, medijq; manent, quibus ille tenetur
Strictus amore graui; quod quamuis longius eſſent
Diſperſi Proceres, nollentq; videre ſodalem.
Hunc ſibi præſentes hyemis cum tempora ſacra
Quattuor ingruerent, cœnam poſt, ordine Præſul.
Presbyter efficitur Cardo, rubrante galero;
Ceruicem, infra ſepta domus deſumptus ab illo.
Nubila nec deerant, pluuias reſolutus habebat
Imber, & intonuit Cælum, graue murmur eodem
Tempore, cum veniunt acciti adſcire volentes
Hunc Patribus, ſeu forte velint, ſeu forte recuſant,
Namque ſequebantur plures ex ordine Papam
Qui faciunt mandata Patris, volitumq; ſequuntur.
Non ſic applaudunt facto, nec vota ſecundant
Cardine ſublimes, qui iam aduentare priores
Parthenopem, ſed corde ſtupent, & turbida mittunt
Verba Duci, legantq; duos, qui & Cardine præſunt,
Atque negant talem ſic factum ſidere ſecum
Ocius erratum rogitantq; vt corrigat heros

* Statim namque poſt præ-

* mortuum ſuum ad Cardinalatum promouit ſuus frater Petrus qui erat de Ord. Papæ Cæleſtini.

Flexilis, & cœtum nec perturbare
ſerenus.
Poſcenus, en fortis reddit patientia
magnum
Pontificem, dum facta velit timore
quietus.
Cum iam multa forent varijs ſer-
monibus acta,
Et ſpes Presbyteri pectus ſtimula-
ret anheli;
Tandem contritio facta eſt concor-
dia fratrum,
Hancq; modum: quod ceſſit herus
portare galerum
Cardinis, & iuri pridem adſtanti-
bus illis
Quæſito ſit ſacra Ducum confeſſio
iuxta
Pontificem . . . . ſenis diſcuſſio
quondam
Seruatur pro parte aliqua, nam
tempora deſunt
Talibus Omnipotens, cur nam ſic
protinus omnes
Sic properant reuocare virum, con-
corditer inquam?
Quem cantum ſubſtare putem? ne
dixero totum
Sed timor vrgebat, tacitè ſpes ab-
dita cœtum
Impulit, vt renuens iterum reſide-
ret in ampla
Sede Patrum, nec laudo Ducem his,
nec laudo ſedentem
Principio, ſed pauca lues, & par-
uulus erro:
Creſcit, in augumentum: patet hoc
errore viarum
Quid prodeſt productus honor? quid
concita ſacli
Gloria? dum moreris, neq; luſtras
menſibus annum
Sed tamen ipſa docent nos peruia
temnere faſtus.

Cæterum Ioannes paucis menſibus à ſua promotione vitam protraxit. Beneuenti

A mortuus eſt, die 21. Feb. 1295. Anno primo Bonifacij VIII. vt in lib. emortuali Beneuẽtanæ Eccleſiæ. & ex literis electionis alterius Ioannis ſucceſſoris habetur. Quibus Ioannes Card. Beneuentanus bonæ memoriæ notatur, Poſt hunc Cardinalem Ioannem Vipera reponit inter Archiepiſcopos Beneuentanos Petrum Cardinalem Aquilanũ Cęleſtini diſcipulum: hallucinatur tamen, cum Petrus iſte, nõ dũ mente elapſo à ſua promotione obierit die 9. Octob. 1294. adhuc Cæleſtino ſedente, vt teſtatur Cæleſtinus Falera in hiſt. Cæleſtinorum, at ſcribuit Cardin. Stephaneſchus in ſupra relatis carminibus.

B

Nam cum mors atra ſepultum
Alterutrum Procerum, Paſtorum dogma
profeſſus
Acciperet, &c.

Nam Cęleſtinus in Petri locum Ioannem iam diu Beneuentanum Archipræſulem Cardinalem creauit. Ioannes autem eodem anno 1295. vt creditur, ob grati animi propenſionem, ac deuotionem quam Cæleſtino Pontifici geſſerat, Monachis Cæleſtinis Beneuenti Eccleſiam S. Catharinæ ad ædificandum apud ipſam Monaſterium dono dedit, atq; vt voluit dotauit. Verum cum eodem anno vitam vniuerſæ carnis ingreſſus fuiſ-
C ſet, vir nobilis quidam Goffredus de Seabellis Monaſteriũ iam inchoatum abſoluit, ac redditibus pro alẽdis Monachis, locupletauit, ſed anno 1358. Monaſterium ipſum igne conſumptum, à fundamentis exædificatur. Hoc infortunio ſenſit etiam anno 1514. vna cum Clauſtro, reliquiſq; circumadiacentibus ædificijs quibus circumdabatur, vna cum ipſa Eccleſia, quam deinde cum monaſterio Monachi reſtaurarunt. Antiquo tempore huius Monaſterij Prior ius habebat ſuffragij in multorum beneficiorũ collatione in Diœceſi Beneuentana, hac autem tempeſtate, excepto feudo S. Georgij, vix aliud obtinet. Ex hoc monaſterio nonnulli viri illuſtres prodierunt, Antonius de
D Geſualdo Epiſcopus Caſſanenſis. Marcus vulgo dictus *il Celeſtino de Beneuento* Mathematicorum Phœnix, excelluit in cæteris liberalibus artibus ad miraculum floruit anno 1550. Thomas de Beneuento, qui Ordinis ſui euaſit Generalis anno 1600. in Vrbe ob præclaras animi dotes notiſſimus. Nunc Prior huiuſce Monaſterij eſt non ſemel laudatus P. Cęleſtinus Guicciardinus, cuius ſtudio, diligentiaq; hic noſter qualiſcunq; conatus de Beneuentanis Pręſulibus exercuit.

✠

IOAN-



18 IOANNES ex familia Capuana, Epiſcopus Conſertenſis in Hybernia, defuncto Ioanne Card. tit. S. Vitalis, à Bonifacio VIII. tranſlatus eſt ad hanc Beneuentanam Eccleſiam 6. Non. Octobris anno 1295. Pontif. primo ex Reg. Vatic. Epiſt. 425. fol. 99. Pallium accepit à Matthæo Diac. Card. ſanctæ Mariæ in Porticu. Sedit Ioannes ad ann. vſque 1300. quo ad Capuanam Eccleſiam tranſlatus eſt 4. Non. Ianuarij. Ioannis huius cum laude meminit Iacobus Vvarzius Eques Auratus, De Hybernia, eiuſdemque antiquitatibus, in notis ad Epiſcopos Conſerentes. *Inter Eccleſiæ*, inquit, *huius benefactores recenſentur viri magni in primis nominis Ioannes quidem natione Italus, Clementis IV. Pontificis Nuncius in Hybernia Arbenaria in hac ſede (Clonfert e B. Maria) conſecratus die Dominico ante feſtum Natalis Domini 1266. vbi cum præfuiſſet annis ferè 30. ad Archiepiſcopatum* (Beneuentanum) *in Italia tranſlatus eſt. Ei ſucceſſit in ſede Conferten. Robertus Monachus Benedictinus Eccleſiæ Chriſti Cantuariæ, qui ab Henrico III. Rege Angliæ probatus eſt 24. Septembris 1296.* Hæc ille. electus Conſertenſis hic fuerat à Bonifacio VIII. 4. Non. Ianuarij ann. Pontif. 2. ſalutis 1296. ex litteris Reg. Vatic. num. 600. fol. 136.

19 ADENVLFVS ex Archiepiſcopo Capuano transfertur ad hanc Beneuētanam Eccleſiam à Bonifacio VIII. 4. Non. Ianuarij 1300. ex eodem Reg. Vatic. epiſt. 387. fol. 363. Sedit plus minus annis duobus, ac liberè reſignauit.

20 Fratrem IACOBVM Ord. Eremitarum S. Auguſtini clariſſ. ſui ſæculi Theologum, ac verbi Dei declamatorē eximium ad hanc ſedem prouexit Bonifacius VIII. an. 1302. 3. Non. Septembris Pontif. 8. ex eodem Reg. Vatic. epiſt. 227. fol. 250. conſecratus eſt Iacobus à Theodorico Epiſcopo Card. ciuitatis Papalis, aliàs Prænestinæ, tranſlatus deinde eſt ad Neapolitanam Eccleſiam anno 1302. ab Incarnatione, à Natiuitate 1303. 2. Id. Decemb.



21 MONALDVS de Monaldeſchis Vrbeuetanus Ord. Min. antea Epiſcopus Suaneuſis, transfertur ad hanc Sedem 16. Kal. Feb. anno 1303. à Natiuit. ex Reg. Vatic. epiſt. 418. fol. 260. Pontif. Bonifacij anno 9. Pallium ei datum fuit per Matthæum S. Mariæ in Porticu, Neapolionem ſancti Adriani, Iacobum S. Georgij, Franciſcum ſanctæ Mariæ in Coſmedin, Guillelmum S. Nicolai in Carcere Tulliano, Ricchardum ſancti Euſtachij, & Lucam S. Mariæ in Via lata Diac. Cardinalibus. Confirmauit Monaldus die 29. Nouemb. 1331. conſtitutiones Collegiatæ Eccleſiæ S. Spiritus, & cum ſediſſet laudabili fama virtutum annis plus minus 29. vltimum vitæ diem clauſit in partibus Tuſciæ circa an. Domini 1333. vt habetur in epiſt. confirmationis ſucceſſoris Reg. Vatic.

22 Fr. ARNALDVS de Bruſacco nobilis Gallus Ord. Minorum tunc Abbas ſanctæ Sophiæ de Beneuento, ſucceſſit Monaldo anno 1333. promiſſit ſolitum ſubſidium ſe daturum ſacro Collegio die vltima Maij. ex lib. obligat. Præl. In Baſilica ſancti Bartholomæi Apoſtoli locum decentiſſimum præparauit, vbi corpus eiuſdem Apoſtoli transferre cupiens, à Benedicto Papa XII. per ſupplicem libellum licentiam exorauit, quam Pontifex per ſuum diploma conceſſit in hæc verba; Exemplar dedit Maſcambrunus Epiſcopus Scotienſis, & nos ab ipſo exhibemus.

BENEDICTVS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei.

Venerabili fratri Arnaldo Archiepiſcopo Beneuentano ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

QUoniam ſuſcepta de manu Domini ſupernæ benedictionis palma in perennitate conſiſtunt laudes, & gloriæ ſanctorum qui deuoto metuendi ſunt animo, & omniū veneratione colendi, vt ipſi apud diuinam clementiam, cuius viſione fruuntur, tanto promptius intercedant pro peccatoribus, quanto eorum animus, & deuotiones ad laudandum in ſanctis ſuis Dominum per-

ſpexerint, & ad exercitium ſuorum bonorum magis aptos. Sanè fraternitatis tuæ petitio nobis nuper exhibita continebat, quod tu attentè conſiderans, quod corpus Beati Bartholomæi Apoſtoli quod olim ad tuam Beneuentanam Eccleſiam extitiſſe dicitur miraculosè translatum, in loco indecenti, & minus idoneo ipſi Eccleſiæ continuo conſeruatur, & propterea cupiens illud in loco honeſto, & honorabili collocari, zelo deuotionis accenſus in quadam ſpatioſa Capella Eccleſiæ prædictæ ſimiliter contigua, quam venerando ipſius Apoſtoli vocabulo inſignitã ciues Beneuentani iam dudum ab antiquis temporibus in honorẽ eiuſdem Apoſtoli conſtruxerunt, locum aptum deuotum, & idoneum feciſti conſtitui, ac etiam præparari, vbi corpus ipſius Apoſtoli, & nonnullorum aliorum ſanctorũ reliquiis, quæ ſimiliter in deſpectis locis, & minus decentibus conſeruantur, ad laudem diuini nominis; ac eiuſdem Apoſtoli, & totius Curiæ Cæleſtis honorem, deuotionemque fidelium, & animarum ſuarum ſalutis augmentum, cum reuerentia debita, & cõgrua ſolemnitate transferre deſideras, ac etiam collocare. Quare nobis humiliter ſupplicaſti, vt transferendi ad dictam Cappellam corpus eiuſdem Apoſtoli, & reliquias memoratas cum debitã reuerentia, & honore, illaque in dicto loco per te in dicta Capella præparato, vt prædicitur, collocandi licentiã concedere dignaremur: Nos igitur deuotionem, & propoſitum tuum in hac parte multipliciter in Domino conſiderantes, illam de tua ſinceritate gerentes fiduciam, quod ad Dei laudem, & gloriam dictorum Apoſtoli, & ſanctorum reuerentiam; & honorem, ac deuotionis, & conſolationis augumentum populi Catholici ſtudebis ſupradicta exequi, licentiam tibi concedimus poſtulatam; Vt autem fideles Chriſti, quos, ſicut nobis debito paſtoralis incumbit officij, acceptabiles reddere deſideramus Altiſſimo, eo libentius ad eorundem Apoſtoli, & ſanctorum reuerentiam inuitentur, quoque frequentius, & deuotius ad dictamCappellam ad implorandum ibi diuinam miſericordiam pro peccatis velut ad portum confluant ſalutarem, qua ſe potionis vbertate gratiæ ſentiant fœcundari; de Omnipotentis Dei Miſericordia,& Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum,eorum auctoritate confiſi, omnibus verè pœnitentibus, & confeſſis, qui Capellam ipſam in feſto præfati Apoſtoli deuotè viſitauerint vnum annum,& quadraginta dies de iniunctis pœnitentijs miſericorditer relaxamus. *Datum Auinioni 4. Idus Maij Pontificatus noſtri anno tertio.*

Hanc corporis B. Bartholomæi translationem poſt Benedicti cõceſſum diploma peractam fuiſſe probare nititur idem Anibal Maſcambrunus in ſua diſſertatione ex Arnaldi Archiepiſcopi publico documento, quod exſcripſit in hunc mo dum.

Arnaldus, Miſeratione Diuina, Archiepiſcopus Beneuentanus Vniuerſis Chriſti fidelibus præſentes literas inſpecturis, ſalutem in eo, qui eſt omnium vera ſalus.

Rex excelſus, & in maieſtate mirabilis, cuius ineffabilis altitudo prudentiæ recti, cenſura iudicij cæleſtia pariter, & terrena diſponit, etſi cunctos eius miniſtros magnificet, & cæleſtis efficiat beatitudinis poſſeſſores, illos tamen, vt dignis digna rependat potioribus attollit inſignibus dignitatum, & præmiorum vlteriori retributione proſequitur, quos digniores agnoſcit, & commendat ingentior excellentia meritorum, ſic & Alma Mater Eccleſia, eius que fideles, ſequendo eius ſancta veſtigia, & exemplo laudabili ducti, licet vniuerſos in regnis cæleſtibus conſtitutos ſtudijs honorare ſollicitis,& ſonoris efferre præconijs non deſiſtant, glorioſiſſimos tamen Chriſtianæ fidei Principes, Athletas Dei electos, iuſtos ſæculi Iudices, lumina vera mundi, videlicet Chriſti Redemptoris Apoſtolos numero duodeno contentos, qui viuentes in carne prædictam Eccleſiam ſuo pretioſo ſanguine plantauerunt, ipſam erigendo ſublimiter, & diſciplinis ſanctiſſimis dirigendo, laudibus perſonare præcipuis, & ſpecialibus honoribus diſpoſuerunt, & conſueuerunt, prout tenentur, ſpecialius venerari. In quorum conſortio, & numero glorioſus Bartholomæus Apoſtolus, cuius corpus ſanctiſſimum in hac Beneuentana ciuitate quieſcit, ſuis exigentibus meritis diuina diſpoſitione extitit aggregatus, & demũ poſt eius vitam ſanctiſſimam, & Angelicam, & recolendam paſſionem, ipſius lõgi curricula tẽporis in translatione ipſius pretioſi corporis miraculoſa à Lipari Beneuentum, tunc in eius iucundo introitu ad ciuitatem, eiuſdem Principes, Antiſtites, Clerus, & populus, & condecens tabernaculum ſibi conſtruere, in quo reconderetur corpus ipſius, & alias ſpirituales, & temporales ſubiectiones deuotas, & honorificentias permiſerunt. Et licet ad recipiendum, & collocandum condignè tam præcioſiſſimũ corpus, nec nos, nec Clerus, vel populus ciuitatis ipſius ſumus vel fuerimus ſufficientes, aut digni: ſtuduit tamen eadem ciuitas totis conatibus, diuina ſemper auxiliante Clementia, ſub vocabulo eiuſdem Apoſtoli erigere Baſilicam, ſeu tabernaculum vtcunque ſicut apparet, ſpatioſum, & pulchrum. Et quia corpus ipſius glorioſum extra tabernaculum ipſum poſt eius miraculoſam translationem prædictã in loco minus decente poſuit; tamen tunc, prout melius potuit, extitit collocatum, Nos ſollicitè, dignèque conſiderantes, & de-

debite perluſtrantes meditatione ad diuini nominis, eiuſdem Apoſtoli gloriam, & honorem, quantum nobis poſſibile fuit, in loco magis congruo, & electo, eiuſdem tabernaculi Capellam, quantum ſciuimus, & potuimus condecentem ordinauimus, pro eodem pretioſo corpore collocando, & recondendo in quadam capſa procurata, & excogitata diurius pro cauſa memoriali perenni, petita tamen, & obtenta prius licentia de tranſlatione, ſeu mutatione huiuſmodi facienda à ſanctiſsimo in Chriſto P. & D.D. Benedicto Diuina Prouidentia Papa XI. qui in huiuſmodi tranſlatione, ſeu feſto Apoſtoli ſupradicti deuotè venientibus ad eccleſiam ipſam, vnum annum, & quadraginta dies de Indulgentia, annis ſingulis gratioſè conceſsit per ſuas literas ſpeciales. Verum quia condecens eſt & æquum, vt tam ſanctiſsimi corpus Apoſtoli recondatur, & permaneat in loco ſacrato, tam ipſam baſilicam, ſeu tabernaculum, quam eandem Capellam, ſeu locum vbi corpus eiuſdem Apoſtoli recondi, & manere debet, quod hodierna die ſub teſtimonio Dominorum Epiſcoporum Beneuentanæ Prouinciæ, publicarum, & aliarum innumerabilium perſonarum inuentum eſt, & oſtenſum, cum reuerentia debita tranſtulimus, & recondimus de licentia Domini ſummi pontificis ſupradicti, prius pro dicti Apoſtoli reuerentia, & honore mandauimus, & fecimus cum ſolemnitate debita conſecrari: Et vt tantæ ſolemnitatis, tranſlationis videlicet Corporis eiuſdem Apoſtoli, & conſecrationis ipſius Baſilicæ, & præter quotidianam memoriã feſti eius, quam de ipſo generaliter faciunt eccleſiæ, & fideles, ſolemniter, & ſpecialiter annuatim memoria celebretur, & deuotæ turbæ fidelium, tam in die præſenti, quam alijs diebus [illegible] ad eandem Eccleſiã, & corpus eiuſdem Apoſtoli viſitandum affectuosè concurrant, & ad Chriſti ſeruitium inflammentur. Nos Chriſti fideles ad viſitandum tam pretioſum corpus, Capellam, & eccleſiam eiuſdem, donis volentes ſpiritualibus [illegible] & in futurum etiam animare: De omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli atque Bartholomæi meritis, ea autem confiſi omnibus Chriſti fidelibus, verè pœnitentibus, & confeſsis, qui huiuſmodi conſecrationi Eccleſiæ, & Capellæ factæ de noſtro mandato, ac præſentibus nobis, & tantis venerabilibus [illegible] Dominis Epiſcopis Beneuentanæ Prouinciæ, & ad hunc [illegible] conſenſum, & auctoritatem, ad indulgentiam, quam poterant concedentibus, & ipſa die eandem eccleſiam, & Cappellam deuotè curauerint viſitare, vnum annum, & quadraginta dies pro conſecratione eiuſdem eccleſiæ tantundem, prout melius poſſumus, pro eiuſdem Capellæ conſecratione dictã indulgentiam vnius anni, & quadraginta dierum conceſſam, vt ſupra dicitur, per Apoſtolicam Sedem ob reuerentiam eiuſdem Tranſlationis, & feſti, vltra alias indulgentias per Apoſtolicam Sedem, vel Legatos ipſius, aut Beneuentanos Antiſtites, vel Pontifices aliàs olim conceſſas, de iniunctis eis pœnitentijs miſericorditer in Domino relaxamus, & omnibus Chriſti fidelibus verè pœnitentibus, & confeſſis, qui anno quolibet in eodem die, & feſto Bartholomæi Apoſtoli, & qui in feſtiuitatibus ſolemnibus omnibus Domini Ieſu Chriſti, beatæ Mariæ Virginis Matris eius, Beatorum Apoſtolorum omnium, & præcipuè dicti Apoſtoli patroni noſtri, ſingulisque diebus Dominicis, Lunæ, & Veneris anni cuiuſlibet in futurum dictam eccleſiam beati Bartholomæi Apoſtoli, aut Capellam, in qua Venerabile corpus hodie eſt tranſlatum, deuotè curauerint viſitare, vltra alias indulgentias ſupradictas, tam per prædictum Dominum ſummum Pontificem ratione dictæ translationis, & feſti eiuſdem Apoſtoli, quã per nos, & alios Dominos Epiſcopos Beneuentanæ prouinciæ, vt à iure, ratione dictæ conſecrationis, ſeu conſecrationum conceſſas in die feſto quolibet prædictorũ quadraginta dies de iniunctis eis pœnitentijs miſericorditer in Domino relaxamus. In quorum teſtimonium, & certitudinem ſingulorum præſentes noſtras patentes exinde fieri mandauimus, & noſtri Sigilli appenſione muniri.

Datum Beneuenti die vigeſima quinta menſis Auguſti ſextæ Indictionis Anno Domini 1338. Pontificatus Prædicti ſummi Pontificis D.D. Benedicti Diuina Prouidentia Papæ Duodecimi anno 4.

Exceſſit Arnaldus ann. à Natiuitate Domini 1344. die 22. Ianuarij. In Emortuali Biblioth. Beneuent. memoratur Arnaldus in Epitaphio Guilelmi Bruſacco, & Bertrandus filius eius Arnaldi Nepos, quod extat Neap. in Eccleſia S. Laurentij,

Hic iacet nobilis, & egregius
vir Dominus Guillelmus de
Bruſacco miles regius, regina-
liſque Cabellanus, & familiaris,
qua eſt ſepultus Bertrandus
eius filius, nepos Venerabilis Pa-
tris, ac Domini fratris Arnaldi
Archiepiſcopi Beneuentani, qui
obijt anno MCCCXLVI. die
xxvij. Nouemb. 15. Indictione.

23 Fr. GVILLELMVS Archiepiſcopus Brudiſinus ex Ord. Minorum aſſumptus, tranſla-

tranſlatus eſt ad hanc Beneuentanam ſedem
5. Non. Maij 1344. Clementis VI. Pontiſ. 2.
ex Reg. Vatic. epiſt. 41. ſol. 66. quo idem
Clemens Archidiacono, & Capitulo confir-
mauit libertates, immunitateſque à Præ-
deceſſoribus Romanis Pontificibus ipſis, &
Beneuentanæ Eccleſiæ conceſſas, necnon &
libertates, & exemptiones ſæcularium exa-
ctionum à Regibus, & Principibus, & ab
alijs Chriſti fidelibus indultas. Sub datum
Aueniarni 17. Kal. Iunij Pontific. ſui 3. qui
fuit Chriſti 1344. & primus Archipræſula-
tus Guillelmi. Interea Guillelmus an. 1346.
ex ſui Capituli aſſenſu vniuit altari maiori
Capellæ Baſilicæ ſancti Bartholomæi Apo
ſtoli, nonnullas eccleſias, pro ſuſtentatio-
ne presbyterorum, ac ſeruientium eidem,
quam ſuam denominat Capellam, recen-
ſetque ibi tranſlatum glorioſiſſimum Apo-
ſtoli corpus, ex Bulla vnionis ſub Datum
Beneuenti die prima Aprilis Ind. 14. teſtes
fuerunt Filardus Baraballus de Gayeta Ca-
nonicus Caietanus, dicti Domini Archiepi-
ſcopi Vicarius, frater Andreas de Ciuitella
Ord. Minorum, ſocius eiuſdem Domini Ar-
chiepiſcopi, Andreas de Calabria, Petrellus
de Petra mala, & Bernardinus de Brayda
ſicuti ſerui, & familiares eiuſdem Domi-
ni Archiepiſcopi. Hoc eodem anno Guil-
lelmus defunctus eſt.

24 STEPHANVS Patriarcha Conſtan-
tinopolitanus per obitum Guillelmi creatus
eſt Beneuentanus Pontifex à Clemente VI.
ann. Pontif. 5. die 17. Nouemb. promiſit
ſolitum ſubſidium ex eodem lib. Hic anno
1349. ex conſenſu Capituli ſui nonnulla be-
neficia vniuit altari Maiori Capellæ S. Bar-
tholomæi Apoſtoli ex bulla ipſius Datum
Beneuenti 17. Iunij Ind. 2. Pontificatus Cle-
mentis VI. anno 7. teſtis inter alios fuit
Euſtatius Epiſcopus Frequentinus. Sequen-
ti anno die 15. Feb. Ind. 3. conſentiente
Capitulo Eccleſiam ipſam S. Bartholomæi
in Collegiatam erexit, & Capellanos eiuſ-
dem in Canonicos, & Capitulum vbi per-
petuò ſtabiliuit duodecim clericos diuinis
laudibus ſeruientes, vt in bulla eiuſdem
legitur, quæ extat in Tabulario Biblioth.
Beneuent. in hunc modum ſcripta.

In Dei nomine Amen.

*Nos Stephanus permiſſione diuina Archiepi-
ſcopus Beneuentanus,*

Notum facimus vniuerſis, atque teſta-
mur, quod matura & perpenſa medi-
tatione præhabita, & digeſta deliberatione
ſecura tum propter diuini cultus augmen-
tum, quem non diminui, ſed potius auge-
ri deſideramus, tum etiam propter nimiam
multitudinem euitandam, quæ ſolet fre-
A quenter ſcandala generare, Volentes, vt
tenemur, ſalua Eccleſiæ & Capellæ noſtræ
ſancti Bartholomæi de Beneuento, necnon
clericorum in ea deſeruientium, tam præ-
teritorum, quam futurorum prouidere,
harum ſcripturarum ſerie decernimus ibi-
dem numerum duodenarium clericorum
fore agendum & ponendum, & perpetuis
temporibus duraturum, in quo quidem nu-
mero comprehenduntur Prior, & Decanus,
qui pro tempore in Eccleſia ipſa fuerint,
cui nullus clericus adiungatur, neque po-
natur, niſi cum aliquem eorundem clerico-
rum & collegij prædictæ Eccleſiæ contige-
rit viam vniuerſæ carnis ingredi duntaxat.
Quibus conſideratis ac diligenti cura & ſtu-
B dio attentis, & penſatis, ad perpetuam rei
memoriam facimus, conſtituimus & ordi-
namus ſolempniter & in his ſcriptis, in præ-
dicta Eccleſia ſancti Bartholomæi Collegiū
Capitulum, ſeu conuentum duodecim Cle-
ricorum, quos volumus ex nunc habere ius
Collegij vel Capituli, ac omnia facere poſ-
ſe, quæ ad collegium & capitulum pleno
iure pertinere noſcuntur, Promittentes nul-
lo vnquam tempore per nos & ſucceſſores
noſtros contrauenire, ſed ſemper in omni
tempore grata, rata & firma habere præ-
miſſa omnia & ſingula, & quodlibet præmiſ-
ſorum, ac toto noſtro poſſe ab omni per-
ſona defendere, & protegere dictos Cleri-
C cos, & collegium, vt non valeat impugna-
ri, quin in prædicta Eccleſia ſit collegium
duodecim clericorum, ad quod collegium
in eadem Eccleſia creandum, faciendum,
ponendum & conſtituendum omni via, iu-
re, modo, & forma, quibus melius poſſu-
mus, & debemus admiſimus dompnum Io-
hannem de Tocco Priorem, Abbatem Ia-
cobum de Adrio Decanum, dompnum Am-
broſium de Villa-franca, dompnum Magnū
de zanno, dompnum Bartholomæum, domp-
num Meulum, dompnum Nicolaum Bul-
garum, dōpnum clericum de Monte Fuscu-
lo, dompnum Leonardum de Villa franca,
dompnum Iacobum de Tocco, dompnum
Paulum de Vrbe veteri ciues, & habitato-
D res Beneuenti, & dompnum Robertum de
Murrono Alarinen. Dioc. Quodque prædi-
cti Prior, Decanus, & clerici cum ipſis ſu-
perius nominatis, ac eorum ſucceſſores, do-
nec vixerint, maneant in Eccleſia prædicta
ſancti Bartholomæi Collegium Capitulum
facientes, & eadem Eccleſia ſit Collegiata,
ac omne ius collegiatæ Eccleſiæ habeat tam
in præſenti quàm in futuro de noſtra con-
ſcientia præſtamus aſſenſum & conſenſum
expreſſum irreuocabiliter, & irretractabi-
liter permanſurum. In quorum omnium
teſtimonium, ac omnium quorum intereſt,
vel intereſſe poterit, certitudinem & cau-
telam præſentes teſtimoniales litteras fieri
fecimus, & ſigilli conſueti noſtræ Archie-
piſcopalis Curiæ appenſione muniri.
Da-

*Datum & Actum Beneuenti in noſtro Ar-
chiepiſcopali Palatio anno Dom. 1350. die 5.
menſis Februarij 3. Indict. pontificatus ſan-
ctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri
Domini Clementis Papæ VI. ann. 8.*

Locus † ſigilli.

Fato ceſſiſſe Stephanum hoc ipſo anno
1350. dicunt.



25 PETRVS Pinus nobilis Beneuenta-
nus antea Fori Iulij in Gallia Epiſcopus,
inde Viterbienſis, mox Veronenſis, & Pe-
tragoricenſis fuit Præſul, ad hanc Beneuen-
tanam tranſlatus eſt eccleſiam ann. 1350.
13 Kalen. Decemb. ſolitum ſoluit ſubſidium
in lib. Solut. Hic anno 1352. conſtitutio-
nes edidit ſaluberrimas ſeruandas in ec-
cleſia Beneuentana, quæ adhuc extant in
Biblioth. Beneuen. Eo quoq; ſedente Inno-
centius VI. ad fauorem Clericorum & Ec-
cleſiæ Beneuentanæ ſequens iuſſit ſcribi di-
ploma, quod ad futuram rei memoriam Ni-
colaus Epiſcopus Montis-Marrani eiuſdem
Petri Vicarius in formam publicam redigi
præcepit anno 1355. exemplar extat in ea-
dem Biblioth. Beneuent. num. 101.

In nomine Domini, Amen.

Nouerint vniuerſi præſens inſtrumen-
tum publicum inſpecturi, quod in præ-
ſentia mei Notarij, & teſtium infraſcripto-
rum coram venerab. in Chriſto Patre Do-
mino Nicolao Dei gratia Epiſcopo Montis-
Marrani, Reuerendi in Chriſto Patris Do-
mini Petri permiſſione diuina Archiepiſco-
pi Beneuentani, Vicario Generali pro Tri-
bunali ſedente, & ad infraſcripta omnia &
ſingula ſuum decretum & auctoritatem
præſtante, & interponente, prouidus vir
Abbas Thomas de Ritia Archidiaconus Tur-
thibulen. dicti Dom. Archiepiſcopi procu-
rator, vt dixit, nobis exhibuit, & præſenta-

A uit quandam literam Domini Noſtri Papæ;
vt prima facie apparebat bullatam bulla
plumbea pendente in filo canapis more
Romanæ Curiæ, non vitiatam, non cancel-
latam, non in aliqua parte ipſius corporis
ſuſpectam, ſed omni prorſus vitio & errore
carentem. Petens dictus Abbas Archidiaco-
nus procuratorio nomine quo ſupra à dicto
Domino Vicario & nobis noſtrũ ſuper hoc
officium implorando, quatenus literam
ipſam ad futuram ipſius rei memoriam, &
omnium & ſingulorum, quorum intereſt,
vel intereſſe poterit in futurum cautelam
inſinuare, exemplare, authenticare, & in
formam publicam redigere deberemus cũ
ſuo nomine, quo ſupra diceret intereſſe li-
B teram ipſam habere totaliter exemplatam,
authorizatam, & inſinuatam, & in formam
publicam redactam, cuius Archidiaconi
peractis precibus iuſtis vtpote annuentes,
literam ipſam vidimus, & inſpeximus dili-
genter, & ipſam ad futuram ipſius memo-
riam, & dicti procuratoris petitionem, &
omnium, quorum intereſt, vel in futurum
poterit intereſſe cautelam exemplauimus,
inſinuauimus, authorizauimus, & in præſen-
tem formam publicam, ſeu præſens publi-
cum inſtrumentum redegimus, & redigi
fecimus per manus mei Notarij infraſcripti,
decreto, & auctoritate ad hoc interpoſitis
Domini Vicarij ſupradicti. Cuius tenor de
C verbo ad verbum per omnia talia eſt. *Inno-
centius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei.*
Ad perpetuam memoriam. Ad Apoſtolicæ
Sedis circumſpectam prouidentiam perti-
net, ſicut illata ſubiectis pro tempore gra-
uamina tollere, ſic opportunæ cautelæ ſuf-
fragio ante tempus occurrere inferendis,
& ſic dubiorum nodos, quæ plerumq; ma-
litia, vel craſſa ignorantia ſuſcitat, explica-
re, quod materiam iurgijs amputet, & quie-
tis remedia prouideat opportuna. Sanè ad
audientiam noſtram moleſta nobis inſinua-
tio fide digna perduxit, quod nonnulli
Nuntij Sedis Apoſtolicæ ad Regnum Sici-
liæ, ſeu Terram citra Fanum pro diuerſis
negotijs hactenus deſtinati, Archiepiſco-
D pos, qui fuerunt pro tempore, ac dilectos
filios Capitulum Beneuentanum, ac Clerum
ciuitatis, & diſtrictus, ſeu territorij Bene-
uentani ſoluendum, Nuntijs ipſis procura-
tiones pro redditibus eccleſiaſticis eorun-
dem, quæ in ciuitate, territorio, ſeu di-
ſtrictu prædictis obtinebant, indebitè com-
pulerunt, contra non ſoluentes excommu-
nicationis, & alias ſententias proferentes,
quamquam de ciuitate, ac territorio, & di-
ſtrictu prædictis literis commiſſionis eorum
nulla mentio haberetur. Cum autem ciui-
tas, territorium, & diſtrictus prædicta à
Regno, & terra prædictis dudum fuerint
ſeparata, illaque ſibi dudum Romana Ec-
cleſia, quæ in eiſdem Regno, & terra ſupe-
perius dominium obtinet, reſpectiuè de-
ma-

manium reſeruauerit, & reſeruet. Nos cupientes ſuper hoc de opportuno remedio prouidere, auctoritate Apoſtolica præſentiũ tenore decernimus, Archiepiſcopos, necnon Capitulum, & territorium prædictos ad procurationem aliquam pro quibuſcunq; prouentibus eorum Eccleſiaſticis, quæ ipſi in dictis ciuitate, ac territorio, ſeu diſtrictu limitato iam, vel inpoſterũ limitando nunc obtinent, vel in poſterum obtinebunt, quibuſcunq; Legatis, vel Nuntijs dictæ Sedis, ad Regnum, ſeu terram prædictam de cætero . . . ſoluendum vel contribuendum, & illa niſi de ciuitate ac territorio, ſeu diſtrictu prædictis literis miſſionis, eorũ ſpecialis & expreſſa mentio habeatur, aliquatenus non teneri, ac decimas, ſeu pœnas, quas propter hoc extra dictos Archiepiſcopum, Capitulum & Clerum perferri contigerit, irritas . . . & inanes Necnon ciuitatem & diſtrictum, ſeu territorium prædicta interdicen. aut Regnum, & terram ipſa quomodolibet, ſubiecta ſunt, aut ſubijcientur in poſterum non ſubeſſe, & Archiepiſcopum, necnon Capitulum & Clerũ prædictos ad obſeruantiam interdicti huiuſmodi, & ceſſus, ſi quem in Regno & terra prędictis poni contigerit, non arctari. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginam noſtræ conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Auenione 6. Id. Februarij, pontificatus noſtri anno tertio. Quamquidem literam ſic publicatam, inſinuatam, & exemplatam extitit per me Notariũ infra ſcriptum Domini Vicarij ſupradicti decreto, & auctoritate interpoſita prout ſupra. Acta ſunt hæc Beneuenti anno Dom. 1355. die 3. menſis Maij, 8. Indict. pontificatus ſupradicti Dom. Innocentij diuina prouidentia Papæ VI. anno tertio, præſentibus diſcretis viris Dopno Rahone de Ricia, Antonio de Leone de Beneuento, Rogerio de ſancto Petro de Salcito, Angelo de Fonte-Cicco de Mõte-Marrano, magiſtro Cicco de Gualterio, Antonio Cardillo de Capraria habitatoribus Beneuenti teſtibus ad prędictã vocatis ſpecialiter & rogatis.

Et ego Martinus de Campo de Petra Clericus Beneuentanæ Diœceſis publicus Imperiali auctoritate Notarius, ac Notarius & ſcriba dicti Domini Archiepiſcopi Beneuentani prædictæ literæ præſentationi vna cum ſupradictis teſtibus particulariter interfui, & vidi, & ipſam literam ad futuram eius memoriam, & dicti Archidiaconi procuratoris procuratorio nomine quo ſupra petitionẽ pariter & cautelam exemplaui, autenticaui, inſinuaui, & in hanc publicam formam ſeu publicũ inſtrumentum redegi de verbo ad verbum, nil de ea minuto, addito vel mutato; niſi forte pũnctum, literam, vel ſyllabam obmiſſam, vel additum per errorem, non tamen quod ipſius ſubſtantiam mutet, vel variet intellectum.

Decreto, & auctoritate, & mandato dicti Dom. Vicarij hic me ſubſcripſi, ipſumque inſtrumentum meo ſolito ſigno ſignaui.

Loco † ſigni.

Sedjt Petrus plus minus annis decem, vitam liquit ann. 1360.

26 Fr. GVILLELMVM quendam Archiepiſcopum Beneuentanum in actis Conſiſtorialibus, ſeu lib. Prouiſ. Prælatorum defunctum legimus an. 1363. crediderim electum fuiſſe poſt obitum Petri anno 1360. cui ſucceſſit frater Hugo, qui ſequitur, nec quicquam aliud de Guillelmo aſſequi potuimus; fortaſſis breuis Pontifex fuit, nec Beneuentum vidit, vel ad aliam Eccleſiam translatus eſt.

27 Fr. HVGO de Bruxeo Ordin. Prædicatorum per obitum Guillelmi electus eſt Archiepiſcopus Beneuentanus die 28. Martij 1363. ann. pontiſ. Vrbani V. primo. Ita habet citatus liber prouiſ. prælatorum eiuſdem pontificis. Eo conſentiente per publicũ inſtrumentum ſtatutus eſt numerus triginta Canonicorum in Metropolitana eccleſia anno 1364. die 22. menſis Aprilis Indict. 2. Inſtrumẽtum roboratur plumbea bulla, vbi legitur Fr. Hugo Archiep. Beneuent. Eccl. ibi ſpectatur effigies eiuſdem Vgonis, in altera parte Claues duæ in modum crucis inter ſe cohærentes. Sub eodem Vrbano Hugo fato conceſſit anno 1365.

28 HVGO Ripti ex Rectore Eccleſiæ Parochialis ſancti Petri Rutenenſis Diœceſis ad hanc Beneuentanam ſedem aſcendit 13. Kalen. Decemb. 1365. Vrban. V. pontiſ. 4. alteri Hugoni ſucceſſit; ita in citato lib. prouiſionum prælatorum ſcriptum inueni. Hic ſynodum prouincialem auctoritate Gregorij XI. anno 1370. die 17. Aprilis celebrauit, in qua nouem Epiſcopi ſuffraganei interfuerunt, vt idem aſſerit Vipera. Sed annus præſulatus Hugonis fortaſſis ex incuria librarij pro alio veriori appoſitus eſt. Eodemque anno cum voluntate Canonicorum Beneuentanæ eccleſiæ, vniuit, atq; perpetuò donauit bibliothecæ Beneuentanę parochialem eccleſiam ſanctæ Mariæ ad Carſangianum Montis-Fuſculi; pro qua re ſequens diploma edi iuſſit, quod habetur in eadem Biblioth. nu. 16.

✠

Hugo

Hugo Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Archiepiſcopus Beneuentanus, ad æternam rei memoriam.

Vniuerſis præſentis publici inſtrumenti ſeriem inſpecturis ſalutem in Domino ſempiternam.

EA ſunt digno concedenda fauore, quæ iuſtitiam ſapiunt, & ex cauſa licita poſtulantur, iuxta quod teſtatur Gregorius; Petentium deſideria, ſi nihil eſt, quod petentem impediat, impleantur. Sanè dilectus in Chriſto filius Dominus Iohannes Panacclonus Canoniſta, Bibliothecarius noſtræ maioris Eccleſiæ Beneuentanæ, noſterque in ſpiritualibus Vicarius Generalis ſua nobis humili ſupplicatione monſtrauit, quod fructus, redditus, & prouentus Bibliothecæ dictæ noſtræ eccleſiæ erant adeo modici, tenues, & exiles, quod ex ipſis onera pro tempore incumbentia ipſe, ac Bibliotheca prædicta non poterant commodè ſupportare, propter quod vt ad vnionem infraſcriptam procedere dignaremur, benigno ſibi compatientes affectu nobis exc-atione humili ſupplicauit. Nos igitur Hugo Archiepiſcopus ſupradictus, habita informatione plenaria de paupertate dictæ Bibliothecæ, ac exilitate fructuum, iuriũ, & redditnum eius, præcedenteq; tractatu, & deliberatione plenaria ſuper iis inter nos, & venerab. viros Dominum Iohannem de S. Maximo Archidiaconum Beneuentanum, Abbatem Ægidium Archipresbyterum, Abbatem Iohannem de Tura primicerium maiorem, Abbatem Iohanuem Elenei primicerium minorem ſecundum Bibliothecarium, Abbatem Iulianum, Abbatem Dominicum, Abbatem Paulum, Abbatem Antonium, Abbatem Vrſillum, Abbatem Iohannem de Montella, Abbatem Iohannem de Vulturaria, Abbatem Perrinum, Dominum Michaelem, Abbatem Nicolaum Faconium, Abbatem Mrlottam, Abbatem Iohannem Pipinum, Abbatem Nicolaum de Ebula, Abbatem Nicolaum Viti, Abbatem Hermolaum, & Abbatem Perrillum de Alimanis Canonicos noſtræ maioris Beneuentanę Eccleſiæ, ad ſonum campanæ, quæ Scairana vulgariter nuncupatur, in Capitulo eiuſdem noſtræ Eccleſiæ more, & loco ſolitis congregatos facientes totum Capitulum, ſeu maiorem, & ſaniorem partem dictæ eccleſiæ noſtræ Beneuentanæ. Volentes ipſius Bibliothecæ inopiam releuare, ac contemplatione ipſius Domi. Iohannis Panaccloni cum voluntate, auctoritate, & conſenſu prędictorum Canonicorum, & Capituli ſupradicti expreſſè conſentientium noſtra bona, pura, mera, ſpontanea, & gratuita voluntate, habito ſuper hoc tractatu, & deliberatione ſolempni, præmiſſis ex cauſis præ-

A dictis, & aliis mouentibus animum noſtrũ vnimus, annectimus, applicamus, damus & perpetuò concedimus, atque donamus Irreuocabiliter omni via, iure, cauſa, & modo, quibus melius de iure poſſumus, & valemus dictę Bibliothecæ noſtræ maioris Beneuẽtanæ Eccleſiæ, Parochialem Eccleſiam ſanctæ Mariæ ad Carſangianum pertinentiarum Montis-Fuſculi noſtræ Beneuentanę Diœc. vacantem ad præſens per liberam, & ſpontaneam renũciationem de ipſa factam extrema die in noſtris manibus, & per nos pariter acceptatam per prouidum virum Dompnum Angelum de Butticella presbyterum maioris Eccleſiæ ſancti Bartholomęi de Beneuento procuratorem prouidi viri

B Dompni Andreæ magiſtri Roberti, vltimi, & immediati Rectoris ipſius Eccleſiæ ſanctę Mariæ ad ipſam renunciationem fiendam ſpecialem poteſtatem habentem, prout nobis tunc conſtitit euidenter, ac Parochialem eccleſiam ſancti Michaelis de porta rectoris de Beneuento, cuius Rector ad præſens exiſtit Dompnus Iohannes Marzacela cum ipſarum Eccleſiarum iuribus, fructibus, redditibus & prouentibus, & obuentionibus vniuerſis, ita tamen quod Bibliothecarius, qui fuerit pro tempore in dicta noſtra Beneuentana Eccleſia onera conſueta in dicta noſtra Eccleſia ſubire teneatur, iuxta morem & conſuetudinem ab aliis Bibliothecariis dict. Eccleſiæ noſtræ hactenus

C obſeruatũ. Inueſtientes per noſtrum annulũ præfatum Bibliothecarium præſentem, & acceptantem de ipſis Eccleſiis quantum de iure poſſumus nomine, & pro parte Bibliothecæ prædictæ. Concedentes ſibi, quod nomine & pro parte dictæ Biblioth. per ſe, vel alium poſſit recipere poſſeſſionem, & tenutam dictæ Eccleſiæ ſanctæ Mariæ pariter & tenere, ac fructuum, iurium, & redditnum ipſius. Viuente autem & exiſtente Rectore præfato Dompno Iohanne dictæ Eccleſiæ ſancti Michaelis, nullam eidem per dictum Bibliothecarium ſuper ipſa Eccleſia iuribus, & redditibus eius moleſtiam inferri volumus. Cum autem ipſam eccleſiam

D ſancti Michaelis quouis modo vacare contigerit, ex nunc, prout ex tunc Bibliothecario Beneuentano, qui tunc pro tempore fuerit, tenore præſentium plenariam concedimus poteſtatem auctoritate propria capiendi & retinendi poſſeſſionem, & tenutam ipſius eccleſiæ ſancti Michaelis, iurium, redditnum, & poſſeſſionum eiuſdem. Mandantes omnibus, & ſingulis laboratoribus, colonis, cenſuariis, & debitoribus Eccleſiarum ipſarum ſanctæ Mariæ, & ſancti Micharlis, vt eidem Bibliothecæ reſpondeant integraliter de fructibus earundem quantum de iure erit. Promittentes nos Hugo Archiepiſcopus ſupradictus cum conſenſu, & voluntate quorum ſupra, præfato Domino Iohanni Bibliothecario præſenti, & præmiſſa

miſſa, ac omnia infraſcripta ſtipulanti pro ſe, ac nomine, & pro parte ipſius Bibliothecæ prædictam vnionem, annexionem, applicationem, dationem, perpetuamq; conceſſionem, atque donationem, vt præmittitur, factas, ratas ac gratas, acceptas, & firmas omni tempore, & inuiolabiliter obſeruare, & contra eas, vel aliquam earundem non facere, vel venire, nos, & ſucceſſores noſtros ad id ſpecialiter obligantes. Vnde ad futuram memoriam, & dictæ Bibliothecæ, ac omnium, quorum intereſt, vel intereſſe poterit in futurum certitudinem & cautelam præſens inſtrumentum noſtro põtificali ſigillo munitum ſcribi, & fieri fecimus per infraſcriptum Notariũ publicum per nos, & dictum bibliothecarium requiſitum. Acta fuerunt hæc Beneuenti intus Eccleſiam Cathedralem Beneuentanam in loco vbi Capitulum celebrari conſueuit, anno à Natiuitate Domini milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo primo, die viceſimo tertio menſis Octobris, decimæ Indictionis, pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri Gregorij diuina prouidentia Papæ XI, anno primo, coram diſcretis viris Dompno Richardo de Modeſto Dompno Angelo de Botticella, Dompno Martino de Monte-Fluſclo, Dompno Leonardo Galiete, Petrillo de Hebrotto Clericis, ciuibus, & habitatoribus Beneuentanis teſtibus ad præmiſſa vocatis pariter, & rogatis.

Et me himerico de Bisbalis Clerico Butherien. diœc. publico Apoſtolica auctoritate Notario, ac ſcriba Actorum Curiæ Archiepiſcopalis Beneuentanæ, qui præmiſſis vnioni, donationi, annexioni, conceſſioni, dationi Eccleſiarum ipſarum, Archidiaconi, & Canonicorum ipſorum conſenſui, aſſenſui, & voluntati in præmiſſis præſtitis inueſtituræ, conceſſioni, acceptationi, ſtipulationi, ac omnibus & ſingulis ſupradictis, & quibuſlibet eorundem actuum præmiſſorum, dum agerentur, fierent, & celebrarentur, vt ſupra per præfatos Dominum Archiepiſcopum, Canonicos & Bibliothecarium præfatum vna cum ſupradictis teſtibus præſens interſui rogatus, & requiſitus, eaque notaui, & in publicam formam redegi, publicaui & ſcripſi propria manu vna cum appenſione pontificalis ſigilli Domini Archiepiſcopi ſupradicti, meoq; ſigno conſueto ſignaui. In fidem &c.

Loco † ſigni.

Loco † ſigilli.

Anno vero 1373. die 6. Iulij Indict. 12. inquit Vipera, *Archiepiſcopus noſter Hugo perpetuo vniuit Primiceratο maiori Eccleſia Beneuentana Parochialem Eccleſiam S. Petri per bullas ſuas ſub Datum Beneuenti exiſtentes in Bibliotheca Beneuentana in regiſtro Bullarum pag. 92. Anno 1378. Vrban. VI. vniuit Collegiata Eccleſia ſancti Bartholomæi Apoſtoli nonnullas Eccleſias, vt per ſuas bullas vnionis, quæ in Archiuio eiuſdem Eccleſia ſeruantur: & de eodem Archiepiſcopo habetur memoria in Bibliotheca Beneuentana in faſciculo Bullarum 2. num. 106. lit. L. Qui Archiepiſcopus dedit Canonicis ſua Cathedralis habitum hyemalem, qui vulgo dicebatur* lo Scappezzone, *eratque nigri coloris cum magno caputio, & longa cauda, & ſupra illum patientiam lineam albi coloris vulgariter dictam* lo Sericotto, *quo habitu vſi ſunt Canonici, vſque ad annum 1607. Præſulatus Cardinalis Arigonij felicis memoria. Eodem ſupradicto anno 1379. ſunt litera eiuſdem Vrbani ad Reginam Ioannam, cui præcipit, & mandat, vt diſtinctionem confinium ciuitatis, & Comitatus Beneuenti per Clementem Papam VI. factam executioni debita demandari faciat. Sub datum Auinioni 3. Id. Maij pontificatus ſui anno primo, quarum copia penes eundem Fabritium ſeruatur.* Sed erratum in nomine Vrbani VI. qui nunquam Auenionem vidit, melius dixiſſet Vipera, Clementis VII. Pſeudo-Pontificis, qui Auenioni Curiam tenebat ab hoc anno ad mortem vſque. Demum habet Vipera; Anno 1383. obijt Archiepiſcopus noſter Hugo, vt ex Bibliotheca Beneuentana in Regeſtis Bullarum pag. 61. Hic porro Hugo Vrbani VI. partes ſecutus, à quibuſdam Beneuentanis ciuibus captus, traditusque in poteſtatem Ioannæ Primæ Reginæ Pſeudo-Pontificis Clementis partes ſectante, carceres, & exilium aliquando ſuſtinuit, vt in proceſſu iuſſu eiuſdem Vrbani contra fautores Clementis factum legitur. Tandem in ſuæ Eccleſiæ reſtitutus Carolo III. Rege, ibidem diem ſuum clauſit extremum.

29 FRANCISCVS, vt mihi videtur natione Gallus, in ciuili, canonicove iure doctiſſimus ſucceſſit Hugoni ad hanc dignitatem vocatus ab Vrbano VI. anno 1383. nec multo poſt ab eodem Pontifice ad Eccleſiam Burdegalenſem in Gallia tranſlatus eſt 7. Kalend. Septemb. eiuſdem anni, ibidem finem vitæ fecit circa annum 1389. ſucceſſoremque habuit in Burdegalenſi Eccleſia Franciſcum Huguccionum, natione Italum, patria Vrbinatem Epiſcopum Fauentinum, qui ab Innocentio VII. abſens in Aquitania paſcendo gregi ſuo intentus, purpuræ honorem promeruit renunciatus Cardinalis tituli ſanctorum Quatuor Coronatorum 1405. pridie Idus Iunij, quamobrem Franciſcus Huguccionus, vel Aguzonus Cardin. nunquam Beneuentanus fuit Archiepiſcopus, vt aliquando decepti à Mario Vipera ſcripſimus in ſerie Fauentinorum Præſulum tom. 2. pag. 524. num. 39. quæ corrigenda eſt. De Franciſco autem, qui fuit Beneuentanus archipræſul, deinde euaſit Burde-

Begalenſis, vt diximus, vide notitiam vtriuſque Vaſconiæ, ac doctiſſimos gemellos fratres Sammarthanos tom. 1. Galliæ Chriſtianæ.

30 NICOLAVS Zanaſius Cremonenſis olim Epiſcopus Brixienſis ab Vrbano VI. renunciatus eſt Archiepiſcopus Beneuentanus anno 1384. hoc quippe anno 15. Kal. Februarij in lib. de diuerſis formis pag. 298. ſub eodem Pontifice memoratur electus Beneuentanus. Sequenti anno translatus eſt ad Neapolitanam Eccleſiam. Obijt in patria anno 1387. vt alibi diximus, de quo vnica tantum habetur mentio in Monumẽtis Beneuentani tabularij, cuius etiam meminit Io. Antonius Sulmonte in Hiſt. Regni Neapol. lib. 4. Vide quæ de ipſo narrauimus in Archiepiſcopis Neapolitanis tom. 6. & in Brixienſibus epiſcopis tomo 5. in quibus in annorum computatione ſedium, vel irrepſit error, vel confuſio ex auctoribus, qui de eo ſcripſerunt, comparata fide, quod lectori meo, vt vel ſemel dixi, monitum velim, ſi in iſtis aliquando infeliciſſimis ſchiſmi temporibus titubet noſtra narratio.



31 DONATVS de Aquino filius Nicolai Principis Grottæ, aliorumque Caſtrorum Toparchæ, & Catharinæ de Caberio filiæ Roberti Comitis ex Scihilgatira Philamatina natus, non minus ingenij, quàm ſanguinis claritate illuſtris euaſit Archiepiſcopus Beneuentanus anno 1385. Præſul ſanè mentis, atque virtutum, morumque præſtantia cum primis illis anteceſſoribus conferendus, qui ſanctè hanc rexerunt Eccleſiã. Eius clara mentio habetur in monumentis Bibliothecæ Beneuentanæ ab eo annò vſque ad 1426. qui vltimus vitæ ſuæ fuit. Sub Bonifacio IX. Spoliorum collector fuit anno Pontif. eiuſdem primo. Hic anno 1406. conſtitutiones olim conditas ab Archiepiſcopo Hugone publicari fecit, aliaſque addidit ſaluberrimas; in calce libelli earundem ita legitur. *De mandato Reuerendiſs. D. Donati de Aquino Archiepiſcopi Beneuentani cum beneplacito, & conſenſu Canonicorum maioris Eccleſiæ Beneuentanæ de menſe Maij lectæ & publicæ ita fuerunt ſupra ſcriptæ conſtitutiones anno Domini* 1406. Ad ipſum Donatum & Capitulum Beneuentanum ſcripſit Rex Ladislaus anno 1414. petens ab eis vel brachium S. Bartholomæi Apoſtoli, vel partem aliquam corporis eiuſdem ſancti, dono dãdum Carolo de Malateſta Ariminenſi Dynaſtæ: litteræ ita fuerunt ſcriptæ.

Reuerendo in Chriſto Patri Archiepiſcopo Beneuen. maioris Eccleſiæ, ac Capitulo, Conſiliario, & deuotis fidelibus noſtris dilectis. Ladislaus Rex Hungariæ, Ieruſalem, & Siciliæ. Reuerende in Chriſto Pater Conſiliarie, & Venerabiles viri Oratores, & fideles noſtri dilecti.

Cum Magnificus Carolus de Malateſta præcipuus noſter amicus cariſſimus, vir iuſtus & integer ad B. Bartholomæum Apoſtolum magnum gerens ſingularis deuotionis affectum, aliquid B. illius corporis reliquiarum habere, & honòrare fideli intentione deſideret. Cumque glorioſi illius Apoſtoli ſanctum ipſum corpus in ipſa Beneuentana ſeruetur eccleſia, ideo & ſæpe Maieſtatem noſtram pleno animo & deſiderio, vt huiuſmodi aliquid illius B. corporis reliquiarum ſuæ ardentis deuotionis ſibi ipſi donare faceremus, & pro eo habendo paternitatem & deuotionem veſtram in qua confidimus, requirere clementius dignaremur. Nos igitur attendentes integram amicitiam, qua eidem Carolo ſumus aſtricti, ob quam amicitiam ipſa lege in conferendis obſequijs mutuo debemus amicitiæ, & ipſius Domini iuſtitiæ, ac pietatis merito, animaduertentes eſſe congruum, & iuſtum, ac benignum, vt tanto talique amico piæ & ſingularis deuotionis deſiderio ſatisfiat, necnon conſiderantes noſtræ mentis conſultatione matura huiuſmodi ſanctis reliquijs honeſtiſſima, vt prædicitur, cauſa abſumi, nullum fore diminutionis, pietatis, ac fidei, & ſinceræ deuotionis incrementum, pro quo decet Principem qui regit alios obnixius operari, necnon & alijs honeſtiſſimis cauſis mentem dignè mouentibus, Paternitatem, deuotionem, & fidelitatem veſtram requirimus, & hortamur, quatenus tam ex prælibatis rationibus, alijſque multis, tum noſtri intuitu eidem Carolo amico noſtro ex illo corpore aliquid modicum, ſeu quod Reuerendus in Chriſto Pater Epiſcopus Firmanus confeſſor noſter dixerit, quam ob paternitatem & deuotionem veſtram, vnà cum Carolo Ludouici de Logis ambaſciatore dicti Caroli dilecto præſenti aliter deſtinamus, velitis ad honorem & fidelitatem ſacroſanctæ Chriſtianæ Religionis, ipſiuſque Bartholomæi promptius condonare, & benignius impartiri, quod erit ad noſtram complacentiam ſingularem

. . . . . Dominus Carolus . . . . . & potens reliquias ipſas diguo honore recipiet & ſeruabit, illiuſque tabernaculum,& tale altare, & holocauſta, & deuotionis veſtræ meritum, laus, honorque fuerit, Nobis verò iuſtè ac piè opere exoluto ipſiuſque Caroli, ſacris viſis reliquijs, fides, & deuotio in melius efferueſcent Super quibus omnibus, eiſdem Epiſcopo, & Carolo Ludouici præbete fidem.

Datum in Caſtro nouo Neapolis ſub paruo noſtro ſigillo die 6. Februarij 7. Indictionis, anno Domini 1414. Ladislaus Rex manu propria.

Verum incompertum eſt an reliquię iſtę Diui Bartholomæi ab Archiepiſcopo traditæ fuerint, cum paulo poſt Ladislaus vita functus ſit, cui ſucceſſit Ioanna II. quæ Beneuentum vi occupauit, atque priuilegia & exemptiones per Ladislaum fratrem, alioſque Reges conceſſas confirmauit, atque inter cætera addidit, vt ciues Beneuentani, pro quibuſcumque cauſis, etiam appellationum extra ciuitatem trahi non poſſint, ſed cognoſci debere per officiales eius, & Archiepiſcopum, vt in priuilegio eiuſdem pleniùs continetur. *Datum Neapoli die 6. Octobris 1414. Regnorum eius anno primo.*

Anno 1418. Donatus ad fauorem Canonicorum Eccleſiæ ſuæ Beneuentanæ perpetuo vniuit eccleſiam ſancti Marcelli de Collinis, vt melius ac decentius Canonici vitam traducere poſſent, pro qua re ſequens ſcripſit documentum; ipſum autographum vidimus è Biblioth. nobis tranſmiſſum, exſcribi fecimus, ſignatum eſt n. 117. faſciculi. M.


Donatus miſeratione diuina Archiepiſcopus Beneuen. Ad perpetuam rei memoriam.

Ad ea quę vtilitatem & commodū Maioris Beneuen. Eccleſiæ ſponſæ noſtræ, & Canonicorum, aliarumq; perſonarū quę ibidem crebrò virtutum Domino ſedulum exhibent famulatum, diuinique cultus augmētum reſpiciunt libenter intendimus, paternoque eis affectu fauorem beneuolum impartimur. Sane ſicut experientia rerum magiſtra ſæpe didicimus fructus, redditus & prouentus eccleſiæ noſtræ Beneuētanæ temporum qualitate vſque adeo ſunt effectu tenues exileſque, quod quotidianæ diſtributiones eiuſdem Eccleſiæ longe minus ſolito Canonicis perſonis huiuſmodi afferre commodum comprobant. Itaque Canonici & perſonæ huiuſmodi iuxta ipſius Eccleſiæ exigentiam dignitatis diſtributiones à multis retro temporibus ſolitas non percipiunt quoquo modo. Nos igitur prouide attendentes, quod huiuſmodi Canonici & perſonæ ex redditibus ipſius vitam ducere ne-

A queant condecentem, ac volentes propterea eis de aliquo ſuſtentationis auxilio prouidere, Parochialem Eccleſiam ſancti Marcelli de Collinis territorij Beneuentani cū omnibus iuribus & pertinentijs ſuis Venerabili capitulo prædicto noſtræ maioris eccleſiæ auctoritate ordinaria in perpetuum vnimus, annectimus, & incorporamus. Itaque cedente vel decedente Rectore ipſius parochialis Eccleſiæ, vel ipſam Eccleſiā aliàs quomodolibet dimittente, liceat eidem Capitulo libere auctoritate propria recipere, & licite retinere, licentia ſuper hoc minime requiſita. Mandantes omnibus & ſingulis parochianis cenſuarijs, locatarijs, terrarum colonis, & habitatoribus alijs quibuſcumque dictæ Eccleſiæ, quatenus poſtquam per di- B ctum Capitulum poſſeſſio corporaliter dictæ Eccleſiæ recepta fuerit, de omnibus & ſingulis fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, obuentionibus, vniuerſis ipſis bonis eidem Capitulo integre reſpondere. Inueſtientes ex nunc, prout ex tunc Venerabilem virum Abbatem Barbatum . . . Canonicum Beneuentanum generalem procuratorem Capituli prælibati in corporalem poſſeſſionem Eccleſiæ, iuriumque & pertinētiarum prædictarum, vel quaſi per noſtrum anulum præſentialiter de eodem. Volumus tamen quod ipſa parochialis Eccleſia, ſi habilitas affuerit, ipſo tempore poſtquam Eccleſia ipſa per dictum Capitulum recepta fuerit animarum cura in ea nullatenus ne- C gligatur, ſed per Capellanum idoneum ibidem laudabiliter ſeruiatur in Domino. In quorum omnium teſtimonium, certitudinem, & cautelam has noſtras patentes litteras noſtri Pontificalis ſigilli appenſione munitas fieri iuſſimus eidem Capitulo concedendas.

Datum Beneuenti in noſtro Archiepiſcopali palatio, anno à Natiuitate Domini noſtri Ieſu Chriſti milleſimo quadringenteſimo decimo octauo, die decimo ſeptimo menſis Octobris, duodecima Indictionis, Pontificatus in Chriſto patris & Domini noſtri Domini Martini diuina prouidentia Papæ Quinti anno primo.

Adeſt ſigillum D ex rubea cera cum inſignijs eiuſdem Archiepiſcopi, reptantis nempe Leonis.



Circumcirca hęc verba inſculpta S. *Donat. de Aquino Dei & Apoſt ſedis gratia Archiepiſ. Beneuenti.*

Poſt hæc aliqua etiam monumenta Donati reperiuntur, & cùm eximiè Beneuentanam eccleſiam annis 41. rexiſſet, ex hac mortali vita diſceſſit in Griptæ Mainardi ſuę Diœceſis oppido, die 8. Aprilis 1426. corpus relatum Beneuentum in Metropolitana con-

conditum fuit die 13. eiuſdem menſis, vt prodit Emortualis liber tabularij Beneuentani ſignatus num. 148. pag. 6. in hæc verba. *Anno Domini 1426. quintæ Indictionis iſta die 12. Aprilis fuit ſepultus in Eccleſia maiori D. Donatus de Aquino Archiepiſcopus Beneuentanus, & obijt in Gripta Mainarda die 8. dicti menſis, & ſtetit in ſede ſua annis 41. & vniuit Capellæ ſuæ Eccleſiam S. Nicolai de Vturone pertinentiarum Montis-Fuſculi ac S. Suſannæ de Beneuento, & Eccleſiam ſancti Pauli foras, &c.* Viſitur in Metropolitana marmoreus tumulus, vbi corpus Donati requieſcit, ijs verſibus ornatus.

A

Præſulis egregij requieſcunt oſſa Donati
His tumulata mei. Quærar heu, te Samnis in æuum!
Alta domos genuit Regni domus inter Aquinas
Hunc, ſed cum melius genuerant flegmata morum.
Quid queror ò Mortale genus? quid plaſma caducum,
Cum mens æternæ melior pars gaudeat auræ
Curſus & annorum placeat, dic. verſibus illum
Mille quatrincentoſque decem iungendo duobus,
Inter quos annos Indictio quinta notatur.

B

Verum error deprehenditur in his verſibus, quibus addendi ſunt anni 14. qui conficient annum 1426. in quem cadit indictio quinta. Ex quibus coniecit Vipera Donatum obijſſe anno 1412. eidemque ex ſuo ingenio ſucceſſiſſe refert quendam Hugonem, quem tertium appellat, ſed gratis Hugonem affinxit, cum ex ijs quæ diximus, tum ex diplomate Martini V. in electione Pauli clare appareat Donatum de Aquino ſucceſſorem immediatè habuiſſe Paulum Capranicam. Idem Martinus Papa mentionem facit Donati Pauli prædeceſſoris in bulla ad Iacobum Epiſcopum Guardienſem, ac ciuitatis Beneuentanæ Rectorem, ſub datum Romæ apud SS. Apoſtolos 8. Idus Iunij Pontificatus vndecimo. Sed eodem anno obitus Donati Beneuen. exceſſit Carolus de Afflitto pręceptor domus hoſpitalis S. Ioannis Ieroſolymitani apud Beneuentum, vir nobilis, ac Donato in paucis charus, cuius meminit ſuis in litteris idem Martinus, quæ extat in Bibl. Beneuent. num. 109. dat. 4. Non. Iulij pontif. 11.

C

D



31 PAVLVS Capranica Romanus, Dominici, & Angeli Capranicenſium Card. germanus frater, Martini V. intimus familiaris ac Secretarius ex Epiſcopo Ebroicenſi in Gallia adlectus eſt Beneuentanus Archiepiſcopus die 16. Kal. Iulij anno 1427. immediatè ſucceſſit Donato, vt ex bulla Martini V. anno Pontif. 10. Sedit vir egregius anno 1. menſ. 6. & die 1. Romæ obijt die vltima Decembris 1429. Sepultus eſt in Eccleſia S. Marci, marmoreo tumulo hoc epitaphio virtutes eius commemorante.

Deo Omnipotenti Sacrum.

Paulo Archiepiſcopo Beneuentano è Capranica oriundo, qui ob morum clementiam, & præclaras animi dotes Martino V. Pontif. Max. charus, dignuſque cuius fidei ſecreta ſua, & Cardinalis, & Pontif. crederet, ac ad ſummos honores eueheret, maioribus ſuis eximia virtute præluxit, & ſacellum moriens è ſuo dotatum familiæ ſuæ Capranicenſi reliquit; Et Nicolao Epiſcopo Firmano Antonij fratris filio inſignibus virtutibus conſpicuo, honoribus ampliſs. à Summis Pontificibus ornato, Angelus Epiſcopus Præneſtinus S. ✠ in Hieruſalem fratri, & Nepoti B. M. ob pietatem Poſuit.
Anno Chriſti MCCCCLXXVI.
Sixto IV. Pontif. Max.

A



33 GASPAREM Columnam Antonij filium Archiepiſcopum Rheginen. in Calabria ad hanc Beneuentanam Eccleſiam trāſtulit Martinus V. eius conſanguineus 7. Id. Ianuarij 1429. qui cum eſſet generoſi animi vir, ſtatim atque Eccleſiæ poſſeſſionem adeptus fuiſſet, S. Bartholomæi ſacellum inter Templi Pantheon conſtructum cooperiri fecit, varijſque pictura exornauit, Archiepiſcopale palatium reſtaurari fecit, Cathedralem Eccleſiam pretioſiſſimis ornamentis ditauit, atque Cleri mores ſalutaribus decretis correxit, & conſtitutionem ad bonum regimen Beneuentanæ Eccl. partim auxit, partim moderatus eſt; ſed cum ſortitus eſſet cum nobilitate generis indolem ad omnia flexibilem, mortuo Martino V. eiuſque in locum Eugenio IV. ſubſtituto, in eum tumultuantibus Coloniensibus cum eorum primario Stephano Columna, conſpirauit, Quamobrem iuſſu Pontificis die 20. Iunij 1432. capitur, & in mole Adriana carceri mancipatur, parumque abfuit quin Archiepiſcopali honore ſpoliaretur; itaq; ſumpto ſupplicio de quodam fratre Maſio coniurationis anteſignano, poſt carceris macerationem, tandem liber abire permiſſus, Beneuentum adijt ludiſque fortunæ pertæſus, pacato animo haud diu ſuperuixit: extrema enim clauſit die 4. Iulij anno 1435. Sepultus in Cathedrali ante maius altare. Sub hoc Gaſpare diuerſæ reperiuntur epiſtolæ Epiſcoporum Beneuentanæ Eccleſiæ ſuffraganeorum, quibus ob ingruentia bella in Neapolitano regno, ſe ſe excuſant, quo minus, vt moris erat, ſingulis annis eis permittatur accedere ad viſitanda limina B. Bartholomæi Apoſtoli, Ex quibus colligitur Archiepiſcopos Beneuentanos per omnia imitatos eſſe Romanos Pontifices, vt iam ſupra dictum eſt.

B

C

D



34 ASTORGIVS Agneſis nobilis Neapolitanus Patritius, inter prælatos ſui ſæculi eminentiſſimus, nobilioribus diſciplinis cultiſſimus, qui per omnes Togæ gradus in Aula Romana verſatus, virtutum ſuarum fauore ad ſupremos honores aſcendit, Hic ſub Ioanne 23. delectus Epiſcopus Melirenſis, mox tranſlatus ad Rauellenſem, & Melphienſem eccleſias ſub Martino V. factus eſt Anconitanus Antiſtes, & ab Eugenio IV. ad Beneuentanam Eccleſiam tranſlatus 6. Id. Feb. 1436. Tandem à Nicolao V. S.R.E. Cardinalis creatus, diuerſis functus legationibus mirè ſe geſſit, &, vt ſcribit Cacconus vir literarum ſcientia, prudentia, & animi, dexteritate præditus, experientia etiam qua maxime pollebat, & ad res benè gerendas vtiliſſima, ob quod à Nicolao eodem Patrimonij Eccleſiæ legatus, & præfectus conſtituitur, quod quidem ita gubernauit, vt apud omnes maximum ſui nominis teſtimonium reliquerit. Abſens Beneuentanam rexit eccleſiam annis plus minus 15 Cuius temporibus Nicolaus V anno 1450. Capitulo Beneuentanæ eccleſiæ Monaſterium, & Eccleſiam S. Lupi Ord. ſancti Benedicti iuxta ipſam vrbem ſitum perpetuo vniuit. Requieſcit in hac eccleſia corpus S. Lupi Epiſcopi; caput in Cathedrali ſeruatur. Credit Vipera hunc S. Lupum, cuius corpus aſſeruari ibidem ſcribit, illum eundem eſſe de quo agit Martyrolog. Rom. die 29. Iulij, ſed ille Trecenſis fuit epiſcopus, cuius ſacra lipſana Trecis in Eccleſia eius nomini dicata cuſtodiuntur. Quis autem Lupus iſte Epiſcopus, cuius corpus ibidem requieſcit, fuerit, vel cui præfuerit eccleſiæ, non eſt facilè dictu; Cæterum Aſtorgius de eccleſia benemeritus moritur Romæ 6. Id. Octob. anno 1451. Corpus ſepultum in Clauſtro eccleſiæ ſanctæ Mariæ ſuper Mineruam marmoreo ſepulchro muro affixo cum inſignibus, & hoc elogio.

Aſtorgio Agneſi Patria Neapol. tit. S. Euſebij Presbyter. Card n. Beneuent. pro Rom. Eccleſ. virtus, & omnis vita ſemper in actione fuit, qui rebus, & legationibus maximis ſedentibus Martino, Eugenio, & Nicolao Rom. Pontif. bene geſtis Romæ obijt ann. ſalutis MCDLI. & vixit annos LX. Galeottus eiuſdem familia vir inſignis, & doctor, Patruo benemerenti conſtrui, & ſe propè poni mandauit.



35 IACOBVS della Ratta Baltaſaris ex Comitibus Caſertæ, & Margaritæ Marzanæ filius, cum eſſet Archiepiſcopus Roſſanenſis in Calabria ad hanc Beneuentanã Eccleſiam vocatus fuit à Nicolao V. in Ferdinandi I. Regis gratiam, die 7. Oct. anno 1451. hoc dedit ad ipſum diploma.

NICOLAVS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei,

Venerabili Fratri Iacobo Archiepiſcopo Beneuentano, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Cum nuper te tunc Roſſanenſem Archiepiſcopum à vinculo quo tenebaris Roſſanenſis Eccleſiæ, cuius regimini præſidebas de fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine abſoluentes; Te ad eccleſiam beneuentanam tunc vacantem duxerimus transferendum, præficiendo te illi in Archiepiſcopum, & paſtorem, curam & adminiſtrationem ipſius eccleſiæ tibi in ſpiritualibus, & temporalibus plenarie committendo, liberamque tibi dã-
A do licentiam ad præfatam beneuentanam eccleſiam tranſeundi, prout in noſtris inde confectis litteris plenius continetur, ac poſtmodum pallium in ſignum videlicet plenitudinis pontificalis officij à nobis ex parte tua fuiſſet cum ea qua decuit inſtantia poſtulatum. Nos huiuſmodi ſupplicationibus annuentes pallium ipſum de corpore beati Petri ſumptum per dilectos filios noſtros Proſperum ſancti Georgij ad Velum aureum, & Ioannem ſancti Angeli Diaconos Cardinales tibi fecimus aſſignari, cum illo infra eccleſiam tuam illiſ diebus, dumtaxat vtaris, qui expreſſe in ipſius beneuentanæ eccleſiæ priuilegijs continentur,
B recepto per eos à te poſtmodum noſtro, & Romanæ eccleſiæ nomine fidelitatis ſolito iuramento, Vt igitur ſignum non diſcrepet à ſignato, ſed quod geris exterius, intus ſerues in mente, fraternitatem tuam monemus, & hortamur in Domino per apoſtolica tibi ſcripta mandantes, quatenus humilitatem, & iuſtitiam, dante Domino, qui dat munera, & largitur præmia obſeruare ſtudeas, quæ ſuum ſeruant, & promouent ſeruatorem, & eccleſiam beneuentanam ſponſam tuã ſolicite, autore Domino, ſpiritualiter, & temporaliter augmentare.

C *Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo primo Nonis Octobris, Pontificatus noſtri anno quinto.*

Eo ſedente beneuentum iam diu occupatum ab eodem Ferdinando Rege ad Eccleſiam redierat, Pius II. Rauennaten. Præſulem eò tranſmiſerat, qui vrbem pro Romana Eccleſia gubernaret, & nutabant animi ciuium, & Alphonſi odio infenſi ad Francos inclinabant. Iacobus vero archiepiſcopus cũ eſſet turbidi ingenij, & ingrati animi vir, clanculum cum Gallis Ferdinandi æmulis ex agitatis conſilijs beneuentum occupare pro ipſis cogitauit. Quamobrem dies, & noctes vrbem luſtrabat armatus, aſſimilans vereri ſeneCathelani per factionem aliquam
D intromitterentur, ſeruare velle ciuitatem pro Romana eccl. publicè aiebat: occulte vero cum hoſtibus ſentiens aperire illis portas adnitebatur, ſed detecta per Rauennenſem archiepiſcopum improba Iacobi conſilia, & ciuitas ſub Romani Pontificis imperio ſeruata eſt: ipſe verò ſtatim atque detectam fraudem intellexit ſuam, relicta Eccleſia ad fratrum Caſtella confugit, & quaſi priuatus homo, & apoſtata ſui ordinis, dimiſſo epiſcopali habitu per Gallorum Caſtra aliquando verſatus, tandem publico in Conſiſtorio à Pio II. anno 1460. vt apoſtata R.E. proditur, & ſimoniacus, archiepiſcopali dignitate priuatus, miſerè vitam liquiſſe narratur. Eius erga Romanam eccleſiam infidelitatem refert idem

Pius

A

Pius lib. 5. com. alijque ſcriptores; Vipera in ſua Chronologia poſt Corradũ quendam repoſuit Nicolaum, quem vult præceſſiſſe Alexio, ſed cum ex actis Conſiſt. cum ex ijs quæ modò dicemus clare patet gratis affinxiſſe Nicolaum, & Alexium ſucceſſiſſe immediatè Corrado.

36 ALEXIVS de Cæſareis Nobilis Senenſis egregia literatura præditus, iam antea ab Eugenio IV. ad ſpiſcopatum Cluſinum aſſumptus apud Eugenium ipſum, Nicolaum, Caliſtum III. Piumque II. gratioſus fuit, ſub quibus maximis functus muneribus euaſit Archiepiſcopus Beneuentanus in locum priuati Iacobi anno 1460. Diem poſtremum Senis obijt anno 1464. Pridie Kal. Auguſti, ſepultuſque apud S. Frãciſcum in medio Eccleſiæ cum hac inſcriptione.

B

Alexius Senenſis apud Pontifices Romanos auctoritate claruit, Eugenium, Nicolaum, Calixtum, & Pium ſecundum, quo traijciente in Turcas Romam regebat, extinctus pri d Kal. Auguſti MCCCCLXIV.

C

Inſta in eodem ſimulachro ad pedes eius ſimulachri hæc alia legitur.

Alexius de Cæſareis Senenſis Beneuentanus Archiepiſcopus; Vice Camerarius, Referendarius Apoſtolicus, & Præneſtini Epiſcopatus Commendatarius ibidem Antonio de Cæſareis Ciui Clariſſ ac parenti benemerito Alexius filius Beneuenti Archiepiſcopus ſuiſque heredibus P.

D

An. MCCCCLX.



37 NICOLAVS Piccolomineus Senenſis Pij II. conſanguineus Alexio immediatè ſucceſſit anno 1464. Paulo II. Pontif. breuiori mora Beneuentanam Eccleſiam adminiſtrauit, deceſſitque Senis anno 1467. 11. Kal. Octob. ſepultuſque in ecclesia S. Bernardini de obſeruantia extra ciuitatem poſita ſub candido marmore, vbi cum eiuſdem effigie gentilitia Piccolominorum ſtēmata cernuntur cum hac inſcriptione.

NICOLAVS PICCOLOMINVS
ARCHIEPISCOPVS BENEVENTANVS
XI. KAL. OCTOBRIS
DEFVNGTVS.



38 CORRADVS Capycius, nobili vetuſtaque Neapolitana familia natus, clarusque virtutibus à Paulo II. adlectus eſt Archiepiſcopus anno 1469. cui, ac ſucceſſoribus ſuis anno 1476. Sixtus IV. Priuilegium ademit ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum deferendi, dum Diœceſim luſtrarent ſuã, nec vti pontificali Camaro, quamuis vnica tantùm eſſet redimitum corona; neque amplius bullas ſuas ſignare Romanorum pontificum more. Laudatiſſime Corradus hanc texit Eccleſiam annis 14. deceſſit an. 1482. Eo defuncto Ferdinandus Primus

mus Rex in Beneuentanam Sedē intrudere conatus eſt Laurentium Protonotarium Columnam, qui paulo poſt Romæ in domo ſua captus, ac breui iuſſu Sixti Pontificis ſecuri percuſſus eſt, ac temerarius ſuæ culpæ pœnas luit.



39 LEONARDVM Gryphium Patritium Beneuentanum, alijs Romanum, Epiſcopum Eugubinum ad Beneuentanum Sacerdotium tranſtulit Sixtus IV. ann. 1482. menſe Octob. exceſſit circa finem an. 1485.



40 LAVRENTIVS Cibo Genuenſis Innocentij Octaui Papæ ex fratre Nepos, cum eſſet miro ingenio præditus, ac morū haud inſuauium, & litteratus, poſt Leonardum ordinatus eſt à Patruo Beneuentanus Archiepiſcopus anno 1486. die 16. Iannarij, Beneuentum ſolemni ritu ingreſſus eſt anno 1488. menſe Aprili. Is multa reliquit ſuæ pietatis monumenta, ſiquidem Organum in Cathedrali confecit, oſtenſorium, vt vocant, argenteum ingentis ponderis affabrè eleborati ſacrario dedit, ordinatiſque Eccleſiæ ſuæ rebus Romam reuocatus ab eodem Innocentio S.R.E. Presb. Card. tit. S. Marci creatus eſt anno 1489. Pridie Id. Martij, qui in eo ſtatu, & ordine ita vixit, cum eſſet maximæ probitatis vir, vt ab omnibus ſummè commendaretur. Innocentio Patruo ſepulchrum ex ære in Baſilica Vaticana poſuit, Sacello ibidem erecto. Aliud quoque ſacellum in Eccleſia B. Mariæ de Populo extruxit, picturiſque eximijs, ac dote ampla exornauit, Romæ, legata prius ſua Bibliotheca Eccleſię Beneuentanæ, quæ hucuſque extat, valde tamen diminuta, exceſſit ſub Iulio II. Epiſcopus Card. Præneſtinus Kal. Decemb. ann. 1503. in ſuo Sacello, quod conſtrui fecerat marmoreo ſepulchro inſignibus, & epitaphio conditus eſt. Epitaphium leges in 5. noſtro tom. in ſerie Præneſtinorum Epiſcoporum.

41 LVDOVICVS Podocatherius Card. Nicoſienſis, Epiſcopus Caputaquenſis, Beneuentanus Archipræſul dictus eſt à Iulio II. an. 1503. die 20. Ianuarij mortuus Romæ eſt die 25. Iulij eodem anno, de quo vide ſeriem Caputaquenſium Epiſcoporum tom. 6.



42 GALEOTTVS Card. Franciottus Lucenſis Epiſcopus die 31. Auguſti 1504. Adminiſtrator Beneuentanæ Sedis adlectus eſt à Iulio II. Romæ extinctus die 11. Septemb. 1508. de quo egimus in Catalogo Lucenſium Epiſcoporum tom. 1.

43 SIXTVS Gara Card. de Ruuere Galeotti vterinus frater à Iulio II. Beneuentanus Antiſtes declaratus eſt Id. Septemb. 1508. Sedit an. 8. vltroque ſe abdicauit. De eo egimus tom. 1. in Epiſcopis Lucenſibus.


* * *

ALE-



44 ALEXANDER Card. Farneſius, ille qui ſub Pauli III. nomine ad Petri ſedem aſcendit, factus eſt Beneuentanæ Eccleſiæ adminiſtrator die 6. Martij 1514. Septem omnino annis rexit, eamque reſignauit, cum regreſſu tamen anno 1521.

45 ALPHONSVS Sfortia Romanus Federici Comitis ſanctæ Floræ, & Bartholomeæ Vrſinæ filius, Guidi Aſcanij, & Alexandri Sfortiæ Cardd. frater die 8. Aprilis 1521 ex dimiſſione patruelis tunc Cardinalis creatus eſt Archiepiſcopus Beneuentanus, poſt aliquot annos eoſflorẽte ætate extincto, rediit Beneuẽtana Eccleſia per regreſſum ad Cardinalem Farneſium, qui iterum eam reſignauit Franciſco Roboreo.



46 FRANCISCVS Roboreus Iulij II. ex fratre nepos, matre nobiliſſima Comnenorum Imperiali familia natus Epiſcopus Melitenſis, Camerinenſis, Volateranen. antea fuit: deniq; cum trium ſedium titulos, opeſque congeſſiſſet; tandem Archiepiſcopus Beneuentanus, demortuo Alphonſo, renũciatus eſt, die 17. Martij 1530. annis plus, minuſue 14. ſedit, ſenioq; feſſus liberè Eccleſiam hanc nobiliſſimam reſignauit die 7. Aprilis 1544. Romæ ſeptuagenario maior extrema clauſit 21. Ianuarij 1545. ſepultuſq; in Eccleſia S. Auguſtini cum hoc epitaphio ad columnam expoſito.

D. O. M.

Franciſco de Ruuere Archiepiſcopo Beneuentano Iulij II. Pontif Max ex fratre nepoti, ex matre vero nobiliſſ. Comnenorum Græciæ Imper. familia, qui viuens, & animi, & fortunæ bonis locuples fuit. Araniſus Commen. Maced Princep. gratiſſ. ac ornatiſſ conſanguinei memor. poſuit. Obijt ann. Domini MDXLV. die xxi. menſis Ianuar. vixit ann. lxx bo. xj.d.xx.

Ad Franciſcum hunc legimus literas Pauli III. quibus non ſolum iura confirmat aliqua eidem ac ſucceſſoribus ſuis, verũ commemorat in minoribus conſtitutum Archiepiſcopatum geſſiſſe Beneuentanum ſub hoc tenore.

PAVLVS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei,

Venerabili fratri Franciſco Archiepiſcopo Beneuentano ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Militarẽ in Romano Pontifice decet eſſe prouidentiã, vt ſi qua per eum importunis inſtantijs, aut alias conceſſa fuerint, quæ in alterius præiudicium vergant, illa de medio ſubmoueat, & ad rationis tramitem reducat; Nuper ſiquidem dilecto filio Lodouico Duzzoto ciui Neapolitano moderno ciuitatis noſtræ Beneuentanæ Gubernatori contra, & inter quoſcunq; ſibi ratione gubernij, ſeu quouis modo ſubditos, ſi de tali cauſa ageretur, ex qua ciuitatis ſtatus perturbari poſſit, quotiens ſibi videretur ſummariè, ſimpliciter, & de plano ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſola facti veritate inſpecta iuris ordine prætermiſſo, & alias manu regia procedenti, necnon meram, & mixtam omnimodam gladij poteſtatem in eas exercendi, necnon quaſcunque pœnas criminales vbi de vltimi ſupplicij, aut de mutilationum pœnaue ageretur (habita prius per eos, qui delinquerent ab offenſis, vel eorum heredibus pace) in pecuniarias pœnas commutandi ſtatutum, & ordinationem per fel. record. Clementem Papam VII. prædeceſſorem noſtrum ſub ſubſtitutione procuratoris fiſcalis in qualibet ciuitate Sedi Apoſtolicæ immediate ſubiecta, & alijs

tunc

tunc expreſſis facta, & dicta in dicta ciuitate Beneuentana in omnibus, & ſingulis eorum capitulis obſeruari, & exequutioni demandari, ac alia tunc expreſſa faciendi plenam, & liberam per alias noſtras in forma breuis liberas facultates concedimus, necnon vt cauſæ ciuiles ciuitatis, & diœceſis prædictarum, quarum cognitio in ſecũda inſtantia ad Archiepiſcopum Beneuentanum pro tempore exiſten. ſeu eius Vicarium ex antiqua, & approbata hactenus pacificè obſeruata conſuetudine deuolui conſueuerat, vlterius terminarent, ſtatuimus & ordinamus, quod exinde de cætero niſi Archiepiſcopus, aut Vicarius præfati cauſas prædictas infra tres menſes à die, qua procedere incœpiſſent, ipſas cauſas expedirent, cauſæ prçd. ad Abbatem S. Modeſti Monaſterij Beneuenti Ordinis ſancti Benedicti deuoluerentur, & deuolutę eſſe cenſerentur, prout in eiſdem literis ſub nonnullis reuocationibus, ſuſpenſionibus, aut limitationibus comprehendi, & quibus nullatenus derogari poſſet, ſicq; iudicari debere ac quicquid ſecus attentari continget irritum, & inane decreuimus, plenius continetur. Cum autem ſicut exhibita nobis pro parte tua petitio continebat per præmiſſa cognitio cauſarum huiuſmodi ad te, & pro tempore exiſten. Archiepiſcopum Beneuentanum ex immemorata conſuetudine ſemper obſeruata ſpectans à tua Curia limitetur, & abdicetur, & ad inferiorem te deuoluatur, Nos qui in minoribus conſtituti Eccleſiæ Beneuentanæ præfuimus de præmiſſis plene informati, eandem Eccleſiam, quam in viſceribus gerimus caritatis in ſuis iuribus conſeruare volentes, teq; qui vnum ex officijs ſcriptorum literarum Apoſtolicarum ex conceſſione Apoſtolica obtines à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſq; Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtis, ad effectum præſentium duntaxat conſequen. harum ſerie abſoluen. & abſolutum fore cenſentes, tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati literas prædictas, & inde ſequuta quæcunque quoad ea, qui cauſarum huiuſmodi cognitionem, deciſionem, & terminationem, illarumque deuolutionem, & ſtatuti prædicti obſeruationem concernunt, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium reuocamus, & annullamus, illaque nullius prorſus roboris, vel momenti fuiſſe, & eſſe, ac pro penitus infectis, quoad omnia haberi volumus, & decernimus: necnon te, & præfatam Eccleſiam in priſtinum, & eum in quo antequam literæ à nobis emanarent, quomodolibet erat ſtatum reſtituimus, reponimus, & plenariè reintegramus, ac repoſitos, reſtitutos, & reintegratos exiſtere, necnon quę in cauſis appellationum huiuſmodi tam ciuiliũ, quam criminaliũ à quibuſcunq; alijs, atq; ad exactionem procurationis à ſuffraganeis dictæ Eccleſiæ, & quibuſcunq; alijs perſonis viſitationi ſubiectis ratione viſitationis huiuſmodi debitis, & pecunia numerata iuxta ſolitum, necnon quaſcunq; alias dictæ Eccleſiæ conſuetudines, quæ hactenus in viridi obſeruantia fuerunt, approbamus, confirmamus, & innouamus, illaſq; prout ante conceſſionem literarum huiuſmodi obſeruantias in poſterũ obſeruari debere, necnon eam, & eiuſdem Eccleſiæ ordinariã iuriſdictionem ex eiſdẽ cauſis, & conſuetudinibus illibatam permanere, & cauſas ipſas per te, vel tuum in ſpiritualibus Vicarium generalem pro tempore exiſten. decidi debere, & licitè poſſe, nec per dictum Gubernatorem prætextu literarum prædictarum, ſeu quoſcunq; alios, & quacunq; dignitate fungen. iudicare, & diffiniri debere, necnon quicquid ſecus attentari contig. irritum, & inane decernimus, non obſtan. præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon literis prædictis, ac quibuſuis alijs literis, priuilegijs, & indultis Apoſtolicis, cæteriſque contrarijs quibuſcunq; Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę abſolutionis, reuocationis, annullationis, volũtatis, conſtitutionis, requiſitionis, & reintegrationis, approbationis, confirmationis, innouationis, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Velletri anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo trigeſimo octauo, decimo Kalen. Septembris, pontif. noſtri anno quarto.



47 IOANNES Caſa Florentinus patritius à Paulo III. adlectus eſt Beneuentanus Archiepiſcopus die 7. April. 1544. ſub Paulo IV. Cameræ Apoſtolicæ Clericus, ad Rempublicam Venetam Apoſtolicus Nuncius, varijs muneribus egregiè functus ſe-

dit annis 15. Romæ fato conceſſit an.1559. de quo proferre iuuat quæ ſcripſit Iacobus Gaddus de ſcriptoribus non Eccleſiaſticis 1.par.Caſa Patriam,imò Italiam vniuerſam elapſo æuo illuſtrauit, politioris literaturæ radijs latè diffuſis ; ſiquidem geminæ linguæ calamo prænobili euectus , æquales , & forte primos etiam Florentinos , terſi, & accurati ſtyli grauitate ſuperauit,licet egregios libellos tum ſoluta, cum vincta numeris oratione perſcripſerit : hinc patet ſanis oculis dignitatem, æſtimationem, atque præſcientiam ſcribentis parari , & cognoſci non à mole voluminum , ſed ab eruditione haud vulgari,& varietate operum,licet exiguarum . Inter Florentinos lyricos Latij , (ſi excipias Claudianum , & Politianum) excelluit Caſa.Taſſonus li.9 affirmat,Caſam Etruſco calamo , æqualem , vel ſuperiorem Boccaccio , qui minus implicatum, & magis purum , atque purgatum Caſam pronũciat.Celebrem habuit orationem ad Carolum V.pro reſtitutione Placentiæ.Extant Caſæ latina monumẽta edita peculiari, nec magno volumine , inter quæ facilè excedũt vitæ quibus geminum Cardinalem,& Patritium Venetum maximi nominis,ac eloquẽtiæ Contarenum & Bembum diſertè celebrauit . Summis laudibus celebratur à pluribus Poetis, & Elogiographis , & ab hiſtorico Thuano Caſa, qui à Summis Pontificibus Paulo III. & Paulo IV. Archiepiſcopatum Beneuentanum , & legationes grauiſſimas obtinuit , purpuram tamen non obtinuit , clam à Pontifice deſignatus Cardinalis, ſed hanc dignitatem ampliſſimam eripuit Caſæ inuidorum maligna , vel calũnia, vel certè exprobratio turpis laſciuiæ nota culpantium hominem,qui elato,ingẽtiq; animo calcans iniquitatem æmulorum, & fortunæ aduerſantis iniuriam , quadam hilaritatis dulcedine , ſibi, vel amicis blandiebatur . Caſam illuſtrauit magnus Taſſus edita nobili diſſertatione,qua eius ſonet. explicauit . Querengus celeberrimus condidit diſſertationem in hoc lemma : *De Remedi d'Amore ſopra vn ſonetto del Caſa* : Caſa qui excelluit Etruſcè,& latinè ſcribens iocoſa , atq; ſeria , licet exiſtimationis maximę ſcriptor onuſtus meritis erga Rempublicam , litterariam,& Romanum Pontificem,& dignitate, ac muneribus præcipuis ornatus eſſet . Cardinalatum tamen obtinere nunquam potuit , Ammirato teſte, vel id euixe contendentibus Pontificis nepotibus . Auunculum extinctum illuſtrauit perhonorifico,atque pulcherrimo epitaphio in æde S.Andreæ de Valle Oricellarius ;

D. O. M.

Ioanni Caſæ Archiepiſcopo Beneuentano cuius ſingularem in omni virtutum, & diſciplinarum genere excellentiam, ne quidquam poſteritas admiraretur ;

Horatius Oricellarius auunculo merito poſuit.

48 ALEXANDER Cardinalis Farneſius Pauli III.Nepos Beneuentanam Eccleſiam poſt Ioannis Caſæ obitum adminiſtrandam ſuſcepit , quam dimiſit ad fauorem Cardin.Sabelli die 16.Ianuarij 1560.de quo laudatiſſimo Principe pluribus in locis egimus in hoc opere noſtro.



49 IACOBVS Card. Sabellus, olim Epiſcopus Eugubinus , tunc Neocaſtrenſis Eccleſiæ adminiſtrator Beneuentanam euaſit ad ſedem eodem anno,dieque quibus Farneſius huic Eccleſiæ nuncium remiſit. Hic laudatiſſimus Purpuratus Beneuenti Clericorum Seminariũ iuxta Concilij Tridentini ſanctionem inſtituit , ac fundauit . Prouincialem ſynodum celebrauit an.1567. die 11.aprilis, in qua interfuerunt duodecim Epiſcopi ſuffraganei . Sedit ann. 10. vltroque ſe abdicauit. Romæ obijt Epiſcopus Card Portuenſis ann. 1587. ſepultuſq; eſt in Templo Nominis Ieſu .

50 MAXIMILIANVS de Palumbara Iacobi Card. ex ſorore nepos adlectus eſt Beneuentanus Archiepiſcopus die 26. Maij 1574. Romæ conſecratur die 26. Nouemb. eiuſdem anni in Eccleſia ſancti Franciſci ad ripam Tyberis,à Iulio Card.Sanctæ-Seuerinæ aſſiſtentibus Ioan. Andrea de Cruce Tiburtino, & Alphonſo Binarino Reatino Epiſcopis . Hic ſedente Sixto V. an.1586. Corpus S.Pantaleonis Martyris in diruta Eccleſia ſancti Cornelij de plano curiæ inuentum in Cathedralem maximo populi concurſu , & ſolemni pompa tranſtulit . Synodum prouincialem coegit die 29. Septemb. 1599. in qua interfuerunt ſeptem ſuffraganei Epiſcopi, & cum ſediſſet laudabili

bili fama virtutum, acerrimuſque Eccleſiaſticæ libertatis propugnator an. 33. plenus dierum, mortuus eſt die 23. Ianuarij 1607. ni Sacello ſancti Antonij de Padua, de quo in eadem Baſilica extat memoria.

Max. de Palumbara Archiep. bene officij, & beneficij memor, emptis agris Capitulo ſuo cauit in perpetuum, vt Sabb. litaniæ B. Mariæ decantarentur, vltimo Aprilis Troiano pro patre iv. Decemb. pro Iacobo Card. Sabel. prædeceſſ. xv. pro Thadeo Card. de Gadlis auunculo Anniuerſ. in altari Priuileg. ſolemne fiat, ac ſemel in menſe pro ſingulis celebretur. Poſt obitum eius, & Anniuerſ. & Miſſa quolibet menſe interim pro remiſſ. peccatorum dicatur.
M. D C.
Iulius de Cochilia Not.



51 POMPEIVS Cardin. Arigonius à Paulo V. ordinatus Archiepiſcopus Beneuentanus die 10. Aprilis 1607. Manſionarios Cathedrali Eccleſiæ reſtituit, eandemque Baſilicam reſtaurauit, & pretioſis ornamentis ditauit. Archiepiſcopale palatium vetuſtate pene collapſum, non firmatum ſolum, verum etiam auctum, exornatumq; reliquit. Collegium Societatis Ieſu maximis beneficijs cumulauit, fundatoris nomen, & titulum iure optimo adeptus. Præſul ſummæ doctrinæ, incomparabilis bonitatis, prudentiæ, ac morum probitate clariſſimus: Neapol. die 3. Aprilis 1616. è viuis exemptus eſt: cadauer eius, vt ipſe

A mandauerat, Beneuentum delatum in Cathedrali honorificè tumulatum cum hoc epitaphio.

Memoriæ

Pompeij S. R. E. Presbyteri Card. Arigoni Romani, huius Eccleſiæ Archiepiſcopi, & optimè meriti viri magni, rara animi, & ingenij in religione, prudentia, ac iuris, rerum multarum intelligentia eximia, B ſacri Conſiſtorij Aduocati, Romæ Auditoris, ex his, alijſque publicis muneribus ad ampliſſimum ordinem à Clemente VIII. Pontif. Max. euecti, grauiſſimis quibuſque negotijs ſpectati.
Iulia, & Clarix, Cyriacus, & Antonius Roccij Diomedis, C & Ioan. Petrus Vareſij hæredes Auunculo benemerentiſſimo poſuerunt.
Vixit an. lxiv. menſem vnum dies ij. obijt die iv. Aprilis MDCXVI.

D



52 ALEXANDER de Sangro Neapolitanus, vetuſta, ac nobiliſſima proſapia natus, Archiepiſcopus Beneuentanus inauguratur à Paulo V. menſe Maij 1616. ſub eodem Pontifice in Hiſpaniam Apoſtolicus Nuncius apud Philippum III. fuit, Patriarchatu

chatu Alexandrino exornatus, poſt multos labores pro Romana Eccleſia exanthlatos Romæ defunctus eſt annum agens 67. die 17. Febr. 1633. Sepultus in Eccleſia S. Spiritus nationis Neapolitanæ. Quo Præſule, ciues Beneuentani inter ſuos tutelares connumerarunt, S. Blaſium Epiſcopum & Martyrem, ſanctum Donatum Aretinum Epiſcopum & Martyrem; ſanctos Dominicum, Thomam Aquinatem, Ignatium, Franciſcum, Xauerium, ac beatum Andream Auellinum. Federicus vero Cardin. Borromeus Archiepiſcopus Mediolanenſis, ciuitati, Clero que Beneuentano dono tranſmiſit ex reliquijs corporis S. Caroli Cardin. quæ in Eccleſia ſanctiſſimæ Annunciatæ honorificè reconditæ fuere.

53 AVGVSTINVS Oregius honeſtis ortus parentibus in Valle ſanctæ Sophiæ Florentinæ ditionis, doctrina, egregijſq; moribus ornatus ad maximos Eccleſiaſticæ dignitatis honores ſibi aditum fecit: Fauentiæ primum Canonicus Theologus publicè docuit; Romæ, deinde inter Maphei Card. Barberini domeſticos adſcriptus, ab ipſo iam Pontif. Max. creato ſub Vrbani VIII. nomine, ſanctæ, ac vniuerſalis Inquiſitionis Theologus Conſultor, magnus Eleemoſynarius, ac Vaticanæ Baſilicæ Canonicus adlectus, ac tandem die 18. Nouemb. 1633. S. R. E. Card. & Archiepiſcopus Beneuentanus creatus eſt. Archiepiſcopatus poſſeſſionem adipiſcitur die 16. Decemb. & cum præfuiſſet ann. 1. menſ. 9. Beneuenti exceſſit die 12. Iulij 1635. collacrymantibus populis in ſua Cathedrali humatus hac inſcriptione.

D. O. M.

Auguſtinus tit. S. Sixti Preſbyter Card. Oregio viro innocentia probe ſpectato, ne dum virtutibus verum cæteris ſcientijs, ac morum ſuauitate conſpicuo: Vaticanæ Baſilicæ Canonico S. D. N. Vrbani VIII. Theologo intimo Cubiculario, Eleemoſynis generali Præfecto, ſacræ, & Vniuerſalis Rom. Inquiſitionis fideliſſimo Conſultori, varijs arduiſq; muneribus egregiè functo. Ab eodem Vrbano ad ſacram Purpuratorum dignitatem, & ad hanc inſignem Beneuent. Metropolim ex meritis euecto.

Anno ætatis lviij. poſt purpuram xix. menſe, xij. Iulij MDCXXXV. celebri orbitate contumulato.

Ioannes frater Nicol. & Ioſeph. nepotes

M.P.P.

54 Fr. VINCENTIVS Maculanus è Iuliæ Fidentiæ Inſubriæ nobili oppido, Ordinis Prædicatorum multiplici ſcientiarum cognitione inſtructus, per gradus ad præcipua in eodem Ordine munia obeunda vocatus, eos progreſſus fecit, vt ſancti Officij Commiſſarius, ac ſacri Palatij Apoſtolici Magiſter fuerit, in quibus muneribus adeo ſe geſſit, vt ab Vrbano VIII. Purpurà, & Beneuentano Archiepiſcopatu ornatus ſit anno 1641. vulgo Card. S. Clementis dictus, Eccleſiam ſibi creditam ſua præſentia illuſtrauit, atque in ea Eccleſiaſticam diſciplinam, pietatemque in quantum valuit, propagauit, non modo grauitate ſermonis, & prudentia, ſed quod longè præſtat vitæ modeſtioris exemplo: ſed poſt annum Romam reuocatus à Pontifice, implicituſq; Curiæ grauioribus negotijs Beneuentanum Sacerdotium dimiſit anno 1643. Adhuc ſupereſt purpuratus princeps, cuius veneranda canities omnium virorum concurſu Chriſtiano orbi admirationi eſt, cui par eſt longam vitam, fauſtamq; precari.

55 IOANNES BAPTISTA Foppa nobilis Bergomenſis, Ciuiſque Romanus, ad eius fauorem cedente Card. Maculano, Archiepiſcopus Beneuentanus adlectus eſt ab Vrbano VIII. die 16. Maij 1643. Synodum prouincialem celebrauit menſe Aprili an. 1656. cui interfuerunt duodecim Epiſcopi ſuffraganei; eius ſuaſu Beneuentanus populus ſanctum Philippum Nerium Patronum ſibi delegit, in cuius honorem Foppa ſacellum in Archiepiſcopali palatio excitauit, dicauitque, mirisque cælaturis, necnon ſacra ſupellectile exornauit. Cathedrali multa, ac pretioſa dona contulit, pieque ac religioſè gregem ſibi commiſſum verbo, & exemplo ad paſcua ſalutis pergit adducere recurrente anno ſui Archipræſulatus decimo nono.

†

ABELLINENSES EPISCOPI.



ABELLINVM, vulgo *Auellino*, antiquum Hirpinorum oppidum, ciuitas eſt vlterioris Principatus in loco editiore ad Sabatum flumen apud Montis-Virginis radices poſita, abeſt à Beneuento Metropoli ad xvj. M.P. à Neapoli xxx. eius meminit Ptolomæus; Plinius lib.3. cap.5. in ſecunda Italiæ Regione Abellinates populos commemorat, exordium illius prorſus ignoratur: quamobrem qui eius auctores adſtruunt Iani filios, & ab ipſis in honorem Abelis cognominatam in fabulas Ennij inciderunt. Sunt qui ſcribant à populis deſtructæ Auellæ Campaniæ felicis vrbis antiquiſſimæ ſuum habuiſſe exordium, & nomen Auellini, deinceps in Abellinum deriuaſſe; ſed longè diuerſa fuit Auella inter Campaniæ felicis vrbes connumerata ab Auellino Hirpinorum oppido. Credunt alij ab Veliæ, ſeu Auelliæ vrbis finitimæ ruinis initium, & nomen ſumpſiſſe: alij narrant Bellinum primùm, à Bellinæ Deæ vaniſſimæ cultoribus, qui illud exædificarunt, vocatum, in Abellinum poſtea commutatum, vt vt res ſit, antiquiſſimæ tamen illud fuiſſe fundationis omnes conueniunt, & Abellinum deductam fuiſſe Coloniam teſtatur Frontinus de Colonijs. *Abellinum*, ait, *muro ducta Colonia lege Sempronia iter populo non dabitur, ager eius veteranis eſt aſſignatus*. Celebris vrbs antiquitus fuit Abellinum, titulo hodie Principatus illuſtris, nobiliſſimæ, ac vetuſtiſſimæ Caracciolæ gentis. ante annum vero noſtræ ſalutis DCCCXC. Comitatus dignitas ibidem inſtituta eſt ab Aione Beneuentanorum Principe, vt Herempertus ſcribit. Cæterum iam inde ab Apoſtolorum alumnis, cum finitimis populis fidem Chriſti ſuſcepiſſe Abellinum arbitrantur nonnulli, quam deinde ex Imperatorum perſecutione iam fere extinctam, ſua prædicatione in paucis fouiſſe Modeſtinū Antiochenum Epiſcopum cum ſocijs ſuis Flauiano, & Florentino huc ex Angeli monitu accerſitum, & in pace prope Abellinum quieuiſſe, Diocletiano, & Maximiliano Impp. quorum ſacra pignora poſt multa ſæcula in Cathedralem tranſlata fuere. Narrant M. S. Acta, ex quibus Ferrarius, eadem perſecutione Diocletiani, Hippolytum, quem Hippolyſterum vocant, Presbyterum Antiochenum cum Sabino Epiſcopo, & Romualdo Leuita, alijſque ſocijs, Abellinatibus in fide confirmandis plurimum inſudaſſe, & poſtquam octo millia circiter hominum ad fidem conuertiſſet, Oratorium apud Templum Iouis Capitolini in ipſa vrbe extruxiſſe, ac proprio ſanguine apud Atripaldum milliatio ab Abellino coronam meruiſſe Martyrij, & ibidem cum ſocijs hucuſque venerari. Itaque eliminata Idolorum ſpurcitia, redditaque per magnum Conſtantinum Eccleſiæ pace, templa à veteri impietate ad nouam Saluatoris noſtri pietatē traducta, cultu Sanctorum ſunt illuſtrata, adeo vt Eccleſiaſtica Hierarchia, & Epiſcopalis dignitas conſtabilitæ fuerint. Primus qui occurrit ex vetuſtis Epiſcopis, Timotheus eſt qui Synodo Romanæ ſub Symmacho interfuit anno 501. niſi velimus ante ipſum ſanctum Modeſtinum ciuitatis Patronum, & Sabinum Tripaldæ tutelarem connumerare; ſed ij Epiſcopi Abellini non fuerunt, vt ex Actis eorum facilè percipi poteſt, quæ adeo deprauata circumferuntur, vt maxima caſtigatione indigeant, vt in Modeſtini compendioſa vita obſeruat Ferrarius die 10. Iunij. Anno Domini DCCCCLXIX. Ioannes XIII. Papa Metropolim Beneuentanam erexit, deditque facultatem Archiepiſcopo eiuſdem conſecrandi Epiſcopos ijs in locis, in quibus iam fuerant, inter quos numeratur Abellinus, tanquam ſuffraganeus primarius, & recenſetur in valuis æneis Beneuentanæ Metropolis. Quamobrem haud negandum eſt multo ante Epiſcopali dignitate Abellinum fuiſſe ornatum. Huic Eccleſiæ Frequentinam deſolatam, ac propemodum deſtitutam Paulus II. anno MCCCCLXVI. 7. die Maij perpetuo vniuit, perdurat fœdus, atq; vnio, Idemq; Præſul Abellinenſis, & Frequentinenſis titulo decoratur. Menſæ Epiſcopalis annuus cenſus vtriuſque Eccleſiæ ducatorum Regni 2700. taxatur in lib. Fiſci Apoſtol. ad flor. 100. Cathedralis Abellina Beatiſſimæ Virgini Mariæ Aſſumptæ dedicata eſt, decentis ſtructuræ, diueſque ſanctorum reliquijs Modeſtini ciuitatis Patroni, Spinæ vnius coronæ Domini, viuificæ Crucis fruſtuli, Laurentij Martyris, aliorumq; ſanctorum Martyrum. In ea ſacris miniſtrant Canonici vndecim, ex quibus tres dignitate eminent, Archidiaconus, Archipresbyter, & Primicerius, presbyteri plures, & Seminarij clerici. Quinq; ſunt in hac ciuitate virorum Monaſteria, quatuor Mendicantium, vnum Monachorum Montis-Virginis, quod Comes Raimulphus inceperat, poſt multa ſæcula Maria de Cardona Comitiſſa iam

deło

deſolatum, à fundamentis reædificauit; A Monialium Cœnobium vnum. Diœceſis Abellina ſatis ampla, continet oppida decem & nouem, inter quæ Atripalda frequentia hominum, & ſanctorum Martyrum Cœmeterio illuſtris. Hic ſub Confeſſione, ſeu Crypta ſupra mille, & trecentos annos corpora ſanctorum Hippolytiſ, ſeu Hippolyſti, ac Sociorum, tum & Sabini Epiſcopi & Confeſſoris, ac Romuli Leuitæ iacuerunt occulta; ſuperioribus verò ſannis reperta decentiorem in locum tranſlata ſunt. Eorum inuentionis, atque tranſlationis hiſtoriam narrat doctus Bollandus tom. 2. Febr. die 14. In vniuerſum autem Diœceſes Abellinenſis, & Frequentina ſimul vnitæ habent Eccleſias Cathedrales B duas, Collegiatas Curatas decem, curatas tantùm vigintiquatuor, Regularium monaſteria viginti quatuor, ſimplices, & Oratoria centum vigintiquinque, Confraternitates octuaginta, ſimplicia beneficia quinquaginta ſeptem, Hoſpitalia octo, Montes pietatis quatuor; Monialium vnum, Conſeruatorium virginum vnum: fidelium animæ in totum recenſentur ſupra triginta millia. In hac Diœceſi S. Guillelmus Vercellenſis, auctor Congregationis Montis-Virginis nobile fundauit Cœnobium ſanctę Mariæ, quod à loco, Montis-Virginis nũcupatum, quod ob celebritatem loci, ac C Monachorum incolentium ſub Apoſtolica poteſtate à Summis Pontificibus ſuſceptum à Diœceſana ſubiectione liberum euaſit, cuius initium, progreſſumque deſcripſit Iacobus Iordanus olim eiuſdem Ord. Generalis, nunc Laquedonenſis dignus Epiſcopus. Abellinenſes autem Epiſcopi ſequentes ſunt à nobis obſeruati, ex diuerſis monumentis; pauci tamen, & Actorum ieiuni iuxta morem huius prouinciæ.



1 TIMOTHEVS Abellinaris Epiſcopus interfuit Romanæ Synodo celebratæ à Symmacho Papa an. 499. 500. 501. creditur quod idem ſit Abellinatis, & Abellinenſis, poſt hunc per ſexcentos ipſos annos deſide rantur Epiſcoporum nomina.

2 N. Epiſcopus Abellinenſis memoratur à Falcone Beneuentano in Chronic.

3 IOANNES Eccleſiæ huius Antiſtes, ſancti Guillelmi Cœnobij Montis-Virginis fundatori in paucis charus, eccleſiam eiuſdem Montis benedixit anno 1124. ac Monaſterium à Diœceſana ſubiectione immune fecit, vt Iacobus Iordanus ſcribit; obijt autem ann. 1132.

4 ROBERTVS ſucceſſit Ioanni anno 1132. vel ſequenti. hic Alberto Abbati Mõtis-Virginis, ius benedicendi Abbates in eodem Monaſterio perpetuò libera voluntate dimiſit, hoc fauorabili diplomate, quod ab originali edidit Iordanus, & nos hic retulimus ab eodem.

In nomine Domini, Amen.

Anno ab Incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti 1133. menſe Maio, undecima Indictione.

Ego Robertus, diuina clementia fauente, Sedis Auellinenſis Pontifex ſanctæ Mariæ clarè facio, quoniam ante hos annos quidam religioſiſſimus Chriſtianus Guilielmus nomine à longinqua venit Regione, & in Monte, qui Virgineus vocatur. & vbi Aqua Columbæ dicitur, aſcendit, & ibi quoddam conſtruxit Hoſpitium, quo conſtructo, poſt paululum temporis, auxilio Dei, multorumque Chriſtianorum ibi conſtruxit Eccleſiam, & monaſterium vocabulo eius ſanctę Dei Genitricis, & Virginis Mariæ. Nunc autem dictus religioſiſſimus Chriſtianus Gullielmus, inſpirante diuino Spiritu, diſceſſit è Monaſterio, quod in ſupradicto loco conſtruxit, ad aliud Monaſterium conſtruendum in honorem ſancti Saluatoris in pertinentijs Monticuli in loco, vbi dicitur *lo Goglieto*, ſed in ipſo receſſu de voluntate Monachorum elegit in Abbatem in ipſo monaſterio fratrem Albertum, & cum peterem vt ipſum Albertum conſecrarem ſine pecunia, ipſe renunciauit ſe velle conſecrari, ſe cum Fratribus ſuis in Eremo morari pro ſeruitio Dei, & eius Genitricis, & propterea nolebat habere honorem Abbatiæ, etſi qui illum vocabant Abbatem, pro honore ſanctæ Genitricis faciebant; quia non dicebat ſe eſſe Abbatem, ſed Priorem. Dicebat etiam quod ſi ipſum cogerem, monaſterium cum omnibus Monachis & Fratribus, qui ibi habitabant, dimitteret locum ipſius, & alias proponebat prouincias ad inquirendum locum, in quo Deo, & eius Genitrici ſeruire deberet. Nunc ego prædictus Robertus Dei gratia Pontifex, cum hoc audiſſem, exiſtimaui, & conſilium habui cum Sacerdotibus, & Clericis de iam dicto Epiſcopio, & cum Amato,

to, & Bernardo Iudicibus, & cum alijs bonis hominibus de ciuitate Auellinen. & cum Romano Notario de iam dicto Epiſcopio, & de omnibus ijs, quæ mihi dictus Abbas Albertus dixerat, quatenus ipſi quicquam exinde facere deberem, mihi conſilium tribuerent. Qui exiſtimantes, & prouidentes ea, quæ ſupradicta ſunt, conſilium mihi dederunt, quatenus melius eſſet vt dictum Abbatem non conſecrarem, ex quo nolebat, & non petebat, ſed renuebat quam quod ipſe prædictus Albertus, omneſque Monachi & Fratres, qui in ipſum monaſterium habitabant ſolum illud in iam dicta Eremo dimitterent, & in alijs prouincijs iter arriperent: conſilio vero inito, comparuit nobis bonum & optimũ dictam conſecrationem ipſi Abbati Alberto, & eius ſucceſſoribus illam non poſtulantibus in perpetuum dimittere. Quapropter ego qui ſupra Robertus Dei gratia Pontifex bona mea voluntate & per conſenſum & voluntates Sacerdotum, & Clericorum de iam dicto Epiſcopio, & meum habente prædicto Romano Notario Aduocatore eiuſdem Epiſcopij, & ante Amatũ & Bernardum Iudices, & idoneos homines, & ſubſcriptos teſtes, & per hoc quoque ſcriptum remittimus conſecrationem tibi iam dicto Abbati Alberto, & tuis ſucceſſoribus illam non poſtulantibus, & etiam petentibus damus ſine omni quæſtione, & occaſione, & abſque pecuniæ exhibitione, & omnes libertates eccleſiarum, quas quondam Iohannes Epiſcopus prædeceſſor meus conceſſit tibi iam dicto Abbati Alberto & ſucceſſoribus tuis confirmamus, & omni tempore à parte noſtri Epiſcopij ſecurè, liberè & indemnes permaneant in perpetuum, & ſemper ſint ſub poteſtate tua, & tuis ſucceſſoribus ad partem iam dicti monaſterij. Quod ſi taliter, vt dicta ſunt ea omnia ego & ſucceſſores mei, aut pars de dicto Epiſcopio tibi iam dicto Abbati Alberto, & tuis ſucceſſoribus & parti iam dicti monaſterij non adimpleuerimus, aut contrauenerimus volentes conſecrare Abbatem electum inuitum & nolentem, aut ſi nos ipſi exinde tecum & cum tuis ſucceſſoribus qualibet intentione propoſuerimus, & per qualemcunque modum voluerimus contraire, aut per quemlibet modum ad partem noſtram replicare, centum libras auri optimi ego Robertus Dei gratia Pontifex & ſucceſſores mei, & partem iam dicti Epiſcopij tibi prædicto Abbati Alberto, tuiſque ſucceſſoribus, & parti de iam dicto monaſterio pœna componere obligaui. Et in antea nos inuicem ſemper taciti & contenti maneamus exinde omni tempore aduerſus vos per ſupradictam obligatam pœnam, & de his omnibus, quæ ſuperiùs leguntur ego prædictus Robertus Dei gratia Pontifex bona mea voluntate guadiam tibi iam dicto Abbati Alberto dedi, & mediatorem tibi poſui me ipſum, & per ipſam guadiam obligo me, & ſucceſſores meos, & partem de iam dicto Epiſcopio tibi prædicto Abbati Alberto & ſucceſſoribus tuis, & parti de iam dicto monaſterio, vt adimpleamus vobis omnibus, qualiter ſuperius dicta ſunt per ſupradictam guadiam, & me ipſum mediatorem, & pœnam obligatam. Et ſi quicunque homo hoc ſcriptum à me emiſſum ſubtrahere & rumpere voluerit, aut non obſeruauerit, fiat excommunicatus à Patre, & Filio & Spiritu Sancto, vel ſi non adimpleuerit omnia, quæ ſuperiùs leguntur ſic eueniat ei, quomodo euenit Dathan, & Abiron, quando aperta eſt terra & viuos deglutiuit illos. Et quomodo euenit Simoni Mago, Anan & Saphiræ, qui mentientes, corporibus mortui ſunt, & partem habeat cum Iuda, qui tradidit Filium Dei, & non fiat de eo hæreditas in ſæcula ſæculorum. Amen. Et taliter ſicut prædicta ſcripta ſunt, ego prænominatus Robertus Dei gratia Pontifex tibi Romano Notario præcepi ſcribere.

† *Ego Robertus gratia Dei Epiſcopus prædictæ ſedis.*
† *Ego qui ſupra Amatus Iudex.*
† *Ego qui ſupra Bernardus Iudex.*
† *Ego Alferius Presbyter.*
† *Ego Rogerius Presbyter.*
† *Ego Dominicus Presbyter.*
† *Ego Guſtabile Clericus.*
† *Ego Robertus Clericus.*
Ego Romanus Notarius.

Inchoaſſe Robertum Cathedrale Templum, dicunt in honorem ſanctiſſimæ Virginis Mariæ, cuius erat deuotiſſimus, de quo in marmore ibidem leguntur carmina.

Virgo Maria tibi facit hoc ſplendeſcere limen
Præſul Robertus, cuius tu deſtrue crimen.

5 GVILLELMVS vir venerabilis, & pietate clarus poſt Robertum tenuit ſedem; de quo habetur ſpecifica mentio ab anno 1166. vſque ad 1189. Hic Cathedralem ab anteceſſore Roberto inchoatã abſoluit anno 1167. ad limen templi hæc ſpectantur in marmore Leonina carmina.

Vos, qui tranſitis, qui crimina flere venitis
Per me tranſite; quoniam ſum ianua vitæ
Limine non arcto, Vuillelmo Præſule facto,
Iuſſit id ambire, ſic crimina cuncta punire.

Inter-

InterfuitGuillelmus conſeerationi Eccleſiæ Montis Virginis celebratæ anno 1182. Corpora ſanctorum Modeſtini & ſociorum ſumma religione tranſtulit tēporibus Guillelmi ſecundi Siciliæ Regis è loco, quem prætorium vocabant, ad eccleſiam Cathedralem; tranſlationis hiſtoriam ſcripſit Rogerius epiſcopus eius ſucceſſor, quam recitat egregius doctuſque vir, & eximia eruditione præditus amicus noſter Godefridus Henſchenius tom. 2. Acta ſanctorum Feb. ad diem 14. eiuſdem menſis, vbi plura & ſcitu digniſſima refert ad Modeſtini Acta ſpectantia, quę omnino eſſe videntur cum actis S Eraſmi, cuius lipſana apud Caietam venerantur.

6 ROGERIVS Cuius prima mentio habetur an. 1219. in monumentis Salernitanæ eccleſiæ apud me, cum Iudex Apoſtolicus ab Honorio III. declaratus eſſet litem cōpoſuit inter Abbatem Monaſterij S. Marię Matris D. Cameratæ & hæredes Philippi ciues Salernitanos de quadā vinea, quorum initiū; *In nomine Domini Dei æterni & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Amen. Anno ab* Incarna*tione eius 1219. & 21. primo anno Regni Domini noſtri Federici Glorioſiſſimi Romanorū Regis & ſemper Auguſti, & ſeptimo anno Regis Domini noſtri Henrici eius clariſſimi filij, menſe February Ind. 8. ſuper queſtione que vertitur inter Monaſterium ſanctæ Mariæ Matris Domini, & inter* Dominos *Michaelem & hæredes quondam Philippi Camerarij, qui de Camerata dictus eſt ciues Salernitanos ſcilicet de quadā vinea. Nos Roggerius* Dei gra*tia venerabilis Auellini Epiſcopus, & Amerius Abbas ſancti Purij ſuper eandem quæſtionem authoritate Apoſtolica Iudices delegati, recepimus literas Apoſtolicas in hunc modum Honorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Venerabili fratri Epiſcopo Auellini, & Abbati S. Purij* S*alernitane diœceſis ſalutem, & Apoſtolicā benedictionem. Dilecti filij Abbas & conuentus ſanctæ Mariæ Matris Domini nobis conquerendo monſtrauit quod Michaelem, & heredes Philippi de Cameraria Salernitanæ diœceſis, &c.*

Rogerius iſte S. Modeſtini tranſlationis ſcriptor, vitam etiam eiuſdē ſatis confuſam, & S. Sabini, ac ſociorū Acta conſcripſit circa ann. Domini 1231. illū ſucceſſiſſe ferunt Guillelmo, ac piè Abellinenſem eccleſiam rexiſſe annis multis.

7 IACOBVS Abellinenſis epiſcopus ſub Clemente IV. ſponte onere, & honore ſe abdicauit.

8 IOANNES electus à Capitulo, eodem Clemente IV. ſedente in manibus eiuſdem libere reſignauit.

9 LEONARDVS ex Archidiacono eligitur ab eodem Capitulo; ſed cū ab Archiepiſcopo Beneuentano haud confirmatus fuiſſet, poſt longam altercationem, tandem ſub Nicolao IV. iuri ſuo ceſſit.

10 BENEDICTVS epiſcopus Biſacienſis à Nicolao IV. ad hanc Abellinam eccleſiam translatus eſt anno 1288. 12. Kal. Maij ex reg. Vatic. epiſt. 245. fol. 56. obijt anno 1294.

11 FRANCISCVS iam antea Epiſcopus Terracinenſis ad hanc eccleſiam tranſlatus eſt 6. Id. Apr. 1295. an. 1. pontific. Bonifacij VIII. in reg. Vatic. epiſt. 329. fol. 72. exceſſit anno 1310.



12 GOTIFREDVS de Tufo nobili genere natus iam epiſcopus alterius eccleſiæ translatus eſt ad hanc Abellinam, poſtquam Robertus archidiaconus Abellinenſis, & Palmerius Canonicus Beneuentanus in controuerſia à Capitulo electi ius ſuum renunciaſſent, die 11. Kal. Martij anno 1310. præfuit ann. 16. & ad Epiſcopatum Tricaricenſem translatus eſt anno 1326. ex eodem regeſt. Vatic.

13 Fr. NATINBENE Ord. Eremitarum S. Auguſtini Præſul renunciatus eſt Abellinenſis 12. Kal. Martij 1326. transfertur ad eccleſiam Triuentinam an. 1334. ex Regeſt. Vatic.

14 NICOLAVS epiſcopus Olonenſis ad hanc ſedē tranſlatus 15. Kal. Iulij 1334. ſucceſſorem habuit in eccleſia Olonenſi Ioannem quendam Ord. Ciſtercienſis Monachum 18. Auguſti eodem anno, ex regeſt. Vatic. Nicolaus verò mortuus eſt an. 1351.

15 Fr. RAYMVNDVS Ord. Minorum ſucceſſor datus eſt Nicolao die 5. Kal. Iulij anno 1351. regeſt. Vatic. Clementis VI. anno 6.

16 Fr. NICOLAVS hanc Cathedram regebat anno 1374. vita functus eſt an. 1391 ex lib. Prouiſ. Prælat. Qualis autem fuerit facies ciuitatis, & eccleſiæ Abellinæ ſedente hoc epiſcopo, facilè colligi poteſt ex ciuium documento ſubſcripto etiam ab eodem Nicolao, in quo ſtatuerunt Oratorem mittendum ad Gregorium XI. Pontificem, vt afflictæ, ac captæ ciuitati per ſceleratos homines proſcriptos, opem ferre dignaretur.

tur, exemplum documenti quod extat apud me ita proloquitur.

In nomine Domini Dei æterni & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti.

Anno diuinæ Natiuitatis milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo quarto.

Regnante ſereniſſima Domina noſtra D. Ioanna Dei gratia Regina Ieruſalem & Siciliæ, Ducatus Apuliæ & Principatus Capuæ, prouinciæ & Fortalqueri, ac Pedimontis Comitiſſa, Regnorum verò eius anno trenteſimo ſecundo feliciter Amen, die verò vigeſimo quarto menſis Februarij, duodecimæ Indictionis apud Auellinum. Nos Philippus de Biſancio dictæ ciuitatis Auellinæ annalis iudex, Ioannes Ægidij de Turribus habitator eiuſdem ciuitatis Auellini publicus per prouinciam Principatus vltra terras Mōtorij regia authoritate Notarius, & ſubſcripti teſtes ad hoc vocati ſpecialiter, & rogati, præſenti ſcripto publico notum facimus, & teſtamur, quod prædicto die in noſtri præſentia congregata vniuerſitate deſolatæ dictæ ciuitatis Auellinæ, & homines vniuerſitatis ipſius, ſeu maiori & ſaniori parte hominum prædictæ ciuitatis ad vocē præconis in dohana ipſius ciuitatis, vbi alias pro eorum negotijs peragendis congregari hactenus conſueuerunt: quæ vniuerſitas, & homines vniuerſitatis ipſius concorditer, & pari voto cum vlulatu, fremitu, atque luctu aſſeruerunt, quod deſtructa, diſſipata, & diſſoluta ciuitate ipſa, nec rehabitandi, & reformandi eis facultas, nec poſſibilitas adeſt, cum Caſtrum, ſeu fortalitium ipſius ciuitatis prædictum fuerit captum & retentum per Malandrinos, & effecta eſt communis, & ſpelunca latronum, qui cum tenentes, monaſteria quamplura, epiſcopalem eccleſiam, & omnes parochias, & pro maiori parte . . . . diſrobbarunt & diſrobatas igni incendijs concremarunt, & in eorum diſceſſu de Caſtro eum pro diſſolato, & habitatione priuato totaliter reliquerunt. Cumque ciuitas noſtra non poſſit, nec valeat reformare, niſi diuino, & Domini Noſtri, Domini ſummi Pontificis eius auxilio ſuccurratur, quod petere omnes propter viarum diſtantiam non poſſunt, ad pedes dicti Domini noſtri ſummi Pontificis omnes perſonaliter intereſſe; igitur confiſi de fide, prudentia, & diſcretione nobilis viri Iacobi fortis de eadē ciuitate eorum conciuis fecerunt, conſtituerunt, & legitimè ordinauerunt eorum, & dictæ vniuerſitatis ac hominum eiuſdem verum, legitimum, & generalem procuratorem, a-

A ctorem, Syndicum, oeconomum, & Nuncium ſpecialem, ſeu quocunque alio nomine meliùs dici poſſet, & cenſeri, eundem Iacobum Fortem ibidem præſen em, & acceptantem ad conferendum & præſentandum ſe nomine & pro parte eorum, & eorum cuiuslibet ante pedes eiuſdem Apoſtolicæ Sanctitatis, & ei, & eius ſacro co ſilio damna, ſuppreſſiones, impetentia, diſſolutiones, deſtructiones, & enormia alia delicta homicidia, violationes virginum, & monialium, ac mulierum aliarum, quas, & quæ dicta ciuitas & ciues per diuerſas vices, & tempora paſſi ſunt, & quam patiuntur inopiam, exponendum recitandum, & de-

B clarandum, gratias, immunitates, indulgentias, & beneficia poſtulandum, litteras, priuilegiaque cuiuſcunque continentiæ & tenoris impetrandum, & pro ipſis petitiones offerendum, & omnia alia opportuna & neceſſaria, quæ ſibi videbuntur pro reformatione, habitatione, & reductione eiuſdem ciuitatis, & hominum facienda, tractandi . . . . & exequendi, quæ & quilibet verus, legitimuſque Procurator Syndicus, oeconomus, & Nuncius ſpecialis facere poteſt, & debet, facere poſſet, & deberet, & quæ ipſimet vniuerſitas facere poſſent & deberent, ſi ad ipſa, vel ipſorum quilibet perſonaliter eſſe poſſent, etiam ſi talia fuerint,

C quæ mandatum exigerent propterea ſpeciale, promittentes & obligantes ſe dicta vniuerſitas, & homines vniuerſitatis ipſius, ſe torum ratum, gratum perpetuò habituram, & firmum omne totum, & quicquid per eorundem Procuratorem Syndicum, & Nuncium ſpecialem actum, firmum, impetratum, petitum & geſtum extiterit in præmiſſis, & de præmiſſis, & quolibet præmiſſorum, & alijs, quæ opportuna ſibi videbitur expediri, & erit opportunum. Vt autem de præmiſſis fides plenaria valeat adhiberi, factum eſt exinde per nos prædictos iudicē & Notarium præſens publicum procurationis Inſtrumentum ſigno conſueto mei prædicti Notarij ſignatum ſigno, ac ſubſcrip-

D tione mei prędicti iudicis, & ſubſcriptorum teſtium ſignis, ſubſcriptionibus, & ſubſignationibus communitū, quod ſcripſi ego prædictus Ioannes publicus, vt ſupra, regia authoritate Notarius, qui prædictis omnibus rogatus interſui, & meo ſolito ſigno ſignaui. Locus † Signi.

† *Ego qui ſupra Philippus iudex.*
† *Ego Abbas Rogerius de Arminio teſtis ſum.*
† *Ego Ludouicus de Rempito teſtis ſum.*
† *Ego Sebaſtianus Ianuarius teſtis ſum.*
† *Ego frater Nicolaus Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopus Auellinus teſtis ſum.*
† *Ego Vicarius Thomaſius de Diano Capitaneus ciuitatis Auellinæ teſtis ſum.*

† *Ego Notarius Nicoleus . . . . . habitator Auell. prædicta fateor vera eſſe.*

† *Ego D Laurentius de Rempico Archipresbyter maioris Eccleſiæ Auell. teſtis ſum.*

† *Ego D. Marcus Antonius de Amretta Canonicus maioris . . . teſtis ſum.*

† *Ego . . . . teſtis ſum.*

† *Ego fr. Ludouicus Abbas Monaſterij S.Benedicti Auell. teſtis ſum.*

† *Ego Antonius de Altopaſſo teſtis ſum.*

† *Ego D. Modeſtinus teſtis ſum.*

† *Ego D. Franciſcus . . . . teſtis ſum.*

17 MATTHÆVS ex Rectore eccleſiæ ſanctæ Mariæ de ſancto Magno Frequentinæ diœceſis electus Kalendis Martij 1391 exceſſit ſub Martino V. ex lib. Prouiſionum.

18 CICCHVS, ſiue Franciſcus Palumbus Neapolitanus Monachus S.Benedicti, & abbas Monaſterij eiuſdem cognominis Abellinenſis epiſcopus à Martino V. Kal. Nouembris 1423. tranſlatus deinde eſt ad Melphienſem eccleſiam anno 1431. 3. Id. Decembris.

19 FVCCIVS Ciuis & Canonicus Melphienſis eligitur die 30. Ianuarij 1432. quo Præſule, Nicolaus V. anno 1452. perpetuo vniuit Capitulo Abellinenſi vetuſtam Abbatiam S.Benedicti in ea ciuitate ſitam, tunc deſtitutam paſtore, & monachis, ac prorſus deſolatam, extincta in ea abbatiali dignitate, quam vnionem Nicolaus Abbas S.Modeſtini Beneuentanæ Diœceſis à Pōtifice deputatus abſoluit hoc ſcripto documento.

Reuerendo in Chriſto Patri, & Domino Futio Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia epiſcopo Auell. de Prouincia Beneuentana, necnon eius in ſpiritualibus, & temporalibus Vicario Generali, ac etiam venerabilibus viris Dominis Canonicis & Capitulo maioris eccleſiæ dictæ ciuitatis Auellinen. ac illi, vel illis, ad quem, vel quos infraſcriptum tangit negotium, ſeu tangere poterit quomodolibet in futurum etiam communiter, vel diuiſim. Nicolaus Dei, & apoſtolicæ Sedis gratia abbas ven. Monaſterij S. Modeſtini Beneuentan. executor ad infraſcripta à Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatus, ſalutem in Domino, & noſtris huiuſmodi, imò veriùs apoſtolicis firmiter obedire mandatis. Literas ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini Nicolai diuina prouidentia papæ Quinti eius vera Bulla plumbea cum cordula fili canapis more Romanæ curiæ in pendendi bullatas, ſanas, & integras, non buratas, non cancellatas, non abolitas, nec in aliqua ſua parte ſuſpectas, ſed omni prorſus

A vitio, & ſuſpectu carentes nuper nobis per Venerabiles viros Dopnum Angelum Archipresbyterum, & Dopnum Antonium de Roſata Primicerium & Canonicos dictæ maioris Eccleſiæ Auell. Procuratores legitimos ordinatos, & deputatos ad infraſcripta exequenda per Capitulum & Canonicos, dictæ Eccleſiæ Auell. de quorum procuratione plenè nobis conſtitit publico documento manu notarij Ioannis de Callio de Catanzano Procuratoris dictæ ciuitatis Auell. confecto omni qua decet ſolemnitate vallato, & per nos viſo, lecto & intellecto præſentatus coram Notario & teſtibus infraſcriptis nominatis, ea qua decuit reuerentia recepiſſe tenoris, & continentiæ

B ſubſequentis, videlicet. Nicolaus epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilecto filio abbati Monaſterij ſancti Modeſti Beneuent. ſalutem & apoſtolicam benedictionem, quoniam dum eccleſiarum, & eccleſiaſticarum perſonarum opportunitates, & commoda temporalia rerum tenuitas minuit, illarum decus paſsim deperit, & diuinus cultus in domo Domini deſinit exerceri, apoſtolicæ igitur ad hoc non indignè extenditur prouiſionis opera, vt huiuſmodi diſpendijs per remedia ſuccurri valeat opportuna. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Capituli & Canonicorum Eccleſiæ

C maioris B. Mariæ Auellin. petitio continebat, quod fructus, redditus, & prouentus menſæ capitularis dictæ Eccleſiæ ſunt adeo tenues, & exiles, quod ex illis Capitulum & Canonici ſupradicti, qui nouem numero exiſtunt, & quorum aliqui propter exilitatem eorundem inibi reſidentiam facere negligunt, ſe ſuſtentare, eiſque incumbentia onera ſupportare non poſſunt. Et ſicut eadem petitio continebat, ſi Monaſterium S.Benedicti Auell. Ordinis eiuſdem ſancti, quod Monachis caret, & Abbatiali dignitate, & ordine huiuſmodi in illo ſuppreſsis penitus & extinctis eidē menſæ triginta ſex florenorum auri de Camera fructus, redditus & prouentus, ſecundum cō-

D munem exiſtimationem valorem annuum non excedunt, in perpetuum vniretur, incorporaretur, & annecteretur, ex tunc Capitulū, & Canonici antedicti non modicum ſuſciperent releuamen. Quare pro parte Capituli & Canonicorum prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt Monaſterium prædictum menſæ Capitulari vnire, annectere, & incorporare de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur de præmiſsis certam notitiam non habentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus de eiſdem præmiſſis omnibus & ſingulis, ac eorum circumſtantijs vniuerſis auctoritate noſtra te diligenter informes, & ſi per Informationem huiuſmodi ita eſſe repereris, ſuper quo tuam conſcientiam oneramus,

præ-

A præfatum Monaſterium, cuius Abbas pro tempore mitra, annulo, & baculo Paſtorali vti conſueuit, dignitate, & ordine antedictis per te prius, vt ex ſuppreſſis penitus, & extinctis cum omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis eidem menſæ auctoritate præfata in perpetuum vnias, incorpores, & annectas. Ita quod cedente, vel decedente dilecto filio Ioanne de Meſſina Monaſterij ipſius moderno Abbate, ſeu monaſterium ipſum alias quomodolibet dimittente, liceat Capitulo & Canonicis præfatis per ſe, vel alium, ſeu alios corporalem Monaſterij Iurium & pertinentiarum prædictarum poſſeſſionem auctoritate propria liberè apprehendere, ac huiuſmodi illius fructus, redditus & prouentus in ſuos & dictæ menſæ
B vſus, & vtilitatem conuertere pariter & detinere, Diœceſani loci, & cuiuſcunque alterius licentia ſuper hoc minimè requiſita, non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac ſtatutis, & conſuetudinibus Monaſterij & ordinis prædictorum, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacunque firmitate alia roboratis, & quibuſlibet priuilegijs, indulgentijs, literis Apoſtolicis, generalibus, vel ſpecialibus quotumcunque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus, vt expreſſa, vel totaliter inſerta, effectus eorum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus,
C quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis: prouiſo quod eccleſia dicti monaſterij ad prophanos vſus, veluti hæreditas minimè redigatur. Nos enim, ſi ſuppreſſionem, extinctionem, vnionem, incorporationem, & annexionem præfatas per te vigore præſentium fieri contingat, ex nunc irritum decernimus, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno Incarnationis Dominicę milleſimo quadringèteſimo quinquageſimo quinto, pridie Aprilis, pontificatus noſtri anno quarto. Expedita ſeptimo Id. Ianuarij anno quarto C. de Roge-
D rijs. Senſiliben. Bonanus. Poſt quarum quidem literarum Apoſtolicarum pręſentationem, & receptionem nobis, & per nos, ſeu, vt præmittitur, factas, fuimus per præfatos procuratores nomine quo ſupra corã nobis perſonaliter conſtitutos debita cum inſtantia requiſiti, quatenus ad executionẽ dictarum literarum Apoſtolicarum, & contentorum in eiſdem procedere dignaremur iuxta traditam ſeu directam à dicta ſede Apoſtolica nobis formam. Noſque Nicolaus Abbas, & exequutor præfatus attendentes requiſitionem huiuſmodi fore iuſtã & conſonam rationi, ac volentes dictum mandatum Apoſtolicum nobis in hac parte directum reuerenter exequi vt tenemur, penſatis diligenter omnibus, quæ in dictis

A literis Apoſtolicis demandantur, & ipſarum circunſtantijs vniuerſis ſolemniter exquiſitis, quia inuenimus contenta in dictis literis Apoſtolicis inniti veritati, fructus, redditus, & prouentus d. Eccleſiæ S. Mariæ Auellin. & menſæ Capitularis ipſius adeò tenues, & exiles, quod ex illis Capituli & Canonici, qui nouem reperiuntur eſſe numero, & quorum aliqui propter exilitatem eorundem, qui triginta ſcutorum inibi non reſident, cũ ſe ſuſtentare, & onera illi incumbentia ſupportare non poſſunt, quodque monaſterium S. Benedicti de Auell. Ord. ſancti Benedicti, eiuſque fructus ſexaginta florenorum auri de Camera valorem annuum non excedere, & Monachis carere, auctoritate
B Apoſtolica nobis in hac parte commiſſa, dignitatem Abbatialem, & ordinem huiuſmodi in monaſterio ipſo ſuppreſſimus penitus & extinximus, & tenore præſentium ſupprimimus, & extinguimus, eidemque menſæ capitulari vniendum duximus, incorporandum, & annectendum, & in perpetuum vniuimus, incorporauimus, & annexuimus, ac tandem tenore vnionis, incorporationis & annexionis cum omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis ita quod cedente, vel decedente venerabili viro Ioanne de Meſſina moderni ipſius monaſterij Abbate, ſeu Monaſteriũ ipſum aliàs quomodolibet dimittente, liceat Capitulo, & Canonicis præfa-
C tis per ſe, vel alium, ſeu alios corporalem rerum, iuriumque & pertinentiarum prædictarum poſſeſſionem auctoritate propria liberè apprehẽdere, & huiuſmodi illius fructus, redditus, & prouentus in ſuos, & dictæ menſæ vſus & vtilitatem conuertere pariter, & retinere, Diœceſani loci, & cuiuſcumque alterius licentia ſuper hoc minimè requiſita; de quo quidem Monaſterio cum iuribus ſuis præſatos Procuratores inueſtiẽdos duximus, & perſonaliter per manus anulum inueſtimus, prouiſo, quod Eccleſia dicta . . . . ad profanos vſus, veluti hæreditas nunquam redigatur, non obſtantibus Conſtitutionibus & ordinatio-
D nibus Apoſtolicis, ac Statutis, & conſuetudinibus noſtris & ordinis prædictorũ iuramento confirmatis, Apoſtolica, vel quacunque firmitate alia roboratis, & quibuſlibet priuilegijs, Indulgentijs, & literis Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus quorumcunque tenorum exiſtant, ac alijs non obſtantibus, quæ in dictis Apoſtolicis literis Dominus noſter Papa voluit non obſtare, vt in ſupradictis literis commiſſionis noſtræ huiuſmodi pariter continetur. Intimamus propterea vobis Reuerendiſſimo in Chriſto Patri Domino Epiſcopo Auell. veſtriſque in ſpiritualibus & tẽporalibus Vicario generali prædictas ſuppreſſionem, extinctionem, & annexionem, vnionem, & incorporationem noſtram huiuſmodi, imò veriùs Apoſtolicam, & mandantes vobis

omnibus; & cuilibet in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunic. pœna, ne vos, vel alter veſtrũ per ſe, vel interpoſitam perſonam directè, vel indirectè, publicè vel priuatè, quouis quæſito colore impediatis, aut impediri permittatis Canonicos antedictos quominùs facto, tamen præmiſſo, pacificam poſſeſſionem, & tenutam dicti monaſterij cũ iuribus, & pertinentijs ſuis conſequatur, & præſentes huiuſmodi noſtræ literæ, & proceſſus, ſeu inſtrumentum proceſſum quo minùs iuxta formam litterarum dictarũ Apoſtolicarum continentiam, & tenorem debitum conſequantur effectum. Quod ſi infra ſex dierum ſpatium per dictos Canonicos, ſeu alios eorũ nomine à dicto impedimento non deſtiterint, ſeu alter veſtrum non deſtiterit, & quantum in vobis erit, ab alijs deſiſti feceritis realiter, & cum effectu infra eundem terminum ſex dierum, quorũ duos pro vno, duos pro ſecũdo, & reliquos duos pro tertio, & vltimo peremptorio, ac monitione canonica aſſignamus, excommunicationis vinculo ſententialiter, quam ſerimus in ijs ſupradictis innodantes. Vobis autem Domine Epiſcope tuæ ob reuerentiam dignitatis Pontificalis deferimus in hac parte, ſi contra præmiſſa, ſeu aliquid præmiſſorũ feceritis per vos, vel ſubmiſſam perſonam, publicè, vel occultè directè, vel indirectè quouis quæſito colore, dicta ſex dierum canonica monitione præmiſſa, ex nunc prout ex tũc in ijs ſuprad. ſuſpendimus à diuinis. Verũ ſi præfatorũ interdicti, & ſuſpẽſionis ſententijs per alios ſex dies dictorũ duodecim dierum innodari ſequentes, animo, quod abſit, ſuſtinueritis, induratos vos ex nunc, prout ex tunc, dicta canonica monitione præuia, in eiſdem ſupradictis excommunicationis ſententia innodamus: mandantes inſuper omnibus, & ſingulis presbyteris, penſionarijs, cenſuarijs, terrarum colonis, & laboratoribus, & ſtallerijs, & alijs debitoribus quibuſcunque omnium & ſingulorum bonorum, poſſeſſionum, & terrarum dicti monaſterij ſancti Benedicti, tam in ciuitate Auell. quam alibi conſtituris, tam præſentibus, quam futuris, cuiuſcunque conditionis exiſtant, quatenus, facto tamen prædicto Domino cedente, vel decedente ipſius monaſterij ſancti Benedicti Abbate, ſeu monaſterij ipſius alias quomodolibet dimittente ex tunc de cætero prædictæ menſæ Capitularis dictæ maioris Eccleſiæ Auell. de ipſius monaſterij S. Benedicti fructibus, redditibus, & prouentibus vniuerſis integre debeant reſpondere, contradictores vero, & rebelles per cenſuram eccleſiaſticam compeſcendo. In quorum omnium & ſingulorum fidem, & teſtimonium . . . dictæ menſæ Capitularis præfatæ Eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Auell. & Capituli rectitudinem, & cautelam præſentes literas, ſiue præſens huiuſmodi noſtrum proceſſum exinde fieri; & per venerabilem Dominum Nicolaum Ruffum de Beneuento publicum auctoritate Apoſtolica Notarium infraſcriptum ſigillari, & ſubſcribi & publicari mandauimus, noſtriq; maioris ſigilli, quo vtimur, iuſſimus, & fecimus appenſione muniri. Datum Beneuenti ſub anno Natiuitatis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſecundo, die decima menſis Septembris prima Indictione, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri Domini Nicolai diuina prouidentia Papæ V. anno ſexto, præſentibus venerabilibus viris fratre Anſelmo, & fratre Pannotio monachis dicti monaſterij S. Modeſti, & Ioanne de . . . ciuibus & habitatoribus Beneuentanis teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter, & rogatis.

Ego Nicolaus Ruffus ciuis Beneuentanus pub. apoſtol. auct. Notarius prædictus quia prædictarum literarum apoſtol. præſentationi, receptioni, requiſitioni, ſententiarum fulminationi, omnibuſque alijs & ſingulis ſupradictis, dum ſic, vt præmittitur, per præfatum Dominum Abbatem, Commiſſarium, & Executorem fierent, & agerentur, vna cum prænominatis teſtibus rogatus interfui, eaque ſic ſieri, vidi & audiui, & ideo hoc præſens publicum inſtrumentum huiuſmodi noſtrum proceſſum in ſe continens, per me fideliter . . . . exinde confeci, & in hãc publicam formam redegi, ſignoque & nomine noſtris ſolitis, & conſuetis vna cum appenſione ſigilli præfati Domini Exequutoris, &c. Vixit deinceps Fuccius ad annum vſq; 1466. & in ſua Cathedrali humatus, poſt cuius exceſſum Paulus II. Eccleſiam Frequentinam cũ hac Abellina, vt ſupra narrauimus, perpetua vnione connexuit eodem anno die 7. Id. Maij. Ambarum itaque Eccleſiarum ſimul iunctarum primus Epiſcopus fuit is qui modò ſequitur.

20 BAPTISTA de Ventura Neapolitanus iam anteà Frequentinus Epiſcopus, Abellinus etiam dictus eſt eodem die 7. Id. Maij 1466. Altare in honorem ſancti Laurentij conſecrauit in Eccleſia ſancti Franciſci de Mirabella. Per annos plus, minuſve 26. has Eccleſias ſimul vnitas conſultiſſimè adminiſtrauit. Obijt vero anno 1492.

21 ANTONIVS de Pyrrho, Barenſis, Epiſcopus Caſtellanetenſis ad has moderandas Eccleſias tranſlatus die 8. Octobris 1492. Hic inſignis iuris interpres fuit, multoque in pretio habitus à Federico Rege Neapol. à quo ad Pannoniæ Regem grauibus de rebus Legatus eſt. Reuerſus ad Eccleſiam ſuam poſt annum decimum à ſua adminiſtratione Abellini exceſſit an. 1503.

BER-



22 BERNARDINVS Card. Carua-gial. factus eſt harum eccleſiarum admini-ſtrator die 28. Iulij 1503.

23 ANTONIVS de Caris nobilis Ba-renſis per ceſſionem Card. Carauagial. ele-ctus eſt Epiſcopus eodem anno 1503. ſedit an. 2. atq; tranſlatus eſt ad Neritonenſem eccleſiam die 26. Octob. 1507.

24 GABRIEL Setarius Neapolitanus ab eccleſia Neritonenſi ad has tranſlatus eſt eodem die 26. Octob. 1507. eoque deinde conſentiente Iulius II. Papa 1510. Abellina eccleſia diſſoluta fuit à Frequentina, & da-ta fuit Ioanni Franciſco eius nepoti, hac tamen cõditione, vt vno ex ipſis decedente, iterum vnirentur ſub ſuperſtite Præſule, Ga-briel morte præuentus, vacuam nepoti reli-quit Frequentinam ſedem, vt acta referunt Conſiſtorialia.

25 IOANNES FRANCISCVS Seta-rius Neapolitanus, Gabrielis ex fratre ne-pos Abellinæ Eccleſiæ tantùm renunciatur epiſcopus die 11. Febr. 1510. pauloq; poſt defuncto patruo, Frequentinam ſimul ſu-ſcepit adminiſtrandam. Interfuit is Later. Concilio ſub Iulio II. defunctuſq; eſt ſub Leone X. anno 1516.

26 Fr. ARCHANGELVS Madrigan-nus Mediolanen. ſucceſſit Ioanni Franciſco die 18. Auguſti 1516. & hic aſſenſum præ-buit die 28. Martij 1520. vt Eccleſia Abelli-na iterum diſſolueretur à Frequentina, quam ſibi retinuit, eadem conditione, vt ex receſſu, vel deceſſu ſui, vel Syluij ſucceſ-ſoris iterum vniretur, quod per mortem ip-ſius factum eſt.

27 SYLVIVS Meſſalia Mediolanenſis patria, Monachus Ord. Ciſtercienſis mo-naſterij Claræuallis prope Mediolanum, vir doctus, & probus, cuius cum laude meminit Bonifacius Simonetta lib. de per-ſecutione Chriſtianorum, à Leone X. ele-ctus eſt epiſc. Abellinus die 28. Martij, 1520. ac Romæ conſecratus ab Auguſtino Card. Triultio, cuius erat in paucis charus, de-functo deinde Archangelo Frequentinam iterum Eccleſiam vnitam cum priori Abel-lina moderandam ſuſcepit. Apud proregem Neapolitanum inſimulatus fuit ciuitatem Abellinam Lautrecho Regis Franciæ exerci-tus præfecto tradere voluiſſe, vt produnt Diaria ad annum 1528. idcirco carceri mã-cipatus; ſed poſtea innocens declaratus, ad eccleſiam ſuam liberè remeare permiſſus, eam rexit laudabili fama virtutum ad an-num vſq; 1544. & mortuus in Abellina Ca-thedrali humatus eſt.

28 HIERONYMVS Albertinus Nola-nus Regiæ Cameræ Neapolitanæ Regens ad hos epiſcopatus euectus eſt à Paulo III. ann. 1545. die 19. Ianuarij; poſt annos om-nino tres nuncium liberè remiſit nondum conſecratus.

29 BARTHOLOMÆVS Card. della Queua Hiſpanus factus eſt adminiſtrator die 12. Septemb. 1548. onus deinde dimiſit 10. Martij 1549.

30 ASCANIVS Albertinus Nolanus, Hieronymi ſuperioris nepos electus die 10. Maij 1549. ſedit vir laude digniſſimus, & le-gali ſcientia clarus ann. 21. Hic eccleſiam ſancti Ioannis Baptiſtæ extra Abellinũ con-ceſſit Monachis Montis-Virginis, vt ibidem Cœnobium iam diu ſolo æquatum, iterum exædificaretur, quod ſua deinde munificen-tia Maria de Cardona Marchioniſſa Padu-læ, & Comitiſſa Abellini incœpit an. 1558. obijt hæc pia, nobiliſſimaq; Heroina anno 1564. eaq; ſine prole deficiente, Abellinum Comitatum à Regio fiſco emit Io. Baptiſta Filamarinus Rocchæ Comes, & poſt ipſum Comitatus peruenit ad Marinum Carac-ciolum Atripaldæ Ducem: qui titulo Abelli-ni principis exornatus eſt. Is etiam idem Cœnobium nondum abſolutum perfecit, ac poſt plurimos annos monaſteriũ virginum ſanctæ Mariæ de Monte-Carmelo à funda-mentis fundauit, ac dotauit, Paulo V. ſeden-te. Cæterum idem optimus Præſul iuxta Conc. Tridentini decreta Seminarium Cle-ricorum in Abellina vrbe fundauit, ædifica-uit, & neceſſarios ſumptus ad pueros ibi-dem bene inſtituendos conſtituit, vt ex eiuſdem documento libet proſpicere, quod hic ab exemplari exſcripſimus.

Aſcanius Albertinus de Neapoli, Dei & Apo-ſtolicæ Sedis gratia Auellin. & Frequen. Eccleſiarum inſimul perpetuo vnitarum Epiſcopus, ad perpetuam rei memoriam.

Ex iniuncto noſtræ ſeruitutis officio prædictorum locorum quorũlibet, præ-ſertim vero, quæ ad commune bonum Ec-cleſiæ inſtitura eſſe dignoſcuntur, cuiuſmo-di ſunt puerorũ miniſterijs eccleſijs inſer-uiturorum Collegia, Seminaria nuncupata à ſancto Oecumenico Tridentino Concilio ordinata conſeruationi, augmento, & ma-nutentioni in illis pro tempore degentium ſuſtentationi prouidere cupientes, ne pro-pter rerum temporalium carentiam, vel de-

fectum

fectum, introductio, & inſtitutio piorum locorum huiuſmodi vana & inutilis remaneat. Cum itaque nuper nos prædicti Sacroſancti Conc. Trident ini decretis, & ordinationibus inſiſtentes, & inhærentes, cuiuſq; iuſſa, & mandata capeſſe nes vnũ in noſtra ciuitate Auell. Collegium puerorum eccleſiaſticis miniſterijs inſeruiturorum Seminarium nuncupatum pro eadem ciuitate, & Diœceſan. noſtris Auell. & Frequen. iuxta dicti Concilij diſpoſitionem per alias noſtras inde confectas literas perpetuo ereximus, & inſtituimus, prout in eiſdem literis noſtris pleniùs continetur. Cumque ad Collegij prædicti fabricam inſtituendam, ſeu adaptandam, & mercedem præceptoribus, & miniſtris ſoluendam, & iuuentutem alendam, & ad alios ſumptus ibi ſubeundos certi redditus ſint neceſſarij, & propterea dictum Tridentinum Concil. ſeſſ. 23. cap. 18. ſuper erectione, & inſtitutione huiuſmodi Seminariorum, inter alia voluerit, quod eius loci Ordinarius cũ conſilio duorum de Capitulo, quorum alter ab epiſcopo, alter ab ipſo Capitulo eligeretur, itemque duorum de Clero ciuitatis, quorum quidem alterius electio ſimiliter ad epiſcopum, alterius ad Clerũ pertineret, ex fructibus Eccleſiaſticis quorumcunque beneficiorum eccleſiaſticorum, ac etiam aliorũ locorum ibidem expreſſorum partem aliquam, vel portionem detraheret, & hanc portionem ſic detractam, necnon etiam beneficia aliqua ſimplicia cui ſcunque qualitatis, & dignitatis . . . vel etiam præſtimonia, vel etiam præſtimoniales portiones ſine cultus diuini, & illa obtinentium præiudicio, huic Seminario Collegio puerorum applicaret, & incorporaret, idque locum habeat, etſi beneficia eſſent reſeruata, vel affecta, nec per reſignationem ipſorum beneficiorum vniones, & applicationes huiuſmodi ſuſpendi, vel vllo modo impediri poſſent; ſed omnino quacunque vacatione, etiamſi in curia effectum ſuum ſortirentur, quacunque conſtitutione non obſtante, & alias prout in dicto Concilio ſeſſ. & capit. præallegatis ſimiliter pleniùs continetur. Nos dicti Collegij puerorum. Seminarij per nos in ciuitate noſtra Auell. vt præfertur, erecti & inſtituti ædificiorum neceſſariorum conſtitutioni, ſeu adaptationi, ac puerorũ ibi degentium ſuſtentationi, & manutentioni, necnon alias in præmiſſis opportunè prouidere volentes, de dilectorum in Chriſto filiorum infraſcriptorum, iuxta præfati Conc. Tridentini decretum reſpectiuè electorum conſilio, & aſſenſu, facultate & auctoritate nobis ab eodem ſacroſancto Concil. Tridentino commiſſa, Eccleſias, & Capellas rurales, ſeu beneficia ſimplicia, & quibus cura non imminet animarum, videlicet ſancti Euſtachij in loco prope Foſſau. & ſancti Simeonis in loco, la Mattina, pro pe Geſualdi terrarum muros, & ſancti Valetiani in loco de Foſſacauallo Frequen. Diœc. rurales, & ſine cura Eccleſ. quæ & quas beneficia, & eccleſias poſſidet ad præſens DõnPytrhus Mottula de Geſualdo obtinen. ex nunc prout ex tunc, & è contra cũ primũ per illatũ vel illorũ D. Pytrhi ceſſum, vel deceſſum ſine . . . diuini cultus, & illa obtinẽtis de præſenti præiudicio prędicto Collegio puerorum Seminario in ciuitate noſtra Auell. & per nos, vt præfertur, erecto, & inſtituto cum omnibus ipſarum eccleſiarum annexis, & connexis, ac iuribus, obuentionibus, & pertinentijs ſuis vniuerſis iuxta facultatem nobis à dicto ſacroſ. Triden. Conc. attributam tenore pręſentiũ vnimus, annectimus, incorporamus, & applicamus. Ita quod Cappellani in eis amouibiles deputandi eccleſiarum prædictarum, ac annexorum, & connexorũ, ac iurium, & obuentionum ſuorum prædictorum fructus, redditus, & prouentus nomine dicti Collegij puerorum Seminarij etiam propria auctoritate perpetuis temporibus exigere, & leuare valeat ex eis, prouiſo, ne diuinus cultus diminuatur in eiſdem Eccleſijs tertia pars Cappellanis prædictis, reliqua, quæ ſupererit, in vſus dicti Collegij ſeminarij puerorum, & aliarum perſonarum in eo exiſten exponatur. Decernentes quoq; & nobis à dicto Concilio Trident. facultate attributa ſtatuentes, vnionem, annexionem, incorporationem, & applicationem noſtras huiuſmodi ſuſpendi, vel vllo modo impediri nullatenus poſſe; ſed omnino effectum ſuũ ſortiri, & obtinere, ac illas præſentes noſtras literas perpetuò valituras, & efficaces exiſtere, necnon ab omnibus inuiolabiliter, & ad vnguem perpetuò obſeruari, cenſeri, ac ita per quoſcunq; Iudices, & Commiſſarios quauis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet quouis modo aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate diffiniri & iudicari debere, irritũ, & inane quicquid ſecus ſuper his à quocũq; quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſuis conſtitutionibus, ordinationibus, & regulis, necnon etiam omnibus illis, quæ dict. S. Conc. Triden. voluit non obſtare: cæteriſq; contrarijs quibuſcũq; Quocirca omnibus, & ſingulis perſonis eccleſiaſticis per ciuitatem & diœceſes noſtras Auell. & Frequent. & alijs Notarijs publicis vbilibet conſtitutis auctoritate noſtra ordinaria, & tenore præſentiũ cõmittimus, & mãdamus quatenus qui ſuper hoc fuerit requiſitus ad dictas Eccleſias S. Euſtachij, ſancti Valetiani, ſancti Simeonis accedat, & dilectum noſtrum in Chriſto Dom. Franciſcum de Geruaſijs Canonicum Mirabellæ Frequen. Diœceſis Commiſſarium dicti Collegij puerorũ ſeminarij ſpecialiter per nos deputatum, & nomine & vice dicti Collegij aucto-

anctoritate noſtra in corporalem, & realem poſſeſſionem ipſarum eccleſiarum, iuriumq; & pertinentiarum prædictarum inducat, & defendat inductum, amoto exinde quolibet illicito detentore, ſibique, vel alteri pro tempore nomine dicti Collegij de ipſarum eccleſiarum ſancti Euſtachij, ſancti Valeriani, & ſancti Simeonis fructibus, & redditibus, obuentionibus, prouentibus, & iuribus vniuerſis reſpondeat, & faciat ab alijs integré reſponderi, contradictores per cenſuras eccleſiaſticas, & alia iuris remedia compeſcendo. In quorum omnium & ſingulorum fidem, & teſtimonium præmiſſorum præſentes literas huiuſmodi vnionem, annexionem, & incorporationem noſtras in ſe continentes noſtra propria & ſubſcriptorum manibus ſubſcriptas exinde fieri, & per Notarium noſtrum ſubſcribi, noſtri ſigilli, quo in talibus vtimur iuſſimus appenſione muniri.

Datum in Palatio noſtro Epiſcopali Auell. ſub anno à Natiuitate Domini milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſeptimo, die vero 27. Iulij, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini Pij, diuina prouidentia Papæ V. anno 2. Præſulatus vero noſtri anno vigeſimo feliciter, Amen. Præſentibus ibidem R.D. Cæſareo Fratenſe Canonico Auell. D. Mario Quarranti Canonico Mirabellæ, D. Saluatore de Sibilis de Fontanaroſa, & egregio Andrea Macerino de Reſina Neapol. Diœc. teſtibus ad prædicta vocatis, habitis atque rogatis &c.

A. Epiſc. Frequen. & Auell. &c.

Ego D. Ioannes de Iannulo Archipresbyter Auell. deputatus.

Ego D. Cæſar . . . Primicerius maior Auell. deputatus.

Horatius Ruta Notarius, & Curia Epiſcopalis actuarius de mandato Reuerendiſſ. Domini Epiſcopi.

Cathedralem Abellinam varijs ornamentis nobilitauit, inter quæ Odeum celebratur ad diuinas laudes ſoluēdas ita pulchrū, ita accommodatum, vt nil pulchrius deſiderari poſſe videatur. Eremitanos ſancti Auguſtini Fratres eo ſedente recipiuntur. Ipſe exceſſit collacrymantibus populis anno 1580. ſepultuſq; fuit in Cathedrali.

31 PETRVS ANTONIVS de Vicedominis ex Epiſcopo ſancti Angeli de Lombardis ad has Eccleſias translatus eſt die 4. Nouembr. 1580. fuit aliquando in Vrbe Vicarij Viceſgerens, fato obijt an. 1591.

32 FVLVIVS Paſſerinus nobilis Cortonenſis delectus eſt Epiſcopus die 21. Maij 1591. Sedit an. 8. & ad eccleſiam Piſtorienſem in Etruria tranſlatus eſt die 21. Maij 1599.

33 THOMAS Vannuccius nobilis Cortonen. Fuluio ſucceſſit die 28. Martij 1599. obijt die 5. Maij 1609.

A 34 MVTIVS Cinquinus nobili familia Piſana Romæ patre Alexandro, & Claudia Capranica parentibus natus ex Liberianæ Baſilicæ Canonico ad has eccleſias vocatus eſt die 10. Iunij 1609. Hic corpus ſancti Sabini apud Atripaldum inuentum ſolemni ſupplicatione, Clero & populo proſequente in antiquo monumento repoſuit die 15. Septembr. 1612. Summa prudentia, vigilantia, morumque integritate per annos plus minuſue decem & octo adminiſtrauit, eccleſiaſticæ libertatis acerrimi propugnatoris nomen tulit, epiſcopali munere ſe exſoluit an. 1626. Romæ defunctus eſt ſeptuagenario maior die 8. Aprilis 1627. & in eadem Baſilica in maiorum ſepulchrū illatus eſt. Fratres germanos habuit Curtium &
B Robertum eiuſdem Liberianæ Baſilicæ Canonicos, ſororem vero Iuliam, Marij Ferri Vrſini vxorem, qui ex ea, nulla ſuſcepta prole, monaſterium Purificationis Beatiſſimæ Virginis Mariæ in Vrbe fundauit, & hæredem ex aſſe inſtituit, vt nobiles virgines ibidem gratis alerentur. Stemmata vero eiuſdem ſunt, in cerulea parma vndæ albæ quinque.

C



35 BARTHOLOMÆVM deinde Iuſtinianum Auguſtini, & Dianæ Iuſtiniani ex Condominis Chij Inſulæ filium, egregia virtute, rhetorica & poetica arte clarum & in eccleſiaſticis obeundis muneribus opti-
D me verſatum Vrbanus VIII. ad has eaſdem ſedes cenſuit ſublimandum die 9. Febr. 1626. Conſecratus eodem anno, ſolemni ritu Abellinum ingreſſus incredibili animi ardore gregem ſibi commiſſum aggreſſus eſt inſtituere, hūc vero in primis diſciplinis excoluit, Clerūq; & Eccleſiaſticam libertatem ita coluit, vt pro ea ſeruanda, virorum potentium procellas, perſecutiones, & aliquādo exilium infracto animo ſuſtinuerit, ac victor tandem iura eccleſiæ ſuæ ſanctæ ſeruauerit. Palatium deinde Epiſcopale, & cenſus menſæ Epiſcopalis, & Cathedralem ipſam Canonicorū numero adauxit. Atri-

pal-

paldæ tranſtulit ſolemni pompa corpora ſanctorum Hippolyti & ſociorum Martyrũ ex inferiori, ac ſubterranea Eccleſiæ parte, & cum per vigintiſeptem ipſos annos has eccleſias rexiſſet, nihil omittens quod optimum videtur decere paſtorem, poſt diuturnum morbum Abellini deceſſit anno ſalutis

A

1653. Kal. Malj, annum agens 67. menſ.7. ſepultuſque eſt in Cathedrali; eius memoriæ nobile depoſitum, ac cœnotaphium ſequens deſtinauit in ipſa Cathedrali Frequentina ponendum eiuſdem Eccleſiæ archipresbyter Fabius Cretenſis.

D. O. M.

Bartholomæo Iuſtiniano, Patritio Ianuenſi,
Ex Chij Dominis
Non minus rerum geſtarum magnitudine,
quàm
Huius Eccleſiæ Præſulatus diuturnitate
memorabili.
Menſæ Epiſcopalis iurium, immunitatis;
& iuriſdictionis
Eccleſiaſticæ propugnatori, & propagatori
acerrimo.
Eadem qua vixit, animi fortitudine
vita functo.
Anno Dom. MDCLIII. viij. Kal. Maij
ætatis vero ſuæ lxvij. menſ. vij.
Fabius Cretenſis Archipresbyter
Benefactori
Hoc monumentum grati animi ergo,
poni curauit.
Anno MDC.LVI.

Vitam eiuſdem ſcripſit Michael Abbas Iuſtinianus, & monumenta poſteris ab eo relicta, tum ſoluta oratione, tum poetica arte concinnata per plura commemorat, quæ partim deperdita ſunt, partim ab ipſo conſeruantur.

B

36 LAVRENTIVS Pollicinus Bononiæ nobilibus parentibus Petro Antonio, & Aemilia Geſſi, ipſo peruigilio ſancti Laurentij ann. 1603. natus, inde ab adoleſcentia nobilibus diſciplinis inſtitutus, lauream iuris ſuſcepit, & Metropolitanæ Eccleſiæ Canonicatu, ac Præpoſitura exornatus, iuriſprudentiam publicè in patria profeſſus eſt. In Vrbini Ducatu, Franciſco Maria Duce, munia aliquot prudenter adminiſtrauit, vnde ſapientiſſimi Principis laudes tulit, & gratiam promeruit. Romam profectus cauſarum patronum egit, laudabili exiſtimatione ſibi famam peperit. Hinc Innocentius X. illum auguſtiſſimæ Abbatiæ

C

Nonantulanæ Apoſtolicum Vicarium conſtituit, nec multo poſt, hoc eſt die . . . anno 1653. Epiſcopum Abellinenſem, & Frequentinenſem, denunciauit. Ad has benè regendas Eccleſias profectus, præcipuo pietatis ſtudio rexit, planè pater pauperum, in quos non modo eccleſiaſticos cenſus; ſed etiam ſuos liberaliſſimè transfudit. Synodum celebrauit, in qua Cleri mores aliquãtulum ex diutino deceſſoris morbo deprauatos, optimis legibus correxit, Eccleſiam Cathedralem exornauit, vt potuit, plebem, populumque feſtiuis diebus ex ſuggeſtu ad animos eorũdem excitandos, informandoſque, ad piè, ſanctèque viuendum conuocabat. Ad tres annos ijs eccleſijs conſultiſſimè præfuit, ſucceſſuris relinquens exemplum, quales Præſules requirat Deus, eos quippè, qui pro ouibus animam ponere non formidarent; etenim cum Abellinum teterrima contagij, lues

lues inuaſiſſet, ipſe intrepide omnia, tum ſpiritualia, tum temporalia remedia gregi infecto adhibenda curauit, tactus tandem & ipſe peſtilenti morbo pie expirauit die 7. Iulij 1656. populorũ lacrymis in Cathedrali parentatus. Eius vitam ſcripſit Abbas Michael Iuſtinianus nondum typis excuſam.

37 THOMAS Brancaccius Neapolitanus Alexandro VII. Pont. Max. honorarius cubicularius ab eodem electus epiſcopus die 16. Octobris 1656.

ALLIFANI

EPISCOPI.



PROPE VVLTVRNI RIPAM infra Aeſerniam, xxiv. à Beneuento Metropoli milliario in ſecunda regione Hirpinorum celebre quõdam Samnij Alliſæ oppidum & opulentum, vt mœnia, & antiqua monumenta conteſtantur, ſitum eſt, vulgo nunc dicitur *Alliſi* Terræ Laboris, Diodoro, Liuio, Ptolomeo, & Itinerarijs Romanis, Silius lib. 8.

Illic Parthenope, ac Pœno non peruia Nola
Alliſe & Clanio conſumptæ ſemper Acerræ.

Prima eius mentio fit apud Liuium lib. 8. C. Petilio & L. Papyrio Curſore Conſulibus anno Vrbis CCCCXXVIII. ante natum Chriſtum CCCXXXV. *Eodem*, inquit, *tempore, & in Samniores proſperè geſta, tria Oppida in poteſtatem venerunt, Alliſe, Calliſe, Rufinum.* Diodorus lib. 20. *Martius aduerſus Samniteis profectus Alliſias vrbem vi cepit.* Oppidani inde ſunt Plinio lib. 3. cap. 5. Allifani, inde Ciceroni in orat. pro Cn. Plancio, Allifanus tractus, & Liuio lib. 22. Allifanus ager. Frizia de ſubfeudis ſcribit, deuictis à Fabio Maximo conſule Samnitibus, ſequenti die Alliſias in poteſtatem ſe contuliſſe Romanorum, Fabium vrbem auxiſſe, & muros conſtruxiſſe, vt ex inſcriptione, quæ ad huc in ea viſitur, licet videre,

Q. Fabio Maximo, Quint. Conſuli Vrbis & mœniorum reſtauratori, omnium peccatorum vindici, Ordo & Populus Alliſanorum Patrono.

Martius illas diruit ſecundum Liuium. Vna fuit ex præfecturis populi Romani, & poſt prælium ſociale, teſte Frontino, colonia eò deducta militaris, vt Feſtus habet. *Alliſa oppidum muro ductum, ager eius lege triumuirali eſt aſſignatus. Iter populo non debetur.* Alliſæ amœnitatem, & aquarum abundantiam deſcribit Alexander Abbas Teleſinus. *Rex Rogerius poſt hæc venit Alliſas, vt videret eam: qua viſa, de ipſius amœnitate loci, lympharumque circumcurrentium magna abundantia fertur valde ſibi complacuiſſe. Quarum videlicet lympharum tanta erat obſecundationis facilitas vt quandocunque quis vellet, riuum ex eis productum in hortum ſuũ, vbicunque eſſet, poſſet transducere, eiſque ad irriganda olera pro velle ſuo famularetur.* Hodiè verò ex corrupto aere, & aquarum curſu interiecto, habitatoribus hæc vrbs penè vacua eſt, & non niſi inter rudera ruinæ ſpectantur, priſcæ magnitudinis, ac potentiæ teſtes eſſe videntur. Aliſæ etiam meminit Paulus Diaconus, Herchempertus, & Leo Oſtienſis. Protulit hæc ciuitas viros illuſtres, inter quos connumerantur Ioannes Magnus Protonotarius ſub Manfredo, & Nicolaus Alumnus, magnus Regni Cancellarius ſub Ioanna I. Regina, & Nicolai filius Franciſcus Rentius Diaconus Cardinalis ab Vrbano VI. creatus, & Ioannes Alferij Patriæ Epiſcopus iuris peritiſſimus. Cæterùm hanc ciuitatem haud in poſtremis fuiſſe, quę Chriſti ſacra ſuſceperint, & Epiſcopali dignitate exornatæ fuerint, illud eſt argumentum, quod ea tempeſtate, qua Beneuentum Samnitumque tractus illa acceperant, hanc etiam vrbem finitimam, lucem aſpexiſſe credendum eſt; hoc autem conſtat an. 499. Epiſcopalem dignitatem, cum Clarus Alliſanus præſul eo anno Synodo Romanæ ſub Symmacho Papa interfuerit. Sed & in vetuſtã eccleſiã, quæ nunc Cathedralis eſt, ſacra Sixti Papæ & martyris lipſana tranſlata fuerint, hucuſque in ſacello ſub confeſſione venerantur, ſed & epiſcopatum ante annum 314. in ea inſtitutum ferunt, fortaſſis Silueſtro I. ſedente poſt redditam à Conſtantino magno eccleſiæ pacẽ vt diſtichon ad fores epiſcopij annuere videtur.

Vita, ſalus mundi, Pax, gloria, ſpeſque ſecundi
A vitijs munda, fuſos baptiſmatis vnda.

Cathedralis Allifana pulchræ & antiquæ ſtructuræ, Diuus ipſe Sixtus Papa tutelatis eſt, in eaque ſacris miniſtrant Canonici duodecim, quorum duo dignitate eminent, archidiaconus nempe & Primicerius, aliquotque beneficiati Sacerdotes & Clerici. Præter Cathedralem nulla alia parochialis Eccleſia, Coenobium vnum Franciſcanorum, & Fraternitates paucæ, Animæ fidelium intra mœnia degentium ad quadringentos nō aſcendunt. Diœceſis Aliſana continet oppida, & Caſtra nonnulla, quorum maximum eſt oppidū Pedemontis Illuſtriſſimæ Caietanæ familiæ, vbi ob Alliſani aeris inclementiam reſidere Epiſcopus ſolet. Eſt hoc Oppidum in tria diuiſum membra, nempe Pedemontis, Vallati, & Caſtri, & vnumquodque collegiatam Parochialem habet eccleſiam cum Canonicis, & alijs beneficiatis. Sunt & in oppido Pedemontis tria Monaſteria Virorum, & vnum Monialium Oppidum Prati ſuam habet parochialem Eccleſiam cum pluribus presbyteris, & Clericis, & virorum cœnobia duo: oppidum S.Angeli pariter habet ſuam Parochialem, vt & Caſtra Tini, Atilani, Pratellæ, & Vallis, quorum locorum Parochiales plures habent presbyteros & clericos. In vniuerſa autem hac Diœceſi comprehenduntur Parochiales Eccleſię octo, Collegiatæ tres, quarum vna duodecim habet Canonicatus, reliquæ ſenos. Virorum cœnobia diuerſi ordinis octo, Sanctimonialium ſeptum vnum, & hoſpitalia, ac laicorum ſodalitia aliquot. Menſæ epiſcopalis annuus cenſus ducatorū Regni 1700. Taxatur in lib. Cancellariæ Apoſt. flor. 100. Præſules, qui in hac Eccleſia aliquando floruerunt, pauci ſunt, qui ſequuntur, quos ex varijs monumentis & ſeriptutis, & ex fide protulimus.



1 CLARVS Alliſarum Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Romano ſub Symmacho Papa anno 499. & 500.

2 N. Artis, ita vocatur in Synodo Romana cui interfuit ſub Nicolao II. celebrata anno 1059. item epiſcopus Alliſa-

A nenſis memoratur in documento cato anno 1061. ab Vlderico Archiepiſcopo Beneuentano cum alijs Epiſcopis Beneuentanæ eccleſiæ ſuffraganeis apud Chron. Cœnobij S.Sophiæ, vt ſuperius relatum eſt in Vlderico. Ab iſto vſque ad annum 1179. deſiderantur epiſcopi.

3 BALDVINVS interfuit Concilio Laterani celebrato anno 1179. Alexandro III. ad clauum ſedente, eiuſdem memoratur anno 1189.

4 N. cuius e iam nomen non exprimitur in literis Innocentij III. ad eum ſcriptis, quibus iubetur excommunicari Clericos, qui in cauſis Eccleſiaſticis ipſum ad iudicium ſæculare trahere præſumpſerant. Vixit circa annum Domini 1200.

B Hic fortaſſis EpiſcopusAlliſanus erat cōtra quem Honorius II ſcripſit epiſcopo Theanenſi vt in ipſum inquirat, verum vera eſſent quæ de ipſo circumferebantur indigna, Dat. Later. 7. kal. Septemb. an. 2. ex reg. Vatic. epiſt. 180. fol. 147. Idem fortaſſis Epiſcopus Aliſanus eſt qui conſtructionem Monaſterij & Eccleſiæ Ord. Ciſtercienſis in Sylua quæ denominaturTora, Diœceſis Alliſanæ impediebat, pro qua re Honorius III. ſcripſit Abbati & Decano Coſtinenſi Dat. Reatæ 13. kal. Sept. an. pontif. 10. in Reg. Vatic. ep. 27. fol. 29.

5 N. nomen incompertum, Alliſanus fuit Epiſcopus Gregorio IX. ſedente, cuius erat deuotus & obediens, ob id in odium

C Federici II. Imp. incidit, ab eoque in exilium miſſus, tandem iuſſu eiuſdem captus, carcerique maceratus miſerabili paupertate vitam reliquit, vt Acta Gregorij M.S. in Bibliotheca Anicina teſtantur, de quo etiā Richardus de S. Germano in Chronic.

6 Alferius Canonicus Alliſanus, & Capellanus Odonis Diaconi Card. S. Adriani ab Innocentio IV. creatur Epiſcopus Alliſanus anno 1251. ad cui obediendum ſcribit idem Pontifex Capitulo Alliſano 5. kal. Maij pont. ann. 9. ex reg. Vatic. traſlatus ad Viterbienſem Eccleſiam 1254.

7 ROMANVS Supprior Cœnobij Ord. Præd. de Vrbe ab Innocentio IV. eadem

D dignitate potitus eſt, delectus per tranſlationem Alferij ad Viterbienſem anno 1254. 5. Kal. Aprilis ann. pontif. 12. ex Regeſt. Vatican. epiſt. 568. fol. 77. Romano eidem ſcripſit Innocentius 3. Id. Nouemb. eodem anno vt Hugoni electo Theanenſi Epiſcopo vna cum alijs Capuanæ Eccleſiæ Epiſcopis munus conſecrationis impendat, exſtat Epiſtola in reg. Vatic. n. 332. pag. 387.

8 PETRVS florebat anno 1305. ex tegio regeſt. Neapol.

9 NICOLAVS obijt anno 1346.

10 THOMAS de Fontibus Canonicus Theanenſis eligitur anno 1346. 8. Id. Martij à Clemente VI. Pontifice anno 8. Nico-

colao immediatè ſucceſſit, vt in reg. Vatic. epiſt. 552. fol. 44. lib. 4.

11 BERTRANDVS electus 1350. promiſit ſolitum ſubſidium die 28. Martij eiuſdem anni, ex lib. oblig.

12 ANDREAS Epiſcopus Allifanus ex Caſtro S.Seuerioi Salernitanę Diœceſis an. 1356. ſupplicauit Inoocentium VI. vt populi eiuſdem Caſtri ædificare poſſent Mooaſteriũ S.Franciſci, vt ex reg. Vatic. ſcribit Vvadingus tom. 4. Annal. Minorum. Hoc Andrea fortaſſis ſedente Neapoli obijt famoſus ille ciuis Allifanus, & patriæ decus Nicolaus Alumnus, magnus Regni Cancellarius anno 1367. vltima die Decembris, ſepultus in Eccleſia S.Mariæ de Aſcenſione, quam viuens ædificauerat, in nobili tumulo habet hoc Epitaphium.

Inclytus eloquijs Rector Nicolaus Alumnus
Allifiæ miles, & Cancellarius idem
Regni Siciliæ Dux morum, fonſque profundi
Conſilij pietate grauis, qui nobile Templum
Obtulit hoc Chriſto iacet hic, qui largus egenis
Multa libenſque dedit, ſed hoc quoque corpus in arcto
Clauditur heu tumulo, florens ad ſydera cæli
Fama volat, clarum viuit per ſæcula nomen,
Quem rapuit Domini poſt annos mille trecentos
Cum ſexaginta ſeptem mox fine Decembris.
Quiſquis ad hunc tumulum conuertis lumina lector.
Abſorpti fatum credule conſidera.
Aetatem ſtudijs teneris formabat in annis
Perdiderat heu florem quem dedit Alliſia.
Spes Patris haud dubie feſtinus adeptus honores
Quos tulit nutritum clarius in puero.
Attingens annum Nicolaus trinum decimumque
Eſt Logotheta gerens officium Cameræ
Et Rationalis virtute iubente magiſter
Abſtulit à patria mors tamen atra manu.

Nicolai filius fuit, vt diximus, Franciſcus onus Diac. Card. Vrbani VI. oepos ex ſorore Card. Bulcani, qui Romæ obijt anno 1390. poſtquam hæredem inſtituiſſet Antonellum germanum fratrem.

13 GVILLELMVS vixit temporibus Vrbani VI.

14 Ioannes de Alferijs Petri filius nobilis Aliſanus ciuis ſub Boniſacio IX. euaſit patriæ Epiſcopus ſucceſſit Guillelmo, promiſit iam conſecratus Epiſcopus huius ſedis pro ſe & Guillelmo prædeceſſore ſolitum ſubſidium ſacro Collegio die 10. Maij 1389. vt io lib. obligat. Hic Eccleſiam ſanctæ Mariæ Magdalenæ intra ciuitatem condidit anno 1390. eandemque dotauit, & in familiæ ſuæ iuſpatronatu perpetuò eſſe ſanxit. Præſul iurisprudentia charus, moribus ſuauiſſimis, & pietate exornatus, quibus virtutibus Ladislao Regi clarus, & conſiliarius fuit. excesſit anno 1412. eius mẽtio in lib. Prouiſ. prælatorum habetur; eius cum laude meminit Vincentius Catlantes in Hiſt. Samnij lib. 4. cap. 29.



15 ANGELVS de Sancto Felice nobili gente natus, ex archidiacono Alifano hanc ſedem obtinuit ab Ioanne 23. Id. Februarij 1413. per obitum Ioannis ex eodem lib. fol. 290.

16 ANTONIVS Morettus ſublectus eſt die 16. Iunij 1458. antiquam Cathedralem pene collapſam noua molitione exædificauit. Sedit ann. 25. deceſsit anno 1483. ſepultus in Cathedrali ante maiorem portã ſub marmoreo lapide, vbi iacentis Icona Epiſcopi, vnà cum inſignijs Morettæ gentis cum hac inſcriptione viſitur.

Anno M. CCCCLXXXIII.
Antonius Morettus Epiſcopus Allifanus, qui hanc Baſilicam deſtructam erexit, cuius anima requieſcat in pace
Mag. Mauritius de Cerreto F. fecit.

17 IOANNES Bartolus electus 17. Kal Feb. 1483. exceſſit anno 1486. ex Actis Conſtit.

18 IOANNES de Zefra Toleranus ſucceſſit Ioanni electus die 6. Septembris 1486 ſub Iulio II. mortuus eſt anno 1504.

19 ANGELVS Epiſcopus effectus eſt. die 26. Maij 1504. obijt anno 1529.

20 BERNARDINVS Fumarellus Etruſcus de S. Geminiano electus apiſcopus Mineruinus ad hanc ſedem Allifanam tranſlatus eſt die 16. Auguſti 1529. & Epiſcopus Mineruinus eodem die euaſit Ioannes Franciſcus de Bitonto, antea epiſcopus titularis Antiochen. non Allifanus, vt ex incogitantia noſtra, vel inſcitia noſtri amanuenſis legitur 7. noſtro tomo in Epiſcoporum Mineruinorum ſerie n. 15. pag. 1012.

21 MICHAEL Torellus à Clemente VII. Pontifice ad hanc eccleſiam promotus eſt die 4. Nouembris 1532. Sedit ann. 9. tranſlatuſque deinde ad Anagninā accleſiā anno 1541. die 6. menſis Aprilis.

22 HIPPOLYTVS de Marſilijs clericus Lunenſis ad Allifanum epiſcopatum peruenit die 6. April. 1541. vix per annum quintū ſedit & mortuus eſt, apud ſuos tumulatus antecesſores in Cathedrali.

23 SEBASTIANVS Pighius è Regio Inſubriæ Canonicus Capuanus, & Romanæ Rotæ Audiror, Hippolyto ſucceſſit die 22. Auguſti 1546. deinde anno 1548. tranſlatus ad Ferentinam, inde euaſit Archiepiſcopus Sypontinus Iulio III. ſedente, à quo creatus presb. Card. & Adriæ ſacerdotium accepit, de quo alibi plura retulimus, & egregij Antiſtitis laudes enarrauimus. Corrigendus eſt annus tranſlationis Sebaſtiani ex hac Allifana eccleſia ad Ferentinam in ſerie Epiſcoporum Ferentinorum uuni. 41. pag. 729. & pro anno 1540. ſcribendus annus 1546.



24 PHILIPPVS Serragli Florentinus nobili familia natus, ſed longè virtutibus illuſtrior, quibus meruit ex Monacho & Abbate ord. Montis Oliueti à Paulo III. ad dignitatem epiſcopalem Madrutienſem efferri, ex qua ad hanc Allifanam eccleſiam tranſlatus eſt die 22. Iunij 1548. cui præfuit vſque ad annum 1555. quo mortalitatem expleuit: laudatur à ſuis, quorum Generalis Vicarius fuerat, quod in Comitijs Generalibus ipſe Abbas Generalis publicis votis exoptatus, modeſtiſſimè abnuerit.

25 ANTONIVM Auguſtinum Cæſarauguſtanum vtriuſque iuris conſultiſſimū, publicumque per Hiſpaniam legum profeſſorem, tum Romanæ Rotæ Auditorem, Allifanus grex Epiſcopum excepit die 15. Decembris 1556. Præfuit ann. 5. abſens qnidem in Romana Curia integer vitæ, conſtanti fama eo in munere habitus eſt; tranſlatus deinde eſt anno 1561. ad Illeridenſem in Hiſpania Eccleſiam, ex qua, ſub Gregorio XIII. anno 1576. traductus eſt ad Tarraconenſem Archiepiſcopalem ſedem. Præſul ſanè ſcriptis ſuis, & monumentis editis longè clariſſimus, ac venerandæ antiquitatis cultor eximius.

26 IACOBVS Gibertus de Nagueras Hiſpanus Antonio in Allifana ſede ſucceſſit die 8. Auguſti 1561. obijt anno 1566.

27 ANGELVS Roſſius Interamnenſis Epiſcopus dictus eſt Allifanus die 24. Ianuarij 1567. vix annum in hac dignitate expleuerat, cum vocatus eſt ad tumulum: exceſſit enim in Prata ſuæ Diœceſis oppido, ibique ſepultus. In Cathedrali Interamnenſi, hoc, optimo Præſuli elogium in marmore nepos Gabriel Patruelis ſculpi fecit.

Angelo Roſſio Marij Angeli filio
Epiſcopo Aliſanorum

Conuen. de more circumeunti æternis in Cælum erepto, eius oſſa ſuis deſiderata Pratæ iuriſdictionis oppido ſoluuntur.

Be-

Benemerenti Ludouicus Patruelis, Gabrielis filius.
poſuit
MDLXVIII.

28 IOANNES Baptiſta Sanctorius Tarentinus, Archipresbyter Grauinæ hanc ſedem adeptus eſt die 12. Nouembris 1568. Romæ conſecratur in ſacello Apoſtolico die 12. Decembris à Iulio Sanctorio Archiepiſcopo S.Seuerinæ, aſſiſtentibus Balneoregienſi, & ſanctæ Agathæ Epiſcopis, poſt annum in hac ſede, à Sixto V. cuius erat domus Præfectus translatus eſt ad Tricaricenſem Eccleſiam die 8. Ianuarij 1586. de quo in Epiſcopis Tricaricen. tom. 7.

29 Fr. HENRICVS Gynus Syracuſanus ord. S. Franciſci Conuentualium eligitur Epiſcopus die 17. Febr. 1586. Conſecratus Romæ in Eccleſia SS. Apoſtolorum, à Iulio Card.Sãtorio, aſſiſtentibus Proſpero Rabila Patriarcha Conſtantinopolit. & Raphaele Bonello Archiepiſcopo Raguſino. Vir doctus erat, & in Aſtrologicis ſtudijs verſatiſſimus apud omnes claruit. Alliſanis diuinum ius dixit ann. 12. deceſſit ex hac mortali luce anno 1598.

30 Fr. MODESTVS Guazzettus Ferrarienſis, Ordinis eiuſdem S.Franciſci Conuentualium demortuo Henrico ſucceſſit die 7. Auguſti 1598. fato conceſſit 1608.

31 Fr. VALERIVS Seta Veronenſis ord. Seruorum, ſummus Theologus, Alliſanus Epiſcopus effectus eſt à Paulo V. die 24. Nouembris 1608. obijt anno 1625.

32 Fr. HIERONYMVS Zãbeccarins nobilis Bononienſis, Ord. Præd. electus 17. Martij 1625. translatus ad Mineruinam Eccleſiam anno 1633.

33 Fr. IOANNES Michael Rubeus Nolanus, ord. Carmelitanorum Epiſcópus Mineruinus eodem anno 1633. 14. Martij ad hanc Alliſanam Eccleſiam translatus eſt, vbi mortem obijt anno 1639.



34 PETRVS PAVLVS Medices, Horatij filius Florentinus patritius, & Canonicus, ab Vrbano VIII. Alliſanus creatus eſt Epiſcopus die 11. Aprilis 1639. Sedit ann. plus minuſue 17. Defunctus ex contagioſa lue menſe Octobris ann. 1656. dum pro ſibi commendato grege intrepidè ſacra iuſirmis ac peſte tactis adminiſtraret, boni ſanè paſtoris exemplar futurus, quippe qui, qua virtute, qua conſtantia animam pro ouibus ſuis poſuit.

35 Fr. HENRICVS Burgenſis Ord. Seruorum emeritus Generalis delectus eſt huius Eccleſiæ præſul ab Alexandro VII. Pont. Max. anno 1658. Romæ conſecratus ad ſuam benè moderandam Eccleſiam profectus, Octauo ab ingreſſu die ex hac mundi vita deceſſit menſe Nouembri.

36 SEBASTIANVS Doſſena nobilis Mediolanenſis, patre Ferdinando, & Catharina de Nobilibus filius ord. Regularium Clericorum, quos Barnabitas vocant, alumnus, Theologus, & Verbi Dei declamator, varijs in ea Congregatione eximiè functus muneribus, in gratiam Card. Hernelli ab Harach Archiepiſcopi Pragenſis, cuius erat intimus familiaris & Theologus, & Archidiœceſis Pragæ conſiliarius, electus eſt Alliſanus Epiſcopus ab Alexandro VII. Pont. Max. anno 1659. Romæ conſecratus in Eccleſia S.Caroli de Catinarijs, ad ſuam Eccleſiam benè moderandam, Coſmæ Doſſenæ conſanguinei ſui Epiſcopi Dertonenſis virtutes imitaturus acceſſit, quam cum laude hactenus adminiſtrat.

ARIANI
EPISCOPI.



ARIANVM Antiquiſsimum Hirpinorum oppidum mediterraneum vlterioris, nunc Principatus ciuitas eſt, in trium montium cacumine vltra Triuetum verſus Septentrionem ſita, à Beneuento XV. ab Neapoli L.M.P. diſtans, vulgari vocabulo *Ariano* id antiquitus dictum, vt Cluuerius ſcribit, Equus Tuticus, ideſt vt Hieroſolymitanum Itinerarium interpretatur, Equus Magnus. Ptolemeo ſimpliciter dicitur Tuticum. Memoratur Equus Tuticus Cice-

A ceroni ad Atticũ lib. *6.* Epiſt. 1. Antiquiſſi-
ma videtur eſſe vrbs, nam conditorem eius
adfinxeruntDiomedem Aetolorum Regem,
qui rebus Troianis interfuit. Seruius ad
Aeneid. Virg. lib. 8. de ipſo ſermonem ha-
bens ita fert: *Nam & Beneuentum, & Equum
Tuticum ipſe condidit*, Marinus Frizia ex Fla.
Blondo narrat, Arianum ſic denominatum
ab Ara Iani, in quo quotannis ſacello ſacra
fiebant, & Beneuentanorum quondam fuiſ-
ſe coloniam. Fabius Barberius phyſicus de
antiquitate & nobilitate Ariani, antiquio-
rem originem ei adſtruere conatur ex qua-
dam marmorea inſcriptione à Iordano Co-
mite effoſſa, dum ipſe ſubtus aram falſi Dei
B quippè iani, reliquias antiqui templi de-
tegere conaretur, in qua legitur, Arianum
ab indigena vno è principibus Ianniculorũ,
qui temporibus Itali Regis è Sutrio exiens,
& tyrannidem fugiens coloniam quingẽto-
rum nobilium coniugatorum hùc tranſtu-
liſſet, Ianumque colens, ſedem ſibi ſuiſque
firmam delegiſſet, Arianum nomen loco
impoſitum. Neque ab hac ſententia viſus eſt
abhorruiſſe Vincentius Carlanus lib. 1. Hiſt.
Samnij. Sed antiquitatis cordatiores in-
ſcriptionem illam pulchram, & ad laudem
ingenij excogitatum commentum non ex
opinione æſtimarunt: vt vt res ſit, conſtat,
Arianum antiquam Hirpinorum ciuitatem
fuiſſe, opibus, viriſque potentem, poſte-
rioribuſque temporibus Sobranæ gentis,
C mox Carafæ titulo Comitatus illuſtrẽ. Hoc
tempore Regi immediatè ſubiecta eſt. Con-
tinebãtur in ea ex fiſci codice familię 1922.
cum anno Domini 1456. ex terræmotu fũ-
ditùs penè cecidiſſet, reſtituta deinde an-
no 1470. in eam, quam modo ſpectamus,
imparem antiquæ magnitudini ſpeciem.
Cæterum quando, aut à quibus Arianum
lucem hauſerit Euangelij, incompertum eſt;
potuit tamen, niſi coniectura fallar, facta
Chriſtiana ſuſcepiſſe eodẽ ipſo tẽpore, quo
tota regio hæc ſuaue Chriſti iugum accepit,
hoc eſt, Apoſtolorum temporibus, quando
Potinus Petri Apoſtolorum principis diſci-
pulus Beneuento Euangelium diſſeminauit.
Ariana verò Epiſcopalis dignitas antiqua eſt
D ante annum noſtræ ſalutis milleſimum con-
ſtituta, qua qui pro tempore nobilitatur,
à Catholico Rege nominatur, & ſuffraga-
neus eſt Beneuentani Archiepiſcopi. Ca-
thedralis Baſilica eſt ſub titulo Deiparę Vir-
ginis Aſſumptæ, mediocris ſtructuræ, & ſa-
cris ornamentis ad diuinum cultum ſuffi-
cienter inſtructa. Hic in proprio ſacello cõ-
ditum erat corpus Beati Othonis de Fran-
gipanis Eremitæ, ciuitatis Patroni, quod cũ
tranſtuliſſent Beneuento, brachium eius eo-
dem receptum in theſauro pie ſeruatur; hu-
ius natalis dies ſolemni ritu celebratur in
ea 13. Martij, quæ quia dum ciues cum
armis bellicis, & vexillo à magiſtro nundi-
natum delato, totam percurrerent ciuitatẽ,
quadrageſimalis pœnitentiæ diſciplinam
perturbabat, nuper in Octauam Dominicæ
Reſurrectionis translata eſt. Celebratur itẽ
in hac Baſilica Natalis S. Eleazarij Sobrani
Ariani Comitis Ord. Tertiarij ſancti Fran-
ciſci die 27. Septembris. Hic Pariſijs exceſ-
ſit ex humanis anno Domini 1325. cuius
res geſtas ex authenticis M. S. edidit Surius
tom. 5. & bon. me. doctus piuſq; Vvadingus
tom. 4 Annal. Minorum. Caput eiuſdem di-
ui vna cum vno digito eiuſdem in theſauro
ſeruatur, vbi & capita SS. Nerei, Achillei
Domitillæ & Pancratij credunt tenere cum
duabus ſpinis Saluatoris noſtri Coronæ.
Habet Eccleſia hæc Archidiaconum ſecun-
dum ab Antiſtite, Archipresbyterum, duos
Primicerios, maiorem, & minorem, The-
ſaurarium, & quindecim Canonicos, alioſ-
que Presbyteros & Clericos Seminarij. Præ-
ter ipſam Cathedralem intra Vrbem aliæ
duæ ſunt Collegiatæ Eccleſiæ, altera tit. S.
Petri, ſancti Angeli altera, & Parochiales
duodecim, quibus ſingulis Præfectus eſt Re-
ctor. Virorum Cœnobia quinque, Sancti-
monialium monaſterium vnum. Diœceſis
Arianenſis confines habet adiacentes, ab
Ortu Bouinenſem, ab Occaſu Beneuentanã
à Meridie Triuentinam, & ab Aquilone Vul-
turarienſem. Patet in longitudine ab occaſu
in ortum milliaribus tredecim ab Auſtro in
Septentrionẽ milliaribus xix. Cenſentur in
ea oppida tredecim cum totidem Parochijs
Cenſus Epiſcopalis menſæ Taxatur in lib.
Cam. Apoſt. flor. 213. Porro Arianenſium
Epiſcoporum Catalogus hic eſt, quem ex
Fabio Barberio ciue, ac medico Arianenſi,
diuerſiſque alijs ſcripturis damus, non pa-
rum auctum, atque à mendis expurgatum.



1 MEINARDVS Patria Patauinus;
Ariani erat Epiſcopus anno 1070 quo in
veteri Cathedrali fontem baptiſmalem ex
marmoreo lapide pulchrè elaborato con-
ſtruendum curauit, in quo hæc carmina
legebantur.

Hos

Hos fontes ſacros huc ad baptiſmatis vſus
Huic Præſul ſanctæ Meinardus contulit almæ
Patauij natus, clariſque parentibus ortus
Martyris Ermolai ducens ex ædibus almi
Nobilium ſtudio ſibi ſubueniente benignó,
Qui quaſi more boum mittentes ſub iuga collum
Hos traxere piè fontes ſub amore Mariæ.
Anno Dom. MLXX.

Interfuit Meinardus conſecrationi eccleſiæ Caſſinenſis an. 1071. ab Alexandro II. Pontifice celebratæ die prima Octobris, cuius meminit Anonymus Caſſinenſis in Chronic.

Meinardum hunc primum non fuiſſe Ariani Epiſcopum, docet ſequens eiuſdem declaratio pro ſua epiſcopali iuriſdictione facta an. 1080. ad fauorem monaſterij ſanctæ Sophiæ de Beneuento, pro eccleſia ſancti Angeli Anciri, in qua fit mentio epiſcoporum, qui ante ipſum hanc tenuerunt eccleſiam ſeu epiſcopatum; exſcripſimus declarationem ipſam ex M.S. Chronica S. Sophiæ in hæc verba.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Domini æterni.

Anno ab Incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti 1080. & octauo anno Pontificatus Domini noſtri Gregorij VII. & venerab. Papæ, menſe Decembr. Ind. 4.

Ego Meinardus gratia Domini Arianenſis Epiſcopus confiteor quoniam improbe, & ſine qualibet prædeceſſorum meorum auctoritate, imò cõtra mores eiuſdem eccleſiæ ſancti Angeli, quam monaſterium ſanctæ Sophiæ de Beneuento legibus pertinentem habet foris ciuitatem Arianam vbi dicitur ad ipſa reuolta, quod rectoribus plura irrogaui incommoda, exigendo ibi inſolita ſeruitia, & data, ipſi eccleſiæ ſcilicet & Rectoribus, atque familijs eius in damnum. Nunc ergo quia recognoſco, & ſcio quod in iram illicitis actibus grauiter deliqui, verendo ne aliquis ſucceſſorum hoc nefandum exemplum à me capiat, & ad ea ingerendum per eandem viam incedat, & ipſe peccans mihi culpæ huius adaugeat cumulum; ob amorem Domini, & ſancti Mercurij, cunctorum ſanctorum, qui in prænominato monaſterio requieſcunt, (cum iuſtum ſit ab iniquitate recedere, & ad emendationem tendere) obligo me, & meos ſequentes ordine quidem conuenientiæ ſecundum legem per hoc ſcriptam, præſentia ſubſcriptorum teſtium, tibi Petro Longobardo filio quondam Gerhardi ad partem & vicem præfati monaſt. s. Sophiæ, quatenus ad hoc inantea nulla ſeruitia, nulla xenia, nullaque data prædictæ eccleſiæ ſancti Angeli, quæ dicitur ad ipſa reuolta, quærere debeamus aliquo titulo, vel modo. Si igitur vnquam ego, vel mei ſucceſſores ad hanc iniquitatem redire niſi fuerimus, quærendo aliqua ſeruitia, xenia, vel data prædictæ Eccleſiæ ſancti Angeli, vt diripiamus inde aliquid, vel vt ad quidquam nobis perſoluendum quoſdam de Rectoribus, ſeu & de familia prænominatæ Eccleſiæ inquietemus, & compellamus, in Domino per eandem conuenientiam ſecundum legem obligo me, & meos ſucceſſores tibi eidem Petro, tuiſque hæredibus, & hoc ſcripto in cauſationem oſtendenti, & oſtendenti dicamq; potius ad partem eiuſdem monaſterij pro parte mille ſolidos Cõſtantinaros componere, quod tibi Ioanni Notario taliter ſcribere mandauimus.

Actum intra clauſtra ſupranominati monaſterij feliciter admodum.
Ego Meinardus Epiſcopus.
Ego Ioannes Epiſcopus.
Ego Philippus Diaconus.
Ego Lambertus Cardinalis.
Ego Adolphus Cardinalis.
Ego Henricus Cardinalis nos ſubſcripſ.

2 GERARDVS Ariani Epiſcopus anno 1098. cum Soffredo Comite de Ruſcilione germano fratre ſuo, alijſque viris illuſtribus Cruce ſignatis in Terram ſanctam profectus eſt, captaque Hieruſalem in eam ingreſſus eſt; eius meminit Guillel. Tyrus lib. 1. cap. 14. & Petrus Diac. lib. 4. cap. 11. Chron. Caſſinen.

3 BARTHOLOMÆVS huius ſedis antiſtes adfuit Concilio Lateranenſi ab Alexandro III. celebrato anno 1179. Eo Præſule obijt apud Arianum S. Otho, ſiue Odo ciuitatis Patronus, nobilis Romanus Frangipana familia natus. Corpus ibidem ſepultum, cum Agareni vrbes finitimas deuaſtarent, delatum Beneuentum, ibi vſq; ad annũ 1452. fuit. Quo tempore Alphonſi Regis decreto Arianum delatum eſt in Cathedralem. Eius acta breui compendio Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ refert. Fabius Barbetius prolixè acta & miracula euulgauit.

4 N. cuius nomen haud exprimit in literis Innocentius III. in Regeſto, vbi extat exemplar literarum ipſius ad Epiſcopū Arianenſem, quibus litis cuiuſdam cognitionem & definitionem illi committit.

5 MEINARDVS huius nominis ſecundus, ſub Gregorio IX. Inſulam Arianam accepit regendam circa annum Domini 1238.

6 ROGERIVS florebat Ariani Epiſcopus anno 1247. eius vnicam memoriam ad poſteros perennauit documentum Abbatiæ Montis Virginis celeberrimæ, in quo Rogerius teſtis fuit, ſeque ſubſcripſit in hæc verba

Præſul velle Dei Rogerius eſt Ariani.

Documentum exſcripſit ab autographo Ioannes Baptiſta Prignanus in lib. de familijs Salernitanis, qui M.S. extat in biblioth. Angelica S. Auguſtini de Vrbe in hunc modum in deſcriptione familiæ Guarnæ.

In nomine Domini, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti.

Anno Incarnationis eius 1247. Regnante Domino noſtro magnifico, & glorioſiſſimo Frederico Romanorum Imperatore ſemper Auguſto, Ieruſalem & Siciliæ Rege, Imperij eius anno 28. Regni vero eius Siciliæ anno 51. menſe Februarij, ſexta Indict.

Scriptum eſt ad futuri temporis memoriam à me Saſſone annali iudice inſtitutum, de hoc, quod in mea præſentia, Dom. Rogerij venerabilis Ariani Epiſcopi, Angeli infraſcripti eiuſdem Terræ publici Notarij, Magiſtri Roberti de Tocco Iudicis, Gulielmi de Salia, Sabarini, Domini Gulielmi de Ariano. Iudicis Iordani de Crypta, & Iudicis Luciani de Caſerta teſtiū ſubſcriptorū litteratorū ad hoc ſpecialiter rogatorū. Veniens apud Arianum. Nobilis vir Dom. Trogiſius Montis Mileti, & oſtendit nobis literas nobilis viri Dom. Goffridi Catalani Imperialis Iuſtitiarij Principatus & Terræ Beneuentanæ, quarum continentia talis eſt. Nobili viro Domino Trogiſio de Monte-Mileto ſuo ſicut fratri. Goffridus Catalanus Iuſtitiarius Principatus, & Terræ Beneuentanæ ſalutem & amorem ſincerum. Quia pro parte venerab. Abbatis, & Conuentus ſanctæ Mariæ monaſterij Mōtis-Virginis, teſtes ſunt neceſſario prouidendi ſuper diſtinguendis, & terminandis quibuſdam finibus quarundam Terrarum exiſtentium in territorio, & pertinentijs caſtri Amandi, ſuper quibus terris queſtio agitata fuit in Imperiali Curia coram nobis inter prædictum Abbatem, & Conuentum pro

A parte monaſterij ſupradicti contra eundem Dominum Iacobum, vobis præcipiendo mandamus quatenus ad requiſitionem eorundem Abbatis, & Conuentus omnes teſtes, qui pro parte dicti Abbatis & Conuentus vobis nominati fuerint pro diſtinguendis, & terminandis finibus ſupradictis venire coram vobis ad loca, in quibus ſunt diſtinguendi, & terminandi fines præd. ſub certa pœna compellatis, & ijs iam dictis finibus, per eos cum eorum iuramento diſtinctis, & terminatis de diſtinctione, & terminatione eorūdem fieri faciatis illud quod iudicaueritis faciendum, ſic quod nullo adueniente tempore occaſione ipſorum finiū inter partes diſcordia aliqua valeat interuenire. Datum Eboli quartodecimo Febr. B ſextæ Indictionis. Quibus literis viſis, lectis & diligenter inſpectis, de mandato Domini Trogiſij, cum prædicto Dom. Rogerio venerab. Ariani Epiſcopo, Notario & teſtibus ſupradictis, in tenimentum Amandi perreximus vna cum Dom. Ioanne venerab. Abbate ſuprad. monaſterij Montis-Virginis, aſtantibus cum eodem Dom. Abbate. Dopno Mauro vrſtarario, Domno Palmerio priore domus Eboli, & Domno Iohanne Furello Infirmario, & Monachis eiuſdem monaſterij, & ſic præfatus Dominus Abbas pro parte dicti monaſterij ſui, in mea notarij, & teſtium ſupradictorum præſentia, præſente etiam ipſo Dom. Iacobo Guarna, præ- C ſentauit eidem Dom. Trogiſio, Martinum Domni Iohannis, & Nicolaum de Frequento, de Caſales. Mariæ de Ciano de caſtello Amādi. Nicolaum de Diapuna, & Nicolaum de Criſſileta de Crypta. Riccardum de Bonomelio de Ariano. Dauferium de Ababile, qui mandato ſuprad. Dom. Trogiſij teſtes ſuprad. iurauerunt ſuper ſancta Dei Euangelia, vt fideliter, & ſine fraude perambularent, & diſtinguerent, & terminarent terras, quas per ſententiam prædictus Dom. Abbas pro parte nominati monaſterij ſui in Imperiali Curia coram ſupradicto Dom. Iuſtitiario obtinuerunt contra præfatum Dominum Iacobum Guarnam, ſecundum D quod in quodam Inſtrumento publico plenius ipſam ſententiam vidimus contineri, & ſecundum mandatum factum ipſi Dom. Trogiſio de ſupradicto Dom. Iuſtitiario, vt ſuperius eſt expreſſum. Qui teſtes ſuprad. habito cum deliberatione conſilio, ſic perambulauerunt, & diſtinxerunt, & terminos poſuerunt inter fines terrarum S. Marci, & loci, vbi Iſcla Rotunda dicitur, & terrarum Amandi. Qui fines, & per fines in Inſtrumento contentos, videlicet à ſuperiori parte, qualiter incipit à tenimento prædictarum terrarum, &c. in cuſ. fine. Quod etiam prædictus Dom. Iacobus Guarna voluit, & conceſſit, conſentiendo in nobis Iudice, & Notario tanquam in ſuum Iudicem, & Notarium in cauſa prædicta, cum ſciret

nos

nos [illegible]um Iudicem, & Notarium uon-[illegible]e, &c.

Saſſo ſupraſcriptus Iudex authenticat iſta, Præſul Velle Dei Rogerius eſt Ariani.

Ego Magiſter Robertus de Tocco teſtis interfui ſupradictorum finium deſignationi.

Ego ſupradictus Guillelmus me ſubſcripſi; quia prædictis interfui.

† *Signum crucis propriæ manus Sabarini Domini Gulielmi de Ariano ſupradictorum teſtis.*

Ex Archiuio Montis-Virginis, &c.

7 PEREGRINVS vixit anno 1277.

8 ROGERIVS de Vetro nobili familia natus, Ariani Antiſtes memoratur in Reg. Neapol. an. 1291.

9 RAYNVS hanc regebat eccleſiam anno 1300. quo à Capitulo Sypontino poſtulatus fuit Archiepiſcopus; ſed reluctante Bonifacio VIII. in hac ſua remanſit eccleſia ad mortem vſque; de eius poſtulatione fit mentio in Regeſt. Vat. ep. 171. fol. 49. an pontif. Bonifacij VIII. ipſis Kal. Septemb. Rayno Antiſtiti, & Capitulo Ariano Ermoganus de Sabrano Gallus Comes Ariani Pater S. Eleazarij dono dedit quoddam caſale S. Eleutherij cum pertinentijs ſuis, aliaſque terras, & bona in ſylua Nigra, ſyluaſque Trelopoli, & alia Laſpiniana nuncupata, in pertinentijs eiuſdem ciuitatis anno 1307. Donationem ſe vidiſſe teſtatur Barberius, quam non exſcripſit. Rogerius exceſſiſſe paulo poſt ab hac donatione fertur, cum poſt annos duos ſucceſſor eius ſtatuatur is, qui modo ſequitur

10 ROSTAGNVS electus circa annum 1309. hic certum duodecim Canonicorum numerum in Cathedrali conſtituit. Sedit plus minus an. 22. fato conceſſit an 1330. ex Regeſt. Vat.

11 Fr. LAVRENTIVS Ord. Minorum immediatè ſucceſſit Roſtagno anno 1331. 12. Kal. Ianuar an. 16. Ioannis XXII. Papæ, à quo Infula Ariana decoratus fuerat, vt liquet in literis ex eodem Vat. deſumptis à venerab. Luca Vvadingo tom. 3. annal. Min. Mortem obijt ſub extremis diebus Benedicti XII.

12 Fr. ROBERTVS eligitur circa annum 1342. obijt 1349.

13 Fr. RAYMVNDVS Ord. Minorum euadit Ariani Epiſcopus an. 1342. apud Vvadingum tom. 3. Annal min.

14 Fr. IOANNES Neapolitanus Arianam eccleſiam regebat anno 1356.

15 THOMAS ann. 1358. fato ceſſit anno 1364.

16 DIONYSIVS Ord. Eremitarum S. Auguſtini, vir probus, & doctus in demortui locum Thomæ electus eſt Arianus Antiſtes ab Vrbano V. anno 1364. 4. Id. Ianuar. pontif. 2. ex Reg. Vat.

17 Fr. IACOBVS Ariani præſul translatus eſt ad Frequentinam eccleſiam 17. Kal. Febr. an 8. eiuſdem Vrbani V. qui fuit ſalutis 1370. ex eodem Regeſt. Vat. cætera de ipſo & alijs anteceſſoribus ignorantur.

18 GIROALDVS huius ſedis Epiſcopus nominatur anno 1382. traducitur ad eccleſiam Caſtrenſem in prouincia Hydruntina à Bonifacio IX. an. 1390. in actis Conſiſt. vbi obijt an. 1391. Intruſum lego in eccleſiam Arianen. quendam Ioannem ab Antipapa Clemente VII. an. 1386. qui die 16. Aug. ſoluit ſolitum ſubſidium Auenione, qui cum fuerit Pſeudoepiſcopus, iuſſus eſt ab hac ſede exulare.

19 LVCAS Monachus ſanctæ Mariæ Nouæ Peruſinæ Diœceſis Ord. S. Benedicti, creatus Epiſcopus an. 1390. ſed cum neglexiſſet literas Apoſtol. expedire per annos ferè decem, poſſeſſionem non eſt adeptus, iterumque ab eodem Bonifacio prouiſus an. 1400. 19. Kal. Feb. conſecratur Epiſcopus, & quarto poſt menſe fato conceſſit, ex lib. prou. præl. fol. 56.

20 DONATVS Primicerius maior Beneuentanæ eccleſiæ ſucceſſit Lucæ an. 1400. die 13. Kal Iul. ex hoc Epiſcopatu tranſlatus eſt ad Vicanam eccleſiã ab Innocentio VII. an. 1406. ex eodem prou. lib.

21 ANGELVS de Raimo Neapol. Monachus & Abbas monaſterij S. Honorati Inſulæ Lerinenſis Ord. S. Benedicti Graſſenſis Diœceſis ad hãc eccleſiam promotus eſt ab Innocentio VII. 5. Kalen. Aug. ann. 2. pontif. Chriſti vero 1406. ex lib. prouiſ. & Regul. eiuſdẽ Pontificis fol. 275. ſedit Angelus bonus Antiſtes ad annum vſq; 1432. quo mortalem vitam liquit. Huius non meminit Lirinenſium Abbatum catalogus in Chronol. Sanctorum eiuſdem Monaſterij, ex qua Sammarthani Fratres tom. 4. Galliæ Chriſtianæ.

22 ANGELVS de Graſſis Archidiaconus Sypontinus prouiſus eſt de hoc Arianenſi Epiſcopatu ab Eugenio IV. die 5. Kal. Martij 1432. ex hoc ad Rheginam eccleſiã tranſlatus an. 1449. vt Acta docent Conſiſt. Interfuerat Florentino Conc. ſub Eugenio IV. an. 1439. Hic anno 1443. eccleſiam & Prioratum S. Bernardi Ord. Ciſtercienſis in Ariana diœc. aliquo tempore occupatum, benignè eidem Ordini reſtitui fecit, & Nicolaum de Boiano Monachum Caſæ-Nouę Priorem conſtituit.

23 VRSVS LEO nobili familia Ariani natus, ex Canonico Cathedr. creatus Epiſcopus prid. Id. Maij 1449. in actis Conſiſt. vocatur Vrſilius, quem Fabius Barberius in catalogo laudat his verbis.

Hic Præſul qui fuit Patritius Ariani iam ſatis dilectus ab Alphonſo Neapolis Rege ob ingentem eius eruditionem, fidelitatem, atque in agendo eximiam peritiam. Idcirco antequam ipſe eiuſdem Patriæ Epiſcopus coopta-

retur à Nicolao, non ſolum fuit maior Cappellanus illius Regis, ſed etiam peritus Orator, atque ita aliquot annis in Curia verſatus eſt: quamobrem meruit pro ſe, ſuiſque poſteris quædam priuilegia, & quidem non minoris momenti ab eo obtinere. Sub ipſius Epiſcopatu in hac ciuitate ſucceſſit vehementiſſimus terramotus iam multo ante prophetizatus ſpatio quippe annorum 275. à ſancto Othone eiuſdem vrbis protectore ſub anno ſcilicet 1181. quemadmodum ego retuli in tract. 1. ſupracit. dum ſcriberem de miraculoſa lapidum productione in inſtar grandinum, ob quem porrò terramotum tam magna ciuitatis parte deuaſtata obierunt quamplurimi homines, qui viſi ſunt attigiſſe, ſicuti ex antiquis monumentis patet, numerum duorum millium, quemadmodum notatum eſt apud ædes Epiſcopales Ariani in quodam lapide plateam verſus ſub ijs verſiculis.

Fertur in obruptum mons motus improbus ictu
Terræ caſtrum ſubuertit, ædeſque deiecit.
Bis binum nulle nocte dirus ille tradidit vrnæ
Vrſus Leo Præſul, populoque fouente daturus
Eucdet ſagax aras & templa reſtaurans.

Nonis Decembris 1456 ſub Diuo Alphonſo regnante Henrico Comite. Quo ſanè vltimo verſu cuipiam manifeſtatur, prudentem illum Antiſtitem in Eccleſia ſua maiori, quæ magna ex parte ob ſuum terramotum deuaſtata erat, multa reſtaurasse. Ab eodem Epiſcopo Arianenſi fuit conſtructum quondam ſacroſanctum Tabernaculum, quod modo conſeruatur in eadem Cathedrali Eccleſia apud ſacellum Theſaurariæ, in quo ſanctiſſimum Eucharistiæ ſacramentum per hanc ciuitatem deferri ſolet, quod certè magni valoris æſtimatur, eſtque tam maximi artificij, vt facilè à quoquam arbitrari poſſit, quod vix alterius eius ſimile hac noſtra tempeſtate alibi conſpici poſſit. Atqui huiuſmodi Tabernaculum idem Vrſus Epiſcopus quatuor annis antequàm terribiliſſimus ille terramotus hoc in loco ſucceſſiſſet, ritè conficiendum curauerat quoniam in baſi eiuſdem Tabernaculi ſic annotatum extat. VRSVS Leo Epiſcopus Ariani anno Dom. 1452. Petrus Eiculo de Marchis hoc fecit. Hæc ille:

Obijt Vrſus circa annum ſalutis 1470.



23 IACOBVS Perpliida Romanus poſt Vrſum euaſit Arianus Antiſtes an. 1470. Hic collapſam ferè Cathedralem, quam Vrſus reſtaurandam ſuſceperat, intùs exornandam curauit, & cum ſediſſet plus minus annis decem, mortalitatem expleuit.

24 NICOLAVS de Hippolytis Clericus Arianus eligitur patriæ epiſcopus per obitum Iacobi die 14. Iulij 1480. ita in actis Conſiſtorial. Sixti IV. fertur ædificaſſe anteriorem partem Cathedralis Templi, vbi collocari mandauit Diui Othonis tutelaris, ac ſancti Eleazarij quondam Comitis Ariani ſimulachra, quibus inſculpti proſtant hi verſus ad s. Othonis.

Aſſurgas quicunque potes ſpectare figuram,
Nam pater eſt vrbis nomine Diuus Otho.

Ad ſancti vero Eleazarij.

Huius erat Dominus quondam Eleazarius Vrbis
Qui meruit dici ſanctus in orbe ſacer.

Ad maiorem verò portam Cathedralis ad pedes imaginis ſanctiſſimæ Virginis Aſſumptæ hi alij verſus leguntur.

Quas tibi dat Præſul Nicolaus ſuſcipe Valuas
Virgo benigna tibi vt demantur crimina cuncta.
Nicolaus Hippolytus Epiſcopus Arianenſis fundauit.

Sedit Nicolaus in patriæ ſede ann. 8. m. 2. tranſlatuſq; eſt ad Archiepiſcopalem ſedem Roſſanenſem in Calabria die 5. Septembr. ex qua ad Tiphernatem aſcendit 1493. ac titulo Cæſarien. Archiepiſcopatus cohoneſtatus, anno vero 1598. cum ſe eo munere abdicaſſet, iterum traductus eſt ad primam ſuam Arianenſem ſponſam, in qua ſub Iulio II. mortem obijt anno 1511. quo ſedente, Ariani fratres Eremitæ ſancti Auguſtini recipiuntur anno 1499. & Cœnobium ædificarunt.

25 PAVLVS de Bracchijs, Iuris peritus Aria-

Arianenſem Infulam conſecutus eſt nonis Septembris 1481. pontif. 11. Sixti IV. ſucceſſit Nicolao. Hic cum eſſet inquieti animi vir, & factioſus, partes Caroli VIII. Galliarum Regis Regnum inuadentis ſecutus, poſt debellatos Francos, ac Regnum Neapolitanum ab Ferdinando II. Rege receptum, Paulus propemodum Sacerdotio ſpoliatus, exulque vitam finiuit.

26 NICOLAVS idem de Hippolytis quem acta Conſiſtor. de Cancellarijs vocãt, iterum Arianenſem primam ſponſam accepit poſt Paulum, eamque rexit ad annum vſq; 1511. quo exceſſit, vt ſupra narratum eſt ex actis Conſiſtor.



27 DIOMEDES Carrafa Ioannis Franciſci Arianenſium Ducis filius, Epiſcopus Arianen. electus eſt die 9 April. 1511. Nicolao de Cancellarijs immediatè ſucceſſit. Vix poſſeſſionem adeptus, anteriorem Cathedralis partem exornãdam curauit, eamque dedicauit, vt ex verbis ijs in lapide ſculptis legitur. *Diomedes Carrafa Ioãnis Franciſci Carrafæ Arianenſium Ducis filius perficit, & dedicauit anno Domini* 1512. Palatium Epiſcopale adauxit, exornauitque. Reſtituit quoque collabentem Abbatialem Eccleſiam S. Angeli, aliaque ſuæ munificentiæ ſigna dedit, præfuitq; ſumma fama virtutis annis quinquaginta, quem Paulus IV. eius affinis in numerum Cardinalium cooptauit ann. 1555. 13. Kalen. Ianuar. mortuus eſt Romæ an. 1560. prid. Id. Aug. ætatis ſuæ 69. ſi menſes 3. & dies 25. dempſeris. Sepulchro illatus, quod ipſe in eccleſia ſui tituli ſanctorum Siluestri & Martini in Montibus condiderat, quam ipſe refecerat, & ad numerum Eccleſiarum, in quibus ſtatio celebratur, ſub Paulo IV. reduxerat; in co tumulo hæc carmina leguntur.

A

Quæ iacet, & pedibus teritur viuentis imago eſt,
Non patitur, nec obit, qui ſibi ſponte perit.
MDLVIII. xx. Decembris.

Diomedis Carrafæ Card. Arianenſis tumulus.

Quum pietas, quum vera fides, quum conſcia recti
B
Mens, quum relligio, cura, timorque Dei.
Cæleſtem poſſint animis promittere vitam,
Hanc ſuperos inter nunc Diomedes habet.
Obijt anno Domini MDLX.
die xij. Aug. vix. ann. lxviij.
menſ. iij. dies vij.

Fratres vero ſancti Martini aliam inſcriptionem honorariam Diomedi erexerun haud longè à Diomedis ſepulchro huiuſmodi verbis conceptam,
C

D. O. M.

Diomedi Carafio Presb. Cardin. Arianenſi, & huius Eccleſiæ, viro, moribus, virtute, doctrina, ac ſanctimonia exculto, ſacrarum ædium reſtauratori religioſiſſimo, qui hoc templum deformatum in meliorem faciem, quam dudum fuerat,
D
reduxit. Fratres Carmelitæ ex Eliſei ſchola oriundi ob inſtauratam ſibi Cœnobij partem infimo horto contiguam, necnon ob ſarta detrimenta quæ illis ex teſtamento donauit, ad nominis perpetuitatem, ad integritatis & honoris, virtutiſque fidem, eius illuſtrium Carafæ, & Vrſinæ familiæ inſignia, & hunc inſculptũ lapidẽ plurimis effuſis lacrymis conſtituerunt,

atque vt indepoſteri Carmelitæ,
dum agnouerint, quam de in-
ſtituto Carmelitico optimus ille
pater fuerit bene meritus, non
obliuiſcantur quę debent, de-
bent autem ſinguli (ita loquun-
tur) ſeptimana Miſſam fune-
brem, & quotannis prid. Id.
Auguſti, ſupremi illius diei
exequias repetere, ac iterare.
MDLXI. die xiv. Octob.

28 Fr. OCTAVIANVS Preconius Siculus, Caſtri-Regalenſis Ordinis Conuentualium ſancti Francisci, qui doctrinæ, virtutum, atque eccleſiaſticæ eloquentiæ laude excelluit, & à Paulo III. Epiſcopus Monopolitanus electus eſt ann. 1546. à Pio IV. ad hanc Arianenſem Eccleſiam tranſlatus, deinde ad Cephaludenſem, ac demum ad Panormitanum Sacerdotium euectus 1562. Concilio Tridentino interfuit, obijtque anno 1568. Iacet in Cathedrali Panormitana, eius ſepulchro hæc inſcripta, vbi quatuor recenſentur eccleſiæ, quibus laudabiliter præfuit,

Frater Octauianus Preconius
Ordinis Minorum Conuentua-
lium Siculus è Caſtro-Regali
Archiepiſcopus Panormitanus,
pietate inſignis, eruditione cla-
rus, poſt multos curæ Paſtoralis
quatuor Eccleſiarum, Monopo-
litan. Arianen. Cephaluden. &
Panormitan. exãtlatos labores
quieturus tãdem obijt die xvij.
Iulij ſuæ dignitatis an. vj. Chriſti
vero nati MDLXVIII.
Octauianus Preconius Prior
Prioratus S. Andreæ ciuitatis
Platiæ defloreſcentis patriæ ia-
ctura mœſtus, floreſcentis glo-
ria lætus tantum virum & ho-
neſtauit, & tumulauit.

Octauianus iſte, qui epitaphium poſuit, Octauiani fuit ex fratre nepos, & epiſcopus Cephaludenſis.

29 DONATVS de Laurentijs Aſculanus Apulus Epiſcopus Mineruinus ad hanc Arianam Eccleſiam tranſlatus eſt die 5. Ia-

A nuar. 1563. Concilio adfuit Tridentino, cum annos ſediſſet 19. inique diu ab Arianis vexatus, victor in patria, vbi quietis gratia ſe receperat, mortem oppetijt an. 1584. & in Cathedrali Aſculana iacet cum hoc epitaphio.

Fratribus ex tribus præuentus morte quieuit
Parthenope, iunior cælica regna tenens.
Viuentes Præſul primus, mileſque ſecundus
Funeris ante diem præparauere locum.
Iam viuunt, quamuis videantur imagine lapſi.
B *Diſcite mortales viuere poſt tumulum.*
Sed nequiuit tandem Præſul hic euadere fluctus
Mundi huius à Domino diſcipulis monitus.
Namque vt Athanaſius vexatus ab Arianis,
Vltor in hos falſo, victor ab Vrbe venit.
Et ne falſarij ſine pœna tunc remanerent,
Roſit opes Roma, falſarioſque Deus.

Iam diu antequam ex hoc ſæculo migra-
C ret in ſua Cathedrali Ariana ſepulcrum ſibi parauerat, in quo hæc pauca verba inſculpi fecerat.

Donatus de Laurentijs Aſculanus
Epiſcopus Arianus.

30 ALPHONSVS de Ferrera Hiſpanus, Canonicus Regularis, qui bonas literas viuens coluit, ex Epiſcopo Gallipolitano ad hanc Arianenſem tranſlatus an. 1585. die 8. Martij, cuius in pauperes pietatē, ac liberalitatē, & in Cathedralem munificentiā teſtantur adhuc præclara eius ſacra monumenta. Odeum enim in ea pulcherri-
D mum extruxit, Montem pietatis pro pauperibus ſua pecunia erexit, quatuorque pauperes virgines perpetuo ſingulis annis dotandas aucto cenſu mandauit. Sed penè capularis ſenex effectus à Clemente VIII. anno 1600. coadiutorem cum ſpe futuræ ſucceſſionis obtinuit Victorinum Manſum tum Stabiarum Antiſtitem. Neapoli tandem, quò ſe traduxerat ad ſalubriorem vitam producendam, cum Montē pietatis à ſe excitatum hæredem inſtituiſſet, vitam liquit anno 1603. ibidem in ſacello a ſe conſtructo in Eccleſia ſanctæ Mariæ vulgo *à Piè di Grotta*, ſepulturam accepit, vbi hęc ſpectatur inſcriptio.

Alphonſus de Ferrera Hiſpanus
in Canonicis Regularibus Late-
ranen-

ranenſibus poſt multos vtriuſq; militiæ labores Gallipoleos primum, nunc vero Arianenſis Antiſtes adhuc viuens, ne hæredibus crederet, ſacellum hoc præclarè ære proprio erigeretur in quo diem functus quieſcere poſſet, cenſu addito, vt quotidie ſimel de more celebraretur.

Vixit an. vic. deceſſit xx. menſ. Septemb. MDC. III.

31 VICTORINVS Manſus Auerſaous Monachus Caſſinenſis vir doctiſſimus, ſummuſque Theologus, antea Epiſcopus Stabienſis ex coadiutore Alphonſi ſuperioris ſucceſſit in Arianenſi hac Inſula ann. 1603. Neapoli obijt ſcriptis ſuis celebratus anno 1611. die 3. Septembris, iacet in Eccleſia ſancti Seuerini, de quo vide tom. 7. inter Epiſcopos Stabienſes, ſeu Caſtri-Maris.

32 Octauius de Rodulphis Florentinus Io. Franciſci Senatoris, & Coſtanzæ Vgolinæ filius, Alexandri Baſilicæ Marchionis Nicolai Ord. Prædicatorum Generalis Magiſtri & Ludouici Pactenſis Epiſcopi germanus frater, egregia virtute, & præclara nobilitate illuſtris cum eſſet, vtriuſque Signaturæ Referendarius die prima Octobr. 1612. ex regia nominatione euaſit Arianẽſis eccleſiæ Præſul, & poſt varias eccleſiaſticæ ditionis benè obitas Præfecturas, à Gregorio XV. Diaconus Cardinalis ſanctæ Agathæ creatus eſt anno 1621. ab eodem traoſlatus eſt ad Agrigentinam in Sicilia eccleſiam die 6. Maij 1623. Vicarium habuit in Arianenſi eccleſia Paulum Squillanum Neapolitanum egregium virum, qui vices ſuppleuit Octauij; varia dignaque ſuę pietatis in Cathedrali Ariana reliquit. Suggeſtum inſigni ſtructura ibidem erexit. Marmoream ſtatuam ſancti Othonis, cuius erat deuotiſſimus, elaborari fecit, cuius ſacellum exornauit, Seminarium Clericorum iam obſoletum reſtituit, pauperes fouit, & eccleſiaſticam diſciplinam vbique & ſemper proſecutus eſt. Sub Vrbano VIII. cuius interfuit creationi, ad Agrigentinam Eccleſiam viſendam anno 1624. in Siciliam traiecit, exceptus ſplendidiſſimè Panormi ab Ioanne Cardinali Doria Archiepiſcopo, Agrigentum poſtea ſe contulit: ac inde eius viræ candoris, prudentiæ, humanitatis, cæterarum virtutum radij in dies magis magiſque emicabant: ſed vix annos duos, & menſes tres eam eximia laude, omniumque plauſu rexerat eccleſiam, cum anno 1624. die 6. Iulij, æquali bonorum mœrore deceſſit: ſine tituli, aut elegantioris ſepulchri honore, juxta altare maius in Cathedrali ſepultus eſt. Cæterum Nicolaus eius germanus frater Ord. Prædicatorum Generalis Magiſter ann. 1639. menſe Nouembri, cum Siciliam perluſtraret, ne frater debito careret honore, Panormi nobiliſſimum marmoreum ſepulchrum exculpendum curauit, quod in æde Epiſcopali poſuit hac inſcriptione.

Octauius Rodulphius Florentinus ſedente Clemente VIII. & Paulo V. prouincijs in Pontificia ditione, ac ſub Regibus Philippo III. & IV. Eccleſ. Arianen. deinde Agrigentinæ præfectus, poſtulantibus Matthia, & Ferdinando II. Impp. à Gregorio XV. creatus Cardinalis, conſilio Eccleſiam, proprium gregem fouens obijt ánno ætatis xlij. ſalutis MDCXXIV.

Fr. Nicolaus Generalis Ordin. Prædic. Ludouicus Prior Sanctiſſ. Trinitatis Delcæ fratri opt. & deſideratiſſ.

P. C.

Porrò Ludouicus poſt annos plurimos Romæ mortalitatem expleuit conſecratus Epiſcopus Pactenſis, in Sicilia die 17. Octob. 1649. iacet in Eccleſia ſanctæ Mariæ ad Mineruam prope parentes. Nicolaus vero variam fortunam expertus, Romæ obijt ſuæ Religionis Generalis Præſes ann. 1650. prope fratrem Ludouicum terræ conditus, hoc ad tumulum habet epitaphium.

D. V. T.

Fratri Nicolao Rodulphò Florentino Octauij S.R.E. Presbyteri Cardinalis, ac Ludouici Epiſc. Pactenſis germano fratri ſacri Palatij Apoſtolici Magiſtro Ordin. Prædicatorum Vicario, eiuſdemque omnium Patrum conſenſione Magiſtro Gen. LV. qui ſub Vrbano VIII. Pont. Max.

Max. honoribus ampliſſimis, ac varijs grauibuſque negotijs pro Ordine geſtis xv. annis integerrimè præfuit, Principibus carus, bonis gratus. Liuida æmulorum deinde offenſ. dicacitate excelſo, ac forti animo violenta eorum tela ſancta fefellit inuidia, ſacros faſces tunc vltro ſibi oblatos detraxit, cuius probitas, atq; innocẽtia eo magis intelligi, ac ſuſpici poteſt, quo magis æquo iudicio quinque S. R. E. Cardinalium denudata ab Innocentio X. Pont. Max. comprobata eſt. Cum poſt ſeptennium extincto Thoma Turco ſucceſſore, inaudito ſanè exemplo Præſes Generalis inſtitutus fuiſſet.

Demùm inſtantibus Comitijs vnico cum omnium ore iterum ad ſummum reuocaretur faſtigium gloria cumulatus, Ordini, patriæ, boniſque omnibus ablatus.

Anno ſal. MDCL. viij. Kal. Iunij ætatis ſuæ lxxij. FF. conſenſu S. M. S. M. Parenti optimo MM. Poſuerunt.

33 PAVLVS Caiatia Patritius Capuanus, Iuris vtriuſque inſignis Doctor, publicuſque in Academia Neapolitana pontificij Iuris interpres, & ſcientiarum cultura longe clariſſimus eligitur Ariani Epiſcopus die 15. Apr. 1624. à Philippo III. Rege præſentatus. Laquear maioris Eccleſiæ perbelle confecit, ipſamque Cathedralem picturis, alijſque ornamentis condecorauit. Arianenſem Eccleſiam maxima cum pietatis, prudentiæque laude adminiſtrauit omnino tres, & viginti annos. Deceſſit ante annum 1641. Nepos eius ſepulchrum excitauit Neapoli in Eccleſia ſanctæ Mariæ de Noua cum hoc epitaphio.

D. O. M.

Paulo Caiatia Patritio Capuano Ariani Epiſcopo, Regij olim ſacelli maiori Cappellano, qui Iuris Canonici Interpres, & vindex ſapientiæ gloria nobilitatem auxit, è Galtberio Caiatia deductam, qui Capuam in Remp. Federico Barbaroſſa ſacrorum ſocietate interdicto inſtituit, ſignauitque diplomata manu ſua, & laureata.

Paulus Caiatia nepos funebre hoc amoris monumentum anno Dom. MDCXLVII.


M. P.



34 Fr. ANDREAS Aguado y Valdes Hiſpanus Ord. Eremitarum ſancti Auguſtini fit Epiſcopus Ariani ex Regia præſentatione ab Vrbano VIII. anno 1642. Tres omnino annos ſedit, & à quodam iniquo Clerico Flauio Barberio impiè ictu ſcopleti occiditur die 10. Iulij 1645. corpus eius miſerabili populorum luctu in Cathedrali terræ mandatum eſt, Clericus Flauius parricida Dei iudicio captus, patrati criminis pœnas luit, turpiſſima morte affectus in Rota.

35 ALEXANDER Rubeus Canonicus Neapolitanus, vir ætate grauis, prudentia, & doctrina notus, poſt multos pro Eccleſia Neapolitana exāthlatos labores ad hanc Eccleſiam præſentatus, ab Vrbano euectus eſt die 3. Feb. 1650. Exceſſit anno 1656.

Fr. A-



36 Fr. ALOYSIVS Morales Hiſpanus Ord. Eremitarum ſancti Auguſtini, Theologus, ac verbi Dei declamator eximius, cum eſſet à ſacris Confeſſionibus Comitis Caſtrigli Neapolit. Regni Proregis, ex Philippi IV. Catholici Regis præſentatione, electus eſt huius eccleſiæ Epiſcopus anno 1659. Viuit egregia fama virtutis, pergitq; oues ſibi commiſſas ad paſcua ſalutis perducere, cui longam vitam precamur.

ASCVLANI EPISCOPI.



INTER Apuliæ Dauniæ vrbes, nunc Capitanatæ prouinciæ, Aſculum commemorant, apud Apenuini montis radices non longè à diruto Ordeono, in via inter Neapolim, & Barium occurrens, & à Neapoli lxxv. M.P. diſcedens. Aſculum Satrianum appellatum inuenio ad diſcrimen Aſculi Piceni, de cuius origine, cum ſit antiquiſſima, nemo ſcripſit: memoratur tamen multis veteribus ſcriptoribus. Appiano Alexand. dum ſeribit, Pyrrhum Epirotarum Regem, qui Tarentinis auxilio venerat, à Romanis Coſs. Curio, & Fabritio apud Aſculum Apuliæ ſuperatum ex Italia expulſum anno poſt vrbem conditam circiter CCCCL. ante vero Chriſtum natum

A CCLXXXII. Eius meminit Plinius, Plutarchus, Frontinus, Florus, Horatius, Eutropius, Zonaras, alijſque ex antiquis, qui de bello Tarentino ſcripſere. Aſculum & Ordonum indubium eſt ad illas partes pertinere, per quas à Beneuento Brundiſium Cæſarum æuo ſtratum iter ſui ſſe erecti docuerunt lapides, quorum vnus nuper effoſſus in Aſculi foro repoſitus viſitur. Sub Romanorum Imperio tandiù fuit, quandiu illorum maieſtas ſtetit. Deinde Barbaris, ac Longobardis paruit, quibus exactis in Normannorum poteſtatem deuenit. Rogerius enim Roberti filius illam obſedit, cepitque, ac militibus in prædam dedit, iniectiſque flammis à fundamentis
B deſtruxit, vt Sigonius ſcribit; reparata poſtea à ciuibus, tandem terræmotu immani, totam ferè deletam fuiſſe tradit Sardus de terræmotu, ruinæque ipſæ vſque in hodiernum diem teſtantur. Haud procul inde ab antiquo, incolæ tutiſſimum in locum demigrarunt, vbi nunc extat noua Aſculi ciuitas excitata quadringenteſimum ſupra milleſimum noſtræ ſalutis annum, titulo Ducatus inclyta. Quis autem in hac ciuitate primus fuerit qui Euangelij lucem diſſeminauerit, incompertum eſt; fert tamen traditio ex illis primis Apuliæ vrbibus eſſe, quæ ab Apoſtolicis temporibus Chriſti fidem amplexæ ſunt. Epiſcopa-
C tus Aſculanus Metropolitanæ eccleſiæ Beneuentanæ ſuffraganeus antiquus eſt inter recentiores; namque ille eſt qui priſcis illis temporibus Aſculanus, & Ordonenſis nuncupabatur, & quemadmodum ciuitates ipſæ, vt ex ruinis apparet, ſitus ratione, magnitudine, pulchritudine, & opulentia inſignes fuerunt, ita & præclaros Antiſtites habuere, quorum memoria vna cum ipſis vrbibus deleta eſt. Porrò Ordonum à fundamentis deſtructum, eccleſia, & dignitas epiſcopalis Aſculano Pontifici obuenit. Ordonis nomen nec alter retentum, quam ex denominatione ſancti Leonis illius eccleſiæ Epiſcopi, & vix aliquæ ædificiorum
D Ordonæ inter rudera decernuntur reliquiæ præterquam amplæ cuiuſdam Neomachiæ, & antiquæ Turres: modo vero Ordonum in rurale pedum conuerſum, feudi iure à Romano Collegio Societatis Ieſu poſſidetur; Aſculano tamen Epiſcopo in ſpiritualibus obnoxium. Cæterùm ſubuerſa ciuitate Aſculana, vetus Cathedralis miraculo ſtetit, quam cum per aliquod tempus Epiſcopus, & Clerus excoluiſſent, ex Martini V. Pontificis decreto eum dignitatibus, iuribuſque ſuis in nouam vrbem ad eccleſiam ſanctæ Mariæ de Leone, tunc Ordinis Fratrum Minorum tranſtulerunt. Fratribus autem nouum Cœnobium apud eccleſiam ſancti Ioannis olim Monialium ſancti Benedicti condiderunt Epiſcopi, & Cleri ſumptibus. Hæc Cathedralis Baſilica nobili mo-

limoue

litione exædificata in veteris eccleſiæ memoriam titulo ſanctæ Mariæ de Leone inſignitur, cuius dies feſtus quotannis celebratur 8. Septembris, & eiuſdem ſancti Leonis agitur dies 12. Ianuar. cuius lipſana ſacra vbi quieſcant, ignoratur; credunt tamen in veteri Cathedrali quieſcere. In hac eccleſia magna pars ſancti Potiti Martyris, aliorumque ſanctorum reliquiæ maximo cum honore, & cultu decenti aſſeruantur. Sacris in hac Baſilica miniſtrantium numerus ſupra viginti, quatuordecim nempe Canonici, è quibus ſex dignitate eminent, quorum primus ab Antiſtite, Archidiaconus eſt, Cantor, Archipresbyter, cui cura animarum totius ciuitatis incumbit, duo Primicerij, duoque Theſaurarij, reliqui Cappellani, qui Diuino officio inſiſtunt. Tria ſunt in hac ciuitate virorum Cœnobia, S. Franciſci Conuentualium, ſancti Auguſtini, & Minorum Obſeruantium, aliquot laicorum confraternitates, Xenodochium vnum, Mons pietatis, pluteſque eccleſiæ & Oratoria: animæ in ea degentium ad tria millia recenſentur. Eſt autem Aſculum familiæ de Franchis Ducatus titulo inſignitum. Ager illius ob collium amœnitatem, ſoli vbertate, cælique clementia fœcundiſſimus. Diœceſis perangusta eſt. quippe quæ duodecim M.P. vnum tantum continet oppidum S. Mariæ Candelæ nuncupatum, Melphienſi in temporalibus Principi ſubditum, vbi animæ fidelium mille ſupra ſexcenias numerantur. Habet Eccleſiam Collegiatam cum Archipresbytero, & Clero ſatis numeroſo, & decenter ornatam. Intra fines huius Diœceſis eſt Præpoſitura inſignis Abbatiæ S. Leonardi Ord. Militum Theutonicorum à Federico II. Imp. fundata, inuidioſis opibus dotata, cuius Templi parietes, catenis, vinculiſque ferreis exornati ſunt, alijſque eiuſmodi ſeruitutis inſtrumentis, quæ è captiuitate liberi facti, S. Leonardo Liberatori ex voto illic appenderunt: omnium, quæ in Italia Abbatiarum hæc opulentiſſima recenſetur, ſiquidem annui aliquando illius redditus quadragiuta ducatorum milliũ ſummam confecerunt; eam nunc in commendam obtinet Franciſcus Card. Barberinus, Vrbani VIII. nepos, qui pia liberalitate téplum pene ruinoſum reſtituit & exornauit. Vtinam pia hęc facinora ad alias commendatas Eccleſias aliquando conuertantur. Alia item Abbatia eſt in hac Diœceſi, & cõmendari ſolita titulo S. Benedicti, & S. Lazari, aliæque duæ, vna S. Michaelis Archangeli, altera S. Mariæ, quæ ab Archidiacono Aſculano poſſidetur. Menſæ Epiſcopalis annuus cenſus mille ſcutatorum illarum partium non excedunt, taxatur vero in Cancellaria Apoſtolica ad Flor. 66. Vltra autem ius commune exigendi decimas, habet Epiſcopus eaſdem etiam percipiendi auctoritatem in Regijs campis ex Federici II. Imp. Gulielmi II. & Caroli II. Neapolitanorum Regum priuilegijs. Cæterum Epiſcopi qui in hac eccleſia aliquando floruerunt, pauci ſequentes ſunt à nobis obſeruati; vetera enim monumenta vna cum ipſa ciuitate miſerabili terræmotu, vt diximus, perierunt, ac niſi à Romanis Ephemeridibus adiuti fuiſſemus, ieiuna prorſus illorum ſeries prodijſſet in lucem.



1 MAVRVS Aſculanus Epiſcopus interfuit conſecrationi Eccleſiæ S. Angeli in Vulturno die 13. Auguſti 1059.

2 IOANNES ſubſcripſit priuilegio Vrbani II. Eccleſiæ Cauenſi conceſſo anno 1092. apud Baron. tom. 2. Annal. eccleſ.

3 IOANNES cum ſuo Metropolitano adfuit Concilio Lateranenſi ſub Alexandro III. celebrato anno 1179.

4 GOFREDVS vixit temporibus Guilelmi II. Regis anno 1190.

5 IOANNES floruit ſub Federico II. Imp. claruitque donatione eiuſdem ad fauorem ſuæ eccleſiæ facta anno 1226. ſeruatur donationis ſeu priuilegij documentum in tabulario eccleſiæ Aſculanæ, hiſce conceptum verbis.

Federicus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Hieruſalem & Siciliæ Rex.

Per præſens ſcriptum notũ facimus vniuerſis fidelibus noſtris tam pręſentibus, quàm futuris, quod veniens corã nobis venerabilis epiſcopus Aſculanus, fidelis & familiaris noſter maieſtati noſtræ humiliter ſupplicauit, quatenus decimas camporum noſtrorum Aſculi & Candelæ, ac decimam baiulationum earundem terrarum ſecundum quod tempore Regis Gulielmi II. conſobrini noſtri fel. me. prædeceſſoribus ſuis dari conſueuerunt, ſibi & ſuæ eccleſiæ mandaremus miſericorditer exhiberi, tam pro anno ipſo præſenti, quàm etiam pro temporibus cæteris in futurum, ac etiam ſolita clemẽtia inde ſibi priuilegium edere dignaremur, petens nihilominus inſeri in eodem

quæ

quæ alia iura ſuæ eccleſiæ conceſſa, & confirmata aliàs ex priuilegijs dicti Regis. Verùm cum nos primò ſuper præmiſſis decimis per epiſcopum Ioannem de Monte fidelem noſtrum præceperimus diligenter inquiri, ſi prædictæ decimæ, tam camporũ, quàm baiulationum præfato Epiſcopo, & prædeceſſoribus ſuis ſoluerentur ſupradicto tempore nobis plenè conſtiterit ex ipſius inquiſitione, quod præfatæ decimæ, tam camporũ quàm baiulationũ epiſcopo Aſculano ſoluebantur. Nos verò pijs eius precibus annuentes, decimas, tam de prædictis campis, qui ſunt Aſculi, & Candelæ, quàm de baiulationibus earundem terrarum ex nũc in antea, remota omni obiectione, vel occaſione integrè ad ipſius epiſcopi requiſitionem, vel nuncij eius, ſeu ſucceſſorum pro parte eccleſiæ Aſculanæ ſine mora qualiber præcepimus exhiberi, nec volumus in vlterius aliam probationem ab eo, vel ſucceſſore ſuo, ſeu inquiſitionem fieri, aut mãdatum aliud expectari; ex quo nobis plenè conſtat, quod tempore Diuæ Auguſtæ matris noſtræ Imperatricis Conſtantiæ ab inde vſque nunc in pacifica poſſeſſione fuerunt perceptionis ipſarum, dum tantummodo quandocunque priuilegium noſtrum, vel progenitorum noſtrorum oſtenderint, illud idem de decimis Baronum, & militum, & quorumcunque in prædictis terris, & territorijs laborantium ad petitionem, vel conqueſtionem ipſius, vel ſucceſſorum præcipimus firmiter obſeruari pœna dupli, ſcilicet dum ſimplum de ſua ſoluat impoſita, tam officialibus, quàm Baronibus, & alijs ſupradictis, ſi decimas ipſas ſubtrahant, vel negauerint, & ſi propter hoc ad ſuperiorem recurſum habuerint, ipſe, vel nuncius eius pro parte Aſculanæ eccleſiæ, & iuſtitiam negauerint, aut detractauerint, puniantur tanquam in officio delinquentes in cauſis alijs fidelium priuatorum, præterea quædam alia ipſius eccleſiæ iura conceſſa & confirmata ex eiuſdem Regis priuilegij de gratia ſpeciali in huius noſtri priuilegij ſerie ſummariè duximus inſerenda. Volumus itaque, & mandamus, vt ſuper temporali iuriſdictione, quam eccleſia Aſculana obtinet ſuper Iudaica, vt nobis conſtitit ex conceſſione præfati Regis, & in Clericos, & Iudæos Aſculi & Candelæ ſuper redditibus, placcaticis vulgariter appellatis, qui prouenerunt ex venditione eorum, quæ venduntur à Clericis vndecunq; habeãt, & à Iudæis vndecunque ſint. Nullus prædictam eccleſiam aliquo modo moleſtare præſumat, amplius, iubemus, vt ſuper adulterio, & alijs criminibus ad ius Eccleſiaſticum pertinentibus ad corrigenda, & coercenda teneantur magiſtri iurati & baiuli requiſiti pro viribus dare auxilium & fauorẽ per totam Diœceſim Aſculanam; poſtremò prohibemus diſtrictè, ne quis præfato Epiſcopo, vel ei qui fuerit ſucceſſor prædictæ Eccleſiæ nomine Præſidenti moleſtiam inferat vllo modo contra noſtræ huiuſmodi conceſſionis, & confirmationis tenorem, ſi per aliqua præmiſſorum, vel etiam ſubſcriptorum, videlicet ſuper territorio ſito in pertinentijs Aſculi juxta caſale Corneti, per priuilegium ſupradicti Regis diſtincto ſuis finibus & conſeruato olim Goffredo Aſculano epiſcopo, quod quidem territorium eccleſia Aſculana ibidem habuit, & poſſidet ab antiquo tempore, cuius non extat mẽtio, Illud de domo præcipimus, quam habet, & poſſidet in Platea Corneti, ante quam domũ liceat habere, & tenere plancam portatilem ad vendendum mercimonia, & tenere feneſtram apertam, ſicut nobis conſtat olim fuiſſe ſententialitèr diffinitum, vlla eidem Eccleſiæ detentione, interruptione, præſcriptione diutina, vel cuiuſcunque tẽporis, ſi qua interuenerit, non obſtante, necnon priuilegio aliquo cuiuſcunque prædeceſſoris noſtri donationem factam alicui continente, quod contra prædictam eccleſiam Aſculanam volumus non valere, ſed caſſam & inutilem perpetuò haberi quicquid præſumptum fuerit contra aliquod præmiſſorum, ſimiliter & de vinea, & de quibuſcunque perſonis ſtabilibus ſuis in territorio antedicto, quod qui moleſtare præſumpſerit, indignationem noſtræ Celſitudinis ſe nouerit incurſurum, & pœnam ducentarum vnciarum auri, medietatem eius nobis, noſtroque cuilibet ſucceſſori, & aliam medietatem ſanctæ Romanæ Eccleſię ſi Clericus fuerit inferens, exſoluendam, & ſi laicus fuerit, prædictæ eccleſiæ, vel eius epiſcopo ipſius nomine exſoluatur, quam quicunque Præſul fuerit, auctoritate propria pro tempore, ſine requiſitione noſtra, vel iudicis alicuius, cuius de prædictis cognitio pertineret, capere poſſet, & ad eius arbitrium retinere, & facere velle ſuum, ſine appellatione, defenſa, exceptione, ſeu ſupplicatione à quocunque oppoſita non obſtante. Ad huius autem rei memoriam, & Aſculanæ eccleſiæ in futurum perpetuam firmitatem, præſens ſcriptum fieri, & ſigillo noſtræ maieſtatis iuſſimus communiri.

Datum Procida. Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo, vigeſimo ſexto, menſe Decembris 15. Indictionis.

6 N. Epiſcopus Aſculanus memoratur, non expreſſo tamen nomine in regeſt. Regio Neapolit. anno 1276.

7 BENEDICTVS, cui Carolus I. Rex Neapolis priuilegium Federici Imp. ſupra relatum confirmauit an. 1280. cum inſertione eiuſdem. *Carolus Dei gratia Rex Hieruſalem, Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, Princeps Achaiæ Andriaque Prouinciæ Folchalquerij, & Tornodone Comes, vniuerſis preſentes literas inſpecturis*

gratiam ſuam & bonam voluntatem. Supplicauit noſtræ Celſitudini humiliter verò P. Benedictus Aſculanus Epiſcopus deuotus noſter, vt quoddam priuilegiũ conceſſum Aſculanæ Eccleſiæ à Federico olim Imperatore Romanorum, dum adhuc eſſet in gratia Romanæ ſacroſanctæ Eccleſiæ, renouare & confirmare ſibi de noſtra gratiã dignaremur. Nos ergo pijs eius precibus inclinati duximus confirmãdum. Is talis tenor eſt. Federicus Romanorum Imperator, &c. vt ſupra. Datum Procidæ anno Dominicæ Incarnationis 1226 menſe Decemb. 15. Ind. Nos itaque diſtrictius inhibemus, ne quis præfatam Eccleſiam Aſculanam ſuper aliquo præmiſſorum contra huius noſtræ renouationis, & etiam confirmationis tenorem moleſtare præſumat. Ad huius autem rei memoriam & perpetuam firmitatem præſens ſcriptum fieri, & Celſitudinis noſtræ ſigillo præcepimus roborari. Datum Neapoli anno Dominicę Incarnationis 1280. die 10. Febr. 8. Ind. Regnorum Hieruſalem anno 4. Siciliç vero 15.

Hoc eodem anno 1280. Benedictus in Epiſcopum Troianum poſtulatus eſt à Capitulo illius eccleſiæ; haud tamen confirmatus à Nicolao III. vt ex epiſtola eiuſdẽ ad Troianum Capitulum liquet Dat. 5. Non. Martij ann. pontif. 3. extat in Regeſt. Vatic. num. 29. fol. 243.

8 Fr. ADAM, ordo & patria ignoratur, in viuis agebat anno 1280. fuitq; ſucceſſor Benedicti.

9 R. Epiſcopus Aſculanus, cuius extat memoria in reſcripto Caroli II. Regis ad fauorem eccleſiæ Aſculanæ in Reg. Regeſt. Neapol. ann. 1301.

Scriptum eſt Iuſtitiario Capitanatæ pręſenti & futuro fidelibus ſuis, qualiter venerabilis in Chriſto P. R. Dei gratia Epiſcopus Aſculanus ſua nouiter expoſitione monſtrauit, quod literæ quædam ei per Curiam noſtram ſub certa forma indultæ fuerint de exhibendis ei decimis anno quolibet, tam camporum, terrarum Aſculi, & Cãdelæ, quam baiulationis earundem terrarum, prout in literis ipſius clarius continetur. Huiuſmodi poſtmodum expoſitioni ſubinferens, quod perſæpe baiuli & officiales alij terrarum ipſarum decimas ipſas eidem Epiſcopo exhibere nolentes, vias, & occaſiones hinc inde inueniunt, per quas idem Epiſcopus decimarum ipſarum receptione fruſtretur, quanquam de illis exhibendis per Dominos terrarum ipſarum eis ſatis expreſsè mandetur. Petitur itaque per dictum Epiſcopum, vt ſuper hoc prouideremus eidem. Volumus, & fidelitati veſtræ mandamus expreſsè, quatenus prædictarum literarum forma dilingenter attenta, iuxta illam eidem Epiſcopo ad requiſitionem ſuam prædictas decimas, ſi in pecunia percipiendæ ſunt, infra feſtum Pentecoſtes; ſi vero in fructibus, infra menſem vnum poſtquam fructus ipſi recollecti fuerint ſactatis anno quolibet exhiberi eos, qui huiuſmodi decimas habuerint exoluere pro tempore, ſi in exhibitione ipſa renitentes, aut difficiles ſe præberent, ad exhibendum illas ſi & prout opus fuerit diſtrictione debita compulluri. Præſentes autem literas poſt conuenientem inſpectionem earum reſtitui volumus præſentanti, apud veſtrum quemlibet inantea vim & vigorem ſimilem habituras.

Dat. Neapoli per Magiſtros Rationales die 18. Maij 14. Indict.

10 Fr. ANGELVM huius eccleſiæ epiſcopum anno 1308, auxilium contra Clericos ſuos rebelles a Carolo Rege petijſſe docent literæ eiuſdem Regis ad Iuſtitiarios ſuos Apuliæ, ex quibus Angeli cognitio ad poſteros perennauit, cætera eius acta incomperta ſunt. Porro Caroli præceptum ita fuit conſcriptum, quod in Regeſt. Neapol. ſeruatur.

Scriptum eſt Iuſtitiarijs Capitanatæ pręſenti & futuris fidelibus regijs deuotis ſuis &c. Venerabilis Patris Fratris Angeli Epiſcopi Eſculani nuper nobis porrecta expoſitio continet, quod nonnulli Clerici de ſua Diœceſi, qui ſibi ſubſunt, & ſuæ correptioni ſubeſſe tenentur, viri vtique leuis vitæ, incorrigibiles facti, legem frangentes honeſti, abijcientes obedientiæ iugum, & liciti terminos confringẽtes, vt de commiſſis per eos exceſſibus, & delictis iudicium debitæ correctionis, ſeu punitionis effugiãt, interdum latitant, plerumque per partes ipſas vagantur, vt profugi, & aliquando ad conſanguineorum ſuorum domos confugiunt, vt per eos, excommunicatione contempta in ipſorum domibus recipiantur. Vnde cũ Epiſcopus ipſe circa correptionem, & captionem huiuſmodi Clericorum præſidio egeat brachij ſæcularis, illud impartiri ſibi per nos deuotiùs poſtulauit. Cuius poſtulationibus inclinati, deuotioni veſtræ, Vicariatus auctoritate, qua fungimur, iubemus expreſsè, quatenus ad requiſitionem dicti Epiſcopi, vel Vicarij, ſeu Procuratoris, aut Nuncij ſui circa captionem Clericorum ipſorum eidem Epiſcopo, vel Vicario, procuratori, ſeu Nuncio ſuo veſtrum fauorem, & brachij ſæcularis præſidium impendatis, vt dictus Epiſcopus Clericos ipſos corrigere & punire valeat, & auctore Domino ad frugem vitæ perducere melioris. Præſentibus poſt competentem inſpectionem earum remanentibus præſentanti efficaciter in antea valituris.

Datum Neapoli per Dominum Bartholomæum de Capua, &c. Anno Domini milleſimo

tre-

trecenteſimo octauo, die primo Febr. ſexta Indictionis. A

11 FRANCISCVM Epiſcopum Aſculanum defunctum lego Aueniona an. 1310. in tranſlationis Franciſci ſequentis diplomate in Regeſt. Vat. ann. 6. Clementis V. idem præſens erat Auenione die 11. Iunij eiuſdem anni, & teſtis fuit proceſſus fabricati in executione bullæ Clementis pro vnione monaſterij ſancti Ioannis de Lamis Ord. s. Benedicti Sypontinæ Diœceſis, monaſterio Caſænouæ Pennenſis Ord. Ciſtercienſis, hoc itaque menſe obijſſe videtur, vel initio Iulij ſequentis.

12 FRANCISCVS Epiſcopus Lubrenſis in defuncti Franciſci locum ad hanc gubernandam eccleſiam tranſlatus eſt à Clemente V. ann. 1310. 5. Non. Iulij, ex Regeſt. Vat. epiſt. 684. fol. 167. ann. 5. pontificatus eiuſdem. B

13 PETRVS obijt 1353.

14 PETRVS de Perontis Petro ſucceſſit ex Canonico Terracinenſi anno 1353. 4. Kal. Febr. ex ep. fol. 25. ann. 2. memoratur in lib. ſolutionum eiuſdem Innocentij VI. die 14. Apr. 1357.

15 PETRVM huius eccleſiæ epiſcopum defunctum lego anno 1396. in lib. prouiſ. præl. ſub Bonifacio IX. an is idem ſit cum ſuperiori, prorſus ignoro. C

16 Fr. PASCHARELLVS de Aſculo Ord. Eremitarum s. Auguſtini electus per obitum Petri 1397 8. Id. Apr. ſub Martino V. exceſſit ex eodem lib. prou. ſub quo Aſculũ ex terræmotu funditùs abſorptum eſt, vnde ciues coacti incœperunt condere vrbem in vicino monte haud procul à vetuſta diruta.

10 IACOBVS Primicerius s. Petri Aſculanenſis fit epiſcopus in locum demortui Paſcharelli anno 1419 Kalen. Iunij. Iam antea vt diximus, terræmotus, & varia bellorũ diſcrimina, & euerſa ciuitas Aſculana ciues antiquam ſedem mutare compulerant. Iacobus verò epiſcopus, & Capitulum expoſuerunt Romano pontifici Martino V. nullum ſibi ſupereſſe locum, in quo Cathedralem eccleſiam erigere, ac diuina celebrare poſſent officia. Contiguam eccleſiam Minorum Fratrum in platea publica maiori nouæ ciuitatis erigi poſſe in Cathedralem, & Fratribus tradi poſſe veterem ſanctæ Mariæ & s. Leonis eccleſiam parochialem olim etiam Cathedralem. Commiſit pontifex rem hanc examinandam epiſcopo Lucerię, vt ſi commodè fieri poſſet, curaret hanc translationem, vt ex diplomate eiuſdem conſtat, quod exſcripſit Lucas Vvading. to. 5. Annal. Minorum ex lib. 1. de diuerſis formis anni 9. Martini V. fol. 71. D

Venerabili fratri Epiſcopo Lucerin.

Romanus pontifex, cui eccleſiarum, &c. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte venerab. fratris noſtri Iacobi epiſcopi, & dilectorum filiorum Capituli Aſculan. ac Cleri & populi ciuitatis Aſculan. petitio cõtinebat, quod ciuitate antiqua ex terræmotu tunc imminente ſubuerſa, & ſuperuenientibus aſperrimis, & continuis guerris in illis partibus, & toto Regno Siciliæ, ciues Aſculan. conſiderantes, quod ipſi ciuitatem, pro eo quod ſolum, & ſitus, vbi conſtructa fuerat, ab hoſtibus, ſi quando illam oppugnare molirentur, defenſare non poterant, eam ad quendam alium ſitum, & locum à dicta ciuitate remotum, & pro defenſione melius diſpoſitum tranſtulerunt, & in eo nouam ciuitatem conſtruxerunt, & ædificarunt. Ac nihilominus eccleſiam Cathedralem in dicta ciuitate antiqua ſubuerſam, & dirutam, quæ parochialis erat, & eſt, refecerunt, & re[ædific]a[ue]runt, & ex tunc ad eandem eccleſiam epi[ſ]copus, Capitulum, Presbyteri, & Clerici pro Miſſis, & alijs diuinis officijs celebrandis, & populus præfati pro illis audiendis, & ſacramentis eccleſiaſticis eis miniſtrandis accedere conſueuerunt. Præfati quoque epiſcopus & Capitulum, Presbyteri & Clerici, ac populus propter multa diſcrimina & incommoda, quæ ſæpè dum ad dict. eccleſiam accedebant, contingebant, nequibant ad dictam eccleſiam accedere. & propterea iam epiſcopus, quam Capitulum, & alij presbyteri & Clerici cogebantur in domibus proprijs in dicta ciuitate noua conſiſtentibus, horas Canonicas, ac officium diurnum ac nocturnum dicere, & celebrare, in diuini cultus, & Cleri, ac populi præfatorum deuotionis diminutionem, ac etiam detrimentum. Quodque in dicta noua ciuitate non ſit aliquis locus, in quo huiuſmodi noua eccleſia conſtrui, & ædificari poſſit, & nulla alia eccleſia exiſtat, niſi eccleſia domus Ord. Fratrum Minorum in platea publica maiori dictæ ciuitatis conſtituta, ad quam populus, & ciues pręfati continuò conueniunt, & cum eiſdem Fratribus conuerſantur. Et ſi ordo [præfa]tus in prædicta domo ſupprimeretur, dictaque antiqua eccleſia, quæ vocabulo B. Marię Virginis, & B. Leonis Confeſſoris inſignita exiſtit cum inſignijs parochialibus, & vocabulis, & bonis, ac iuribus omnibus ad dictam eccleſiam eiuſdem domus transferretur, ipſaq; eccleſia in Cathedralem erigeretur, epiſcopus & Capitulum, ac alij presbyteri, & Clerici præfati poterunt in ea[c]um maiori deuotionis feruore Altiſſimo famulari, & populo, & parochianis præfatis ſacramenta eccleſiaſtica habiliùs, & frequentiùs miniſtrare; necnon eccleſia antiqua præfata Fratribus eiuſdem Ordinis aſſignari Quare

re pro parte epiſcopi, Capituli, Presbyterorum, & Cleri, ac populi præfatorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt eis dictam domum cum eccleſia recipere, & ad illam Cathedralem, & parochialem eccleſiã præfatam cum eiſdem vocabulis Cathedralibus & parochialibus Inſignijs, ac omnibus bonis, & iuribus ad dictam eccleſiam antiquam, domos cum cœmeterio, & alijs neceſſarijs officinis pro vſu & habitatione aliquorum fratrum d. Ordinis, eorumdem epiſcopi, Capituli, Cleri, & populi expenſis conſtrui & ædificari facere, & poſtquam domus cum cœmeterio, & officinis præfatis conſtructæ & ædificatæ fuerint, eas eiſdem Ordini, & fratribus tradere, & aſſignare, præfatiſq; fratribus vt ipſam eccleſiã antiquam cum domibus, cœmeterio, & officinis huiuſmodi recipere, & perpetuó retinere valeant, licentiam concedere, &c. dignaremur. Nos, &c. fraternitati tuæ, &c. mandamus, quatenus de præmiſſis auctoritate noſtra te diligenter informes, &c. Ordine præfato in dicta domo per te eadem auctoritate ſuppreſſo, & ad illam eccleſiam antiquam Cathedralem, & parochialem præfatam cum eiſdem vocabulis & cathedralibus, & parochialibus inſignijs, & vniuerſis iuribus, conditionibus, & actionibus ad antiquam eccleſiam ſupradictam ſpectãtibus, transferas, eandemque eccleſiam cũ domibus, & allijs officiuis epiſcopo, & Capitulo præfatis realiter tradas pariter, & aſſignes, ita quod eccleſia Cathedralis, & parochialis perpetuo exiſtat, & ad illam, tanquam ad cathedralem, & parochialem eccleſiam, recurſus de cætero habeatur, necnon antedictam antiquam eccleſiam inſignijs, vocabulis & iuribus ſupradictis perpetuó deſtituere, eamq; cum domibus apud eam exiſtētibus, quas epiſcopus, Capitulum, Clerus & populus præfati, & alijs officinis neceſſarijs pro vſu, & habitatione aliquorum fratrum dicti Ordinis, qui in huiuſmodi domo pro tempore morabuntur eorum ſumptibus conſtruere, & reparare, ac reformare teneantur, &c. Ordini & fratribus eiſdem pro vſu & habitatione præfatis per eos perpetuo tenenda concedas, fel. record. Bonifacij Papæ VIII. &c. & quibuſlibet alijs &c. Contrarijs non obſtan. quibuſcunque. Et inſuper præfatis fratribus, &c. vt omnibus gratijs, &c. gaudeant, &c. vtantur, quibus alij fratres in alijs domibus dicti Ordinis commorantes gaudent, ſeu quomodolibet potiuntur, ſupradicta auctoritate concedas.

Datum Genezani Preneſtinæ Diœceſis 5. Kal. Septemb. anno nono.

Sed hæc tranſlatio non niſi ſub Calixto III. anno 1455. facta eſt, deiecta enim per Gabrielem de Baucio de Vrſinis Ducem Venuſinum eccleſia Cathedrali propter motum hoſtium irruentium, rogarunt Alphonſus Rex, Iacobus epiſcopus, & Capitulum nouæ vrbis, vt eccleſia Beatæ Mariæ, & ſancti Leonis epiſcopi cum adiuncto Cœnobio fratrum Ordinis Minorum ſito in nouæ vrbis meditullio, conuerteretur in eccleſiam Cathedralem, & domum epiſcopalem, atque Minoribus concederetur eccleſia ſancti Ioannis intra mœnia nouæ ciuitatis, olim monaſterij Monialium s. Benedicti. Aſſenſit pontifex, re commiſſa epiſcopo Troiano, ſicque tandem epiſcopium, & Cathedralem cũ Capitulo in eam ſanctæ Mariæ & Leonis eccleſiã tranſtulerunt. Porro Calixti diploma ad Troianum epiſcopum ſcriptum eſt huiuſmodi ex lib. 4. Reg. Calixti fol. 265.

B *Venerabili fratri Epiſcopo Troiano, &c.*

Romanus Pontifex, &c. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte chariſſimi in Chriſto filij noſtri Alphonſi Regis Aragonum illuſtris, & venerabilis fratris noſtri Iacobi Epiſcopi, & dilectorum filiorum Capituli Aſculan. petitio continebat, quod poſtquam dudum ciuitas Aſculana pro magna illius parte terræmotu id cauſante adeo, & taliter ſubuerſa, & deſtructa fuerat, quod ciues & habitatores illius tunc formidantes ſimilem motum iterum euenire poſſe, compulſi fuerant in alio loco ædificare, & dictam priorem ciuitatem, in qua cathedralis eccleſia remanſit, penitùs & omnino relinquere, & ſucceſſiuè nouam ciuitatem Aſculanam, in quodam vicino monte per medium miliare, vel circa à Cathedrali eccleſia diſtante, in qua eccleſia domus Ord. Fratrum Minorum in platea publica dictæ ciuitatis conſtructa exiſtit, conſtruxerunt, & ædificarunt: ſed quia prædicta cathedralis eccleſia extra dictam nouam ciuitatem ſita, quæ in ſuis ædificijs, & ſtructuris pulchra & decora fuerat, ſi per hoſtes tempore guerrarum capta, & occupata fuiſſet, non modicum detrimentum, imo magnum periculum ipſi nouæ ciuitati potuiſſet afferre, dicta cathedrali eccleſia pro magna illius parte de mandato quondam nobilis viri Gabrielis de Baucio de Vrſinis, tunc Ducis Venuſini, volentis dictis periculis obuiare, adeo & taliter demolita exiſtit, quod in neutra ipſarum ciuitatum aliqua cathedralis eccleſia remanſit, In diuini cultus non modicum detrimentum. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubiungebat, ſi eccleſia domus dictorum fratrum in cathedralem, & illius habitationes cum tenimentis, & pertinentijs ſuis, in palatium epiſcopale erigerentur, ac domus, & habitationes huiuſmodi prædicto Iacobo epiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus pro tempore exiſtentibus epiſcopis Aſculanis per nos concederentur, & ſæcularis ſine cura eccleſia ſancti Ioannis intra mœnia dictæ nouæ ciuitatis ſita, quæ aliàs certis Abbatiſſæ, & Monialibus Ord. s. Be-

s. Benedicti per epiſcopum Aſculan. pro earum habitatione conceſſa fuerat, & in qua ad præſens nulla Monialis reſidet, ad collationem epiſcopi Aſculani pro tempore exiſtentis caſu vacationis eiuſdem occurrente pertinens cum illius domibus, & alijs confinibus & pertinentijs ſuis, dictis fratribus pro vſu & habitatione perpetuis eorundem fratrum aſſignaretur, & etiam cōcederetur, epiſcopus, & capitulum prædicti, ipſis fratribus, qui pauci videlicet, aut quatuor numero ſunt, refectorium, dormitorium, aliaſq; neceſſarias officinas ſuis ſumptibus, & expenſis apud ipſam eccleſiam s. Ioannis ædificari facere vellent, idque in decorem & venuſtatem dictæ ciuitatis, ac diuini cultus augmentum, necnon ciuium & capituli prædictæ nouæ ciuitatis, ac epiſcopi Aſculani, necnō modicam commoditatem & frugem ſuccederet, prædictaque erigenda cathedralis eccleſia miniſtrorum Chriſti venuſtate, ac numero polleret, ac varijs honorum titulis inſignita in oculis omnium decora, & pulchra conſpiceretur. Quare pro parte Regis, Epiſcopi, & Capituli prædictorū nobis fuit humiliter ſupplicatū, quatenus ad laudem & gloriam Altiſſimi, ac totius Curiæ cæleſtis fratres prædictos, cum bonis duntaxat, mobilibus, ornamentis eccleſiaſticis, libris & alijs ad diuinum cultum pertinentibus, & neceſſarijs, necnon eorum priuilegijs, franchiſijs, exemptionibus, immunitatibus, & libertatibus priſtinis, ordine prædicto in eadem domo ſuppreſſo, ad dictam eccleſiam s. Ioannis transferre, eandemque eccleſiam s. Ioannis, ipſiuſque domos, & habitationes, hortos, hortalitia, & alias officinas pro eorundem fratrum vſu, & habitatione perpetuis concedere & donare, ipſiſque fratribus omnia & ſingula inibi iuxta morem, & regulam aliarum domorū dicti Ordinis conſtruendi, & ædificandi, illaque recipiendi licentiam largiri, prædictam eccleſiam, quam de præſenti dicti fratres inhabitant ſub vocabulo, & honore B. Mariæ Virginis, & ſancti Leonis Epiſcopi, & Confeſſoris, ſub quo dicta alia cathedralis eccleſia fundata erat, vnā cum domibus, & alijs pertinentijs prædictis, etiam cum numero canonicatuum, & & præbendarum, & dignitatum, officiorum, cappellaniarum, beneficiorum, ac perſonarum in præd. cathedrali eccleſia hactenus deputatorum, cum omnibus iuribus, immunitatibus, priuilegijs, honoribus, dignitatibus, p[illegible], officijs, cappellanijs, & beneficijs [illegible] ſtatutis, & conſuetudinibus, redditibus, prouentibus, & obuentionibus vniuerſis, ac alijs inſignijs cathedralibus eccleſijs [illegible]bus, & donantibus erigere, ac illas [illegible], & habitatores cum hortis, hortal[illegible] alijs [illegible] officinis pro palatio epiſ[illegible], ac pro vſu & habitatione perpetuis prædicti, ac pro tempore exiſtentis epiſcopi [illegible] donare, ap-

propriare, & applicare, & alias in præmiſſis ipſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur, Nos igitur de præmiſſis plenam notitiam non habentes, Regis, Epiſcopi, ac Capituli prædictorum ſupplicationibus inclinati, fraternitati tuæ, cū ſicut Rex, Epiſcopus, & Capitulum prædicti aſſerunt, in ciuitate, & Diœc. Aſculan. extra eccleſiam Aſculan. copia Iuriſperitorum, nec aliquis in dignitate conſtitutus, cui in hac parte ſcribendum foret; non reperiatur, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vocatis fratribus prædictis, & alijs qui fuerint euocandi, de præmiſſis omnibus & ſingulis, ac eorum circunſtantijs vniuerſis auctoritate noſtra te diligenter informes, & ſi per informationem huiuſmodi nobis expoſita prædicta repereris fore vera, per te, vel alium, ſeu alios, aſſignata prius eiſdem fratribus dicta eccleſia s. Ioannis cū pertinentijs ſuis, ac conſtructis domo, refectorio, dormitorio, campanili, campana, & alijs officinis prope eandem eccleſiam cum horto ſumptibus & expenſis Epiſcopi, & Capituli prædictorum iuxta morem fratrum d. Ordinis loco dictæ eccleſiæ, quam ipſi fratres inhabitant, & tranſlatis eiſdem fratribus cum bonis mobilibus, libris, calicibus & ornamentis eccleſiaſticis omnibus, & alijs vtenſilibus duntaxat, ordine tamen fratrum Minorum in eccleſia, per eos, vt præfertur, habita, ſuppreſſo, eandem in cathedralem eccleſiam cum numero canonicorum, capellanorum, & beneficiatorum & perſonarum, necnon dignitatum, beneficiorum, officiorum, canonicatuum prædictorum, cappellaniarum in prædicta alia cathedrali eccleſia deputatorum hactenus cum iuribus, iuriſdictionibus, priuilegijs, honoribus, capitulo, ſtatutis & conſuetudinibus, redditibus, prouentibus, & obuentionibus vniuerſis, ac alijs inſignijs cathedralibus eccleſiarum facientibus eadem auctoritate erigas, ac palatio epiſcopali ac vſu, & habitatione perpetuis prædicti, & pro tempore exiſtentis epiſcopi Aſculani prædicta auctoritate domos appropries, & applices, dictiſque fratribus prædictam eccleſiam s. Ioannis recipiendi, ac omnia ad id neceſſaria, vt præfertur, expenſis & ſumptibus epiſcopi & capituli prædictorum conſtruendi, & ædificandi prædicta auctoritate licentiam pariter, & facultatem largiaris. Nos enim, ſi conceſſionem, donationem, & licentiam huiuſmodi per te vigore præſentium fieri contigerit, ipſis fratribus eccleſiam s. Ioannis pro tempore inhabitantibus, dictæque eccleſiæ erigendæ, domui, vt omnibus & ſingulis priuilegijs, exemptionibus, libertatibus, indultis, & gratijs, alijs præd. Ordinis domibus & fratribus per ſedem Apoſtolicam, vel alias generaliter conceſſis, & quibus antea in dicta alia domo d. fratres gauiſi, & vſi fuerunt, vti valeant pariter

riter

riter & gaudere tenore præſentium indulgemus. Contradictores quoſlibet & rebelles, etiam dictos fratres per cenſuram eccleſiaſticam, & alia iuris remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo. Aut ſi eiſdē fratribus, vel quibuſuis alijs communiter, vel diuiſim à Sede prædicta indultum exiſtat, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtoli. as non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de Indulto huiuſmodi mentionem. Non obſtantibus literis, mandatis de permutando eccleſiam, & domum fratrum prædictorum à fel. record. Martino Papa V. prædeceſſore noſtro dudum emanatis, quæ ex certis cauſis & impedimentis executioni minimè demandatæ fuerunt, nec non Bonifacij Papæ VIII. &c. & alijs Apoſtol. conſtitutionibus, ac priuilegijs, exemptionibus, literis, & conceſſionibus Ordini, domui, fratribus præfatis in ſpecie, vel in genere etiam ſuper his forſan conceſſis, vel inpoſterum concedendis, &c. nec non ſtatutis, & conſuetudinibus d. Ordinis, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, cæteriſque contrarijs quibuſcunque, iure tamen Ordinarij loci, & parochialis eccleſiæ, ac cuiuslibet alterius ſemper ſaluo, &c.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1455. 8 *Kal. Octobr. Pontificatus noſtri anno primo.*

Vixit Iacobus in epiſcopatu laudabili virtute ann. 39 deceſſit anno 1458. & in noua Cathedrali humatus fuit.

18 IO. ANTONIVS Buccarellus Decretorum Doctor, Aſculanus epiſcopus in demortui Iacobi locum à Pio II. an. 1458. Kalen. Nouembris poſt vndecimum annum tranſlatus eſt ad Nolanam eccleſiam 5. Id. Auguſti 1469. ex Act. Conſiſtor. fol. 99. & fol. 158.

19 Fr. PETRVS LVCAS de Gerona Ordinis Prædicatorum electus huius eccleſiæ Præſul per tranſlationem Ioannis Antonij anno 1469. 8. Id. Septembris obijt anno 1477. ex eodem lib. ſupra citato Actorum Conſiſtorialium.

✠



20 FATIVS Antonij de Galletanis filius, nobilis Senenſis, vir doctus & præclaris virtutibus ornatus, atque ob morum ſuauitatem Sixto IV. in paucis charus, ab eodem pronunciatus eſt Aſculanus epiſcopus ann. 1477. 4. Kal. Octob. ſucceſſit Petro Lucæ, nondum vero anno ſecundo in ea dignitate expleto, Senis in patria mortalitatem expleuit die 11. Auguſti 1479 ſepultuſque eſt in eccleſia s. Dominici, vt doctus noſter amicus Iſidorus Vgurgerius refert tit. 7. *le Pompe Seneſi*. Eius tamen promotio extat in Act. Conſiſtor. Sixti IV. De hac prænobili familia patriam illuſtrauit B. Andreas Galleranus defunctus anno 1251. die 19. Martij.



21 IOSVE Caieta nobilis Neapolitanus, Ambroſij, & Lucretiæ de Angelo filius, celeberrimus vtriuſque Iuris Doctor Aſculanum pontificatum regendum ſuſcepit ſub Sixto IV. cuius laudes non tacuit Bonifacius Simonetta lib. 3. de Chriſtianorum perſecutione epiſt. 13. Illum Pontificij ſacelli aſſiſtentem inuenio ſub Alexandro VI. anno 1501 quo ſacellum ſanctæ Mariæ de Campo ſancto conſecrauit octaua die Decembris. Anno verò 1509. Epiſcopatum vltro remiſit ad fauorem Agapiti nepotis die 23. Iunij. Lateranenſi deinde Concilio interfuit anno 1512. Iterumque ex regreſſu

per

per mortem Agapiti nepotis Aſculanum Sacerdotium aliquandiu rexit, tandem humanarum rerum tædio affectus, liberè volens nuncium remiſit anno 1517. vt ex Actis Conſiſtorialibus liquet, & in bona ſenectute quieuit. Hic anno 1507. parenti ſuo Ambroſio Neapoli in eccleſia ſancti Petri Martyris, ſacelloue ſuæ familiæ monumentum poſuit in hæc verba.

Ambroſio de Caieta nobili
Neapolitano Magiſtro Rationali
magnæ Regiæ Curiæ.
Ioſue de Caieta V. I. D. Epi-
ſcopus Aſculanus patri ſuo
P.
Anno MDVII.

21 AGAPITVS Neapolitanus, Ioſue nepos, ex eiuſdem reſignatione euaſit Aſculanus Epiſcopus anno 1509. die 23. Iunij, ex Actis Conſiſtor. mortuus eſt ante patruelem.

22 IOANNES FRANCISCVS Caieta Ioſue germanus frater ex ceſſione eiuſdem electus eſt Aſculanus Epiſcopus anno 1517. die 18. Maij cum eſſet annorum viginti quatuor, magnęque indolis. Præfuit omni laude digniſſimus Præſul ann. 49. ac pene capularis ſenex fato ceſſit die 10. Nouembris 1566. An Neapoli in eccleſia ſancti Petri Martyris, vel Caietæ ad ſancti Franciſci ſepultus fuerit, me latet, in vtraque Eccleſia ſepulchralem inſcriptionem legunt. Neapoli hæc proſtat legentibus in eodem ſacello, quod Ambroſius Caieta Sigiſmundi filius Ioannis Franciſci nepos reſtaurauit.

Ioanni Franciſco Caietæ Aſcu-
lanorum Pontifici optimo, hu-
mani, diuinique Iuris conſul-
tiſſimo, & Sigiſmundo inte-
gerrimo viro, fratribus.
Ambroſius, cæterique fratres,
Patruo, & Patri
PP.
Anno D. MDLXXIV.

Alteram inſcriptionem in ſacello ad ſancti Franciſci Caietæ ciuitatis, ex qua originem duxit familia hæc; Sigiſmundus frater ponendam curauit.

✠

Ioanni Franciſco Caieta Patritio Neapolitano inter ſelectos vitæ integritate à Leone Decimo Pontifice Maximo, in Aſculanorum pontificem allecto, Iuriſconſulto optimo, & ſui Ordinis antiquiori in ſua familiæ ſacello, tanto viro, tantillum marmoris,
Sigiſmundus affigi voluit, ob memoriam tanti fraterni amoris.
Vixit annos lxxiij. obijt
MDLXVI.
Menſe Nouembr. die x.

De nobili hac familia ſcripſit Carolus de Lellis 1. pat. *delle nobili famiglie del Regno di Napoli.*



25 MARCVS Landus Venetus Ioan. Franciſco defuncto ſucceſſit ann. 1567. die 22. Auguſti tariſſimæ vir eruditionis, & ſumma prudentia, atque Theologica facultate clarus, ad amplificandam, exornandamque ſuam Cathedralem nihil non fecit, eamque auxit, ac penè à fundamentis, ſuis, ac ciuium Aſculanorum pecunijs exædificauit, in qua moriens anno 1593. ſepultus iacet, vbi hæc inciſa lapide inſcriptio legitur.

Marco Lando Veneto Aſculanorum Pontifici, ſancto animarum ſuarum gubernatori, & cuſtodi ſapientiſſimo, eloquentiſſimoque Theologo, pio Cathedralis Eccleſiæ extructionis ſuaſori

ſori ac prouido ſanctorum vi-
rorum vtætius auctori, qui rexit
ann. xxiv. & dimidio.
Vixit LXIV. obijt anno
CIƆIƆXCIII.
Federicus Sepa eius rei familia-
ris adminiſtrator & Templi
Theſaurarius, meritorum non
immemor ſua pecunia hoc mo-
numentum, vbi nunc ſolius con-
dantur cineres viuens
poſuit.

26 Fr. FRANCISCVS Bonfilius, Ord. Minorum Conuentualium Magiſter Generalis, magni nominis Theologus, Ordinis ſui non poſtremum ornamentum Aſculanorum præſul renunciatus eſt anno 1593. die vltima Maij. Mortuus eſt anno 1603. ſepultuſque eſt in Cathedrali, in cuius memoriam ſucceſſor eius epitaphium poſuit.

D. O. M.

Franciſco Bonfilio Ord. Minor.
Conu. ſancti Franciſci ex Magi-
ſtro Generali Epiſcopo
Aſculanorum
F.
Ferdinandus Dauila Ord. Mi-
norum de Obſer. S.T.L.S. Or-
dinis Amico Præde.
P.

27 Fr. FERDINANDVS Auila Ord. Minorum de Obſeruantia, ob eruditionem, prudentiam, cæteraſque virtutes religioſo viro dignas Epiſcopus Aſculanus creatus eſt à Clemente VIII. anno 1602. vixit in Epiſcopatu ann. 17. omnibus charus, amatuſque ab omnibus & in Cathedrali, quam varijs, ac precioſis ornamentis auxit, iacet, nulla ad tanti viri memoriam proloquente inſcriptione.

*

A


28 FRANCISCVS MARIA della Marra
B ra Neapolitanus, Aloyſij & Siluiæ de Sangro filius electus Epiſcopus Aſculanus die 29. Nouembris 1620. fratres habuit præter alios, Placidum epiſcopum Melphienſem apud Imperatorem apoſtolicum Nuncium, & Ferdinandum Ducem Guardiæ, qui de nobilibus familijs Neapoli extinctis ſcripſit. Vix quartum annum in epiſcopatu Franciſcus Maria expleuerat, cũ immatura mors illum à viuentibus abſtulit, dignus maiori ætate ad explendos in Eccleſia ſua, populoque ſibi commiſſo animi ſui generoſos conatus.

29 Fr. ANDREAS Gelſominus Etruſcus, patria Cortonenſi, ord. eremitarum
C ſancti Auguſtini, vir doctiſſimus, celebriſque verbi Dei concionator, cum eſſet ſui Ordinis Generalis Procurator, ab Vrbano VIII. Aſculanorum præſul pronunciatus eſt anno 1625. die 9. Iunij, in eaque moderanda Cathedra quatuor omninò annos conſumpſit, ac piè, vt vixerat, fato ceſſit anno 1529. in feſto Conceptionis B. Virginis Mariæ, cui indiſſolubilibus amoris nexibus deuinctus erat, in cuius honorem, librum ſcripſit, cuius Titulus, Theſaurus cæleſtis deuotionis Mariæ Virginis. Andreæ meminit noſter Hippolytus Marraccius inter Antiſtites Marianos, & in Bibliotheca Mariana. Memini, me legiſſe tetraſtichõ in laudem eiuſdem, dum Neapoli concionaretur
D in eccleſia ſancti Auguſtini; ab erudito, doctoque Franciſco de Petris Hiſtoriæ Neapolitanæ ſcriptore.


Cor tonat, æquat vox, cum tu Cortona retundis,
Hoſtiles ſenſus, cordaque corde rapis.
Scilicet exeandem accendis ab aure medullas
Qud moueas alios, vt mouearę opus eſt.

30 GREGORIVS Bolognettus nobilis Bononienſis Romæ natus ex Referendario vtriuſq; ſignaturæ Aſculanus Epiſcopus delectus eſt ab Vrbano VIII. anno 1630. die 23. Septembris, à quo ad Ferdinandum II. Magnum Etruriæ Ducem, mox apud Ludo-

uicum

uicum XIII. Gallorum Regem apoſtolicus Nuncius miſſus, hanc cum Reatina Eccleſia commutauit anno 1639. viuit adhuc, de quo in primo noſtro tom. in epiſcopis Reatinis.

31 MICHAEL Retius, ſeu Reſta Epidaurenſis, olim Epiſcopus Stagnenſis, mox Nuſcanus, ad hanc Aſculanam eccleſiam translatus die 8. auguſti 1639. ſedit annis 9. exceſſit anno 1648. ſepultus in ſua Cathedrali.



32 PYRRHVS ALOYSIVS Caſtellomata nobilis Salernitanus, filius Franciſci & Briãdæ Antinoræ, vir ſanè magnarum virtutum tum doctrina, eruditione, Poetica arte, atque eccleſiaſticæ, venerandæque antiquitatis benè peritus, quippe qui & verſu, & ſoluta oratione plura ſui Ingenij monumẽta poſteris reliquit, ſcripſit enim *de Patriæ Amore*, vbi plura inſeruit de Salerni vrbis antiquitatibus, de *Proximi amore*, *Neapolitani tumultus Hiſtoriam*, quam, morte præuentus haud abſoluit, & alia plura, quæ M.S. aſſeruantur. Penes Fabritium Antoninũ Archiepiſcopũ Acheruntinũ, & Materanũ, mox Siracuſanũ epiſcopum; educatus in ijs eccleſijs aliquando proepiſcopus fuit, & in portuenſi eccleſia, Marcello Card. Lantes epiſcopo, eodem munere functus, per multos virtutum gradus ad epiſcopatum aſcendit anno 1648. die 25. Nouembris. Munus cõſecrationis ab eodem Card. Lantes accepit die 30. eiuſdem menſis cum Franciſco Roberto electo Alexano, in Liberiana Baſilica aſſiſtentibus Ioanne Baptiſta Foppa Archiepiſcopo Beneuentano, & Andrea Spennazzio Senenſi, epiſcopo Ferentino; ad ſuam ſtatim profectus Eccleſiam cum Aſculum acceſſiſſet, fauſtis acclamationibus à Clero & Populo exceptus, epiſcopale tunc Palatium ad habitandum incommodum repertum, ſumma diligentia reſtaurandum curauit, eccleſiam ſanctiſſimæ Annunciatæ vetuſtate deformem reparauit, aram ma-

A ximam ad Orientem locauit, hac addita inſcriptione.

Vetus Templum Annunciatæ Virginis Sanctiſſimæ propagandæ voto, Pyrrhus Aloyſius Caſtellomata Epiſcopus, ara maxima ad Orientem ſolem locata reſtituit in Ciuitate Aſculanorum.

Apud hanc Diuæ Virginis Mariæ eccleſiam, ſeminarium Clericorum erexit, cu-
B bicula, Bibliothecam, & alia alumnorum pernéceſſaria ſuo ære extruxit, ac redditus annuos attribuit. Eccleſiam quoque ſancti Potiti ab anteceſſore ſuo Ferdinando Auila reſtituram exornandam curauit, condito ſacello in honorem ſancti Leonis epiſcopi & Confeſſoris, vbi in marmorea columna hæc ſculpi verba iuſſit.

☧

MRI EPO
P. L.

C *quos in ruderibus*
Aeſculi collis recolunt
Ciues
P. A. C.
Innocentio X. P. M.
ad conclaue excitatis aris
locum ſacrificijs indulſit

Vniuerſam non ſemel ſibi creditam Diœceſim perluſtrauit optimus Paſtor, Eccleſias collapſas morumque diſciplinam ſedulo reſtituit. præſul enim fuit non modo doctrina, ſed & integritate morũ inſignis. Fuit-
D que acerrimus authoritatis epiſcopalis aſſertor, pro qua, proue eccleſiaſtica libertate aliquando vitam haud vereretur amittere, Incidit tandem in illa difficillima tempora, hoc eſt cum teterrima peſtilentiæ lues Aſculi graſſaretur, omnia quæ ad ipſum ſpectabant, ſpiritualia remedia per ſeipſum gregi pertimido adhibenda curauit, in quo pio munere dum feruidiſſimo charitatis ardore, tum in ſacra confeſſione, tum in ſacratiſſimo Chriſti Corpore, lue tactis, adminiſtrando intrepidè perſeueraret, animã pro ouibus ſuis poſuit, conſumptoque morbo, mortalitatẽ expleuit. menſe Octo-

ris 1656. in cathedrali humatus tanto omnium ordinum mœrore, vt propemodũ inconſolabiles viderentur. Ad clariſsimi mihi non ſine lacrymis memorandi Præſulis ſepulchrum ſequens Cœnotaphium aliquando apponendum, ſcribi fecimus ab amico noſtro Laurentio Longo Parmen. illuſtri noſtri æui Poeta. A

Hic iacet Aſculea Præſul doctiſſimus vrbis
Pyrrhus Pierĳ gloria magna chori.
Qui qua alter Pyrrhus Latijs eſt victus ab armis,
Quando Tarentinis Marte ferebat opem.
Tartareas acies vicit cæleſtibus armis,
Dum ſacras aleret, dum tueretur oues.
Peſte laboranti Populo dum ſacra miniſtrans B
Gaudebat manibus diſtribuiſſe ſuis,
Qua ſe pro Patria Decius deuouit amata,
Hic ſe pro Populo deuouet vltrò ſuo.
Et Decio melior, Pyrrho fœlicior optat
Ob ſibi commiſſum fata ſubire gregem.
Fit voti compos, alienæ dumque ſaluti
Conſulit, ad Cæli Regna vocatus obit.
Maius amoris opus nullum eſt, quam ponere vitam
Pro grege, pro patria, relligione, fide.
Tale ob opus multos extinctos peſte miniſtros,
Pro Sacris cœtus nempè fidelis habet.

Ioannes vero Baptiſta de Afflicto in eccleſia S. Marci Euangeliſtæ extra ciuitatẽ ſcalarum nuper ab ipſo exædificata grati animi monumentum hocce amico erigendum curauit. C

V. T.

Ah nimium mors dura! mea poſt plurima gentis
Funera, poſt vidua, pignora rapta domus;
Saltem vni, cladis ſolatia, parcere Pyrrho,
Et poteras, plena, ſiſtere, furta, manu.
Id pietas, virtuſque viri, frontiſque verenda
Inſula: idem, noſtra commeruere preces. D
Nonne ego te hoc vnum precibus, votiſque popoſci?
At Pyrrhus tamen, atque irrita vota iacent.
Quid mortem incuſas? Pietas ſua, reddidit aſtris
Ardentem, inde nouum ſidera ſidus habent.

Illuſtriſſimo ac Reuerendiſſimo Domino Pyrrho Aloyſio Caſtellomatæ
Patritio Salernitano nobiliſſimo
Et auitis, & ſuis laudibus ornatiſſimo,
Aſculi Epiſcopo,
Suo in grege curando,
Graſſante, vt paſtorem decet, peſtilentia, anno MDCLVI. extincto,
Quod Romæ morum, ſuæque adoleſcentiæ
Seuerum quidem, ſed humanum piumque, ex ipſius pura benignitate,
Ingenitaque nobilitate, habuerit formatorem
Abbas Don Ioannes Baptiſta de Afflicto gratum hoc
Mœroris, & amoris monumentũ
Poſuit.



33 PHILIPPVS à Baſilica Petri nobilis Patritius Mediolanenſis, Caſtellomatæ digniſſimo, ſemperq; memorando Epiſcopo datus eſt ſucceſſor ab Alexandro VII. Pont. Max. anno 1657. die 28. Maij. Viuit, quem Deus Opt. Max. diù incolumem ſeruet, vt populum ſibi commiſſum, ad ſalutem valeat promouere, & aliorum multorum familiæ ſuæ Antiſtitum in ipſo reuiuiſcant virtutes & fama.

†

BOVIANENSES, SEV BOIANI EPISCOPI.



BOVIANVM, ſiue Bobianum, Ptolomæo Boianum, ad radices ſitum montis Apennini, fonteiſque Tiferni amnis; eſt perantiquum oppidum in Comitatu Moliſij nunc recenſitũ, vulgo, *Boiano* dictũ, aliquando Samnitiũ caput longè ditiſſimum atque ampliſſimum armis, viriſque fuit, vt Liuius ſcribit; de quo cæteri Romanæ Hiſtoriæ ſcriptores cum laude memorant. Incolæ huius ciuitatis (ni in rebus à noſtra memoria valdè diſtantibus fabulentur) à Sabellis populis, priſcis illis temporibus, quibus in Samnium primùm appulerunt, ædificatam volunt, & à portento, auſpicioque Bouis, qui eos ad locum adduxerat, vbi poſtquam ibidem ductorem ſuum Marti Deo ſacrificaſſent, nouam Vrbem condiderunt, cui Bouiani nomen impoſuerunt. Memoratur Liuio, Straboni, Plinio, Silio, Frontino, Ptolomæo, Itinerarijs Romanis. Antiquiſſima eius memoria eſt apud Liuium lib. 9 in Conſulatu M. Petilij Libonis, & C. Sulpicij Longi, an. Vrbis CCCCXXXVIIII. ante natum Chriſtum CCCXIIII. in poteſtatem Populi Romani deinceps deuenit, ductore Sylla Samnitum implacabili odio inimicum, à quo ſolo æquatum eſt: reſtauratum poſtea, Colonia Romanorum factũ circa annum ab Vrbe condita DCCV. vt Frontinus habet, *Bouianum oppidum lege Iulia milites deduxerunt ſine colonis, iter populo amplius non debetur, quàm P.X. Ager eius per centurias, & ſcamnis eſt adſignatus.* Ab Octauiano Auguſto ſecundo huc deducta Colonia eſt, vt Panuinus habet, quam Plinius vndecumanorum vocat, à militibus vndecumanæ Legionis poſt bellum ciuile deductis. Sub Romanorum imperio tandiù fœliciter quieuit, quandiu illud floruit. Longobardorũ deinde gens illud in Beneuenta- A num Ducatum numerarunt, & recentioribus temporibus ſub Normannorum, Regumq; Neapolitanorum poteſtatem deuenit. Antiquum ſplendorem amiſit anno 853. quo ingenti terræmotu ſubmotum loco, & collapſum eſt, emergente inde aquarum lacu; ſed à ciuibus iterum reſtauratum poſt quatringentos annos à Federico II. Imp. captum, penè combuſtum eſt an. 1221. Antiqui Bouiani magnitudinem adhuc extantia veſtigia, ipſæque ruinæ produnt; & quod modo temporum, bellorumque iniuria exinaniri videmus, imaginem potius veteris Bouiani quam ſpectabilis ciuitatis referre videtur. Protulit autem hæc ciuitas viros claros, in quibus olim enituit Numerius Decius à Liuio celebratus, qui contra Hannibalem B Romanis ſuppetias dedit. Cæterum fidem Chriſti ſuſcepiſſe Bouianum credibile eſt priſcis illis temporibus, quando Beneuentani, cæterique Samnites populi imbiberunt Euangelium. Epiſcopalis verò dignitas eidem acceſſiſſe ante annum noſtræ ſalutis 501. cum eo anno Laurentius Bouiani Epiſcopus ſubſcripſit tertiæ Synodo Romanæ ſub Symmacho Papa. Porrò Bouianum Epiſcopatum aliquando vnitum fuiſſe cum Iſerniensi ſacerdotio tradit Vincentius Carlantes in Samnij hiſt. Cathedralis Baſilica D. Bartholomæo Apoſtolo conſecrata inſignitur decenti Clero, Archidiacono nempè & Archipresbytero cum decem Canonicis, alijſque Presbyteris, & Clericis, qui diui- C num quotidie penſum ſoluunt. Sunt in hac ciuitate præter Cathedralem Eccleſiæ Parrochiales ſeptem, aliqua Virorum Cœnobia, & vnum Sanctimonialium. Diœceſis vigintimillia paſſuum in longitudinem, ac latitudinem æquè porrigitur, continet oppida triginta, in quibus ſingulis proprius Archipresbyter ſacra adminiſtrat: in eaque recenſentur aliqua religioſorum Monaſteria ſodalitates, & hoſpitalia, in quibus omnia pietatis officia erga puellas nubiles, & pauperes honeſtiores, & infirmos impenduntur. Epiſcopalis menſæ annuus cenſus ducatorum Regni 1200. Taxatus in Cancellaria Apoſtolica Floren. 200. eius Eccleſiæ Præ- D ſulum ſeries ſequens eſt, quam ex diuerſis ſcripturis eiuſdem Eccleſiæ, alijſque monumentis, vtcunque potuimus, expiſcari ſumus ſine noſtra tamen culpa ſatis ieiunam.

1 LAVRENTIVS Bouiani Epiſcopus interfuit tertiæ Synodo Romę celebratę ſub Symmacho Papa anno 501. Poſt hunc per multa ſæcula Epiſcoporum nomina interciderunt.

2 N. Epiſcopus Bouiani, cuius meminit abſque nomine Vldaricus Archiepiſcopus Beneuentanus in documento pro monaſterio ſanctæ Sophiæ anno 1061.

3 ADALBERTVS, ſeu Albertus, item Obertus huius ſedis Epiſcopus fuit; quæ nomina ſæpè confunduntur, vt tres diſtin-

ſtos præſules eſſe arbitrentur, nonnulli ſub Adalberti nomine memoratur anno 1075. Albertum vocatum inuenio anno 1071. in dedicatione Eccleſiæ Caſſinenſis, cui interfuit, & anno 1075. in documento Milonis Archiepiſcopi Beneuentani ſupra relato. Sub Adalberto præſule narrant. Rodulphum de Molinis Bouiani Comitem Cathedralem Eccleſiam nouam condidiſſe anno 1080. Albertum iterum lego in huius Eccleſiæ breui Epiſcoporum Dyptica anno 1091. & Obertum obſeruo in documento Vgonis Boianenſis Comitis pro monaſterio S. Sophiæ Beneuenti ſcripto anno 1095. in quo veluti teſtis idem memoratur antiſtes. Documenti tenor ex ſæpè citat. Chron. S. Sophiæ talis eſt.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Domini æterni, & in nomine Indiuiduæ Trinitatis.

Anno milleſimo nonageſimo quinto, ab Incarnatione Domini omnipotentis noſtri Ieſu Chriſti, menſe Ianuario, Indictione 2.

Nos Vgo Domini gratia Bouianenſis Comes, & Rogerius filius Domini Rodolphi Comitis notũ facimus omnibus noſtris fidelibus præſentibus ſcilicet & futuris: quia per hoc ſcriptum damus ac concedimos, atque firmamus per manum Domini Oberti Epiſcopi Bouianenſis Domino Madelmo Venerabili Abbati de Monaſterio ſanctæ Sophiæ, quod conſtructum eſſe videtur in Beneuentana ciuitate, ſcilicet Caſtrũ quod nominatur Vecclo, antea Betere, cum omnibus hominibus habitantibus, ac viuentibus in eodem loco, ac Caſtro, quemadmodum Pater noſter Rodulphus Comes ei conceſſit habere, ita & nos ei confirmamus in perpetuum, vt amodo & ſemper omni tempore ipſe præuominatus Abbas, & ſui ſucceſſores, & pars ipſius prænominati monaſterij iam dictum Caſtrum cum hominibus, necnon & pertinentiis eiuſdem Caſtri habeant, ac poſſideant, & omnia exindè faciant, quodcunque voluerint, illiuſque placuerit, ſine noſtra, noſtrorumque hæredum, aliorumque hominum, amicorum, ac cognatorum, & Vicecomitum aliqua contrarietate, vel moleſtatione: Et nos prænominati Vgo Comes, & Rogerius filius prædicti Rodolphi Comitis obligamus nos, noſtroſque obligamus hæredes præfatæ Eccleſiæ, & tibi Domino Madelmo Abbati, tuiſque ſucceſſoribus iam dicta noſtra conceſſione amodò & ſemper in perpetuis quoque temporibus, & omni tempore antiſtare, ac defendere ab omnibus hominibus, ab omnibuſque partibus, ac periculis; Quod ſi verò aliquis temerarius hanc conceſſionem noſtram firmiſſimam, roboreumque præceptum infirmare, necnon & alio modo & ratione deſtruere, ac perdere præſumpſerit, ſeu etiam attentauerit, iudicio coactus componat centum atque quinquaginta vncias auri puriſſimi in ſupranominato Monaſterio, & inſuper per inuitum tacitus maneat, necnon & anathematis vinculo ſubiaceat damnatus cum Iuda traditore falſiſſimo Omnipotentis Domini Noſtri Ieſu Chriſti, donec reſipiſcat: iuxta hanc noſtram conceſſionem hoc noſtrum firmiſſimum præceptum cõfirmauimus in præfato monaſterio pro anima noſtra, omniumque noſtrorum parentum, amicorum, cognatorum, vt firma, necnon ſtabilis permaneat in perpetuum omnique in tempore.

Et ego Emergerius Notarius ciuitatis Bouiani rogatus ferè ab omnibus ſcripſi feliciter admodum.

Ego Obertus Bouianenſis Epiſcopus.
Ego Lambertus Comes.
Ego Ioannes Epiſcopus.
Ego Bernardus Epiſcopus.
Ego Melchior Epiſcopus.
Ego Philippus Cardinalis.
Ego Carolus Cardinalis.
Ego Mauritius Cardinalis.
Ego Robertus filius Chriſtiani ſubſcripſi, noſque omnes ſupradicti ſignum Crucis, ſigillumque in fidem appoſuimus, atque affiximus.

4 BERNARDVS magnæ sãctitatis præſul vixit temporibus Paſchalis II. an. 1105. de eo fit mentio in quodam documento Cathedralis Archiuij, eius ſanctitatem celebrat Vincentius Carlantes in Samnij hiſt. lib. 1. cap. 2. ſed acta eius non extant.

5 ADAMON, ſeu Adam teſtis donationis Roberti Comitis Bouianenſis ad fauorem Monaſterij ſanctæ Sophiæ de Beneuento an. 1119. quæ legitur in ſæpe cit. Chron. eiuſdem Monaſterij hiſce verbis conſcripta.

In nomine Domini Omnipotentis Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, & in nomine ſanctiſſimæ, & indiuiduæ Trinitatis.

Anno ab Incarnatione Domini 1119. menſe Nouembris Indict. xiij.

Quoniam anteceſſorum & parentum obligationes iure factæ, & per acta legitima ſucceſſoribus, atque hæredibus ſer-

ſeruandas & confirmandæ leges mandatorũ maximè quæ pro redemptione animarum illorum ſunt. Quamobrem ego Robertus Domini gratia Boianenſis comes filius quõdam bonæ memoriæ Comitis Vgonis conceſſionem factam ab auo meo comite Raone, necnon à patre meo Comite Vgone, quoque à fratre meo comite Simone in Eccleſia ſanctæ Sophiæ, laudans, ac confirmans; Notum facio omnibus fidelibus noſtris præſentibus, necnon futuris; quoniam per hoc ſcriptum ego concedo, atque confirmo in Monaſterio ſanctæ Sophiæ, quod conſtructum eſſe videtur in veteri Beneuentana ciuitate, & in manum Domini Bernardi venerabilis eiuſdem monaſterij abbatis, ſecum habentis duos ex confratribus ſuis religioſos ac honeſtos viros, nimirum dominum comeſtabilem, & Dominum Petrum, ſcilicet Caſtrum, quod nominatur vetus, vnà cum omnibus hominibus inibi habitantibus, ac morantibus in eodem Caſtro, & cum omnibus pertinentijs ſuis, quemadmodum auus meus Rao bonæ memoriæ ac recordationis, & ſupranominatus pater meus, nec non frater meus conceſſerunt, ac permiſerunt habere. Item concedo, atque irreuocabili iure, ac præcepto confirmo in monaſterio ſanctæ Sophiæ Virginis, & in manus Reuerendiſſimi, ac Venerabilis abbatis ſupranominati Bernardi, nimirum Monaſterium ſanctæ Genitricis Virginiſque Mariæ quod conſtructum eſt in veteri ciuitate Sepina cum omnibus pertinentijs ſuis vnà cum inferius & ſuperius poſitis: item Eccleſiam vocabulo ſanctæ Mariæ, quæ extra & iuxta ciuitatem Sipontinam conſtructa, ac ædificata eſt, vna cum omnibus ſuis pertinentijs, Eccleſiam quoque, quæ nominatur, ad S. Saluatorem iuxta prænominatum riuum, vnà cum omnibus ſuis pertinentijs, & medietatem Eccleſiæ ſancti Silueſtri, quæ eſt ſita non procul à flumine Tappone in via papali Beneuentana, vnà cum omnibus, quæ ſibi pertinent, necnon & Eccleſiam ſancti Gregorij, quæ eſt ſita ex alia parte &, prope eundẽ fluuium vnà cum omnibus pertinentijs ſuis. Hæc omnia ſupranominata, nimirum & Caſtrum vetus cum hominibus in eodem loco habitantibus, & cum omnibus, quæ pertinent illi, tam intùs, quàm etiam foris, & cum omnibus ſibi pertinentibus Syluis cũ aquis vijs & aditis ſuis, terris, vijs, planis, ac montibus, & Eccleſiam ſanctæ prædictæ Dei Genitricis Virginiſque Mariæ vnà cum omnibus ſimiliter ſupranominatis Eccleſijs atque vnà cum omnibus illarum pertinentijs. Ego qui ſupra nominatus Robertus Comes pro redemptione, ac ſaluatione animæ meæ, atque genitricis, & genitoris mei, & aui mei, & pro omnibus parentibus meis tam viuorum, quàm & mortuorum ſalute concedo atque confirmo in præſentia Domini Adammonis Boianenſis Diuina ſic diſponente miſericordia Reuerendiſſimi Antiſtitis, aliorumque ſubſcriptorum teſtium in iam nominato monaſterio ſanctæ Sophiæ in quo videntur requieſcere quadraginta quatuor corpora ſanctorum, offertionem, ac traditionem fecimus in manu ſupranominati abbatis, nomine Bernardi venerabiliſſimi, idem illud monaſterium in eadem conditione quemadmodum parentes, ac maiores mei quondam, maiorumque noſtrorum tempore conceſſerunt, & obtulerunt, hac nimirum ratione, vt amodò, & in perpetuis temporibus firmiter & immobiliter, ac inuiolabiliter prænominatum Monaſteriũ illud quod conceſſimus teneat, & poſſideat prænominatum Caſtrum, necnon præfatas eccleſias cum omnibus ſuis pertinentijs, ſine contradictione noſtra, noſtrorumque hæredum, omniumque aliorum hominum, omni remota Vicecomitum, vel cæterorum Auctorum Curiæ noſtræ moleſtia, vel contrarietate, omnibuſque, quæ fuerunt hactenus iniquis, & prauis conſuetudinibus exploſis, atque eiectis. Vt autem hæc noſtra largitio atque conceſsio firma, ac ſtabilis habeatur, ego prænominatus Robertus Comes obligo me, meoſque hæredes ac amicos prænominatæ Eccleſiæ ſanctæ Sophiæ, tibique Bernardo eiuſdem Monaſterij venerabili abbati, veſtriſque poſteris prænominatam largitionem noſtram amodò, & omni tempore defenſam ab omnibus etiã hominibus, ab omnique parte. Quod ſi ego vel quilibet noſtrorum hæredum, vel Actorum noſtrorum temerario auſu, & iniqua præſumptione hanc noſtram conceſsionem irritam in quolibet membro, ac qualibet ratione facere præſumpſerit, noſtræ Curiæ iudicio coactus, centum librarum auri puriſsimi compoſitione mulctetur, atque in nominato Monaſterio, & inſuper omni tẽpore taceat inuitus anathematis vinculo damnatus cum Iuda traditore Domini, donec reſipiſcat, iaceat.

Hac autem chartula ſupranominata conceſſionis facta à ſupranominato Comite Roberto ac Vicecomite.

Ego Gentilis Comes ſcripſi.
Ego Gerardus Epiſcopus.
Ego Balthaſar Cardinalis.
Ego Benedictus Abbas interfui, & ſubſcripſi.
Actum in ciuitate Boiana legitimè.
Signum propria manus ſupranominati Præſulis.

6 ROBERTVS, cuius mentio in monumentis Eccleſiæ habetur anno 1147. diu vixit in hac dignitate.

7 ANDREAS interfuit Lateranenſi cõcilio ſub Alexandro III. celebrato an. 1179. de quo, anno 1181. quoddam extat inſtrumentum in citato tabulario.

8 PE-

8 PETRVS florebat anno 1189.

9 MATTHÆVS proximè reperitur Epiſcopus anno 1195.

10 RAYNALDVS ab anno 1206. ad annum vſque 1210. inuenitur hanc adminiſtraſſe eccleſiam.

11 POLITIANVS hic anno 1115. Eccleſiam Cathedralem dedicauit, vt in plumbea lamina inſcriptione nuper reperta in altari habetur in hæc verba.

Anno MCCXV. poſt Incarnationem Domini noſtri Ieſu Chriſti. Indictione quarta Eccleſia Boiani vnà cum Altare dedicata eſt à D. Politiano eius Epiſcopo, aſſiſtentibus cum eo Lucerino, Florentinenſi, Arianenſi, & Tortibulenſi Epiſcopis, & hæ ſunt reliquiæ SS. Pontiani, & Clementis martyrum, ac Pontificum. oſt uo die adſtante menſe Madij †

12 IOANNES à Capitulo electus confirmatur ab Honorio III. anno 1226. 12. kal. Ianuarij, pontiſ. ann. 2. ex reg. Vatic. perennauit etiam eius nominis memoria in marmoreo lapide ſupra fores Eccleſiæ, vbi hæc breuis inſcriptio.

A. MCCXXXIX. MENSE. MAR.
IOANNES EPISCOPVS BOIANI
HOC OPVS FIERI FECIT.
Q. † V.

C

13 IOSEPH an. 1244. vſque ad annum Domini 1252.

14 PALMERIVS, patria Capuanus, antea Epiſcopus Caluenſis ad hanc eccleſiam tranſlatus eſt ab Innocentio IV. anno 1252. 10. kal. Aug. pontiſ. X. vt in Regeſt. Vatic. Sedit plus minus ann. 25. defunctuſque eſt anno 1277. & in Cathedrali humatus hoc habet in marmoreo tumulo cœnotaphium Leoninis verſibus exaratum.

Hac iacet in tumba mitis ſine felle columba
Palmerius Præſul, cui parcat criminis exul
Capua quem genuit, quem Caluum pontificauit.
Hinc tranſlatus Boianenſem clarificauit
Eccleſiam, tandem rebus ditauit eandem
Campanile ſacris, vinetis, ædibus, agris
Poſt pietatis opes grauioris nempe Talenti
Felix in Chriſto mundo tranſiuit ab iſto.

D

15 IOANNES ex Archidiacono eligitur in Epiſcopum à Ioanne XXI. an. 1277. 4. Id. Iunij, pontiſ. ſui primo, ex reg. Vatic. epiſt. 57. fol. 17.

16 GVILLELMVS Berge, ciuis & epiſcopus Boianenſis reperitur anno 1291. cuius mentio extat vſque ad annum 1311.

17 ANGELVS an. 1314. ex monumẽtis eiuſdem Eccleſiæ.

18 Fr. PETRVS, patriam & ordinem ignoramus, iam conſecratus huius eccle-

A

ſiæ epiſcopus ſacro Senatui ſolitum ſubſidium promiſit die 27. Nouembris 1319. ex lib. oblig. Prælat. ſub Ioanne XXII.

19 ANDREAS ſuffectus anno 1322.

20 BERNERIVS Dohonella ex Cappellano ſacelli S. Ludouici in maiori Eccleſia Neapolitana fit Boianenſis epiſcopus anno 1337. in reg. regeſt. Neapol. ſub Roberto Rege fol. 15.

21 ANGELVS Lupara in hac ſedebat eccleſia anno 1345. obijt anno 1364.

22 BERARDVS, ſeu Bernardus de Caſtillione ex præpoſito S. Mariæ de Porculo, Angelo ſuffectus eſt ab Vrbano V. an. 1364. Id. Septem. ex regeſt. Vatic.

B

23 GVILLELMVS anno 1390.

24 CAROLVS epiſcopatum obtinebat anno 1396. memoraturque ſub Innocentio VII. anno 1405. in lib. de diuerſis formis, obijt anno 1412.

25 IOANNES ab Ioanne XXIII. Epiſcopatum accepit anno 1412. ex lib. Prouiſ. Prælat. eodem anno mortalitatem expleuit.



26 NICOLAVS de Offerio nobili familia Rauello oriunda natus, Clericus Neapolitanus, ætatis ſuæ anno quintodecimo, ſalutis verò 1413. Id. Feb. per Ioannẽ XXIII. perpetuus, tum in ſpiritualibus, cum in temporalibus Bouiani epiſcopatus, adminiſtrator conſtitutus eſt, ea tamen lege, vt per aliquem virum rebus Eccleſiaſticis bene peritum, eam regeret, quouſque ad perfectam, legitimamque perueniſſet ætatem. vt in lib. de diuerſis formis legitur fol. 162. de quo in Tabulario huius Eccleſiæ plura inueniuntur inſtrumenta nomine ipſius, veluti adminiſtratoris conſcripta, de quo nil aliud repertum eſt, quod de eo proferamus. Suſpicatus ſum aliquando, an is illic idem ſit Nicolaus Offerius Caſtelli Petroſi Dominus, cuius meminit Aelius Marcheſius de Neapolitanis familijs, qui ad Caſtri Petroſi dominatum adiecit Monteronum, Cane-

netum, & Millianum anno 1423. vt vindex nobllitatis Neap. ad Aelinm ſcripſit; ſed hic fillos habuit, fortaſſe ille fuit qui relicta eeeleſiaſtiea toga, vxorem duxit. Cæterùm ex hac familia nemo ſupereſt, & Ranelli etiam extincta eſt. A

27 NICOLAVS Sanframundus nobilis Neapolit. hanc regebat eccleſiam anno 1423. exceſſit anno 1428. lib. prouiſ. prelat.

28 Fr.PETRVS Vrſus Ord. Prædicatorum ad hanc ſedem eucctus eſt à Martino V. anno 1428. 7. Kal. Maij, mox ad Monopolitanam eccleſiam tranſlatus eſt anno 1431.

29 Fr.RAYMVNDVS olim Abbas Ordinis S.Baſilij, tunc Epiſcopus ſanctæ Agathæ, ad hanc Bowianenſem ſedem tranſlatus eſt anno 1431. 15. Kal. Ianuar. & poſt ann.9. ad aliam Compſanenſem eccleſiam tranſitum fecit ann.1439. B

30 ANDREAS de Verulis Epiſcopus Cuperſanenſis, tranſlatus ad hanc Bouianam eccleſiam 1439. 5.Id.Octob. fuit deinde Epiſcopus Vrbini anno 1452. mox Camerinenſis, tandem Muranus euaſit epiſcopus, vt ex Actis Conſiſt. Pij II. liquet.

31 IACOBVS de Monte-Bottonien. Canonicus Sabinenſis ſucceſſur Andreæ electus 1452. 3.Id.Septemb. ſedit ann.8. fatoque functus eſt anno 1458. Huius Epiſcopi æneum ſigillum olim Senis vidi apud C Ioannem Galluceinum ciuem Senenſem, & venerandæ antiquitatis ſtudioſum, vbi gentilitia Iacobi inſignia exſculpta erant, elephantis ſcilicet gradientis, & circumcirca hæc verba. *Sigillum Dom. Iacobi de monte Bottonien. Epiſcopi Boianenſis*.

32 ANTONIVS de Teramo Canonicus Aprutinæ Eccleſiæ ad hanc ſedem euectus eſt defuncto Iacobo à Pio II. an. 1458. pridie Non.Nouemb. ex lib prou. præl. an. 1. fol. 117 Erat Vicarius Polignanenſis epiſcopatus anno 1458. pro Card. Vrſino adminiſtratore,

33 ODO de Odonibus hanc regebat eccleſiam anno 1486. exceſſit an. 1489. D



34 SYLVIVS Pandonus Neapolitanus Franciſci, ſeu Scipionis Venafri Comitis ex Lucretia Caietana filius eligitur Bouianenſis Antiſtes anno 1489. Cathedralem eccleſiam exornaſſe dicunt, vbi ſub eius inſignibus ad fores eccleſiæ legebatur. *Viuat, ſemperque viuat Pandonia Domus*. Sub Leone X. Eccleſiæ Auerſanæ euaſit Epiſcopus, quam ſimul adminiſtrauit cum Bouianenſi ad mortem vſque, quæ accidit illi 8. Febr. 1519. in hac Cathedrali ſepultus prope arã maximam; epitaphium vero tumulo inciſum leges in primo noſtro tomo in Epiſcoporum Auerſanorum ſerie, vbi vitæ, ac morum dignitate inſignis, omniumque virtutum genere præditus dicitur,



35 FRANCIOTTVS Cardin. Vrſinus perpetuus factus eſt huius eccleſiæ adminiſtrator anno 1519. die 24. Feb. poſt annum quartum ſe abdicauit.

36 VALENTINVS Francus epiſcopatu Bouiano condecoratus eſt dje 24. Iulij 1523. Præfuit ann. multis.

37 PYRRHVS Francus ſucceſſit Valentino, epiſcopus erat ann. 1548. obijt anno 1572.

CARO-



38 CAROLVS Carafa ex Comitibus Montis-Calui ab Epiſcopatu Guardienſi ad hunc traductus anno 1572. die 19. Iulij, præfuit ann.37. obijt die 29. Septemb. 1608. omnibus hic virtutibus exornatus, collacrymantibus cunctis in ſacello ſanctiſſimi Sacramenti ſepultus iacet, vbi ſibi tumulum parauerat hac inſcriptione, aucta deinde à Canonicis.

Carolus Carafa ex Comitibus Montis-Calui huius Baſilicæ Præſul ſe prorſus mortalem, quam Epiſcopum agnoſcens hanc ſibi viuens ſepulturam elegit: optimum cunctis exemplum. Cathedralem hanc, Choro, Altari maiori, Arcubus, ac pauimentum exornandam, ſplendidiſſimiſque ſupellectilibus Eccleſiaſticis augendam ſuo ære curauit, qui non minori pietate viuens, quàm mortuus erga ſuos Canonicos vtens, eiſdem ducatos ſexcentos erogauit. Hoc tamen adiuncto onere, vt ſemel atque iterum in hebdomada, in ſui memoriam Miſſæ ſacrum peragant, ac ſemel in anno ſui obitus anniuerſarium celebrent.

Vir in rebus gerendis prudentiſſimus, atque ex omni parte integerrimus, qui nulli vnquam obfuit, niſi mortuus.

Sed in columna cementaria in Cathedrali, quam iuxta mentem olim à Syluio Pandouo conceptam abſoluit Carolus leguntur hæc verba. *Quod Syluius mente conceperat, Carolus opere compleuit hanc Baſilicam illuſtrauit; & pluribus ornamentis decorauit 1603.*



39 FABRITIVS de Afflicto Neapolitanus Camilli Boronis Cancellaræ, & Iuſtinianæ de Afflictis filius ortus Aeſerniæ ann. 1573. generis nobilitate, & propria virtute illuſtris à Paulo V. renunciatus eſt epiſcopus die 10. Nouembr. 1609. Neapoli fato ceſſit anno 1613. vbi iacet.

40 PETRVS PAVLVS Euſtachius, patria Troianus archidiaconus Troianæ eccleſiæ electus eſt Bouianus epiſcopus anno 1613. die 15. Iulij, fratrem habuit Ioan. Thomam epiſcopum Larinenſem, ſanctimonia vitæ clarum. Sedit Petrus Paulus ann. 9. exceſſit anno 1622.

41 OCTAVIANVS Gazzadorus nobilis Vicentinus promotus die 19. Decembr. 1622. tranſlatus deinde eſt ad Iaderenſem Archiepiſcopalem ſedem 1624. die 2. Martij, de quo in 5. tom. noſtro inter Archiepiſcopos Iaderenſes, vbi pro anno 1624. ex incuria typographi poſitus eſt ann. 1629.


42 Fr. FVLGENTIVS Gallucius de Monte-Georgio Ord. Eremitarum S. Auguſtini, olim Generalis Prior, tunc epiſcopus Tagaſtenſis, & Apoſtolici Palatij ſacrarij Præfectus ab Vrbano VIII. ad hanc eccleſiam aſſumptus eſt anno 1624. die 11. Martij, ſedit ann. 7. ibi fato ceſſit die 9. Nouembris 1632. in patria ætatis ſuæ ſexagenario maior vbi iacet apud Ord. ſui fratres.

43 PETRVS de Philippis Beneuentanus electus an. 1633. 4. Septemb, obijt die 8. Septembris 1640.

44 Fr. PHILIPPVS de Sio Ord. Minorum de Obſeruantia, Epiſcopus Caiacenſis ad hanc eccleſiam transfertur die 21. Octobris 1641. Præfuit ann. 10. mortuus eſt die 16. Auguſti 1651.

45 Fr. PETRONIVS Veronius Bononienſis ex Ord. Eremitarum ſancti Auguſtini

ni ad hanc eccleſiam traducitur ab Innocẽtio X. anno 1652. die 8. Ianuarij, poſt annum à ſua obtenta dignitate mortalitatem expleuit die 11. Maij 1653. ſepultus in eccleſia ſanctæ Mariæ Gratiarum Ord. Frat. Minorum.



46 Fr. CÆLESTINVS Brunus Venuſinus eiuſdem Ord. Eremitarum ſancti Auguſtini inſignis Theologus, libris editis, ac verbi Dei declamator longè clariſſimus, ab Innocentio X. pronunciatus eſt Epiſcopus die 23. Auguſti 1653. Romæ in Eccleſia ſancti Auguſtini conſecratur à Ioanne Baptiſta Card. Pallotto die 7. Septemb. aſſiſtentibus Odoardo Scotto Burgi S. Domnini, & Io. Baptiſta Donato Minorenſi olim Epiſcopis. Viuit adhuc ſpectata laude virtutis, gregi, ſibi commiſſo inuigilans.


BOVINENSES
SEV
BIVINENSES
EPISCOPI.



BOVINVM, ſiue Biuinum, & Bibinates populi apud Plinium, ciuitas eſt Apuliæ in Capitanara, non quidem magna, ſed antiqua, & titulo Ducatus clara, cuius mentio apud veteres Geographos non reperitur, ſi vnũ excipias

A Pliniũ qui Bibinates populos cõmemorat. Priſcã eius amplitudinẽ docent ruinæ, marmora, inſcriptiones, & Romanorũ Imperatorum numiſmata, quæ hucuſque, hodieque reperiuntur. Quidam Bouinum, vel Biuinum à bono vino dictum putant. Eſt in hac ciuitate vetuſtum D. Mariæ Aſſumptæ, & ſancti Marci Confeſſoris Templum Cathedrale ſub Metropoli Beneuentana, vbi iacet, ac magna veneratione colitur corpus ſancti Marci Confeſſoris, & Epiſcopi Luceriæ, Bouini Patroni ab anno 328. noſtræ ſalutis vſque ad noſtra tempora. Tres ſunt in hac Baſilica dignitates, Archidiaconatus, Decanatus, & Cantoratus, Canonici ſex; ſunt & alij Presbyteri, & Clerici eccleſiæ inſeruientes. Parochiales eccleſiæ intra ciuitatem duæ, quarum vna B eſt Cathedralis, & duo virorum Cœnobia. Diœceſis ſex oppida complectitur præter veterum quorundam oppidorum ruinas, quæ ſingulos habent Archipresbyteros, ex quibus Caſtellucium erat Albanenſium; hoc eſt Epirotæ incolunt Græcorum ritu viuentes ſub Græco Archipresbytero. Epiſcopalis dignitas in hac ciuitate antiqua eſt iam diu ibidem ante annum noſtræ ſalutis milleſimum inſtituta, & ſuffraganea facta deinde eſt Archiepiſcopi Beneuentani, cuius erat ſubiecta Viteliani Papæ temporibus, vt Marius Vipera ſcribit in recenC ſione Beneuentanorum Præſulum. Epiſcopalis autem menſæ annuus cenſus ducatorum mille, taxatur in lib. fiſci Apoſtol. flor. 400. Epiſcopi vero qui in Boninenſi eccleſia floruerunt, ſequentes exhibentur ex Catalogo Dominici Petri de Paulis Clerici Bouini, tum ex alijs monumentis eruti.

D



1 ODO huius eccleſiæ Epiſcopus, erat anno 1061. memoratur in documento Vlderici Archiepiſcopi Beneuentani, præter nomen in tabulis nihil habetur de illo exploratũ; ſed tantùm teſtis fuit eo ipſo anno cuidam donationi factæ monaſterio ſanctiſsimæ Trinitatis Venuſij per Robertum Guiſcardum Apuliæ, Calabriæ, & Siciliæ

Ducem, eidemque ſe ſubſcripſit cum Geraldo Archiepiſcopo Acheruntino, Balduino Melphienſi, & Stephano Troiano epiſcopis anno 1063.

2 HVGO Bibinenſis Epiſcopus anno 1099. teſtis fuit donationi, quam Benedictus Lucerinus Antiſtes fecit monaſterio ſanctæ Sophiæ Beneuenti apud Chron. eiuſdem monaſterij. Quid vero aliud egerit, vel quantum ſederit Hugo iſte, non eſt aliquo documento compertum, ſeruatur tamen in epiſcopio in marmore exarata illius memoria paucis his verbis.

HVGO EPISCOPVS SANCTÆ SEDIS BIBINÆ.

Viſitur in eadem Cathedrali Eccleſia de Hugone alia inſcriptio, fortaſſe ſepulchralis.

PRÆSVLIS VGONIS CENSV CAVSA FIT HONORIS
HOC OPVS V. PROPERE SIT DECVS ECCLESIÆ.

3 GISO Bouinenſem Cathedram moderatus eſt, Paſchale II. ad clauum ſedente, quo ſedente ex donatione Roberti Comitis Loretelli, nepotis Rogerij, & Guilelmi Ducum anno 1100. Eccleſia Bouina poſſidet feudum ſancti Laurentij ad monaſterium Bondinenſe, eo ſcilicet præſcripto in eadem donatione Roberti, quam ex tabulario Bouinenſis eccleſiæ exhibemus.

In nomine Sanctæ, & Indiuiduæ Trinitatis.

Robertus Loretellenſis Comes.

Nos ab omnium conditore Deo dignas grates accipere credimus, ſi ſanctis, ac venerabilibus locis curam impedimus, etſi quod iuſtè ab eorum cultoribus pollulati fuerimus libenti animo largiamur; Ideoque notum facimus, tam præſentibus, quam futuris, quod cum eſſemus in terra noſtra Bibini cum multis militibus, & fidelibus noſtris, venit ad nos Dom. Vrſo vener. Bandinus Abbas, & per Petrum Trauenſem Iudicem Aduocatorem ſuum coram nobis grauiter eſt cōqueſtus de baiulis noſtris Bibini, & Montellaris dicens, quod ipſi moleſtabant Eccleſiam ſuam ſancti Laurentij, qui dicitur in Valle, ſuper tenimentum ipſius, & homines eiuſdem caſalis, quod nos dudum gratuita voluntate, liberè & quietè per ſigillum noſtrum Bandino monaſterio conceſſeramus, rogans nos inſuper humiliter & deuotè, vt tenimentum dictæ eccleſiæ S. Laurentij olim ſibi conceſſum, ne inpoſterū exinde ſcandalum, vel aliqua controuerſia oriatur, certis diſtingueremus finibus, & ſigillo noſtro iterum firmaremus. Nos autem eius iuſtis petitionibus inclinati, pro remedio animæ noſtræ, parentumque noſtrorum per hoc Inſtrumentum concedimus monaſterio Bandino, & tibi Dom. Vrſoni venerab. Abbati eiuſdem, tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum eccleſiam ſancti Laurentij in Valle in territorio Montellarij cum tenimento, cum caſale, & omnibus infra ſe habitis, & coniunctis abſolutè, & liberè, ſaluo tamen iure communi ſpiritualium, & parochiali conceſſione, & confirmatione pertinente Eccleſiæ Bibinenſi, in cuius Diœceſi poſitū eſt caſale prædictum, & quarta parte baiulationis dicti caſalis deducta, quam olim donaueramus præd. eccleſiæ, ſicut patet per priuilegiū noſtrum exinde factum; reliquas autem tres partes ex nunc præd. Bibinenſi Eccleſiæ donamus, & concedimus ſi prædictum monaſterium per medium annum defecerit in prædicta habere eccleſia continuè & perpetuo duos Sacerdotes pro Miſſis ſacris cantandis ibidem, quas liceat Bibinenſibus Epiſcopis, qui erunt pro tempore, eorum auctoritate capere, tenere, vti & frui pro parte & nomine eccleſiæ Bibinenſis in perpetuum; tenimentum autem prædictæ eccleſiæ, & caſalis his finibus circundantur. Primus finis incipit à cacumine montis Fidelis, & deſcēdit recto tramite ad cryptas veteres, deinde vadit per ſtratellam euntem ad Rabianum, & deſcēdit vſque ad Spandicorem Lacellæ, & deinde vadit vſque ad carratiam venientem à Foggia, & per ipſam carrariā vadit ad vallicellam, quæ eſt in media ſylua Comitiſſæ, & per mediam ſyluam aſcendit ad campum Torzianum, & ad Porticellas, quæ ſunt inter montem Scarcellum, & montem Fidelem, & exinde recurrit ad montem Fidelem primum finem. Hæc omnia ſic ſunt per fines diſtincta pro parte dictæ eccleſiæ, & hominum dicti caſalis liberè, & abſolutè concedimus, & confirmamus Bandino monaſterio, & tibi Domino Vrſoni Abbati eiuſdem in perpetuum tenenda, per vos, abſque noſtra, ſucceſſorum noſtrorum, & baiulorum præſentium, & futurorum moleſtia, quod inde nullum meritum, vel ſeruitium habere volumus præter Miſſas, & orationes ad Deum, in quibus ſi in dicta eccleſia ſancti Laurentij poſt noſtrum obitum defeceritis, ſtatim caſale prædictum cum eccleſia fiant eccleſiæ Bibinenſis, donatione, & confirmatione noſtra quondam facta non obſtante, quam prædicto monaſterio valere de cætero volumus nullo modo, cum in dicta Bibinenſi eccleſia, diuina celebrentur myſteria, & celebrari perpetuò non ceſſabunt; ad huius autem noſtræ donationis conditionabiliter factæ futuram

me

memoriam, & robur perpetuo valituram, ad cautelam Bibinenſis eccleſiæ ſcriptum præſens noſtrum de prædictis fieri mandauimus, & ſcribi per Thomaſium montis Solicolæ Notarium publicum ſigno ſuo, ſubſcriptionibus teſtium qui interfuerunt, ſigno crucis propriæ manus noſtræ, & noſtri typarij publici communitum, quod ſcripſi ego Thomaſius Montis-Solicolæ publicus Notarius, & meo proprio ſigno ſignaui. Adeſt brachium extenſum pro ſigno Notarij.

Præſens ſcriptum datum in ciuitate Bibini anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo, menſe Iunij, Indictione octaua, & ſigno viuificæ crucis propriæ manus prædicti Roberti Comitis Comitum de Loretello communitum †

† *Signum crucis propriæ manus mei Ioannis Epiſcopi Larinenſis, qui interfui prædictis.*

† *Signum crucis propriæ manus Comitis Goffredi de ciuitate.*

† *Signum propriæ manus Briberti Comitis Apicij.*

† *Signum propriæ manus Raynaldi Claræ-Vallis.*

† *Signum manus Remaldi Iudicis.*

† *Signum mei Berardi Draconarienſis Epiſcopi qui interfui prædictis.*

† *Signum manus Dauferij Vicecomitis.*

† *Signum crucis propriæ manus mei Vrſi Comitis, qui prædictis interfui.*

Documentum ſignatum eſt bulla plumbea, ab vna parte hæc ſculpta verba leguntur.

Robertus Dei gratia Palatinus Comes Loretelli.

In altera vero.

Signum Matris Dei.

Anno autem 1118. Giſo Epiſcopus conſeruator donationis factæ à Raymundo Comite de Loretello, monaſterio s. Sophiæ Beneuenti inſtitutus eſt, documentum donationis recenſetur in Chron. eiuſdem monaſterij ſub ijs verbis.

In nomine Domini Omnipotentis Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti.

Anno Dominicæ Incarnationis 1118. menſe Iunio, Indictione vndecima.

Ego Raymundus filius Rodolphi Comitis de Loretello cum quadam die eſſem in terra mea in caſtello Molinari, Bernardus Abbas ſanctæ Sophiæ vna cum fratribus quamplurimis ad me veniunt obnixè orantes, ac deprecantes, vt pro anima mea, atque patris mei Comitis Rodolphi bonæ piæque memoriæ, & fratrum meorum, omniumque parentum meorum concederem quandam domum eccleſiæ S. Efrem, vt amodo, & perpetualiter habere, & videlicet hanc libertatem, vt nemo, nulluſque ex meis hominibus, neque frater meus, neque Vicecomes, neq; Gaſtaldius quidquam de eccleſia auferat; veruntamen ſit libera cum omnibus poſſeſſionibus, & omnibus pertinentijs, mobilibus, necnon immobilibus, cum omnibus, quæ moderno tempore poſſidet, & inpoſterum poſſeſſura eſt, aut acquirere poteſt. Ego audito hoc,
B eum filio, cum Domino Giſone Epiſcopo Bibinenſi, qui cum Abbate ſupranominato eò venerat, & cum Baronibus meis, videlicet, Roberto Capitanio, & Sigiſmundo, & Guillelmo filio Nanterij, Pandolpho, Ioanne Baſilio Acardo Iudice dilecto, Pandulmo Vicecomite, & Ilberto Vicecomite accepi, & petitionibus tanti viri locum damus. Quoniam autem mea pro tanta re, quemadmodum eccleſia Domini Omnipotentis Dei eſt, nolo vt detrimentum, necnon tormentum patiatur; veruntamen firmiter concedo, & ex amodo dono tibi quæ ſupranominata ſunt, Bernardo venerab Abbati, omnibuſque tuis ſucceſſoribus ad habendum, & perpetualiter
C poſſidendum, & quicquid inde volueritis, facietis, ſine mea, meorumque hæredum, amicorum, cognatorum, omniumque conſanguineorum meorum contradictione, aut requiſitione. Præter illud, quod mihi reſeruaui, videlicet duo opera ad ſeminandum, & vnum ad metendum in campo maximo delerrij; & concedo tibi paſcua & aquam, & ligna, quemadmodum eccleſia ſolita eſt habere, & ſi homines ibidem capti fuerint in defenſa ſylua ad incidendum ligna, hoc enim dent, vt homines mei dilecti emendant, & ſi in die capti fuerint cũ lignis de ipſa ſylua defenſa, ad iudicium
D ipſius loci præpoſiti iudicentur, & poſtquã in caſale vna cum lignis ingreſſi fuerint, abſque vlla calumnia permaneant, & à nemine iudicentur. Inſuper rogaui Dom. Epiſcopum Bibinenſem, & mandaui, vt ſi ego & mei hæredes, vel aliqua perſona hoc donum & hanc conceſſionem minuere, aut ſubmouere aliqua ratione, necnon ingenio tentauerint, aut etiam ſubtraxerint in aliqua re quicquam, mandaui vt idem ille nominatus Epiſcopus Bibinenſis illos condemnaret, & excommunicaret, necnon & anathematizaret, & à liminibus ſanctæ Eccleſiæ ſegregaret. Nunc ergo ego Giſus Epiſcopus ſupranominatus audiens deprecationem Domini Raymundi excommunico omnes illos, qui hoc donum frangere quæſierint, ſint anathematizati, & excommu-

municati, & à cœtu, aut congregatione Chriſtianorum omnium ſegregati, & cum Iuda traditore Omnipotentis noſtri Ieſu Chriſti ſociati, necnon cum Chore, Dathan, & Abiron, quos terra viuos, dum vitam quaſi beſtialem agerent propter enormia peccata, ac crimina deglutiuit, partem & ſocietatem habeant, & cum illis æternis pœnis necnon tormentis crucientur: obſeruatores autem, & defenſores illius conceſſionis ſine abſoluti in honorem Domini Omnipotentis, Patris, ac Filij & Spiritus ſancti, & B. Petri Principis Apoſtolorum, & omnium Apoſtolorum, & B. Mercurij Martyris, & Sanctorum Duodecim fratrum Martyrum, omniumque Sanctorum, & amicorum Domini Omnipotentis.

Ego Raymundus præcepi Roberto noſtro Notario, hoc præceptum ſcribere.
Inſuper ego Robertus Notarius ſcripſi taliter in Caſtello Montis-Hilarij.
Actum in ciuitate Beneuentana feliciter.
Ego Giſus Epiſcopus Bibinen. me ſubſcribo.
Ego Benedictus Abbas ſubſcribo.

Idem Comes Robertus fortaſſe Giſone Epiſcopo viuente aliam adiecit donationem anno 1126. ad fauorem Canonicorum Bouinenſis eccleſiæ, cuius verba ſubijcimus.

Robertus Dei gratia Palatinus Comes Loretelli.

Per præſens ſcriptum vniuerſis pateat præſentibus & futuris, cum dignum viderimus vt Chriſti amore, per quem viuimus, & ſperamus, de bonis noſtris, ſanctis largiamur locis, quatenus ibi continuò ad Dei honorem diuina celebrentur officia, exinde præſtolantes remedium ſalutare, vnde attendentes Bibinenſe Capitulum diuinis celebrandis officijs plurimum inſudare, vt remotis temporalibus curis, impedimentum nullum occurrat, donamus, tradimus, concedimus prædicto Bibinenſi Capitulo, caſale ſancti Viti, poſitum in territorio Bibini, ſuis & certis finibus limitatũ, primus finis incipit à pede Serræ montis celebrandi, & aſcendit per eam vſq; ad montem Rotundum vinearum, & deſcendit in Bilettam, & per eam deſcendit vſque ad flumen Ceruarij, & deinde aſcendit per dictum flumen vſque ad pedem ſerræ, quæ eſt primus finis. Territorium s. Petri de Matrice ſuis finibus limitatum, cuius primus finis incipit à Iazzano, & vadit per viam venientem à Panno, & vadit vſque ad montem Caſtrum, deinde deſcendit retro tramite in Ceruarium, & aſcendit per dictum flumen vſque ad Iazzanum, qui eſt primus finis, ad habendum, tenendum per dictum

A Capitulum, & perpetuo poſſidendum, tanquam Dominum, & Patronum. Ad huius autem noſtræ donationis, & conceſſionis futuram memoriam, & perpetuam firmitatem præſens priuilegium fieri & ſcribi mandauimus per manum Petractæ noſtri curialis typario ſolito communitum.

Actum in ciuitate noſtra Florentini anno Domini milleſimo centeſimo viceſimo ſexto, menſis Martij, Indict. 4.

Sequuntur in eodem chartophylacio ſcripta hæc alia verba, quæ videntur donationi addita ex Epiſcopi, & Capituli conſenſione.

Conſuetudo inſuper, & iura dicti Capi-B tuli ſunt hæc, primo videlicet, quod decem debeant eſſe Canonici tantum, & non plures, quorum ſi aliquis non reſidet in dicta eccleſia, ſeu Capitulo, non habeat de præbenda ſibi conceſſa. Quiquidem Canonici habere debent totam decimam, totum mortuarium, omnes oblationes feſtorum dierum; & aliorum, omnes cantamiſſas, pœnitentias & patronantias. Item habere debent treſpartes cinturarũ poſitarum altaribus, vel Eccleſiæ. Item habere debent medietatem omnium prouentuum, & eleemoſynarum, ſeu oblationum omnium eccleſiarum in territorio Bibini conſtructarum, & conſtruendarum de nouo. Altera diuidatur inter epiſcopum, & eccleſiam, quæ ſi C vacaret, deberet eſſe Capituli. Item hebdomadarij, videlicet Sacerdos, Diaconus, & Subdiaconus, qualibet die hebdomadæ eorum quilibet habere debet ab epiſcopo panes quatuor, & mizzulam vnam de vino omni tempore, & de optimo pane, in quibus ſi præſul defecerit, Clericj non tenentur cantare, nec poteſt epiſcopus illos cõpellere, nec excommunicare, immo tenetur dictum panem & vinum duplicare prædictis. Item hebdomadarij diebus Dominicis, & alijs, quibus cantat epiſcopus Miſſam, qui ſe induit, comedere cum epiſcopo. Item epiſcopus debet ſtabilire, & re-D gere eccleſiam omnibus officijs, oleo, cera, & incenſo. Item tenetur Epiſcopus facere duo conuiuia Canonicis, vnum die Iouis ſancti, alterum in feſto ſanctæ Mariæ de Auguſto de quatuor bonis cibarijs. Item epiſcopus diebus feſtiuis, quibus cantat, de oblationibus capiat cum duobus digitis pro ſeruitore ſuo.

Robertus iſte Comes, Bouinæ Eccleſiæ egregius benefactor, ſuperſtite Giſone epiſcopo, vita functus, in Cathedrali retro epiſcopale ſtallum ſepultus iacet, nulla tamen proloquente inſcriptione; vnde haud parem viſi ſunt epiſcopi, ac Canonici optimo, munificoque benefactori retuliſſe gratiam, quinimmo ingrati animi propemodum hactenus ſubijſſe notam, eius tamen anniuerſarius die 15. Octob. ab iiſdem Canonicis quotannis piè ac religiosè celebratur.

tur. Cæterum Giſo, cum optimi paſtoris retuliſſet famam, diuque eccleſiam hanc rexiſſet, poſt ipſum Robertum Comitem, cuius in paucis charus fuerat, in viuis eſſe deſijt, ſupra fores Eccleſiæ ſancti Petri parochialis Bouini, de Giſone leguntur in marmore hæc ſculpta verba.

Me iuſſit fieri Pater & cuſtodia Cleri
Pontificis Giſo, unde ſit in Paradiſo.

4 PANDVLPHVS totius Capituli conſenſu poſt Giſonem Epiſcopus electus, ſedem epiſcopalem conſcendit, annus precisus incompertus eſt, optimus & religioſus Præſul nuncupatur in Diptyca; nec alia de eo habetur memoria, niſi ea, quam Robertus Comes Loretellus, filius alterius ſupra relati Roberti, retulit in confirmatione donationis patris ad fauorem eccleſiæ Bouinæ, inſtante Pandulpho, ex quo apparet, illum vixiſſe anno 1179. quo dicitur fato ceſſiſſe, autographum donationis è chartulario chartarum epiſcopij euulgatur.

In nomine Sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis.

Ad æternæ felicitatis gaudia nanciſcenda tanto quis debet auidius permanere, quanto ſe nouerit ſuis exceſſibus irretitum. Idcirco Nos Robertus, Dei & Regia gratia Palatinus Comes Loretellus, & Cuperſani, filius & hæres Domini Roberti Cuperſanẽſis Comitis bonæ memoriæ, & Dominus ciuitatis Biuini, ob amorem cæleſtis Regis, per quem ſubſiſtimus, & dominamur, & in æternum ſaluari credimus & ſperamus, & vt Deus conſeruet vitam Domino noſtro glorioſiſſimo Regi Guillelmo, ſibique diu, & feliciter regnare concedat, ob redemptionem etiam animarum glorioſiſſimorum Regum Rogerij & Guillelmi recolendæ memoriæ, ob remedium quoque animarum patris & matris noſtræ, ſalute noſtra, & noſtrorum intus in ciuitate Florentini, coram fidelibus noſtris, quorum nomina ſubſcribi fecimus, & iuſſimus, concedimus, & donamus eccleſiæ ſanctæ Mariæ Biuinenſis epiſcopij, in qua (Deo dante noſtram elegimus ſepulturam, & tibi Domino Pandulpho eiuſdem eccleſiæ Reuerendo Præſuli nomine, & pro parte ipſius eccleſiæ Biuinenſis caſale, quod dicitur Dopni Leonis poſitum in territorio ciuitatis noſtræ Biuini, cuius fines ſunt ij, ab vno latere incipit à capite vallonis ſancti Acherontij, & deſcendit per ipſum vallonem vſque Beletram & deinde deſcendit per Beletram, & intrat flumen Ceruarij, & deinde deſcendit vſque ad caput Iſclæ Ferrariæ, & deinde vadit recto tramite ad Cantile ad caput terrarum Dominorum de Turricella, & deinde deſcendit per pedẽ Nobilis, & per pedem Serræ de Alamagna, & vadit per viam Eſculanam, quæ eſt in medio ſtirparij Termuleti, & deinde aſcendit per latum dicti Stirparij recto calle vſque ad fontem nucum exiſtentem in itinere Diliceti, & inde returnat rectè ad caput vallonis ſancti Acherontij, & caſale Sauuceti noſtrum ſuis finibus terminati, & ſunt ij, à pede decurrit flumen Ceruarij ab vno latere aſcendit per vallonem Ilicinorum vſque ad Serram, vbi eſt via, qua itur ad ſanctum Angelum de Vrſaria, & vadit per dictam vſque ad caput vallonis Donnarum, qui eſt iuxta montem Acutum & deſcendit per dictum vallonem, & intrat Ceruarium, & territorium ſancti Viti poſitum in territorio, & pertinentijs ciuitatis noſtræ Biuini, cuius fines ſunt ij, ab vno latere eſt ſerra montis celebrandi, & aſcendit per fontanas Vrſolæ, & vadit per montem Rotundũ molarum, & deſcendit in vallonem venientem à Corneto, & dicitur Cornetum, & deinde deſcendit per Beletram, & intrat flumen Ceruarij, & deinde aſcendit per Ceruarium, & returnat ad pedem Serræ montis celebrandi, quæ eſt ſuper fontem Abbatis. Necnon territorium ſanctæ Mariæ in nebula poſitum in pertinentijs dictæ ciuitatis noſtræ Biuini, cuius fines ſũt ij, Ab vno latere incipit à monte Piſcariæ, & deſcendit per vallonem piſcariæ, & intrat vallonem Corneti, & deinde deſcendit per viam Nucelleti, & vadit ad Arcora, & deinde deſcendit vſque Iazanum, & deinde deſcendit per Iazanum vſque ad lacum nigrum, & deinde deſcendit per nemus imbreticum rectè vſque ad viam Serræ, & per dictam viam returnat ad montem Piſcariæ, & campum etiam, qui eſt iuxta ciuitatem Biuini, qui eſt in longitudine vſque puriatam, & in latitudine à capite Giconis caſtri vſque ad ſerram deſcendentem à monte Caſtro, & deinde aſcendit per dictam ſerram vſque ad dictum montem Caſtrum in via Paunicum omnibus iuribus, rationibus, & actionibus, quas in prædicto habemus tenendum, habendum & perpetuo de cætero, & conſtruendum prædicta caſalia, & homines ibidem congregare ad habitandum ad vtilitatem, & commodum ipſius epiſcopi, & territoria omnia colere, & excolere, & fructificare iuxta arbitrium epiſcopi, qui pro tempore prædictæ præerit Eccleſiæ, dando habitatoribus dictorum caſalium, ſeu locorum plenariam poteſtatem, & agro, lignis, paſcuis, aquis vti perpetuo, ac omnibus alijs neceſſarijs in territorio noſtro Biuini, & eius pertinentijs more ciuium Biuini noſtrorum fidelium dilectorum, reſeruatis patronis & dominis omnibus, dominio & proprietate terrarum quarumlibet exiſtentium infra prædictorum caſalium, & terri-

territoriorum fines , dum tamen prædicti, eccleſiam prædictam , ſicut nos , hactenus de prædicto habuerunt in dominium , ſic ipſam de cætero , & perpetuó in Dominam recognoſcant , quæ quidem Eccleſia Biuinenſis prædicta Caſalia & territoria in capite teneat , ac libere & abſolute, & in eandem partem feudi cōputentur , ſub qua alia Caſalia prædictæ conceſſimus , & dedimus eccleſiæ Biuinenſi , & nemini de his reſpondeat,& aſsicuret tempore in futuro , niſi ſolum Regem , qui dominabitur toti Regno , quæ pars feudi , in qua computari debent pręſentes donationes prædictorum Caſaliū, & territoriorum in alio priuilegio noſtro, à nobis prædictæ eccleſiæ facto expreſsimus , & plenariè continetur, conſtituentes, vt omnes inſerentes , ſeu retractantes prædictas noſtras donationes , & conceſsiones prædictę eccleſiæ factas pœnis afficiantur , & dānis noſtro alio donationum priuilegio cōprehenſis , item quod modus , & forma . . . . ac etiam ordinatio in prædictis conſiſtant donationibus , quæ in prædicto priuilegio noſtro donationum Caſalium Balnei & Caſtelli de ſclauis facto eidem eccleſiæ continentur . Hoc addito, & excepto, quod pręſentes donationes, & conceſſiones Caſalium & Territoriorū in prædicta parte penitus computentur feudi. Vt autem noſtræ præſentes donationes, ſeu cōceſsiones factæ Biuinenſi epiſcopo firmę ſibi ſtabileſque permaneant in futurum duraturæ in perpetuum , & nec à nobis , nec à noſtris hæredibus , ſeu ſucceſſoribus & poſteris aliquo modo infringi , vel violari valeant, ſed perpetuam obtineant firmitatem, hoc recordationis ſcriptum per manus Petractæ noſtri Curialis Notarij ſcribi, noſtrique ſoliti typarij impreſſione iuſsimus , & fecimus inſigniri , ad quod ſignum ſanctæ & viuificæ Crucis proprijs manibus denotauimus inferius .

Actum in Ciuitate noſtra Florentini anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo ſeptuageſimo nono , Regni quoque Guillelmi Dei gratia magnifici , ac triumphatoris Regis Siciliæ , Ducatus Apuliæ , & Principatus Capuæ tertio decimo , menſe Aprilis , Indictionis duodecimæ .

Manus extenſa pro ſigno Notarij .

† *Signum ſanctæ & viuificæ Crucis, quod Nos Robertus Dei & Regis gratia Palatinus Comes Lorctelli proprijs manibus fecimus .*

† *Ego Giſo humilis Florentini Epiſcopus teſtis ſum.*

† *Ego Matthæus Turris maioris Abbas teſtis ſum.*

† *Ego Maginolfus ſancti Ioannis in Lamis teſtis ſum.*

† *Ego Robertus humilis Ciuitatis Epiſcopus teſtis ſum.*

† *Signum ſanctæ Crucis , quod ego Philippus de Turricella proprijs manibus feci .*

† *Signum ſanctæ Crucis , quod ego Raimundus Sarmonicoli proprijs manibus feci .*

† *Signum ſanctæ Crucis , quod ego Guillelmus de Turricella proprijs manibus feci .*

† *Signum Crucis , quod ego Riccardus de Oſena proprijs feci manibus .*

5 GISO , vel Giſonus , ni fallor , huius nominis ſecundus Pandulpho ſucceſſit circa annum Dom. 1180. quo anno idem ſupra memoratus Robertus Comes inſignem donationem fecit eccleſiæ Bouinæ tunc inopia laboranti & indotatæ in Gratiam Giſonis noui Epiſcopi . Documentum donationis hæc verba continet .

In nomine ſanctæ , & Indiuiduæ Trinitatis Patris & Filij & Spiritus ſancti .

Quoniam vniuerſa quæ poſſidemus ſunt nobis firmiter à Deo collata, æquū eſt vt ad Dei honorem locis ſanctis neceſſaria largiamur , qui prò paruis magna , & pro terrenis præmia largitur æterna . Ea propter nos Robertus Dei , & Regia gratia Palatinus Comès Lorctelli, & Dominus ciuitatis Bibini , bona noſtra voluntate , pro redemptione peccatorum noſtrorum , pro remiſſione quoque animarum Patris noſtri, Roberti bonæ memoriæ Comitis, & Matris noſtræ,& omnium parentum noſtrorum donamus & concedimus eccleſiæ Beatæ Mariæ de Bibino indotatæ, & maxima paupertate oppreſſæ , qua vix aut nunquam poterant in ea diuina officia celebrari,& tibi Giſoni venerabili Epiſcopo eiuſdem eccleſiæ , in qua noſtram eligimus ſepulturam , Caſale ſancti Petri in Drugazario poſitum in Territorio ciuitatis Bibini cum pertinentiis ſuis , cuius fines & termini tales ſunt , primus incipit à Beletra, & aſcendit per Vallonem Carpiuiti rectè vſque ad ſerram Diliciti , & deinde vadit per dictam ſerram ad caput Vallonis ſancti Aruntij , & deſcendit per ipſum vallonem in Beletram , & aſcendit per eam ad priorem finem, Caſale, quod dicitur Dopni Leonis poſitum in Territorio dictæ Terræ Bibini , cuius fines ſunt ij , primus incipit à Vallone ſancti Aruntij & deſcendit per Beletram vſque ad caput Nobilis , deinde cuadit per viam Æſculanam rectè vſque ad riuum pucci vituli , deinde aſcendit recto tramite vſque ad caput vallonis ſancti Aruntij prædicti , Caſale Balnei

ſitum

ſitum in pertinentijs dictæ Terræ Bibini, cuius fines his terminis limitantur. Primus incipit à Porta colouiæ, & deſcendit per ſtratam publicam vſque ad puteum aritulum, & vadit, & deſcendit per ipſum, & vadit ad ſanctum Angelum de Frattella, & intrat ibi flumen Ceruarij, deinde aſcendit per ipſum flumen, & vadit, vſque ad vadū Moutanarcſium, & deinde aſcendit per ſonticellas, quæ ſunt in pede terrarum Raimundi de Turricella, & deinde recto tramite returnat ad caput, ſeu portam Coloniæ primum finem. Caſale Caſtelluccij de ſclauis poſitum in pertinentijs eiuſdem terræ Bibini, cuius fines ſunt ij; Ab Oriente decurrit flumen Concatij, & aſcendit per vallonem ſerularum, & returnat ad cacumen Montis fidelis, deindè deſcendit recto tramite vſque ad puteum, veteranum, qui eſt iuxta viam Troianam, deindè deſcendit per riuum, qui eſt ſubtus dictum puteum, & vadit ad cryptas veteres, deindè vadit per ſtratellam, per quam itur ad Rabianum vſque ad flumen Lauellæ, deinde deſcendit per Lauellam vſque ad caput Iſclæ Mancarelli, & intrat Cernarium, qui eſt primus finis, Territorium Caſalis S. Mariæ in nebula poſitum in pertinentijs terræ prædictæ, cuius fines ſunt ij, ab vno latere eſt riuus deſcendens à Piſcatia, & intrat vallonem Cornecti, deinde aſcendit per viam Nucelleti, & arcuum, & rectè deſcendit in Iazzanum, & aſcendit per eum per lacum nigrum, per nemus imbricicum rectè vſque ad viam Terræ, & per ipſam returnat ad montem Piſcariæ, necnon Caſale Sambrui poſitum propè montem acutum, cuius fines ſunt ij; A pede decurrit flumen Cer uarij ab vno latere aſcendit per vallonem Ilicinorum vſq; ad Serra, vbi eſt via ſancti Angeli de Vrſaria & vadit ad caput Vallonis Donnarum, qui eſt propè montem Acutum, & deſcendit per ipſum, & intrat flumen Ceruarij cum hominibus, ſi qui ſunt hodie, vel eſſe poterunt in futurum, tenimentis, poſſeſſionibus, nemoribus, aquarum curſibus, cum omnibus iuribus, rationibus & actionibus, quas habemus in Caſalibus antedictis, nemote Aquæuiuæ nobis tantummodò reſeruato, ad tenendum, habendum conſtruendum & perpetuò poſſidendum ad ipſius Eccleſiæ opus, dando habitatoribus dictorum Caſalium, præſentibus & futuris plenariam poteſtatem, & agro vtendi, lignis, paſcuis, & omnibus alijs habilitatibus perpetuò in toto territorio ciuitatis noſtræ Bibini liberè & abſolutè ſicut ipſius ciues. Quæ quidem Caſalia prædicta Bibinenſis eccleſia in capite teneat, & immediatè libera & exēpta ab omni reali ſeruitio, ac etiam perſonali, à quorum Caſalium hominibus, Epiſcopus, qui dictæ Eccleſiæ præerit pro tempore, prout eſt moris, ipſius eccleſiæ nomine, aſſecurationes debitas recipiat, iu-

A ramenta, homagia, ſalua fidelitate Domini Noſtri Regis Vuillelmi, hæredum ſuorum, & eius alterius cuiuſlibet ſucceſſoris, & quod nullum Biuini ſuturum Dominum aſſecuret idem epiſcopus, nec homines Caſalium prædictorum, ſed Regē tantùm, qui dominabitur toti Regno, & vt in prædicta eccleſia diuina deinceps officia ſedulè celebrentur, ipſorumque poſſimus eſſe participes donamus, tradimus, & concedimus tibi prædicto præſuli nomine & pro parte dictæ eccleſiæ, medietatem Plateæ noſtræ intùs in terra noſtra Bibini, & eius circuitu ad duo milliaria omnium rerum venalium, quæ ab extraneis ementur ibidem de cætero vel vendentur in perpe-
B tuū, verbi gratia animalium, eorū fœtus, & fructuum, arborum, victualium, lignaminum, operarum, auri, argenti, æris, ferris, vini, olei, & aliorum omnium quæ vendi, & emi contigerit in eadem. Necnon rectam decimam totius baiulationis eiuſdem Terræ Bibini, & aliorum omnium eius Diœceſis, v.g. Roccæ ſanctæ Agathæ, Aquediæ, Aquætortæ, Panni, Montis-acuti, montis Spergiſij, montis hilarij cum Caſale ſancti Laurentij in valle eius territorij poſiſito, Caſtellucij de Sauro, Deliceti, ſancti Petri de Clibano, & Caſalis S. Mariæ de Liuola. Vt autem noſtræ literæ præſentis donationis, & conceſſionis factæ, prædictæ
C Bibinenſi Eccleſiæ, & eius præſuli nomine ipſius, firmæ, ſtabileſque permaneant perpetuò duraturæ, hoc de ipſis tibi Balduino noſtro Notario ſcribere iuſſimus, & eum noſtro ſigillo inſigniri fecimus, adijcientes quod ſi quiſque Dominorum prædictarum terrarum in prædictis omnibus, & quolibet eorum, dictam eccleſiam moleſtare tentauerit, vel impedierit, ſociatus cum Iuda, traditore, & Dathan, & Abiron, terram, vnde dominus fuerit, amittat ſine alia culpa ad Regis dominium redeundam.

Actum Traconariæ Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo octauo decimo,
D *Indictione vndecima.*

† *Signum manus Comitis Roberti Loretelli.*

† *Ego Giſo humilis Florentini Epiſcopus teſtis ſum.*

† *Ego Matthæus Turris Maioris Abbas teſtis ſum.*

† *Ego Robertus Ciuitatis Epiſcopus teſtis ſum.*

† *Signum Crucis quod ego Philippus de Turricella feci.*

† *Signum Crucis manus Raimundi de Somniculo*

† *Signum Crucis, quod ego Berardinus de Offina feci.*

† *Ego Berardus de Auerſa Baro prædictus interfui.*

Ego

† *Ego Petrus Carus de Brittolo prædictis interſui.*
† *Ego Linaſius Tilmanerius prædictis interſui.*
† *Ego Alexander de Coruo Ciuis Foggiæ prædictis interſui.*
† *Signum Crucis propria manus Donadei de Roccacio.*
† *Signum Crucis propria manus Guillelmi de Turricella.*
† *Signum Crucis Romani Stratigoti Meſſanæ ſua propria manus.*
† *Signum Crucis manus Vrſilionis Archipresbyteri Dragonariæ.*
† *Signum Crucis manus Vuiderni Archidiaconi ipſius Eccleſiæ.*
† *Signum manus Presbyteri Roberti.*
† *Signum manus Petri Cantoris.*
† *Signum manus Alexandri Granetti.*

Giſo autem Epiſcopus Vvillelmo Regi confirmandam petijt huius donationis Roberti eccleſiæ ſuæ elargitæ, quam cum benignè recepiſſet in tabulario epiſcopij conſeruandam repoſuit, hiſce verbis conceptá.

In nomine æterni, & Saluatoris Ieſu Chriſti Amen.

Vvillelmus diuina fauente clementia Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ.

Munificentia Regibus ſummo rerum Opifice inſita ab ipſo in meliuscollatorum meritó recompenſans, maxime ea, quæ ad diuini cultus, & ordinatione Religionis augmentum á noſtris Comitibus, & omnibusalijsſtatuitur,no cuiuſquã malignitate pulſentur, dignum eſt firma, & illibata perſiſtere, & noſtra confirmatione muniri. Idcircó reſpicientes quoddam Roberti Palatini Comitis Loretelli præſentatum nobis per veu. Patrem Dominum Giſonem Præſulem Bibinenſem continens ipſum Comitem ad Dei honorem. & Beatæ Virginis Mariæ pro anima patris, & Matris ſuæ dediſſe, ſeu conceſſiſſe eccleſiæ Biuinenſi Maxima paupertate oppreſſæ, quia vix poterant propter Canonicorum expenſarum defectum diuina officia celebrari, Caſale ſancti Petri in Drugazano, Caſale Balnei, Caſale Caſtelli de Sclauis, Caſaleſtum Dopni Leonis, Caſale ſanctæ Mariæ in ſbula poſita in pertinentijs ciuitatis Biuini, & Caſale Sabacceti eorum certis finibus terminata, libera & abſoluta ab omni perſonali ſeruitio, & reali, & quod immediatè, ac etiam in capite omnia teneat ſupradicta, Et medietatem plateæ dictę terrę omnium rerum veniallum vendendarum & emendarum intùs in dicta terra, & eius circuitu ad duo milliaria, necnon rectam decimam baiulationis terræ ipſius,& aliarum omnium Diœceſis eiuſdem, quorum nomina dicto priuilegio continentur, prædicto mitiſſimè,ac iuſte præſule deprecante, ad Dei honorem, & beatæ Virginis pro ſalute noſtra omnes prædictas donationes, & conceſſiones, ſeu libertates dictorum Caſalium factas per Comitem antefatum Biuinenſi eccleſiæ ſupradictæ, & eius dicto præſuli, nomine ſuo, ſicut in eodem priuilegio plenè, & apertius continetur, ſibi priuilegio reſtituto, de ſpeciali gratia acceptamus,concedimus, & perpetuo confirmamus, ſtatuentes quod nullus de cætero ſit tam auſus, quod ſupra prædictis dictam præſumat eccleſiam moleſtare, quod qui præſumpſerit, indignationem Dei, & noſtram, & amiſsionem terræ ſuæ, niſi reſipiſcat incurſurum ſe noverit de facto durius quàm ſcribatur. Ad huius autem acceptationis, conceſsionis,& confirmationis noſtræ memoriam & inuiolabile firmamentum pręſens priuilegium noſtrum per manus Alexandri noſtri Notarij ſcribi,& bulla aurea noſtro typario impreſſa inſignitum noſtro ſignaculo iuſſimus decorari, anno, menſe, & Indictione ſubſcriptis.

Data in Vrbe Panormi felici per manus Gualderij Venerabilis Panormitani Archiepiſcopi, & Gulielmi Venerabilis Archiepiſcopi Montis Realis; & Matthæi Vicecancellarij, & Bartholomæi Venerabilis Agrigentini Epiſcopi Domini Regis familiarium Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo octuageſimo quarto, menſe Madij, ſecunda Indictionis; Regni verò Domini noſtri VV. Dei gratia magnifici, & glorioſiſſimi Regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ, Principatus Capuæ anno nonodecimo feliciter. Amen.

6 ROBERTVS Giſoni ſucceſſor ille idem, qui á Tancredo priuilegium confirmationis accepit anno 1190. omnium eorum bonorum & immunitatum olim Eccleſiæ Bouinæ conceſſorum, vt ex citato chartulario compertum eſt, é quod eſumptum hoc documentum.

In nomine Dei æterni, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Amen.

† Tancredus diuina fauente clementia Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ.

Cum ſit de propoſito Celſitudinis noſtræ ſubditos & ſubiectos contemplatione ſeruitij beneficijs præuenire ad illud, apud Deum perpetuæ interceſſionis locum obti-

A obtinet ſalubriorem, quod Ecceleſijs, ac locis venerabilibus de gratia ſublimitatis noſtræ miſericorditer elargitur, & quod fuerit à Serenitate conceſſum, vt firmum ſemper, & illibatum permaneat, expedit magnificentiæ noſtræ Regali authoritate firmari. Hinc eſt, quod cum tu Roberte Venerabilis Biuinenſis Epiſcope fidelis noſter, Panormum ad Curiam noſtram veniſſes, & inſtantius ſupplicaſſes quod Maieſtas noſtra omnes poſſeſſiones, & tenimenta Bibinenſis Eccleſiæ ipſi Eccleſiæ confirmaret. Nos attendentes fidem & deuotionem tuam ex innata nobis benignitate cōmoniti, omnes poſſeſſiones, & omnia tenimenta præfatæ Bibinenſi Eccleſiæ, B quæ ipſa Eccleſia iuſte tenet & poſſidet, pręſenti priuilegio confirmamus, concedimus etiam intuitu Dei præfatæ Eccleſiæ Bibinenſi integram decimam ipſius ciuitatis Bibini, de gratia quoque benignitatis noſtræ concedimus, & donamus eidem Eccleſiæ Bibinenſi triginta modia terrarum ad modium Bibini in territorio Bibini in loco vbi dicitur Tegula, ſi locus ipſe eſt triginta modiorum terrarū ad modium Bibini, vel minùs; ſi verò plus eſt, aſſignentur inde ipſi Eccleſiæ triginta modia, & quod plus eſt, ad opus Curiæ noſtræ capiatur, & conſeruetur. Ad huius autem noſtræ confirmationis, & conceſſionis memoriam & C inuiolabile firmamentum, pręſens priuilegiū per manus Tauri noſtri Notarij ſcribi, & bulla plumbea noſtro impreſſa typario fecimus roborari, anno menſe, & Indictione ſubſcriptis.

Data in vrbe felici Panormi per manus Matthæi Regij Cancellarij Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo nonageſimo menſe Nouembri, nonæ Indictionis, Regni verò Domini noſtri Tancredi Dei gratia magnifici & Illuſtriſſimi Regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ & Principatus Capuæ anno primo feliciter Amen.

Robertus Præſul fuit inſignis ædificator Eccleſiæ ſancti Michaelis Archangeli intra D vrbis mœnia, vt his verſibus ibidem in marmore exaratis habetur.

Sunt anni Chriſti cum luſtro mille ducenti
Hoc opus Angelico quo fuit ſub honore decenti
Pactor & exertus Præſul fuit inde Robertus.

Poſt annos ferè tres ab hac ædificatione Innocentius III. anno ſcilicet 1208. ſuo diplomate ſupra relatas donationes Eccleſiæ Bouinæ confirmauit in hunc modum ab exemplari.

INNOCENTIVS EPISCOPVS
Seruus ſeruorum Dei.

Dilectis filijs Capitulo Biuinenſi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cum à nobis petitur quod eſt iuſtum, & honeſtum, tam vigore æquitatis, quā ordo exigit rationis id per ſollicitudinem officij noſtri ad debitum perducatur effectū. Ea propter dilecti filij veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, donationes, & conceſſiones Caſalium, videlicet S. Petri in Drugazzano, Balnei, Caſtelluccij, de Sclauis, Caſalis Dopni Leonis, Caſalis ſanctæ Mariæ de Nebula, Caſalis Sabuceti, & aliorum Iurium ſeu libertatum, quas Robertus olim Palatinus Comes Loretelli Biuinenſi fecit Eccleſiæ, cuius priuilegio nobis oſtenſo plenius, & apertiùs continetur, interueniente confirmatione dilecti Eccleſiæ filij illuſtris Siciliæ Regis Gulielmi primi, typario ſuo, bulla aurea ad æternam rei memoriam communita, & præter ea ipſius Eccleſiæ Capitulo ſpecialiter Caſale quoddam, & territorium ſancti Petri de Matrice per eundem donata Comitem filium benedictum eius ſpeciali priuilegio continetur. Necnon antiquas conſuetudines & iura per eundem obtenta Capitulum eo tempore, cuius memoria non extabat, prout apparuit manifeſtè ex Apoſtolicæ ſedis clementia perpetuam firmitatem habere volentes authoritate Apoſtolica confirmamus, continentiam infraſcripti priuilegij, donationes factas Capitulo, dimiſſis alijs ſuo eſſe munimine regio roboratis de verbo ad verbum pręſenti cōfirmationi noſtræ iuſſimus inſerendam. Robertus Dei gratia Palatinus Comes Loretelli, & cæt. Quæ prędicta omnia noſtra confirmationi præhabita pręſentis ſcripti patrocinio communimus, ſtatuentes, vt nulli omninò liceat hominum dictam Eccleſiā & Capitulum temere perturbare, ſiue quibuſlibet vexātionibus fatigare, ſed omnia integra conſeruentur eorum, pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt vſibus omnimodis profutura, ſedis Apoſtolicæ authoritate ſalua, & integra in futurum, Eccleſiaſtica, ſæcularíſque perſona, quæ habeat noſtræ confirmationis, & conſtitutionis paginam ſcienter, & temere venire tentauerit, trina monitione cōmonita ni reatū ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui careat dignitate, ream ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore, & ſanguine Dei Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine deſtrictæ ſubiaceat vltioni; cunctis autem prædictis Eccleſiæ & Capitulo ſua iura ſer-

uātibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Iudicem æternæ pacis præmia conſequantur.

Ego Innocentius.

† *Ego Cynthius tit. ſancti Laurentij in Lucina Presb Card.*

† *Ego Cencius ſanctorum Ioannis. & Pauli Presbyter Cardinalis, tit. Pammachij.*

† *Ego Petrus tit. ſancti Marcelli Presb. Cardin.*

† *Ego Benedictus tit. ſanctæ Suſannæ Presb. Card.*

† *Ego Rogerius tit. ſanctæ Anaſtaſię Preſbyt. Card.*

† *Ego Petrus ſanctæ Pudentianæ tit. Paſtoris Presb. Card.*

† *Ego Ioannes Albanen. epiſc.*

† *Ego Ioannes Sabinen. epiſc.*

† *Ego Nicolaus Tuſculanen. epiſc.*

† *Ego Guido diuina miſtratione Praneſtinus epiſc.*

† *Ego Gregorius ſancti Georgij ad Velum aureum Diac. Card.*

† *Ego Guido ſancti Nicolai in Carcere Tulliano Diac. Card.*

† *Ego Ioannes ſanctę Mariæ in Via-Lata Diac. Card.*

† *Ego Octauianus ſanctorum Sergij & Bacchi Diac. Card.*

† *Ego Ioannes ſanctorum Coſmę & Damiani Diac. Card.*

† *Ego Pelagius ſanctę Luciæ in Septi Solio Diac. Card.*

Datum Laterani per manus Ioannis ſanctę Mariæ in Coſmed. Diac. Card. S. R. E. Cancell. tertio nonas Febr. Indict. 11. Incarnationis Dominicę anno milleſimo ducenteſimo octauo, pontificatus Domini Innocentij Papæ III, anno vndecimo.

Pręfuit Robertus laudabili fama virtutum annis multis, obijt an. 1215.

7 GVILLELMVS inauguratur Epiſcopus anno 1215. carnis ſarcinam depoſuit ann. 1230.

8 PETRVS ſubrogatur eodem an. 1230. vir plane dignus eo loco, & ſuæ eccleſiæ amanciſſimus, quippe qui vix munus conſecrationis acceperat, cum de abſoluendæ Cathedrali animum adiecit, quam anno ſui Præſulatus vndecimo ad finem perduxit, ſpectatur hac de re inſcriptio ſupra maiorem eccleſiæ portam.

Incarnationis Chriſti anno milleſimo ducenteſimo trigeſimo primo, Indictionis quartæ fieri quoque iuſſit Petrus Præſul, cui Regina pia ſit ſalus Virgo Maria.

Fuiſſe vero Cathedralem hanc primò conſtructam anno noſtræ ſalutis 905. alia vetus inſcriptio ibidem inſinuat in hæc verba,

Eſt hæc patrata, & ædificata fabrica, quam Gallia. quam duxit Chriſti conſtruxit Zenus 905. Velat ad cælos ad tutam, patriamque Chriſtus.

Curauerat antea anno ſui Præſulatus tertio à Federico II. Imp. priuilegiorum à prædeceſſoribus ſuis obtentorum confirmarionem habere, quod benignè cum alijs donis, & iuribus anno Chriſti 1233. obtinuerat huiuſmodi diplomate.

Federicus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & Rex Siciliæ.

Per præſens ſcriptum notum facimus vniuerſis fidelibus noſtris, tam præſentibus, quam futuris, quod poſt ſolemnem Curiam noſtram nouiter Capuæ celebratam, vbi inter cætera, quæ generaliter ſtatuimus, obſeruanda priuilegia omnia, quæ ab obitu Regis Gulielmi, & eius tempore, bonæ mem. ſb eo facta, vel ob alio quocunque reſignari præcepimus, coram nobis Petrus Dei gratia Bibinenſis ſpiſcopus, iuxta generale mandatum noſtrum, quoddam priuilegium Regis Rogerij de conceſſione eccleſiæ ſancti Petri in Sandorc, ab eo facta cum territorio, & pertinentijs ſuis, eorum finibus limitatis poſitis in territorio montis Ylaris, & quoddam aliud priuilegium Roberti quondam Comitis Palatini Lorețelli noſtræ Curiæ reſignauit, continens dictum Comitem ad Dei honorem, & B Mariæ Virginis laudem, & quod Deus conſeruet vitam Regis Gulielmi, pro anima patris, & matris ſuæ dediſſe, atque donaſſe venerabili patri Domino Giſoni Præſuli Bibinenſi nomine, & pro parte ſanctæ Mariæ Bibinenſis aecleſiæ, & ipſi eccleſiæ, in qua ſuam elegerat ſepulturam, caſale ſancti Petri in Drugazano paucis hominibus habitatum, & quædam alia inhabitata, ſeu deſtructa, & caſale Balnei, caſale Caſtelli de Sclauis; caſale Dopni Leonis, caſale ſanctę Mariæ in Ebula, poſita in territorio, & pertinentijs ciuitatis Bibini eorum finibus limitata, & medietatem plateæ dictæ ciuitatis

tis Bibini intus in ea, & eius circuitum ad duo milliaria, omnium rerum venalium, quæ ab extraneis ementur,& vendentur ibidem. Nec non caſale ſanctæ Mariæ de Sabuceto cum eius finibus, ſicut prædicti Comitis priuilegio continetur,tali adiecta cõditione, quod dicta Bibinenſis eccleſia, maxima paupertate oppreſſa,qua vix poterant diuina officia celebrari,prædicta omnia caſalia in capite teneat, & poſſideat immediatè; & quod pro his nullum futurum Dominum Bibini aſſecuret eius epiſcopus; ſed generaliter Dominum, qui dominabitur toti Regno, libera etiam & abſoluta ab omni perſonali ſeruitio, & reali. Necnon rectam decimam baiulationis terræBibini,& aliarum omnium Diœceſis eiuſdem quarum nomina dicto priuilegio continentur. Et quoddam aliud confirmationis Regis Gulielmi recolendæ memoriæ, aurea bulla, & eius munitionis ſignaculo, quo idem Rex prædicta omnia ſummatiè repetendo,& alia prædictis priuilegijs contenta, de ſpeciali gratia confirmabat. Vnde prædictus epiſcopus noſtræ Celſitudini ſupplicauit, vt ipſum, ſucceſſores eius, & eccleſiam ſub protectione, & defenſione noſtra recipere,& prædicta omnia quæcunque in priuilegijs prædictis continebantur expreſsè reſtitutis priuilegijs ipſis eidem de ſolita benignitatis noſtræ gratia acceptare, concedere, & confirmare perpetuò dignaremur; verum cum pia noſtræ mentis intentio opera nobis ſuadeat pietatis, & ad id præcipuè ſumma voti noſtri ſe porrigat, vt retribuamus Deo aliquid pro ijs,quæ retribuit ipſe nobis. Nos autem conſiderantes ſacra, & diuina obſequia, quæ in ipſa Eccleſia celebrantur, pro reuerentia Reginæ Virginis, ſalute principaliter noſtra & remiſſionibus animarum fraterlitium Regum parentum noſtrorum recolendæ memoriæ, prædictum Bibinenſem Epiſcopum,eiuſque ſucceſſores, ac ipſam eccleſiam cum omnibus hominibus,caſalibus prædictis,iuſtis tenimentis, libertatibus, & iuribus omnibus & rationibus ſuis, ſub ſpeciali protectione, & defenſione noſtra recipimus, & reſtitutis eidem priuilegijs ſupradictis de noſtra ſpeciali gratia, & recta ſententia acceptamus, concedimus,& perpetuo confirmamus prædictæ Bibinenſi eccleſiæ omnia quæcunque in priuilegijs prædictis pleniùs, & apertiùs continentur auctoritate præſentis ſcripti, mandantes firmiter vniuerſis,quatenus nullus de cætero ſit tam auſus, quì ſuper prædictis dictam Bibinenſem eccleſiam, epiſcopum, & ſucceſſores eius impedire, vel moleſtare præſumat, quod qui præſumpſerit, indignationem noſtri culminis ſe nouerit incurſurum, & pœnam in prædictis priuilegijs comprehenſam; ad huius acceptationis, acceſſionis, & confirmationis noſtræ memoriam, & robur perpetuo valituram, præſens ſcriptum ſcribi, & ſigillo Maieſtatis noſtræ iuſſimus communiri.

Data apud ſanctum Germanum anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo viceſimo tertio, menſe Februarij vndecima Indictionis.

Anno vero 1226. cum Ragone, ſeu Raone Balbano Compſæ Comite, ac Domino Montis Ylaris concordiam inijt cuiuſdam territorij ſancti Petri in Sandore, quam libere pro ſe, ſuiſque ſucceſſoribus epiſcopis recepit, ſcripto ſuper hanc rem ſequenti documento hactenus aſſeruato in tabularijs chartophylaceis eccleſiæ memoratæ.

In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Anno Dominicæ Incarnationis eiuſdem milleſimo ducenteſimo viceſimo ſexto, Imperij vero Domini noſtri Frederici Dei gratia Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti anno ſexto, ſui vero Regni Siciliæ vigeſimo nono, atque cum eo regnante Illuſtriſſimo Rege Henrico filio ſuo, Domino noſtro anno quartodecimo, duodecimo menſis Decembris, quartædecimæ Indict.

Nos Rago de Balbano,Dei & Imperiali gratia Comes Conſiæ relatione cuiuſdam hominis de monte Ylari accepimus, quod quidam epiſcopus Bibinenſis clam, quandam partem de terris in tenimento montis Ylaris caſtri noſtri accepit, & ſic omnes ſucceſſores ſui clandeſtina poſſeſſione eadem petia terræ poſſederunt, hucuſq; & cum non deberemus pati, vt noſtra negligentia & deſidia ſub noſtro dominio, tenimentum montis Ylaris modo aliquo minueretur, conſilio habito cum fidelibus noſtris deliberaui mus, vt noſtra auctoritate non ſeruato ordine iudiciali, Biuinenſem epiſcopum, qui nomine eccleſiæ ſuæ Cathedralis eandem terram, quæ eſt ad ſtrarella S.Andreæ, & fornace quadam ibi facta, & extenditur vſque ad quendam valloncellum cum toto alio tenimento ſancti Petri de Sandore poſſidebat, de ipſa terra ſpoliaremus, & tenimento montis Ylaris caſtri noſtri adderemus, quod cum audiret Dominus Petrus venerabilis Bibinenſis Epiſcopus cum quibuſdam ſocijs ad nos apud Apium venit, humiliter nos ſupplicantes, vt intuitu Dei, & remiſſione peccatorum noſtrorum matricem eccleſiam Bibinenſem, de prædicta noſtra non diſagiremus, nec indebitè ſpoliaremus; ſed congregata curia, ordine iudiciario, ſi ius, & rationem aliquam haberemus,in ipſa curia oſtenderemus,& præfatam terram,ut decet,

vendicaremus: auditis vero precibus Epiſcopi memorati, petitionibus ſuis aures noſtras porreximus, & ſociorum noſtrorũ ſuaſionibus, inito cum eis conſilio, diximus, vt ſi de iure ſuo confideret Dom. Epiſcopus, & ius probationis in ſe transferre vellet, quod nos de iure facere tenebamur, per idoneos teſtes probaret, & oſtenderet, quod prænominata terra de tenimento s. Petri de Sandore eſſet, quod tenimentum ipſe epiſcopus nomine ſuæ eccleſiæ poſſidebat. Quod epiſcopus audiens gauiſus eſt, & cum eidem epiſcopo coram nobis apud Apicem teſtes producere difficile eſſet, & oneroſum, Ioannem Abbatem Camerarium, & fidelem noſtrum ſpecialiter apud montem Ylarum de gratia noſtra miſimus, vt ipſe loco, & vice noſtra, teſtes, quos Dominus Petrus Epiſcopus Biuinenſis produceret ad probandum prætestatam terram eccleſiæ ſuæ eſſe finibus ſubiectis teſtium oculis ſuper ipſam terram audiret. Ad quod probandum idem Epiſcopus, conuocato Nicolao de Sparano, Imperiali Troiæ Iudice, & alijs quamplurimis Troianis ciuibus, cõuocatis etiam quibuſdam Biuinenſibus, & alijs bonis hominibus de monte Ylari, coram Ioanne Abbate iam dicto Camerario, & fideli noſtro pro annata, & . . . . ei terra Ioannem de Arduino, Rogerium de Tranſilico, & Magiſtrum Raynerium teſtes produxit bonæ famæ, & opinionis, vt nobis per bonos homines fideles noſtros relatum eſt, qui iurati teſtificando dixerunt, quod terra illa, quam dicebamus, de tenimento montis Ylaris caſtri noſtri, eſſet de tenimento ſancti Petri de Sandore, & epiſcopus Biuinenſis, qui pro tempore erat, glorioſiſſimo Rege Guillelmo primo regnante viuente, & Domino Comite Ritrando de Calinta, qui tunc erat Dominus montis Ylaris quietè & pacificè nomine ſuæ eccleſiæ poſſedit, & cuidam Canonico Troianæ eccleſiæ Vgo nomine dedit ad præbendam, & Guillelmus frater ipſius Vgonis redditum totius tenimenti ſancti Petri de Sandore nomine fratris ſui dum vixit, percepit. Et poſtquam idem Vgo Sipontinus Archiepiſcopus effectus eſt, Robertus Epiſcopus Bibinenſis contemplatione prædicti Vgonis Archiepiſcopi, Matthæo, & Ioanni nepotibus eius certo cenſu ſingulis annis dedit in feudum, & ne de cætero de tenimento, & finibus tenimenti ſancti Petri de Sandore, qui ad eccleſiam Bibinenſem nullo mediante pertinet, quæſtio contracta, inter nos, & Epiſcopum ipſius eccleſiæ oriatur, idem Dominus Petrus Epiſcopus Bibinenſis per prædictos teſtes probauit, hos eſſe terminos, & fines ſancti Petri de Sandore incipiens primus terminus à vado Sandoris aſcendendo iuxta viam ſancti Andreæ, & extenditur vſque ad calcaram, quam fecit Guilelmus frater ipſius Vgonis tunc Canonici Troiæ, parum remota à via, & terram Domini Vgonis Campaſini, & reuoluendo aliquantulum, & aſcendendo iuxta eandem terram Domini Vgonis Campaſini vadit vſque ad lapidem quendam ibi naturaliter inuentum in latere montis Mallani, & iterũ reuoluẽdo ſecus latus montis Mallani quodam magno limite exiſtente extenditur vſque ad viam s. Lazari, & deſcendendo iuxta viam, vadit ad flumen Sandoris, & deſcẽdendo ſecus Sandorem, iungitur priori termino. Nos vero atteſtationibus nobis à Camerario noſtro iam memorato oblatis, atteſtantibus quibuſdam iuriſperitis prædictis, & præcalandaris ſuper ijs diligenter conſilio habito, quod nihil iuris habebamus in terra prænominata, ſicut per atteſtationes cognouimus, omnem actionem, ſeu quæſtionem, quam ſuper terram prætestatam contra epiſcopum Bibinenſem, & contra prætenſores nomine eccleſiæ ſuæ mouere, vel intentare poſſemus ipſi Domino Petro venerab. Bibinenſi epiſcopo, & eius prætenſoribus nomine ſuæ eccleſiæ perpetuo coram Domino Vgone ſocio noſtro, Domino Rogerio de Biccari, Matthæo Rufo, Nicolao de Ruſato, Notario Vgone, Rogerio de Lazario, Magiſtro Golia fideli noſtro remiſimus, & eos de quæſtione ipſius terræ liberos, & abſolutos omnino clamauimus. Ad cuius rei geſtæ futuram memoriam, & cautelam eccleſiæ Biuinenſis hoc inſtrumẽtum fieri fecimus per manus Natalis de Ilicero Notarij, & fidelis noſtri ſigno propriæ manus noſtræ, & ſubſcriptorum teſtium præmunitum, & ſigilli noſtri robore roboratum, quod etiam mittimus Nicolao Sparano Imperiali Troiæ Iudici, & omnibus alijs, qui coram Camerario noſtro prænominato interfuerunt, quando teſtes de finibus, & terminis tenimenti memorati ſancti Petri de Sandore producti ſunt.

Quod ſcripſi ego Notarius Natalis de Iliceto de mandato Domini mei dicti Dom. Raonis de Balbano egregij Comitis Conſiæ, anno, menſe, & Indictione prædicta feliciter. Amen.

† *Ego qui ſupra Nicolaus Sparani Troianus Imperialis Iudex.*

† *Signum crucis manus eſt propria Dom. Vgonis de Prata.*

† *Ego Matthæus Apicenſis Abbas ſignum feci.*

† *Signum propria manus ſupraſcripti Domini Raonis de Balbano Comitis Conſiæ.*

† *Signum crucis propria manus Domini Matthæi Comeſtabuli.*

† *Signum crucis propria manus Dom. Iacobi de Scito.*

† *Signum crucis propria manus D. Rugerij de Scito.*

† *Signum crucis propriæ manus Ioannis Abbatis Camerarij.*

Signum

† *Signum crucis propriꝗ manus Rogerij de Biccaro.*
† *Ego Notarius Vgo interfui.*
† *Signum crucis manus eſt propria Matthęi Ruſi.*
† *Signum crucis propriꝗ manus Dopni Nicolai presb. de Viceto.*
† *Signum crucis propriꝗ manus Domini Rogerij de Molinaria.*
† *Signum crucis propriꝗ manus Dopni Petri Avicenſis Primicerij.*
† *Signum crucis manus eſt propriꝗ Nicolai de Roſatı.*
† *Crucis ſignum manus eſt propriꝗ de Lazirio.*

Habemus eiuſdem Petri donationem cum aſſenſu tamen Canonicorum ſuorum factam monaſterio Montis-Virginis de quibuſdam eccleſijs poſitis in ſua Diœceſi & eccleſiæ Cathedrali obnoxijs anno 1235. cuius tenor talis eſt.

In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Anno eiuſdem Incarnationis 1235. Imperij vero Domini noſtri Federici inuictiſſimi Imperatoris, & ſemper Auguſti, anno quinto decimo, dominij vero Hieruſalem anno decimo, & Regni Siciliꝗ anno trigeſimo octauo, atque cum eo regnante Dom. noſtro Henrico glorioſiſſimo Rege filio eius anno vigeſimo tertio, die Iouis vltimo menſis Martij, octaua Indictionis apud Bibinum.

Nos Petrus Dei gratia Bibinenſis epiſcopus & Capitulum eiuſd. eccleſiæ fatemur noſtram maiorem Bibinenſem eccleſiam ex dono Dei habere quandam eccleſiam nomine ſancti Quirici, quæ ſita eſt in pertinentijs Deliceti. *E più appreſſo.* Quam vero eccleſiam ſancti Quirici cum tribus alijs eccleſijs videlicet cum eccleſia s. Ioannis, quæ ſita eſt in pertinentijs Caſtelluccij, & cum eccleſijs ſancti Martini, & ſancti Nicolai in Deliceto, *& alquanto più ſotto.* Si vero negligentes fueritis, vt contradictores, liceat nobis, & ſucceſſoribus noſtris cogere vos, & ſucceſſores veſtros in bonis einſdem eccleſiæ veſtræ. *e qui finiſce.* Sic ego qui ſupra Guarinus publicus Troię Notarius ſcripſi, qui ad preces eiuſdem venerab. Epiſcopi, & Capituli apud Bibinum me contuli, in quorum, &c. & prædicta nditione.

Actum in Camera Bibinen. Epiſcopi.

Nos Petrus, qui ſupra Bibinenſis Epiſcopus.
Ego Ambroſius Archid. qui interfui.
Ego Petrus Cantor, qui interfui.
Ego Dom. Rogerius, qui interfui.
Ego Dom. Ioannes Canonicus hoc ſignum feci.
Iulianus Canonicus ſignaui pręſens inſtrumentum, & interfui.
Ego D. Ioannes Canonicus, qui interfui.
Ego D. Andreas Canonicus, qui interfui.
Ego D. Riccardus Canonicus hanc crucem feci.
Ego D. Siconolfus Canonicus hanc crucem feci.
Rata res eſt rectè Alexij Canonici teſtimonio.
Rogerius ego Canonicus ſubſcribo me, qui interfui.
Ego D. Ioannes Canonicus hoc ſignum feci, qui interfui.
Nos Iudex Riccardus Imperialis Bibinen. qui ſupra.
Nos Iudex Guglielmus Imperialis Bibinen. qui ſupra.

Deceſſit tandem Petrus poſtquam per annos plus minuſue decem & octo ſuæ præfecturæ, hoc eſt an. 1238. atque in Cathedrali eccleſia ſepelitur.

9 MATTHÆVS Præſulatum adipiſcitur anno 1238. cumque duobus annis adminiſtrauit, extinguitur ann. 1240.

10 MANERIVS ſucceſſit vir probus, qui cum in Pontificatu annos quatuor egiſſet, moritur ann. 1244.

11 IO. BAPTISTA Manccio ſubrogatur, cuius pontificatus illuſtratur ædificatione famoſæ eccleſiæ s. Mariæ de Vallenerde ſuæ diœceſis ann. 1255. cui ipſe Deiparæ Virginis deuotiſſimus primum lapidem iecit, præſentibus N. Aſculano, Guilelmo Melphienſi, Ioanne Rapollano, Vrſino Mōtis-Viridis, Antonio Laquedonenſi, Perenno Leſinenſi, Bartholomęo Lucerino, Zacearia Biſacienſi, Benedicto Vvlturarienſi, Odoſio Triuent. Ioanne Termulano Epiſcopis, qui perennē indulgentiam eccleſiam piè viſitantibus quotannis conceſſerunt, cuius hiſtoriam ex antiquo M.S. euulgauit idem ſupracitatus Dominicus Petrus Pauli.

12 HENRICVS eligitur an. 1269. obijt 1289.

13 RICHARDVS creatur Antiſtes anno 1289. exceſſit ann. 1300.

14 ALEXANDER Pontifex aſſumptus anno 1300. ſedit annos 10. & mortuus eſt anno 1309.

15 Fr. IACOBVS ad hanc Cathedram euehitur à Clemente V. an. 1309. Quo præſule Robertus Rex eccleſiæ Bouinæ veterum Principum confirmauit priuilegia, aliaque de nouo indulſit anno 1324. vt elicitur ex hoc epiſcopalis tabularij documento.

Ro-

Robertus Dei gratia Rex Ieruſalem, & Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, & Forcalquerij, ac Pedemontis Comes Iuſtitiario Capitanatæ, necnon ſtatutis per Curiam ſuper bonis contumacium feudatariorum dictæ Prouinciæ fidelibus ſuis gratiam ſuam, & bonam voluntatem.

Hnius in Chriſto Patris fratris Iacobi; Dei gratia Biuinenſis Epiſcopi deuoti noſtri data nuper maieſtati noſtræ petitio, quod ipſe nomine, & pro parte ſuæ maioris Biuinenſis eccleſiæ habens, tenens, & poſſidens caſalia infraſcripta, videlicet caſale ſancti Petri in Druſazano, caſale dictum Dopni Leonis, caſale Balnei, caſale Caſtelluccij de Sclauis, caſale ſanctæ Mariæ in Ebula, caſale Sabuceti, & caſale S. Laurentij in territorio Biuini de ipſa Capitanatæ prouincia poſita libera ſiquidem & exempta ab omni onere, ſeu præſtatione realis, aut perſonalis ſeruitij, cuiuſcunque nullum noſtræ Curiæ vllo vnquam tempore pro illis præſtitit ſeruitium, ſicut potuit; conqueritur tamen, quod cum Iuſtitiarius, ſeu prædeceſſor tuus prætextu cuiuſdam mãdati pridem vel ei per literas Caroli primogeniti noſtri chariſſimi Calabriæ Ducis, noſtrique Vicarij Generalis facti ſpecialiter ſuper deſtituendis Baronibus, & Feudatarijs eiuſdẽ prouinciæ, qui in præſtandis militaribus ſeruitijs debitis, ſeu adhogamentis noſtræ Curiæ perſoluendis tanto præterito tempore in eiſdem literis declarari prædicti ad opus eiuſdem Curiæ prorogatis in ipſius Epiſcopi, ſuæque eccleſiæ maioris eiuſdem graue præiudicium, & non modicam læſionem, ſuper quód prædictum noſtræ prouiſionis opportuno remedio ſuppliciter implorato. Nos volentes mandata, quæ de noſtra Curia manant; indebitum cuiuſcunque præiudicium non afferre; fidelitati tuæ præcipiendo mandamus, quatenus conſtito tibi Iuſtitiario præfato legitimè de exemptione huiuſmodi caſalium præfatorum poſſeſſorum, illos cum fructibus, ſi qui medio tempore exinde ſunt percepti, prænominato Epiſcopo, ſeu certo Procuratori ſuo pro ipſo reſtituas, ac reſtitui mandes & facias indilatè; quæſitis etenim de mandato noſtro rationibus Theſaurariorum noſtrorum præteriti temporis, quæ in Archiuio conſeruantur, in illis repertum non extitit, quod pro prædictis caſalibus vllum præſtitum fuerit præfatæ noſtræ Curiæ feudale ſeruitium, ſeu adhogamentum aliquod perſolutum. Eidem tamen noſtræ Curiæ reſeruato, quod ſi proceſſu temporis inueniri contigerit, prænominatum Epiſcopum, ſeu dictam ſuam maiorem eccleſiam Biuinenſem ad aliquod ipſi Curiæ pro prænominatis caſalibus teneri ſeruitium, vel adhogamentum, & in illius præſtatione ac ſolutione debita defecerit, illud cum pœna ſtatuta in talibus præſtare integrè dictæ noſtræ Curiæ teneatur. Quod ſi fortè te Iuſtitiarium ſupradictum ad reuocanda ad manus eiuſdem prætacta caſalia rationabilis alia cauſa mouit, illam nobis intimare procures per tuas literas ſpeciales.

Datum per Barulili Dartinona militem Logothetam, & Protonotarium Regni Siciliæ, anno milleſimo tricenteſimo vigeſimo quarto, die vigeſimo primo Iunij ſeptimæ Indict. regnorum noſtrorum anno 15.

Iacobi ſæpe fit mentio in Regio Regeſt. Neapolitano qui mortem obijt an. 1328.

16 ROSTAGNVS ſucceſſor Roberti exceſſit an. 1329. ex Reg. Vat.

17 Fr. ROGERVS Ord. Minorum Roſtagni locum accepit delectus ab Ioanne XXII. Kalen. Maij 1329. ita legitur in Reg. Vatic. apud Vvadingum Annal. Minorum tom. 3. cui Benedictus XII. ſcripſit hoc diploma, omniaque eccleſiæ Bouinæ elargita priuilegia aſſeruit.

BENEDICTVS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei.

Venerabili fratri Epiſcopo Biuinenſi, & dilectis filijs Capitulo Eccleſiæ Biuinenſis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Solet annuere Sedes Apoſtolica pijs votis, & honeſtis, & præſentium precibus fauorem beneuolum impartiri; eapropter venerabilis frater, & dilecti in Domino filij, veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu omnes libertates, & immunitates à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, ſiue per priuilegia, ſeu alias indulgentias vobis, & eccleſiæ veſtræ conceſſas, necnon libertates, & exemptiones ſecularium exactionum à Regibus, & Principibus, ac alijs Chriſti fidelibus rationabiliter vobis indultas, ſicut eas iuſtè, ac pacificè obtinetis, vobis & per vos eidem eccleſiæ auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Auenioni ſecundo menſis Decembr. Pontificatus anno ſecundo.

18 MATTHÆVM ſucceſſiſſe Rogerio anno 1340. Diptyca Dominici Petri Pauli ſcribit, cuius electionem non vidimus, neq; in Regeſt. Vatic. neque in Actis Conſiſtorialibus.

NI-

19 · NICOLAVS obijt anno 1354. ex reg. Vatic. in Bulla Petri Succeſſoris.

20 Fr. PETRVS de Argentino Ord. Eremitarum S. Auguſtini electus Epiſcopus Bouinæ eccleſiæ, in prouincia Beneuentana per obitum Nicolai ab Innocentio VI. anno Chriſti 1354. 2. Id. Febr. anno 2. pontificatus, ita in reg. Vat. Epiſt. 16. fol. 32.

21 Fr. PETRVS Auletta ſucceſſit Petro anno 1381. et Diptyca referentenius præſulatum protendit ad annum vſque 1412. quod nullo modo ſtare poteſt, vt ex ſequentibus patet.

22 IOANNES huius Eccleſiæ Præſul obijt anno 1386. ex lib. obligat. Vrbani VI.

23 BERNARDVS Ferrarius de Achaja electus ſucceſſor Ioanois die 2. Septembris anno 1386. ex eodem oblig. lib. fol. 84.

24 Fr. ANTONIVS Ord. Minorum promotus legitur in eodem lib. ſub Bonifacio IX. die 2. Martij anno 1397. tranſlatus eſt ad eccleſiam Turtibulenſem in eadem prouincia Beneuentana anno 1403.



25 BARTHOLOMÆVM de Porta virum nobilem Salernitanum, & Iuriſconſultum celebrem laureatum iam antea Epiſcopum Scaturenſem ſortita eſt epiſcopatum Bouinenſis eccleſia 9. Kal. Septembris 1403. ex lib. oblig. Bonifacij IX. in cuius gratiam ſequenti anno Ladislaus Rex ad fauorem Eccleſiæ Bouinæ ſcripſit Capitaneo (vt vocant) ciuitatis Bouini in hæc verba ex ſæpè citato tabulario.

Ladislaus Dei gratia Hungariæ, Ieruſalem, Siciliæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Seruiæ, Galitiæ, Laodomeriæ, Cromatiæ, Bulgariæque Rex, Prouinciæ, & Forcalquerij, ac Pedemontis Comes Capitaneo ciuitatis Biuini præſenti, & alijs ſucceſſiuè futuris fidelibus noſtris dilectis gratiam & bonam voluntatem.

Moleſta ſunt nobis quæcunque grauamina irrogata fidelibus, ſed quæ inferuntur Eccleſijs, eccleſiaſticiſque perſonis

A ſeò moleſtiùs, grauiuſque perferimus, quò ſpecialiter eos affectu benigno proſequimur, & eorum fauores & commoda quantum honeſtiùs poſſumus perſcrutamur. Cum Reuerendus in Chriſto Pater Epiſcopus Biuinenſis deuotus, & fidelis noſter dilectus nouiter Maieſtati noſtræ querulatus expoſuit, quod licet ipſe Epiſcopus à diù iuſtè, & rationabiliter tenuerit, ac poſſederit, ac habeat, teneat, & poſſideat nomine & pro parte dictæ ſuæ eccleſiæ nonnulla bona ſtabilia, ac Caſalia ſita & poſita in territorio, & pertinentijs dictæ ciuitatis Biuini cum eorum territorijs, tenimentis, redditibus,
B herbagijs, paſcuis, vallibus, & montibus, ac iuribus, & pertinentijs omnibus ad ipſa Caſalia, & bona ſpectantibus, & pertinentibus quouis modo, Baiuli tamen dictæ ciuitatis Biuini turbant, & moleſtant indebitè ipſum Epiſcopum, & alios eius nomine tenentes & poſſidentes bona ſtabilia & Caſalia ſupradicta, non permittentes eos ipſorum bonorum & Caſalium pacifica poſſeſſione gaudere, nec fructus, redditus, & prouentus percipere prouenientes ex illis, non ſine offenſa diuini nominis, maieſtatis noſtræ contemptu, & ipſius Eccleſiæ, præfatique Epiſcopi euidenti & notorio detrimento ſuper & pro parte ipſius Epiſcopi noſtro præſidio implorato; nos moleſtationes
C huiuſmodi gerentes præmiſſis conſideratoribus minaces graues volumus & fidelitati veſtræ præſentium tenore de certa noſtra ſcientia committimus & mandamus expreſsè, quatenus, ſi præmiſſa veritate nitantur, memoratum Epiſcopum, ſeu alium pro eodem in poſſeſſione dictorum bonorum & Caſalium, quæ iuſtè & rationabiliter pro parte dictæ Eccleſiæ tenet & poſſidet, vt præfertur, tam tu præſens Capitanee manuteneas iuſti fauoris præſidio protegas & defendas, quàm vos alij Capitanei ſucceſſiuè futuri manuteneatis, protegatis & defendatis modo ſimili quamdiu ſcilicet, poſſeſſionis eiuſdem durauerit iuſta cauſa, ac memoratos baiulos turbatores, & mole-
D ſtatores illicitos, & quoſcunque alios vt ab huiuſmodi indebitis moleſtationibus, & turbationibus penitus & omninò deſiſtant, dictumque Epiſcopum nomine & pro parte dictæ ſuæ Eccleſiæ dictorum bonorum & Caſalium pacifica poſſeſſione gaudere permittant, & impoſitiones pœnarum, & vexationes earum pro noſtra Curia, ſi inciderint in eaſdem, aliaque debita & opportuna iuris remedia diſtrictius compulſuri, pecuniam verò totam ſcilicet ex pœnis ipſis forſitan peruenturam, ad noſtram Curiam tranſmittatis; ſignificaturi nobis nihilominus proceſſum omnem, quem ſuper hoc habueritis, & quicquid faciendum duxeritis in præmiſſis; Præſentes autē litteras magno noſtro præſenti ſigillo munitas in præmiſſorum teſtimonium dirigentes, quas poſt oppor-

opportunam inſpectionem earum, pro cautela, iuribus ſingulis reſtitui volumus præſentanti.

Datum Neapoli in abſentia Logothetæ, & Protonotarij noſtri Regni Siciliæ eius Locumtenentis per virum nobilem Gurellum de Neapoli legum Doctorem, magnæ noſtræ Curiæ Magiſtrum rationalem Locumtenentem Magiſtri Camerarij dicti Regni noſtri Siciliæ, Cōſiliarium, & fidelem noſtrum dilectum, Anno Domini milleſimo quatrigenteſimo quarto, die tertio menſis Septembris, tertiæ decimæ Indictionis, Regnorum noſtrorum anno decimo octauo.

Obijt Bartholomæus anno 1425.

26 Fr. BARTHOLOMÆVS Sperella Neapolitanus Ord. Minorum Epiſcopus tunc Turtibulenſis Bartholomæo de Porta ſucceſſit à Martino V. huc tranſlatus die 24. Septembris 1425. pontificatus Martini 8. ita docet lib. Prouiſ. fol. 114 Haud diuturnus epiſcopus fuit, dum ſumma cū laude epiſcopale munus exequeretur, quarto à ſuſcepta infula migrauit è vita an. 1429. in Cathedrali humatus, vbi Sacellum excitauerat, habet hoc epitaphium.

Hic iacet Frater Bartholomæus Sperella Parthenopeus Ordinis Minorum Epiſcopus Biuinenſis, qui obijt anno Domini MCCCCXXIX.

27 PETRVS de Scaletijs Bouini nobili familia natus ex Archidiacono euaſit patriæ Epiſcopus an. 1429. Hic optimus Præſul, omnem toto Epiſcopatus ſui tempore curam impendit argenteis candelabris, Thecisque ad ſacra lipſana ſanctorum ſeruanda, pretioſiorique ſupellectile ecclesiaſtica Altaria Biuinenſis Cathedræ exornauit. Viſitur adhuc Icon pulcherrima S. Nicolai, vbi eius inſignia & imago ſpectatur, & leguntur hæc verba,

Hanc Iconem fieri fecit Reuerendus in Chriſto Pater Dominus Petrus de Scalerijs Epiſcopus Biuinenſis per manus Beucij Pictoris de Ariano ſub ann. Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſecundo, die decimoquinto menſis Auguſti decimæ quintæ Indictionis feliciter Amen.

Is quatuor & triginta penè annis geſto Epiſcopatu obiit, humatuſque fuit in Cathedrali, vbi hæc erat inſcriptio.

Hic iacet Reuerendus in Chriſto Pater Dominus Petrus de Scalerijs Biuinenſis Epiſcopus & Ciuis, qui obijt decimo octauo menſis Martij anno milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo tertio.

28 NATVLVS è gente Lombarda nobilis Troianus excepit Petrum, electus à Paulo II. anno 1463. menſam Epiſcopalem auxit, eamque ita cumulauit, vt poſt Robertum Comitem Loretelli quaſi nouam dotationem conſecuta eſſe videretur, quo præſule fratres Prædicatores in hac vrbe recipiuntur anno 1465. apud eccleſiam ſancti Michaelis Archangeli, vbi conditum fuit Cœnobium ex pia liberalitate Matthæi Eſtendardi Biuinæ ciuitatis Domini. Clerum arctiori eccleſiaſtica diſciplina continuit, & vitæ ſuæ exemplo populum ſibi cōmiſſum ad paſcua ſalutis adduxit. Vixit in Pontif. plusminuſue quatuordecim annis, & in patria ſua, quò caſu ſe receperat, mortuus eſt anno 1477. iacet in ſacello ſuæ familiæ in Cathedrali Troiana cum ſequenti epigraphe.

Quem genuit Lombarda domus virtute nitentem
Natulus hoc tumulo clauditur ecce breui.
Da lacrymas Troia, & ſingultus Terra Bouini;
Tu quia Mater eras, tu quia Præſul erat.

29 IOANNES Candida à Sixto IV. promotus anno 1477. Kal. Martij exceſſit ſub Iulio II. anno 1510.

30 IOANNES Ioannem excepit ex familia de Cappellanis Laurei Prouinciæ Terræ laboris Oppidi ad hanc infulam vocatus à Iulio II. die 24. Aprilis 1510. Ferunt partem Epiſcopij exædificaſſe pauca illa verba in marmore conſcripta.

Ioannes de Cappellanis Epiſcopus Biuinenſis.

Interfuit Lateranenſi Concilio ſub eodem Iulio II. vitam cum morte commutauit anno 1529.

31 BENEDICTVS Cardinalis Accoltus hanc habuit Eccleſiam commendatam

die

A die 24. Ianuarij 1530. eamque dimiſit anno 1535. vt docent Acta conſiſtorialia.

32 GABRIEL Cardinalis Marinus dictus Card. Barenſis ex dimiſſione Card. Accolti,factus eſt Bouinę eccleſiæ adminiſtrator die 15. April. 1535. pauloque poſt fato ceſsit.

33 Fr. ALPHONSVS Oliua Aquilanus Ord. Eremitarum S. Auguſtini,Sacelli Pontificij præfectus ad Bouinenſem Cathedram promotus die 21. Auguſti 1535. abſens eam adminiſtrauit Eccleſiam ann. ſex, eamque cum Amalphitano Archiepiſcopatu commutauit anno 1541.



34 FERDINANDVS de Anna Neapolitanus ſanguine clarus, clarusque doctrina, erat enim ſummus Theologus,& in omnium ſcientiarum genere verſatus,ex Archiepiſcopo Amalphitano tranſlatus eſt ad hanc Bouinam Eccleſiam die 13.Maij 1541. quo titulo ſub Pio IV. Tridentino Concilio interfuit, ſummique Theologi laudem tulit. Digniſſimus ſanè præſul,ac longe diuerſus à priori Amalphitana adminiſtratione, Bouinam hanc eccleſiam ita piè, ita prudenter annis 25. adminiſtrauit, vt priſcos illos Epiſcopus æmulari videretur. Caietæ vita defungitur anno 1565. poſtquam ſibi eodem anno coadiutorem adſciuiſſet Ioannem Dominicum ſuum germanum fratrem:de eo vide quæ ſcripſimus in Amalphitanis Archiepiſcopis.

35 IOANNES DOMINICVS Annius vel de Anna,fratris coadiutor cum ſpe futuræ ſucceſsionis adlectus eſt à Pio IV. die 5. Septembris 1565. ab eodem Pontifice munus conſecrationis accepit, pauloque poſt germano defuncto ſucceſſit, vir in vtroque iure ita excellens vt ſuo ſæculo in ea facultate vixerit veluti princeps. Sedit ann. 13. laudabili fama virtutum. Neapoli ceſsit è vita anno 1578. vbi iacet in ſepulchro maiorum ſuorum.



B 36 ANGELVS Iuſtinianus Benedicti, & Mariæ ex Condominis Chiæ Inſulæ filius Vincentij Cardinalis nepos, frater patruelis Benedicti Cardinalis Sixti V. Iulij Adiacenſis Epiſcopi patruus, iuuenis 27. annorum pronunciatus eſt Epiſcopus Bouinus à Greg. XIII. die 14. Maij 1578. Romæ vnctus eſt Epiſcopus, poſſeſſionem adeptus in peruigilio Pentecoſtes eodem anno. & ſolemnem ingreſſum fecit Bouini.Hanc Angelus Eccleſiam ſummopere nobilitauit,quã vigilanter, & omnibus gratus per annos omnino 23. rexit, fato correptus in Iliceto ſuæ Diœceſis loco die 29.Auguſti 1600.Ca-

C dauer relatum Bouinum,in Cathedrali collocatum quieſcit, vbi ad nobilẽ marmoreũ tumulum hoc legentibus proſtat cœnotaphium.

D. O. M.

Angelo Iuſtiniano Epiſcopo Bouinenſi ſummis, medijs, infimis æque gratiſſimo, poſtquam Epiſcopatum viginti tres ipſos annos ſanctiſſimè adminiſtraſſet, ſibique Ciuitatem Bouinenſem

D *omnibus amoris, & liberalitatis officijs demeruiſſet, vitæ mortalitatem virtutis immortalitate mutauit, annos natus quinquaginta.*

Benedictus Iuſtinianus nepos optimo patruo poſuit, & ipſe Iuuenis duorum & viginti annorum lectiſſimus, & ad omnia ſumma natus in ipſo flore tam virtutis, quàm ætatis extinguitur.

Ibi ∙ oſt patrem, alterumque Patruum, Auiamque, nonnulloſque alios propinquos hic ipſo in tumulo compoſitos, hanc Epiſcopo patruo memoriam exarauit, Maria Elena Benedicti filia gentilibus optimis gratæ memoriæ monumentum abſoluit.



37 PAVLVS Toloſa Neapolitanus Clericus Regularis Theatinus, inſignis verbi Dei præco, vitæque innocentiſſimus, defuncto Angelo, inuitus trahitur ad eccleſiam Boninam moderandam, Epiſcopus pronunciatus à Clemente VIII. die 30 Aprilis 1601. Romæ in S. Silueſtri in Quirinali ſacris perungitur ab Alexandro Card. Mediceo, mox Leone XI. Pont. Max. aſsiſtentibus Bonauentura Secuſio Patriarcha Conſtantinopolitano, & Thoma Vanuinio epiſcopo Abellino die 3. Maij ſolemni ritu ingreſſus eſt menſe Iunio. Sequenti verò renunciatus Apoſtolicus Nuncius ad Carolum Emanuelem Sabaudiæ Ducem, vbi diu inſigni cum laude prudentiæ, ac Principum præſertim approbatione munus geſſit; reuocatus indè ſuam eccleſiam repetijt, quam ſacris lipſanis Mauritij, ſociorumque Martyrum cohoneſtauerat. Seminarium Clericorum inſtituit, patreſque Societatis Ieſu intra Vrbem recepit, cumque eam integerrimè per decem & quinque annos adminiſtraſſet, reclamantibus populis ad archiepiſcopalem ſedem Theatinam tranſlatus eſt anno 1616. vt in tom. 6. in ſerie eius Vrbis Archiepiſcoporum enarrauimus, cuius laudes luculenti ſtylo ſparſim deſcripſit Silos Annal. Clericorum Regul. tom. 2.

38 IOANNES Antonius Galderiſius nobilis Monopolitanus electus die 11. Ianuarij 1616. Bouinum ingreſſus eſt die 7. Martij, quo præſule Cappuccini fratres Cœnobium condiderunt haud procul à ciuitate, anno 1623. adiuuante Iulia Boncompagna Bouini Ducissa.

39 VINCENTIVS Rauiglionus Neapolitanus, electus anno 1658.

CIVITATENSES EPISCOPI.



CIVITAS Marſici Veteris fuit in Capitanata Apuliæ; ſed Epiſcopalem hic ſedem fuiſſe patet tum ex prouinciali Romano, tum ex valuis æneis Metropolitanæ eccleſiæ Beneuentanæ, in quibus epiſcopatus hic notatus legitur inter ſuffraganeos illius Metropolis; diruta verò Ciuitate Epiſcopalis ſedes à Gregorio XIII. tranſlata eſt ad ſanctum Seuerum, & Ciuitatenſis eccleſia per ceſſionem Franciſci Card. Alciati vltimi illius epiſcopi, reducta ad Archipresbyteratum ruralem. Epiſcopi Ciuitatenſes pauci ſequentes ſunt, qui ad noſtrã peruenere notitiam ex varijs monumentis collecti.



1 AMELGERIVS Ciuitatenſis Epiſcopus nominatur in Chronic. Abbatiæ ſanctæ Sophiæ de Beneuento anno 1061.

2 ROGERIVS eiuſdem Sedis Epiſcopus cum ſuffraganeis Beneuentanæ eccleſiæ interfuit Conuentui celebrato in Metropolita-

litana à Milone Beneuentano Archiepiſcopo ann. 1075. ac teſtis fuit documento eiuſdem Milonis ad fauorem Eccleſiæ ſanctæ Sophiæ.

3 LANDVLPHVS intereſt Synodo Melphitenſi ab Vrbano II. celebrata an. 1092. fortaſſis Landulphus iſte Ciuitatenſis Epiſcopus eſt qui ſub Paſchale I. litẽ habuit cũ Abbate & Monachis Terræ Maioris; quæ cũ amicabiliter ex mandato eiuſdem Pontificis definita fuiſſet, Abbas deinde eam turbare conatus eſt: Epiſcopus verò ad Gelaſium II. pro iuſtitia obtinẽda cõfugit, à quo ſequẽs retulit fauorabile decretum, quod ab exẽplari exſcripſimus.

IO. GAIETANVS EPISCOPVS Seruus ſeruorum Dei.

Dilectis filijs Abbati, & Monachis Terræ Maioris, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Cum ſuper controuerſia, quæ olim inter vos, & venerabilem fratrem noſtrum Ciuitatenſẽ Epiſcopum diutius fuerat agitata de vtriuſque partis aſſenſu amicabiliter compoſitio auctoritate felicis recordationis Paſchalis Papæ prædeceſſoris noſtri, ſicut recolimus interceſſerit, eam ſicut prædicto epiſcopo ſignificãte comperimus negligitis obſeruare, & illi contra ipſius compoſitionis tenorem ſuam iuſtitiam ſubtrahere minime formidatis. Quia igitur pati nolumus nec debemus, vt quæ fauore Apoſtolico, vel iudicio ſunt ſopita, cuiuſquam malitia recidiuam incurrant, vel quidquam in eorum præiudicium attemptetur, per Apoſtolica vobis ſcripta mandamus quatenus eandem compoſitionem omni cõtradictione, & appellatione ceſſante inuiolabiliter obſeruetis, nec contra eam venire de cætero præſumatis, & ſi quæ contra eiuſdem compoſitionis tenorem prædicto epiſcopo ſubtraxiſtis, ipſi Epiſcopo ſine dilatione qualibet, contradictione, & appellatione ceſſante reddere minimè poſtponatis, aut ſuper ipſis ſatisfactionem congruam exhibere, & ab adminiſtratiua Pontificalis officij in ſancto Seuero iuxta dictam compoſitionem curetis cautius abſtinere, vel in ſeſſo S. Lucæ proximè venturo ſuper his dicto epiſcopo plenarie reſponſuri noſtro vos conſpectui præſenteris, nullis litteris veritati, & iuſtitię præiudicium facientibus ſi quæ competuerint à ſede apoſtolica impetratæ.

Datum Romæ apud S. Petrum 10. Kal. Auguſti Pontificatus noſtri anno 1.

Gelaſius adhuc proprium retinebat Ioãnis nomen, vt in alijs datis ab ipſo bullis obſeruauimus.

4 ROBERTVS interfuit Concilio Lateran ab Alexandro III. celebrato anno 1179. memoratur etiam anno 1180. in donatione, quam fecit Robertus Comes Loretelli Eccleſiæ Bouinæ anno 1108.

5 N. nomen ignoratur, Canonicus Beneuentanus per Guillelmum Diac. Card. S. Euſtachij Apoſtolicæ ſedis Legatum mãdante Innocentio IV. in epiſtola ad eandẽ directa ſub Dat. 2. Id. Decembris an. pontif. 12. Chriſti 1255. eligitur Ciuitatenſis epiſcopus, confirmatur deinde ab Alexandro IV. ſucceſſore ex reg. Vatic.

6 PETRVS anno 1303. in reg. Regio & anno 1314.

7 IOANNES huius Eccleſiæ Præſul viuebat ſub Clemente V. anno 1310. Ioannes item nominatur in reg. regeſt. Neapolitano quo decimas petit, fortaſſis idem eſt cum iſto, qui ſub Clemente vixit.

8 HVGO in eodem reg. memoratur an. 1318. & 1324.

9 IOANNES Epiſcopus Ciuitatenſis memoratur in aulla Clementis VI. ad fauorem Coenobij Caſænouæ Ord. Ciſtercienſis Pennenſis Diœceſis pro vnione Abbatiæ S. Ioannis in Lamis huius Diœceſis, Dat. Auenioni anno 1347. eodem anno fortaſſis defunctus.

10 CHRISTIANVS, cuius meminit Regium Neap. regeſt. anno 1347. transfertur ad Frequentinenſem eccleſiam an. 1349. ex reg. Vatic.

11 MATTHÆVS Epiſcopus Orghaten. tranſlatus ad Ciuitatenſem in Beneuentana Prouincia à Clemente VI. anno 1349. 14. kal. Iulij an. 7. ex reg. Vatic. epiſt. 89. fol. 34.

12 RAYMVNDVS Epiſcopus Ciuitatenſis ad Muranen. translatus anno 1353. defunctus antequam literæ tranſlationis conficerentur, vt in reg. Vatic. habetur.

13 STEPHANVS obijt anno 1367. ſucceſſerat Raymundo.

14 Fr. IOANNES Viterbienſis, Ord. Prædic. electus per obitum Stephani 17. Kal. Maij ann. Vrbani V. pontif. 5. ſalutis 1367.

15 BENEDICTVS, mentio extat in lib. ſolut. Prælat.

16 PETRVS ſucceſſor Benedicti memoratur in eodem libro.

17 IOANNES electus die 10. Iulij 1401. promiſit pro ſe, proue Petro, & Benedicto prædeceſſoribus ſuis in eodem lib. mortuus eſt anno 1412.



18 IACOBVS Minutulus Canonicus Neapolitanus huius Eccleſiæ adminiſtrator eligitur ab Ioanne XXIII. Non. Septemb. 1412. & diſpenſatur ſuper defectu ætatis; vix enim decimum nonum ſuæ ætatis annũ attingebat, ex lib. prouiſ. Prælat.



19 IACOBVS Caracciolus Neapolitanus conſtituitur huius Epiſcopatus adminiſtrator anno 1425. die 25. Martij in eodem lib. anno 1439. menſe Octob. per Eugeniũ IV. hęc Ciuitatenſis eccleſia vnita fuit Eccleſiæ Lucerinæ; ſed non diu durauit connexio hæc.

20 NICOLAVS electus à Sixto IV. anno 1478. 7. Id. Febr.

21 PETRVS ſucceſſit 12. Kal. Nouembris 1483. ex Actis Conſiſtor.

22 PANCRATIVS Rotundus de Fracta pené capularis Senex electus eſt epiſcopus Ciuitatenſis die 19. Ianuar. 1504. poſt paucos menſes à ſua conſecratione Romæ mortalitatem expleuit, ſepultus eſt in eccleſia ſanctorum 12. Apoſtolorum ſub marmoreo lapide hiſce verbis inſcripto.

D. O. M.

Pancratio Rotundo Fractiano
Epiſcopo Ciuitaten. V. optimo.
Vixit an. LXXX. menſ. III.
D. IIII. Iacobus, & Marcus
fratris fil. patruo ben. mer. grati poſ. Anno MDVI. Febr.
D. XIIII.

23 ROBERTVS Tibaldeſcus electus die 23. Iunij 1505. inſtitutus ſequenti anno à Iulio II. ciuitatis Beneuentanæ Gubernator: eximij ac prudentis viri laudem tulit, qui difficillimis illis temporibus factioſos ciues, populoſque in fidem ſedis Apoſtolicæ conſtabilierit.



24 ANTONIVS de Monte Aretinus electus, tunc Bethleemitanus translatus eſt ad hanc Ciuitatenſem eccleſiam in beneuentana prouincia, tunc vacantem die 21. Aug. anno 1517.

25 GASPAR de Monte epiſcopus Ciuitatenſis defunctus eſt anno 1545.

26 LVCAS Gauricus Geophanenſis philoſophicis, atque aſtrologicis præcipuè ſtudijs verſatiſſimus in Italia inclaruit, ac ſuis aſtronomicis prognoſticis multa prædixit, nec ſine ſuæ vitæ periculo: etenim cum Bononiæ verſaretur, Ioannem Bentiuolum exceſſurum patria, & dominatu in anni eius prognoſtico vaticinatus eſſet, arreptus ab illo, atque ex præalta trochlea ſuſpenſus fune quinquies miserè quaſſatus, nimiæ in prędicendo libertatis pœnas dedit. In Vrbe diu ſub Leone X. Clemente VII. & Paulo III. apud litteratos habitus in pretio fuit, ac tandem in gratiam Alexandri Card. Farneſij, Ciuitatenſi hac infula exornatus fuit die 14. Decembris. Præfuit ann. quinque, vltroque eo munere ſe abdicauit quippe

A pe qui deinde vitam aggreſſus Romæ, poſt multos in Aſtrologicis ſtudijs labores exactos, plenus dierum morte præreptus eſt anno 1558. & ante fores Aracælanæ eccleſiæ ſepultus, vbi hæc breuis adhuc legitur inſcriptio in marmore exarata.

D. O. M.

Lucæ Gaurico Geophan. Epiſcopo Ciuitaten. obijt die VI. Martij MDLVIII. Vixit Ann. LXXXI. M. XI. D. XXV.
Sebaſtianus Beneincaſa Geophanen. & Octauianus Canis Bonon. hæredes ex teſtamento D. M. P.

27 GERARDVS Rambaldus Veroneſis doctus in artibus magiſter, ac nobili genere natus ex ceſsione Gaurici euaſit epiſcopus die 30. Martij 1550. Sedit annos 11. floreutiſsima in ætate defunctus eſt anno 1561.

28 FRANCISCVS Alciatus Mediolanenſis I. V. D. egregius, atque primarius in Ticinen. Academia interpres, epiſcopus huius eccleſiæ Ciuitatenſis in Beneuentana Prouincia, non Ciuitatenſis in Hiſpania, Presb. Card. S. Mariæ in Porticu, ſcientia, ac cæteris omnibus diſciplinis florentiſſimus, virtute, atque humanitate vir longè clariſſimus, vt ſcribit Ciacconus, electus die 5. Septembris 1561. per obitum Geraldi cum retentione Parochialis eccleſiæ de Comurana Nullius, ſeu Ferrarienſis Diœceſis, vt narrant Acta Conſiſtorialia. Præfuit abſens huic eccleſiæ iam inde in numerum Cardinalium ab eodem Pio IV. cooptatus, ann. plus minus 19. eamque dimiſit ann. 1580. Gregorio XIII. ſedente, à quo ſuppreſſa eſt eodem anno Ciuitatenſis hæc Epiſcopalis dignitas, & ad nouam eccleſiam ſancti Seueri translata, vt infra dicemus. Cæterum Alciatus Card. prædictus Romæ obijt anno eodem 1580, 13. kal. Maij. ſepultus in eccleſia Angelorum, vbi cum eius effigie extat epitaphium à Ciaccone relatum.

†

DRACONARIENSES EPISCOPI.



B DRACONARIA exigua olim Terræ laboris ciuitas fuit, Epiſcopali tamen dignitate celebris, à Catapano Apuliæ Præſide ædificata circa annum Domini MV. vt ſcribunt, epiſcopatus hic fortaſsis inſtitutus eodem tempore, vel paulò poſt quam eccleſia Beneuentana Archiepiſcopali cōdecorata eſt dignitate cuius euaſit ſuffraganeus. In æneis porrò valuis Beneuentanæ Metropolis inter eius ſuffraganeos Draconarienſis recenſetur, & in Prouinciali quoque Romano, cuius epiſcopalis menſæ fructus taxati erant Flor. 33. Sed ciuitate ad ſolum æquata, per Romanos Pontifices epiſcopalis dignitas perpe- C tuò ſuppreſſa, Cathedralis eccleſia in ruralem Archipresbyteratum redacta eſt, & vnita epiſcopatui S. Seueri. Præſules qui eam rexerunt eccleſiam hi tantùm pauci à nobis ex varijs monumentis ſunt obſeruati.

D 

1 LEO Draconariæ Epiſcopus anno 1061. aduerſus quem Amicus abbas S. Sophiæ de Beneuento in Synodo congregata ab Vldarico Beneuentano Archiepiſcopo reclamauit, repetijtque eccleſiam S. Mariæ de Oluino, & ſancti Benedicti iuris Monaſterij ſui ab eodem Leone occupatas, quas libenter in Synodo dimiſit, vt ex documento Vldarici Archiepiſcopi ſupra relato in Archie-

chiepiſcopis Beneuentanis licet proſpicere. Sed anno quoque ſubſequente 1062 idem Amicus Abbas in alio Conuentu ab eodem Vlderico Archiepiſcopo cum ſuis ſuffraganeis celebrato inſurrexit aduerſus eundem Leonem Epiſcopum pro iiſdem Eccleſijs, iuribuſque eorum recuperandis, eoque Leone dimittente, & Conuentu adiudicante iterum recepit. Rem narrat aliud documentum à ſuperiori diuerſum, quod ex eodem Chron. Monaſt. s. Sophię hic non piget referre, plura enim continet ſcitu digniſſima.

In nomine Domini Omnipotentis noſtri Ieſu Chriſti, & in nomine Sanctæ, ac Indiuiduæ Trinitatis.

Quamobrem nouerit omnium fidelium præſentium ſcilicet, ac futurorum ſagacitas, dum reſidemus in ſancta Synodo cōgregati, vnuſquiſque confitens ſua facinora, & delicta, quemadmodum Beatus Apoſtolus Iacobus proclamat in ſua epiſtola, dum hanc in ſententiam, ac verba prorumpit, Confitemini alterutrum peccata, ac crimina veſtra, & orate Dominum Omnipotentem pro inuicem, vt ſaluemini, ne tremendam illam vocem Iudicis æterni andiatis in extremo iudicij die, quādo ad peccatores dicet; Ite à me vos maledicti in ignem æternum; & è contra ad iuſtos. Venite benedicti Patris mei, poſſidete vitam ęternam, quę præparata eſt vobis à Patre meo; etenim multū valet coram Deo Omnipotente deprecatio aſſidua hominis iuſti & recti corde. Ibiq; reſidente Dom. Vdalrico egregio Archiepiſcopo einſdem Sedis, & iuxta eum reſidente Domino Landolpho Sereniſſimo Principe, necnon & Bernardo Epiſcopo, ac Cancellario Domini Summi Pontificis & venerab. Papæ Nicolai nomine, vbi & Dodo Epiſcopus, ac Vicarius eiuſdem Domini Papæ in eodem Concilio, & Epiſcopus Amelgerius ſanctę Sedis Ciuitatenſis, & Landolphus Epiſcopus ſanctę Sedis Florentinenſis, & Ioannes Epiſcopus ſanctæ Sedis Latinenſis, cęterique Epiſcopi, ac Abbates, Sacerdotes, ac Clerici, & cuncto populo ibi aſſiſtente. Poſtea quam autem ſancta lectio in eadem ſancta Synodo terminata eſt ad emendationem vniuſcuiuſque hominis, cuius res, aut eccleſia, ſeu quæcunque cauſa iniuſta reperta eſt, acquirere in omnibus ſuis iuribus, ac petitionibus, quod iuſtè in ſua poſſeſſione legaliter habere & poſſidere videntur, vt Domino Omnipotente tuente, vnuſquiſque cum ſuis poſſeſſionibus ad propria cum gaudio, ac lætitia remearet. Interea ſurrexit Amicus humilis Abbas monaſterij ſanctiſſimæ Virginis Sophiæ, humoque & in terra proſtratus cum reuerentia, ac humilitate ſumma cœpit reclamare contra, & aduerſus Leonem Epiſcopum ſanctiſſimæ ſedis Dragonariæ & in hæc verba quam primum prorupit: Quod ipſe Leo Epiſcopus Dragonatius iniuſtè, & irrationabiliter teneret eccleſiam vocabulo ſanctæ Mariæ conſtructam in loco, qui maiorum noſtrorum tempore Sico nominari ſolebat, moderno autē tempore ab hominibus Volicino nominatur, vna cum iuribus, ac poſſeſſionibus ipſius eccleſiæ pertinentibus; ſimulque & eccleſiam nomine s. Benedicti conſtructam intus eandem ciuitatem Draconariam cum ſuis iuribus, ac poſſeſſionibus, quibus eccleſiæ ipſæ vt ſupradictum, legibus ſunt ſubditæ, ac pertinentes iam dicto monaſterio. Quam primum ipſe Leo ſurgens cum humilitate, & patientia adorauit in eadem ſancta Synodo, cum reuerentia cœpit manifeſtare, & dicere: quod veraciter prænominatæ eccleſiæ cum omnibus ſuis iuribus, necnon & poſſeſſionibus legaliter, & iuſtè eſſent pertinentes, ſub lege prænominati monaſterij; veruntamen ab alijs Rectoribus iniuſtè poſſeſſæ, & nequaquam ipſe Leo aliquid tollere, vel minuere tentaſſet de poteſtate prænominati monaſterij, veruntamen ab alijs Rectoribus iniuſtè, & inordinatè adminiſtratum, & iterum profeſſus eſt, vt neque ipſe Leo Epiſcopus, neque ſui ſucceſſores, neq; pars iam nominati Epiſcopi vnquam contra eum cum parte iam dicti monaſterij non cauſarent, neque contenderent per nullam quamcunque etiam inuentam occaſionem, ac rationem altercandi illic cum parte iam dicti monaſterij, aliquid tollere, vel minuere, vel inuadere, ſed amodo & deinceps ipſe Amicus humilis Abbas, eiuſque ſucceſſores, & pars iam dicti monaſterij omnibus iuribus, ac poſſeſſionibus ad eandem eccleſiam pertinentibus tam quod modo poſſidere videntur, ſeu & illud quod amodo, & in antea Dominus per ſuos fideles in ipſam iam nominatam eccleſiam dederit, ſeu quocunq; ibi oblatum, ſeu delegatum fuerit, ſiue per offertiones, donationes, emptiones, commutationes, ſeu præcepta conceſſionis in domino totum, ac integrum pars iam nominati monaſterij, eiuſque cuſtodes, ac præpoſiti, qui in ipſa eccleſia à parte iam nominati monaſterij præordinati fuerint, firmiter illud habeant & poſſideant in omnibus iuxta textum de nomine eiuſdem monaſterij, & iam dictarum eccleſiarum continentium, atque pertinentium vna cum inferius, & ſuperius, & cum aquis & cum vijs, ac anditis ſuis, omnibuſque pertinentijs, mobilibus, ac immobilibus faciendum inde pars eiuſdem monaſterij, & iam nunc dictarum eccleſiarum iuxta, atque ſecundum legis rationem omnia quæcunq; voluerint, ſine à parte iam dicti Leonis Epi-

ſcopi

ſcopi, & de illius ſucceſſoribus, ſeu pars jam dicti epiſcopij ſui aliqua contradictione, ſine cuiuſcunque requiſitione ab illorum partibus. Hæc omnia vt ſuperius taxata ſunt, & conſenſu omnium qui in ipſa ſancta Synodo reſederunt abſque omni dolo perpetuis tẽporibus firmatum eſt, vt amodo & in perpetuis temporibus nullus audeat inde in aliquo modo violare, aut etiã vllam vim, necnon violentiam inferre in quaeunque re; verumtamen juxta inſtitutionem ſanctorum Canonum ſemper firmũ, ac ſtabile permaneat ad poſſeſſionem iam nunc nominati monaſterij, & iam dictarum eccleſiarum, & de illis, qui ibidem à parte jam nominati monaſterij præordinati fuerint. Et vt hæc cuncta, quæ ſuperius legũtur in Domini nomine habeant vigorem, & inperpetuum recordentur, & obſeruentur, annuli ſuperius d. Domini Principis impreſſione iuſſimus inſigniri, cæteroſque ſuis manibus teſtes ſubſcribere mandauimus. Dat. Id. Iunij, ſcriptum per manus Ioannis Clerici, & Notarij, necnon Defenſoris pręnominati monaſterij, anno Dominicæ Omnipotentis Domini Incarnationis reuoluto 1062. & viceſimo quinto anno principatus ſuperius d. Domini Pandolphi eximij, ac excellentiſſimi Principis. necnon quinto anno principatus Dom. Landolphi eximij, generoſiſſimique Principis, & quinto anno principatus Dom. Arenolphi magni principis filij, per Ind. 14.

Actum in eodem ſancto Epiſcopio Subſcripſerunt autem, teſteſque ſunt Dom. Bernardus Epiſcopus, Dominus Conſtantinus Epiſcopus, Dominus Ioannes Cardinalis. Dominus Lembertus Cardinalis, Dominus Aegidius Cardinalis.

2 CAMPO huius ſedis Epiſcopus Interfuit conſecrationi eccleſiæ Caſſinenſis habitæ ab Alexandro II. anno 1071. apud Anonym. Caſſ. in Chron. Idem Campo anno 1075. coram Milone Beneuentano Archiep. & Synodo Beneuenti conuocata à Medolmo Abbate s. Sophiæ proclamatus, coactus eſt omne jus, quod in iiſdem ſupra relatis Eccleſijs ſub Vldarico Archiepiſcopo monaſterio ſanctæ Sophiæ adiudicatis perpetuo dimittere: eorum documentum leges ſupra in Archiepiſcopis Beneuentanis in Milone.

3 BERARDVS Draconarienſis Epiſc. ſubſcripſit donationi Roberti Comitis Loretelli factæ ad fauorem eccleſiæ Bouinenſis ann. 1100.

4 NICOLAVS Draconarienſis Epiſcopus adſuit Conc. Lateranenſi ab Alexandro III. celebrato ann. 1179.

5 IOANNES florebat Epiſcopus Draconarienſis anno 1192. ex monumentis monaſterij s. Mariæ de Gualdo Beneuent. Diœceſis.

6 N. nomen non extat, ad quem ſcribit Honorius III. anno pontificatus 2. Dat. Later. 3. Non. Iunij, vt ſimul cum Epiſcopo Lucerino pro canonizationis negotio Ioannis Eremitæ Prioris s. Mariæ de Gualdo diligenter inquirat, & de omnibus Sedem Apoſtolicã faciat certiorem, cp. eſt n. 1161. pag. 263. Idem Honorius ad eundem Draconarienſem Epiſcopum ſcribit Kalen. Auguſti an. pontif. ſui 4. ſal. 1220. vt Lucerinam eccleſiam viduatam paſtore commendatam haberet. Epiſt. eſt num. 842. fol. 208. Regeſt. Vat.

7 IOANNES Draconarienſis Epiſcopus ann. 1236. Commiſſarius inſtitutus eſt, atq; delegatus ſuper inquiſitione facta contra Abbatem, & Monachos monaſterij de Tremito Ord. S. Benedicti Larinenſis Diœc. peregiſſe Ioannem iuxta mentem pontificis ex documento habemus originali hœdina charta ſcripto, quod eſt apud nos, & hic exhibemus; continet enim plura pro reformandis monaſterijs, & ad regularem obſeruantiam reducendis.

Sanctiſſimo in Chriſto Patri Dom. Gregorio, Dei gratia Summo Pontifici, Iohannes Draconarienſis Eccleſiæ Miniſter humilis & indignus, & Gualterius Archipresbyter Pennen. cum recommendatione pedum oſculo beatorum. A ſanctitate veſtra recepimus literas in hac forma. Gregorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Venerab. fratri Epiſcopo Draconarien. & dilectis filijs, &c. Cum monaſterium de Tremito Ordinis S. Benedicti Larinen. Diœceſis ad nos nullo medio, vt dicitur, pertinens, ſicut accepimus, propter malitiam habitantium in eodem adeo in ſpiritualibus, & temporalibus ſit collapſum, quod vix adijciat, vt reſurgat; Nos cupientes, vt idem monaſterium in ſuo, ſi fieri poterit, ordine reformetur, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ad illud perſonaliter accedentes, & habentes præ oculis ſolum Deum, de ſtatu ipſius, & excedentium exceſſibus veritate ſollicitè inquiſita ſi poterint in hoc eodem Ordine reformari, detis ad hoc opem & operam efficacem, alioquin in ipſum monaſterium Ciſtercien. Ordinem inducatis, perſonis ibi degentibus nolentibus Ordinem ipſum aſſumere, in locis alijs ſui Ordinis collocandis, contradictores per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita compeſcendo. Quod ſi non omnes ijs exequendis potueritis intereſſe, tu frater Epiſcope cum eorum altero ea auctoritate exequaris. Datum Reate 12. Kalen. Aug. pontif. noſtri anno decimo. Nos autem Sanctitatis veſtræ mãdatum cupientes effectui mancipare, dictos Abbatem & Monachos Tremiti legitimè citari fecimus ſub peremptorio eis terminum ſtatuentes apud Venam de cauſis eidem

mo-

A
monaſterio, caſtrum vbi eornm conſueuit viſitatio exerceri. Cum nobis ad monaſterium ipſum ſecurus non pateret acceſſus propter periculum pirararum, & ſclauorum timorem, cum quibus dictl Abbas, & Monachi confœderati noſcuntur, ad quod ſiquidem caſtrum die ſtatuta nos duo pariter accedentes, inuenimus ibi Abbatem & tres Monachos monaſterij antedicti, quorū vnus dicebat ſe procurarorem conuatus ad proponendum exceptiones, & ad appellandum, ſi opus eſſet, ſuper hoe literas ſuæ procurationis oſtendens. In eorum igitur audientia, & aliorum, qui conuenerant per Notarium publicum, quem aſſumpſeramus ad ſcribendum vniuerſa inquiſitionis acta, legi fecimus Apoſtolicas literas, &

B
nobis, & Subpriori Tremiti à Sanctitate veſtra tranſmiſſas, & lIteras Subprioris eiuſdem, quibus ſignificabat nobis, ſe viſitationi intereſſe non poſſe, quarum tenor talis eſt. Venerab. in Chriſto Patri, &c. G. Subprior, &c. Apóſtolicas literas ſuper commiſſione facta nobis Pennen. Archipresbytero, & mihi de viſitando, ac reſormando monaſterio Tremiti, me noueritis recepiſſe, quas lator præſentium Fr. A. vt mihi retulit, vobis apud Fogiam præoſtendit. Verum quia eum ex priuilegio nobis indulto à Sede Apoſtoliea nō teneamur commiſſionem huiuſmodi contra noſtram recipere volun-

C
tatem, cum etiam immineat tempus noſtri Capltuli, ad quod tenentur accedere omnes prædicatores generales, niſi remaneat aliquis de licentia ſpeciali; & ideo huiuſmodi inquiſitioni, & reſormationi negamus intereſſe, vobis tam ad citationem, quàm ad teſtium depoſitionem, & finalem negotij conſummationē vicem noſtrā duxi plenariè committendam, rogans quatenus vt in reſcripto Summi Pontificis continetur, Deum ſolum habentes præ oculis cum tertio & Iudice in negotio fideliter procedatis, quibus perlectis, ipſarum, & reſcripti Apoſtolici copia conceſſa eis, cuius reſcripti tenorem in literis citationis eiſdem tranſmiſimus, prima vice Abbas, & procu-

D
rator ipſe tam contra reſcriptum, quam cō-tra me Epiſcopum propoſuerunt exceptiones iſtas. Dicimus reſcriptum non valere, quia non eſt in eo alterius mentio reſcripti quod obtentum fuit ad Troianum, & Lucerinum Epiſcopos, quibus viſitatio monaſterij Tremiti commiſſa fuit per illud tam in capite, quam in membris, quæ cum nondum ſit impleta per eos, eorum iuriſdictio adhuc durat. Inſuper dicimus te Domine Epiſcope excommunicatum, quia violentam iniecisti manum in quendam Clericum tuum, vnde non potes, nec debes in nobis viſitationis officium exercere, cum ſis à communione fidelium ſeparatus. Nobis autem quærentibus ſi vellent prædictas exceptiones probare, reſponderunt, ſe non

A
coram nobis, ſed coram arbitris eligendis ab eis, eas probare velle. Cumque diceremus eis, quod prædictæ coram nobis deberent exceptiones probari, nec in hoc caſu eſſe arbitros eligendos, ſtatim in voce appellationis prorumpentes . . . receſſerunt, Nos autem eorum appellationem friuolam reputantes, ac eorum manifeſtam contumaciam attendentes, de conſilio ſapientum Abbatem, & Monachos . . . quam pro excommunicatione ipſa ad venerab. Patres Tranen. Archiepiſcopum, Salpitanum Epiſcopum, & Archipresbyterum Sipontinum Apoſtolicas literas imperran. quorum autem duo ex præ-

B
dictis tribus in abſentia tertij in negotio ipſo iuxta formam ſibi traditam legitimè procedentes pronunciauerūt nos benè proceſſiſſe, & Abbatem male appellaſſe, & remittentes eundem ad examen noſtrum, ipſum in expenſis legitimè condemnatum, ſicut in eodem proceſſu latè patet, quem recepimus eorundem ſigillo munitum, & publica manu confectum, cuius tenorem ex integro præſentibus inſeruimus ad cautelam, & quarundam literarum tenor eſt, quas nobis tranſmiſit Archipresbyter Sipō-tinus, dicti proceſſus tenor talis eſt. Nos Fr. P. Dei gratia Salpitanus Epiſcopus licet indignus, & Guillelmus Archipresbyter Eccleſiæ Sipontinæ per hoc præſens ſcriptū

C
volumus eſſe notum, quod vna cum venerab. Patre Dom. Tran. Archiepiſcopo Apoſtolicas literas in hac forma recepimus. Gregorius Epiſcopus, &c. Venerabilibus fratribus Archiepiſcopo Tranen. &c. Epiſcopo Salpitan. & dilecto filio Guillielmo Archipresbytero Sipontino, ſal. &c. Significantibus Abbate, ac Conuentu monaſterij Tremiti Larinen. Diœceſis nos noueritis accepiſſe, quod cum nos olim ad petitionem ipſorum, eodem Abbate tunc in minori officio conſtituto contra M. quondam Abbatem ipſius Cœnobij, quod ad Romanam eccleſiam nullo pertinet mediante, correctionem, & reformationem eiuſdem tam

D
in capite, quam in membris Venerabilibus fratribus noſtris Troiano & Lucerino Epiſcopis duxerimus committendam. Dicto M. tanquam ſibi male conſcio cedente regimini Abbatiæ, nos adhuc coram ipſis negotio viſitationis pendente ad quorundam æmulorum ſuorum inſtantiam viſitationem & reformationem præfati monaſterij Draconar. Epiſcopo, & collegis ſuis dicimus tranſmiſiſſe. Coram quibus ex parte fuit propoſitum eorundem, quod cum prædictorum viſitatorum nondum iuriſdictio expiraſſet per literas ad eos directas; nullam facientes de prioribus mentionem, in nominato negotio procedere non valebant, & quod idem Epiſcopus Draconarius . . . . ipſius Epiſcopo, qui tempore impetrati reſcripti vinculo tenebatur excommu-

municationis adſtrictus de facto eum de iure nequiret vices ſuas hac exceptione contempta, ac reſcripti Apoſtolici ſibi copia, quam nunquam habuerant, denegata, in præfato negotio illicitè procedebant, ipſi ſentientes ſe iniuſtè grauati, noſtram audientiam appellarunt. Sed ijdem, eorum appellatione contempta, de facto excommunicationis tulerunt ſententiam contra eoſdem; Ideoque diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quod ſicut, &c. Dictam excommunicationis ſententiam nullam eſſe penitus nunciantes, ac reuocantes in ſtatum debitum quicquid per huiuſmodi appellationem inueneritis temerè attentatum, ſæpè fatum negotium ad priorum, alioquin ad poſteriorum inquiſitorum remittatis ſententiam, appellantes in expenſis legitimis condemnantes. Quod ſi non omnes huiuſmodi exequendis potueritis intereſſe, duo veſtrum ea inchoantes exequantur. Datum Reate 6. Kalend. Octob. pontif. noſtri anno decimo. At cum mandatum Apoſtolicum vellemus executioni mandare, Dominus Tranen. Archiepiſcopus pro ſuis ſe negotijs abſentauit, de cuius abſentia nobis conſtat manifeſtè. Nos vero ſecundum tenorem reſcripti Apoſtolici procedentes, proceſſum cauſæ ab epiſcopo Draconarien. & coniudice ſuo exegimus diligenter, & citato Abbate monaſterij Tremiti, & non inuento, abſentando ſe, eius abſentiam præſentia diuina replentes, & habentes præ oculis ſolum Deum, proceſſu inſpecto, & inuento legitimo ſecundum iura inuenimus Abbatem Tremit. & Monachos ab examine Draconarien. & coniudicis ſui appellaſſe, proponentes exceptiones ſuperius memoratas. Sed in proceſſu iam dicto inuenimus expreſsè, dictos Iudices non contempſiſſe præfatas exceptiones, immo voluiſſe, ac inuitaſſe ipſos ad probandum ipſas exceptiones coram ſe, prout poſtulat ordo iuris, ſed ipſi non acquieſcentes volentes ipſas probare coram arbitris, ab eis contumaciter receſſerunt, conſtitit nobis . . Mauro Abbate Tremit. anteceſſore ipſius Abbatis, qui nunc eſt, cedente, ſicut ſuperius in reſcripto Apoſtolico continetur, Dompnus Petrus, qui nunc eſt Abbas per electionem Conuentus eiuſd. Monaſt. eſt electus, & de mandato Summi Pontificis per Salpenſem Epiſcopum confirmatus, & benedictus. Vnde cum idem Abbas iam ſic peruenerit ad prælaturam Abbatiæ, cedente Mauro Abbate ſuo anteceſſore ſub examine Troiani Epiſcopi, & ſui coniudicis, præſentis Abbatis cauſa prætextu poſteriorum literarum non pendet ſub examine priorum Iudicum. Poſtmodum vero nos Guillelmus Archipreſbyter eccleſiæ Sipontinæ à venerab. P. Salpenſi Epiſcopo recepimus litteras in hunc modum. Chariſſimo ſibi in Chriſto & prædilecto amico ſuo Dom. Guillelmo venerab. Archipresbytero eccleſiæ Sipontinæ. Fr. P. Dei gratia humilis Epiſcopus Salpinus ſalutem in Domino. Ecce iuxta beneplacitum veſtræ voluntatis conſilium, quod accepimus à Domino Melphitenſi ſuper facto appellationis Abbatis, & Conuentus monaſt. Tremiti ſub ſigillo noſtro vobis mittimus ſcriptum in quadam cedula per præſentium portionem, vnde ſi vobis placuerit, ſecure poteritis facere ſcribi vice veſtra & noſtra per manum publicam, ſententiam ſcilicet, & conſilium ſupradictum, & aliorum ſapientum, & ſignari ſigillo noſtro, proferentes eandem ſententiam loco veſtri, & noſtri etiam prædictis omnibus conſideratis. Nos qui ſupra G. Archipresbyter, & diligēter examinatis, auctoritate Domini noſtri Papæ, & coniudicis noſtri, qua fungimur in hac parte, habito conſilio Dom. Melphitenſis, & aliorum ſapientum ſententiando pronunciamus ab Abbate præfato eſſe male appellatum, & bene proceſſum eſſe à Domino Epiſcopo Draconar. & coniudice ſuo ſententiando contra eundem Abbatem, & remittentes ipſum Abbatem ad gratiam Iudicum poſteriorum in expenſis legitimis condemnamus eūdem. Acta ſunt hęc in ciuitate Sipontina in domo noſtra anno Dominicæ Incarnationis 1236. 13. Decemb. 10. Ind. præſentibus Luca Sipon. Eccleſiæ Primicerio, Sellileo Sipontino Iudice, Iacomo Petro & Paulo Canonicis eiuſdem eccleſiæ, & Dompno Iohanne de Runc. Quæ omnia ego Sax. Iohannes publicus Sipontinæ ciuitatis Notarius de mandato ſupradicti Domini Archipresbyteri ſcripſi, & ſubſcripſi & ſigno meo ſignaui . . . literarum tenor Archipresbyteri Sipontini talis eſt. Venerabili Patri & amico chariſſimo Domino Iohanni Dei gratia Epiſcopo Draconarien. G. Archipresbyter Sipontinus, &c. vobis & coniudici veſtro, prout mandaſtis tenore præſentiū facimus manifeſtum quod hoc anno poſt feſtū Omniū Sanctorum quidam Monachus Tremit. ſine literis procurationis Abbatis & Conu. venit ad nos ad inſtantiam importunā vice noſtra cōmiſimus Archiep. Tran. in appellationis cauſa nobis à Summo Pontifice commiſſa ſuper proceſſu viſitationis per vos faciendæ in monaſterio Tremitano; ſed noſtræ intentionis fuit illius importuni modi vice noſtra committere Archiepiſcopo memorato, cum per ipſum alij non poterant, tanquam procuratores cauſæ committi. Poſtmodum vero eo Monacho redeunte à nobis quidam . . . per paucos dies venit ad nos petens, ut cum venerab. patri Salpenſi epiſcopo deberemus in cauſa appellationis procedere, qui tamen Iudex ſimiliter Archiepiſcopus interēſſe non poterat, quia iuerat ad Imperatorem in Lombardiam, cum in literis Apoſtolicis contineatur, quod ſi non omnes, &c. Nos idem Nuncio penitus denegauimus procedere

dere in cauſa prædicta vt prius conſtarer de abſentia Archiep. memorati. Præterea idem nuncius poſt paucos dies redijt attulit nobis literas Tranen. Capituli ſigillatas, per quas nobis conſtitit manifeſtè, quod idem Archiepiſcopus cognitioni huius cauſę appellationis non poterat intereſſe. Nos vero ne mandatum Apoſtolicum negligeremus, cum vener. P. Salpenſi Epiſcopo Abbatem citauimus ſub peremptorio, & Monachos eiuſdem, reuocando mandatum per citationem, re integra exiſtente, ſi propterea conſtitit nobis per literas Archipresbyteri Venæ de cauſis, cui cōmiſimus citationem præd. Abbatis, & Monachorum, quod Abbas iam dictus ſe abſentauit eundo in Lombardiam, qui per in perpetuum, reſcriptum Apoſtolicū ad nos ſuper appellationis cauſa nunquam per ſe, vel per procuratorem ſuum comparuit coram nobis, vicem noſtram non commiſimus alicui nomine Abbatis, cum à nobis legitimè non curauit poſtulare, prædicta cum Salpenſi Epiſcopo præceſſimus . . . . . . pro prima citatione nobis facta ſubſcribi, ſigillum de proceſſu veſtro mittendo, ac ipſe necnon à prædicto Archiepiſcopo propterea fuimus requiſiti . . . . prædictæ literæ, quibus committebamus vicem noſtram ipſi Archiepiſcopo, prout ſuperius eſt expreſſum, eidem fuerint præſentatæ, hoc quidem proceſſu recepto . . . ſub peremptorio legitimè citari fecimus, vt primum per octauum Epiphaniæ per ſe vel per procuratorem idoneum, & ſufficiētem inſtitutum apud Tremulas veniret corā nobis, vt procederemus in negotio memorato iuxta tenorem mandati Apoſtolici, & proceſſus habiti coram Epiſcopo Salpitano, & collega ſuo; locum autem apud Tremulas ea ratione ſtatuimus; quia nobis ſecurus non erat factus acceſſus ad monaſteriū ipſum, quod ſitum eſt in Inſula maris, & eſt hoſpitium piratarum, prout publicè fertur per loca vicina, & ipſius Abbatis & Monachorum conuerſatio pro maiori parte ſit in terris poſitis in littore maris monaſterium Venæ propinquius. Die autem ſtatuta ad locum nos primum accedentes, Abbas ipſe non venit, nec ſufficientem procuratorem pro ſe miſit ad faciendum ea, quæ neceſſario ipſe facere tenebatur, prout erat de iure, & per dictos Iudices fuerat diffinitum, & Abbatem ad noſtram remiſerunt Curiam. Cumque per terminum memoratum Abbas ipſe vſque in tertium expectatus non venerit, nec pro ſe procuratorem ſufficientem tranſmiſerit, ad inquirendum contra eum, de conſilio ſapientum proceſſimus iuxta traditam nobis formam de Abbatis prædicti conuerſatione, & actibus, ac Monaſterij Tremit. ſtatu veritatem inquirentes pro eorum intereſſe, quibus Abbas idem Monaſterio, & ipſi Monachi ſunt vicini, Monachos autem, quia in præfata Inſula morantur, citare nequiuimus, vt ad locum venirent ſæpe dictum, eorum malitia faciente, qua impediunt, ne ad eos valeant peruenire citationes, vt pro eorum veritate, de conuerſatione Abbatis, & ſtatu monaſterij inquireremus ad plenum, receptis etiam aliquibus teſtibus in Abbatis abſentis contumaciam; quia per eorum dicta manifeſtè apparet ipſum de dilapidatione ſuſpectum, ab adminiſtratione ſuſpendimus Abbatem ipſum, donec inquiſitio ipſa pēdet. Receptis etiam teſtibus in inquiſitione ipſa Ad no. P, ... recepimus literas in hac forma. Venerab. Patri Dei gratia Draconarien. Epiſcopo, &c. Raynerius &c. Auctoritate Dom. Papæ diſcretioni veſtræ mandamus, quatenus proceſſum inquiſitionis factæ ſuper Abbatem monaſt. Tremit. & ſuper ſtatu ipſius monaſt. ad Dominum Papam vſque ad octauam Purificationis Mariæ venturam per fidelem nūcium tranſmittatis, vt in inquiſitione ipſa, prout de iure fuerit, procedatur. Datum Interampni 17. Kalen. Febr. Auctoritate, &c. Dicti mandati proceſſum inquiſitionis, & ſuorum teſtium depoſitiones ſub noſtris ſigillis ad pedes Sanctitatis veſtræ mittimus reuerenter. Significantes quod loca monaſterij habet in terris ſuis vicina, de quorum prouentibus Conuentus conſueuit habere ſtipendia, vidimus, & inuenimus deſolata, quædam eorum nulla, ac quædam raro habitatores colunt, domus in eis ſunt dirutæ, Eccleſiæ ſine tecto, inculti agri, vineæ deſtitutæ fruteris, quoſdam etiam eiuſdem monaſterij Monachos per ſæculum euagantes inuenimus propter Abbatis malitiam vt agebant, & neceſſariorum defectum.

8 BENEDICTVS Epiſcopus Draconarienſis petijt decimas Carolo II. Regi anno 1283. ex Regio Regeſt. Neapol.

9 R. Epiſcopus Dracnnariæ ſic notatur in Reg. Neapol. ann. 1298. quo & ipſe decimas à Rege petijt.

10 BENEDICTVS in Regeſ. Caroli Illuſtris an. 1301. memoratur huius eccleſiæ præſul.

11 PETRVS Epiſcopus huius ſedis anno 1318. cuius meminit Regeſt. Neap. Caroli Illuſtris ann. 1321.

12 SIMON Epiſcopus Draconariæ, Regius Cappellanus & Conſiliarius Roberti Regis anno 1333. conqueritur de Nicolao de ſancto Agapito iniuſto detentore caſtri Plautiliani in Iuſtitiariatu Capitanatæ, qui ad Draconarienſem ſuam eccleſiam ſpectabat, vt in Reg. Roberti habetur fol. 216. obijt Simeon ann. 1343.

13 PETRVS ab Epiſcopatu Montis Marrani ad hanc Draconariēſem eccleſiam tranſlatus eſt à Clemente VI. anno 1343. nulla declarata electione à Capitulo con-

tentioſe

tentioſè facta; vna namque pars illius Berardum Petri Corij de Lioneſſano, alia Laurentium de Milo de Marrano Beneuentanæ Diœc. Clericos delegerat, ijs reprobatis, Petrus tranſlatus eſt 5. Id. Iunij ann. 2. Clementis ex Regeſt. Vat. epiſt. 5. fol. 4. obijt anno 1345.

14 MARINVS ex Archidiacono electus eſt epiſcopus in demortui Petri locum, 8. Id. Maij 1345. an. pontif. 4. Clementis VI. ex Reg. Vat. ep. 47. fol. 41.

15 BERNARDVS obijt 1349.

16 Fr. VALTERVS de Coppello Ord. Prædicatorum ſucceſſit Bernardo 5. Id. Ianuarij anno 1349. pontif. vero Clementis VI. anno 7. vt in eodem Regeſt. epiſt. 112. fol. 105.

17 IOANNES de Troia electus promiſit ſacro Collegio die 26. Nouembr. 1349. exceſſit 1363.

18 Fr. MARCHESANVS, ſeu MARCHESINVS Bononienſis Ord. Præd. promotus ad hanc Draconarienſem Inſulã ab Vrbano V. ann. 1363. 8. Kal. Iulij ex eodem Reg. Erat Vicarius in ſpiritualibus, & temporalibus Adimarij Abbatis Nonantulæ, anno 1365. 5. Martij ex monumentis tabularij eiuſdem Abbatiæ, fato obijt 1366.

19 Fr. GVIDO de Monte-Furcolo Ord. Minorum præficitur in hac ſede per mortem Marcheſani, 6. Id. Nouemb. 1366. ann. 5. Vrbani V. ex actis Conſiſt.

20 IACOBVS poſt Guidonem euaſit huius eccleſiæ antiſtes.

21 IOANNES mortuus eſt an. 1398.



22 Fr. FRANCISCVS de Bardis Florentinus Ord. Eremitarum s. Auguſtini, poſt Ioannem promotus 14. Kal. Ianuar. 1398. in ſua obligatione promiſit pro Ioanne prædeceſſore, & Iacobo ante prædeceſſore ſuo in lib. Oblig. Præl. ſub Bonifacio IX. fol. 109.

23 NICOLAVS de Tartaglis ex Ord. Ciſtercienſi Epiſcopus Leſinenſis fit huius Draconarienſis eccleſiæ Commendatarius die prima Auguſti ann. 1438. ex bulla Eugenij IV.

EVGENIVS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei.

Venerabili fratri Nicolao Epiſcopo Leſinen. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Perſonam tuam nobis & Apoſtolicæ Sedis deuotã, tuis exigentibus meritis, paterna beneuolentia proſequentes, illa tibi libenter concedimus, quæ tuis commoditatibus fore conſpicimus opportuna. Cum itaque ſicut exhibita nobis nuper pro parte tua petitio continebat fructus, redditus, & prouentus ad menſam tuam epiſcopalem Leſinen. ſpectantes propter guerrarum turbines mortalitatem, peſtes, aliaſque calamitates, quæ in partibus illis à multis annis citra viguerunt, adeo diminuti, & deteriorati ſunt quod ex illis qui quadraginta iuxta pontificalis dignitatis decentiam congrue nequeas ſuſtentari, nec non eccleſia Draconarien. cuius fructus, redditus, & prouentus triginta floren. auri de Camera ſecundum communem exiſtimationem valorem annuum non excedunt, à ciuitate Leſinen. per decem milliarium ſpatium diſtet, ac tanto tempore paſtoris ſolatio deſtituta fuerit, quod de hoc nulla memoria exiſtit, necnon interim incolis & habitatoribus Canonicis, & vaſallis careat, prout caret ad præſens. Nos tam dictæ Draconarien. eccleſiæ vlterioris vacationis exponatur incommodis de gubernatore ſecundũ cor noſtrum vtili, & idoneo, quem circumſpecte regi, & ſalubriter dirigi valeat, quam etiam tibi, vt ſtatum tuum decentius tenere valeas, de alicuius ſubuentionis auxilio prouidere volentes, præfatam eccleſiam Draconarien. tibi & per te vna cum dicta eccleſia Leſinen. quandiu illi præfueris tenenda, regenda, & etiam gubernanda auctoritate Apoſtolica tenore præſentium commendamus, curam, regimen, & adminiſtrationem ipſius Draconarien. eccleſiæ tibi in ſpiritualibus, & temporalibus plenariè cõmittendo. Ita quod de fructibus, redditibus & prouentibus eccleſiæ Draconarien huiuſmodi diſponere, & ordinare libere, & licite valeas, ſicuti qui ipſi Draconarien. eccl. pro tempore præfuerunt, de illis diſponere & ordinare potuerunt, ſeu etiã debuerũt, alienatione tamen quoruncunq; bonorũ immobilium, & pretioſorũ mobiliũ eiuſdem eccl. Draconar. tibi penitus interdicta. Tu igitur circa ipſius Draconarien. eccleſiæ curam regimen, & adminiſtrationem ipſius eccleſiæ Draconarien. exercenda ſic te ſoli-

 citè

ciTà exhibeas, & fructuoſum, quod dicta Draconarien. eccleſia votiuos in eiſdem ſpiritualibus, & temporalibus contingat ſucceſſuros, Noſque proinde tuæ circumſpectionis & diligentiæ ſtudio dignis poſſimus in Domino laudibus commendare.

Datum Ferrariæ anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo trigeſimo octauo Kalen. Auguſti pontificatus noſtri anno octauo.

24 BENEDICTVS electus Inſulanenſis ad Draconarienſem ſedem tranſlatus anno 1452. die 10. Kalen. Auguſti ex actis Conſiſtorialibus.

25 IACOBVS Bruno de S. Seuera eligitur epiſcopus Draconarienſis in Terra-Laboris die 20. Maij 1519. Ita in actis Conſiſtor. ſub Leone X. B

26 ALPHONSVS Epiſcopus Draconarienſis ceſſit titulum ann. 1554.

27 LVDOVICVS Suarez Toletanus electus Draconarienſis per ceſſionem ſupradicti Alphonſi die prima Octobr. 1554. Acta Conſiſtor. Poſt hunc nulli reperiuntur Draconarienſes epiſcopi in ijs actis Conſiſt. fortaſſis Ludouico defuncto, vel cedente ad ruralem Archipresbyteratum redacta eſt eccleſia Draconarienſis.

C

FARENTINI
SIVE
FLORENTINI
In Apulia
EPISCOPI.



D

FARENTINVM, & Ferentinum, & Florentinum, vulgo *Ferenzola,& Ferunzola* à Blòdo lib. 7. hiſt. vocitatum, Apuliæ ciuitas fuit à Catapano Apuliæ Præſide circa annum Chriſti 1015. condita, vt ſcribunt. Nobilitatum eſt in primis oppidum dignitate Epiſcopali, & obitu deinde Federici II. Imperatoris, & Siciliæ Regis hoſtis eccleſiæ infeſtiſſimi, fruſtra à A vatibus admoniti, vt Florentiam euitaret, cum Etruſcam, non Apulam ciuitatem exiſtimaſſet, hic à Manfredo eiuſdem Federici filio ſpurio ſublatus eſt anno 1250. Erat in hac ciuitacula ſedes epiſcopalis ſuffraganea Metropolis Beneuentanæ, vt in æneis valuis Beneuentanæ eccleſiæ, & in Prouinciali Romano ſæpe citato notatum eſt, vbi taxabatur epiſcopatus Farentinus, corruptè Florentinus floren. 40. ſed ciuitate deſtructa, ac ſuppreſſa epiſcopali dignitate vnita Lucerino epiſcopatui, Cathedralis vero eccleſia ad Archipresbyteratum ruralem redacta eſt. Epiſcopi huius ſedis hi pauci reperti ſunt, quorum memoria ne periret, nomina ſaltem recenſentur, quæ in euoluendis aliarum eccleſiarum monnmentis occurrunt.



1 IGNIZZO huius eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſit Bullæ Ioannis XIII. de erectione Beneuentani Archiepiſcopatus anno ſalutis 969.

2 LANDVLPHVS Florentinenſis, ſiue Ferentinenſis epiſcopus præſens in Synodo habita ab Vlderico Archiepiſcopo Beneuētano anno 1062. vt liquet ex documento ſupra relato Chron. Monaſterij ſanctæ Sophiæ ad fauorem eiuſdem monaſterij contra Leonem Draconarienſem epiſcopum.

3 ROBERTVS huius eccleſiæ epiſcopus florebat anno 1075. memoratur in documento Milonis Archiepiſcopi ad fauorem eiuſdem monaſterij ſanctæ Sophiæ, vt ſupra retulimus in Milone.

4 GISO Florenrinenſis, ſeu Farentinenſis epiſcopus anno 1179. ſubſcripſit donationi factæ à Roberto Comite Loretelli ad fauorem eccleſiæ Bouinæ.

5 ROBERTVS huius nominis ſecundus interfuit Concilio Lateranenſi an. 1179. ab Alexandro III. celebrato.

6 N. nomen non extat in epiſtola Innocentij III. ad ipſum epiſcopum, populumque Farentinenſem ſcripta, vt Legato Apoſtolico obediant, qui circa annum Domini 1200. Regni Neapolitani baiulus, vt

vt vocant, erat inſtitutus ab Innocentio.

A

7 RANFRIDVS hanc regebat eccleſiam anno 1211. ex monumentis ſanctæ Mariæ de Gualdo.

8 N. nomen non habemus in epiſtola Gregorij IX. ad archiepiſcopum Beneuentanum ſcripta 12. kalend. Decembris anno 1236. ann. 10. pontificatus, vt Turtibulenſem epiſcopum, in Florentinum Antiſtitem poſtulatum à Capitulo confirmet, epiſt. eſt num. 250. fol. 198 ann. 10.

9 ROGERVS huius ſedis epiſcopus obijt 1345.

10 MATTHÆVS ex Priore de Villaribus Sancti-Sepulchri Ord. ſancti Benedicti ſucceſſit Rogerio ad hanc dignitatem euectus à Clemente VI. anno 1347. pontiſ. ſui 3. die 9. Kalend. Ianuar. ex Regeſt. Vatic. epiſt. 58.

B

11 Fr. MELIVS electus huius eccleſiæ epiſcopus à Bonifacio IX. anno 1391. die 22. Iunij ex lib. prouiſ.

FREQVENTINI

EPISCOPI.

C



FRIQVENTVM, ſeu Frequentum, vulgo *Prigento*, eſt Hirpinorum antiquiſſima ciuitas vlterioris principatus in ſummitate montis poſita, & ventis potiſſimum hibernis expoſita, Abellino finitima, duodecim circiter milliaria Beneuento Metropoli diſtans, olim Aeculum dicta, Memoratur apud Ciceronem, Appianũ, Ptolomæũ, & Pliniũ. Populoſa, diueſque fuit, ſed terræmotus vi an. 986. proſtrata, vt Oſtienſis in Chron. ſcribit, ac bellorum iniuria penitus deſolata, habitatoribuſque vacua intuentibus ſe præbet inconſtantis fortunæ exemplum; etenim cum priſcis noſtræ ſalutis temporibus ipſa inter eas vrbes merito connumerari poſſit, quæ Chriſti fidem amplexæ fuerint, & epiſcopali dignitate exornatæ, Leonis IX. pontificatu; deficientibus tamen populis ſub Paulo II. ann. 1465. die 7. Maij priſcum dignitatis decorem amiſit, cum epiſcopatus eius Abellinenſi finitimo perpetua vnione acceſſit, vnde ab eo anno, qui præfuerunt Abellinæ eccleſiæ, Abellinenſis & Frequentinenſis epiſcopi titulo ſe ſubſcripſerunt. Remanet adhuc Cathedralis Frequentina ſub titulo B. Mariæ, & S. Marciani Epiſcopi vrbis patroni, cuius ſacrum caput in ea honorifice aſſeruatur, in eaque ſacris miniſtrant Canonici numero, & dignitate Abellinenſibus pares. Taxabatur olim Epiſcopatus iſte in lib. Cameræ Apoſtolicæ floren. 50. cuius Diœceſis plura caſtra complectitur, in quibus Crypta Minarda, Mirabella, Rocca S. Felicis, Stumorum, Ieſualdum, Tauraſium de fonte Rocco, Paternum, de loco Sano, Sanctum-Magnum, Sanctum-Angelum ad ſcas, & de Villa-Magna, præcipua habentur. Epiſcopos Frequentinos, qui ante vnionem floruerunt, ſequentes paucos ex varijs monumentis expiſcati ſumus, cæteri poſt vnionem cum Abellinenſibus ſupra ſunt enarrati.

D



1 S. MARCIANVS primus cenſetur Frequentinæ eccleſiæ epiſcopus à S. Leone Primo Papa ordinatus. Hic natione Græcus, à puero literis & moribus excultus, mortuis parentibus, bona omnia, quæ ſatis copioſa erant, cœpit pauperibus erogare. Quibus impedimentis expeditus, nauem conſcendit, & in Italiam venit, ac circa Frequentum, Abellino finitimum, in monte vitam egit aliquando ſolitariam, multis ad eũ ob miracula ab ipſo patrata ex Frequentina ciuitate confluentibus ibidem manſit donec Laurentius Eccleſiæ Canuſinæ Epiſcopus electus Romam proficiſcens, Leone I. Pont. Max. ſecum illum adduxit, de quo à Pontifice interrogatus (in Baſilicam enim ſanctæ Mariæ, quæ olim Pãtheon dicebatur, Marcianus oratutus diuerterat, dum Laurentius Pontificem adiret) quædam ipſi pontifici de Marciano diuinitus reuelata audiuit, cœpitque ne ſocius eius Romæ detineretur, triſtari. Sed ſanctus pontifex eum ſolans ait, ſibi in viſu Domi-

A minum præcepiſſe, vt Laurentium quidem
Cannuſinæ, Marcianum vero Frequentinæ
eccleſiæ præficeret. Quare vterque epiſco-
pus conſecratus eſt, & poſt aliquot dies ad
eccleſias ſuas vterque dimittitur, multis in
via à Marciano ſignis perpetratis: Cum
vero Marcianus eccleſiam Frequentinam
multos annos ſanctiſſimè gubernaſſet, mul-
tis editis miraculis, mortem, quæ ſibi in-
ſtaret, clero, populoque prædixit, & ec-
cleſiam ſabbatho ingreſſus, totam noctem
in diuinis laudibus, & in oratione conſum-
pſit, maneque ſuum Deo reddidit ſpiritum.
Infirmi occurrentes ſanabantur, & deinceps
ad tumulum aduenientes, & orantes, à va-
B rijs languoribus, quibus laborabant, cura-
bantur. Quapropter Vrſus epiſcopus Be-
neuentanus illum ſolemni pompa ex vrbe
Frequentina Beneuentum tranſtulit, & in
æde ſanctæ Mariæ Virginis condidit. hæc
compendiariè de Marciano Ferrarius ex
monumentis eccleſiæ Beneuentanæ in an-
tiq. cod. M.S. In Act. eiuſdem Sancti, habet il-
lum obijſſe 18. Kal. Iulij; tamen die 14. eiuſ-
dem Beneuenti, non natalis, ſed tranſlatio
celebratur. Porro pura Marciani acta ex
vetuſto cod. M.S. exſcripta, ex quibus Fer-
rarius, hic damus ad Marciani virtutes am-
plius enarrandas.

Legitur quod Beatus Marcianus Græ-
corum genere oriundus fuit. Ex nobili-
C bus parentibus nimium Deum timentibus
originem duxit: cuius parentes dum eſſent
nimium locupletati, & cum tantummodo
vnicum filium genuiſſent, cœperunt illum
de Domini timore, & operatione inſtrue-
re. Quorum merita Beatus adoleſcens non
abnuens, quicquid ab eis audire poterat, in
armariolo ſui recondebat pectoris. Profi-
ciebat de die in diem in Dei Omnipoten-
tis ſeruitio. Factum eſt autem dum paren-
tes eius de hac vita migrarent, cunctæ illo-
rum poſſeſſiones, & diuitiæ, Marciani do-
minio deuenirent. Ille autem non imme-
mor ſuorum præceptorum parentum; ſed
ſicut Euangelica narrat auctoritas; terra
bona bonum germinat fructum, atque ſe-
D men, & bona arbor bonos fructus facit, loca
illa, dum orat, & digna proſapia ortus, &
educatus monitis bonorum parentum, quo-
tidie in Dei proficiebat religione de virtu-
te in virtutem conſcendens, vt videret Deũ
Deorum in Sion. Cœpit cunctaque habe-
re poterat pauperibus erogare; viduis, &
orphanis miniſtrare, & omnibus in neceſ-
ſitatibus poſitis ſubuenire. Sed iam dum
Dominus Omnipotens vellet eius vitam, &
beatitudinem, multorum fieri in exemplũ,
ne lucerna, quæ multis illuceſcere poterat,
amplius lateret, cœpit per illum virtutes,
& mirabilia exhibere. Cœperunt autem de
tota Græcia ad eum occurrere, & ei hono-
rem & reuerentiam impendere, & de ſuis
facultatibus miniſtrare. Ille vero, qui pro-
prias facultates contempſerat, alienas no-
lebat accipere opes. Immo nec ab homi-
nibus laudes, qui iam penè totum relinque-
ret mundum, quid ageretur, quò ſe verte-
ret, diligentiſſimè excogitauit. Diuino,
vt arbitror, reperto conſilio, Græciam pa-
triam relinquens, nauem conſcendens Ita-
liam properauit, & peruenit in finibus Sam-
niæ iuxta Frequenti ciuitatem nomine ha-
bitare cœpit, & ibi ſolitariam peragere
vitam. Cognita autem eius opinione,
& ſanctitate, Frequentini conciues aſ-
ſiduè ad eum venientes, & videntes ſigna,
atque miracula multa ab eo fieri. Denique
quadam die, dum orationibus, & ieiunijs,
vt ſolitus erat, incumberet: Ecce quædam
mulier ex Lucaniæ finibus adueniens, filiũ
ſuum lunaticum circumferens, qui multis
erat catenis & locis adſtrictus, eo quod à
multis teneri non poterat. Quæ mulier pro-
iecit ſe ad pedes Beatiſſimi Marciani,
cœpitque cum lacrymis oſculari veſtigia
pedum eius, & dicere, ò ſanctiſſime
Marciane, ſamule Chriſti ſuccurre miſeræ,
& peccatrici, de vnico filio meo, qui
à Dæmonio vexatur. Tunc Beatiſſimus
Marcianus condolens afflictionem mulieris
acceſſit ad eum, & dixit, tibi præcipio,
immunde ſpiritus in nomine Dei Patris, &
Filij, & Spiritus ſancti, exi ab homine iſto,
& ne amplius introeas in eum. Statim re-
ceſſit ab eo Dæmon, cœpitque per aerem
vociferari, & dicere, quid mecum habes
Marciane? ego tuas virtutes Græciæ non
potui ſufferre; nunc me eijcis de Italia?
Tunc Beatus Marcianus ait ad eum. Impe-
ret tibi Deus iniquiſſime Dæmon, qui à
Collegio te ſequeſtrauit bonorum Angelo-
rum, vt ne amplius loquaris ſub Dei præ-
cepto, ſed ſileas, & recede à Dei creatura.
Hæc dicente Beato Marciano, ſtatim Dæ-
mon abſceſſit, & nuſquam comparuit. Tũc
Beatus Marcianus apprehendens manum
dexteram pueri erexit eum, & reddidit il-
lum matri ſuæ. Quæ gaudens peruenit ad
domum ſuam, & erat ſperans in Domino
Ieſu Chriſto, & confidentia Beatiſſimi Mar-
ciani ſamuli eius. Factum eſt autem, vt
Laurentius vir Canuſiæ eccleſiæ electus Ro-
mam properare cupiens, vt paſtoralem in-
ſulam à Romano Pontifice accipere mere-
retur. Venit ad beatiſſimum Marcianum,
ſuppliciterque eum rogare cœpit, vt cum
eo pariter pergeret Romam. Cuius preci-
bus beatiſſimus Marcianus ſauens ad limi-
na Apoſtolorum Petri & Pauli pariter per-
rexerunt. Tunc temporis Leo ſanctiſſimus
Apoſtolicam vicem tenebat, qui cognouit
per Spiritum ſanctum, Marcianum vna cum
Laurentio Romam eſſe ingreſſum. Occurrit
cum magno gaudio, obſequio Clericorum,
qui vt inuenit Laurentium honorificè ſalu-
tans, atque deoſculans eum benedixit.

Mar-

Marcianus autem interea ad ecclesiam ſanctæ Dei Genitricis, & Virginis Mariæ, quæ vulgo Rotundæ dicitur, oraturus perrexit. Interrogauitq; Papa de Marciano viro beatiſſimo, quod cum magno deſiderio eum videre cupiebat, & vniuerſa, quæ viderat, vel audiuerat de illo Laurentio intimauit, quæ ei à Domino fuerant reuelata. Quo audito electus Dei Laurentius præ nimio gaudio cœpit flere de ſocio ſuo Marciano, cuius nominis ſanctitatem, atque beatitudinem cælitus cognouerat reuelatam. Triſtari tamen nimium cœpit, ne beatiſſimus Marcianus Leoni Papæ adhæreret, & Romæ detineretur, & ſe dereſereret. Quod cognoſcens Leo Apoſtolicus Pontifex, electo inquit, noli turbari, ne metuas, vt famulus Chriſti Marcianus te deſerat, & mihi adhæreat; quia charitas Chriſti, quæ eum cum tua ſocietate vniuit, non patietur te à tanto ſocio ſeparari. Sed Dominus meus Ieſus Chriſtus ea hora, qua eſtis Romam ingreſſi, mihi per reuelationem dignatus eſt nomina veſtra, ſocietatem, atque beatitudinem indicare. De beatiſſimo Marciano famulo tuo mihi Spiritus ſanctus affatus eſt ita. Scias tu Leo, quod duo famuli mei Romam ingreſſi ſunt, vnus vocatur Laurentius, alter vero Marcianus. Qui Laurentius epiſcopalem Cathedram ſuæ ciuitatis, in qua electionem à cuncto Clero & populo adeptus eſt, à te cupit accipere. Marcianus pro ſolo amore intimo, & ob reuerentiam Apoſtolorum atq; aliorum Sanctorum Romam properauit. Cuius vita, vel actus ſanctiſſimi placita eſſe cognoſcas. Vnde moneo te, atque præcipio vt citius ſurgas, eique obuiare percunctando nomina illorum, vſque dum eos inuenias. Dum autem inuenti fuerint, honorificè eos, & cum amore charitatis ſuſcipias. Laurentio Canuſiæ ciuitatis, de qua electus eſt, eccleſiæ Cathedram trade. Marciano vero viro per omnia Apoſtolico Frequentinam eccleſiam regendam, ac gubernandam committas; ſcio enim per illum non ſolum vicinas; ſed etiã longè poſitas prouincias, atque eccleſias meritis eius, atque exemplo eſſe ſaluandas. Inter hæc Laurentius ſæpè dictus electus cũ ſe iam à tanto ſocio deſeri minimè dubitaret, cum fiducia magna Papæ reſpondit. Crede mihi venerabilis Pater, Marcianus, quem quæris, & de quo tanta tibi Diuina reuelauit clementia: hic enim eſt. Sed ad eccleſiam Beatæ Dei Genitricis oraturus acceſſit. Tunc Papa vna cum populo, & Laurentio, qui aderat, ingreſſus eſt eccleſiam, in qua beatum Marcianum ſolo proſtratum orantem inuenerunt. Surrexit autem Marcianus à terra: ſalutauit Papam viſo eo: Papa ſimiliter reſalutans eum, & deoſculans dixit ei, Benedico adueniſſe gratulemur frater, & fili. Marcianus vero reſpondit. Diuina Maieſtas protegat te

A ſemper ſanctiſſime Pater. Tunc Papa narrauit ei omnia, quæ illi de eo à Domino per Spiritum ſanctum fuerant reuelata. Marcianus autem hæc audiens, cœpit flere, & ſe indignum clamitabat ad epiſcopalem honorem aſcendere. Papa autem dixit ad eum. Audi fili Dominum Ieſum Chriſtum dicentem Petro. Si diligis me, paſce oues meas. Ideo te non conuenit illius iuſſa poſtponere, ſed eius mandata explere, eius oues paſcendas, atque gubernandas ſuſcipere, quod qui gregem Dei, dicente ſcriptura, renuit paſcere, paſtorem Summum rennuit & conuincitur non amare. Ad hoc Marcianus reſpondit. Seruus contradicere Domino non poteſt. Ideo voluntati Dei, & ve-
B ſtræ non abnuo, nec reſiſto. Tunc Leo Papa ſanctiſſimus vocauit Epiſcopos, cunctumque Clerum, & Marcianum, & Laurentium Epiſcopos conſecrauit. Quos apud ſe aliquantis diebus ſecum Romæ detinens, gratias Domino Saluatori referens, miſit eos ad propria. Dum enim egreſſi eſſent Roma, & pergere cœpiſſent, multas virtutes, & miracula, ſigna, atque prodigia Dominus Ieſus Chriſtus in eodem itinere per beatiſſimum Marcianum operari dignatus eſt. Nam infirmos curabat, leproſos mundabat, paralyticos ſanabat, Dæmones expellebat, & effugabat.

Cumque ciuitatem Terracinam eſſent
C ingreſſi, ecce defunctus vnicus filius Principis ferebatur iam ad tumulum. Et Princeps enim pater eius Sempronius nomine cum tota ciuitate & populo nimio conficiebatur mœrore. Fuerat enim vnicus illi, pulcher, & ſapiens, non ſolum patri, ſed & omnibus conciuibus erat charus. Vnde ab omnibus plorabatur. Quorum luctus, atque triſtitiam beatiſſimus Marcianus conſpiciens, dolore eſt tactus, iuſſit deponi Feretrum, & petijt populo ſilentium fieri. Illi autem hæc audientes timore percuſſi, tamen cum gaudio tacuerunt, omnes ſcientes opiniones ſanctitatis eius. Beatiſſimus autem Marcianus confidens in Domino expanſis
D manibus in cælum dixit. Domine Ieſu Chriſte, qui de ſinu Patris deſcendiſti, vt ſaluum faceres genus humanum, qui filium viduæ vnicum reuocaſti ad vitam, & archiſynagogi filiam reſuſcitaſti, Lazarumque fœtentem tuo iuſſu, tuoque imperio etiam ligatis manibus & pedibus de ſepulchro ſurgere feciſti: te deprecor clementiſſime Domine, vt in tuo nomine reſurgat filius iſte, filius vnicus patris ſui, vt cognoſcant omnes quia tu es viuens & regnans cum Patre in vnitate Spiritus ſancti Deus per omnia ſæcula ſeculorum. Cumque omnes reſpondiſſent, Amen. Statim ille qui mortuus fuerat, reſurrexit & reſidit in lectulo. Qui proiecit ſe ſtatim ad pedes eius, cœpitque benedicere Deum Omnipotentem, & famulum eius Marcianum. Tunc Beatus

Mar-

Marcianus apprehendens dexteram eius al-
leuauit eum, & ſanum & incolumem reddi-
dit patri ſuo. Dum autem perueniſſet in
partibus Samniæ, ecce quidam Dæmonia-
cus obuiam ſe ei obtulit. Tunc Beatus Mar-
cianus ſignum Crucis edidit dicens. Impe-
ret tibi Deus, Diabole, vt non habeas po-
teſtatem vexare eum amplius. Dæmonia-
cus ait, ecce Mariane, non ſuffero ſignacu-
lum quod contra me excitaſti. Ecce iam
per tot vices mihi talia feciſti, quid me per-
ſequeris? nihil tibi geſſi. Cui Beatus Mar-
cianus ait, In nomine Domini mei Ieſu
Chriſti exi ab eo, qui ſtatim exiens, nun-
quam comparuit. Beatus autem Marcianus
iuſſit alimentum præberi, quem ſanum &
incolumem reliquit. Cumque Frequentino
populo, eius nunciatus fuiſſet aduentus,
gaudentes, & exultantes de tanto Patrono, ei
obuiã exierunt, cum hymnis, & laudibus
eum ad eccleſ. detulerunt. Cæcus quidam
illic morans, qui eius præſtolabatur aduen-
tum, cum audiſſet quod Beatus Marcia-
nus eſſet reuerſus, cœpit clamare, & dice-
re, Famule Chriſti Marciane illumina me.
Tunc beatiſſimus Marcianus dixit ad eum.
Qui mundum ſuo redemit ſanguine, ipſe te
ſua virtute illuminet. Et ſignum crucis ſu-
per eius oculos faciens, ſtatim qui cæcus
fuerat, cœpit videre, laudare & benedicere
nomen Domini Ieſu Chriſti per ſamulũ eius
Marcianum. Poſt hæc autẽ Præſul ciuitatis
Canuſiæ commendans ſe ſanctiſſimo viro,
amplexantes, & deoſculantes ſe in amore
fraternitatis, remiſit eũ à ſe. Inter hæc Bea-
tiſſimus Marcianus magis, ac magis Chri-
ſto Domino cœpit deuotus exiſtere, ſuamq;
eccleſiam religioſiſſimè gubernare. Sed
quanta per eum Dominus miracula geſſe-
rit, longum eſt enarrare, ante eius Epiſco-
patum. Nunc ad eius ſanctiſſimum obitum
ſuccinctè pergamus. Cum cognouiſſet quod
eum Dominus de hac luce vocaret, vocauit
Cleros, cunctoque populo nunciauit. Pacem
eis, atque concordiam ſeruandam tradidit.
Tunc vale faciens omnibus die Sabbathi
hora quaſi decima, Eccleſiam eſt ingreſſus.
Per totam noctem in Dei laudibus manens,
illuceſcente die Dominica, hora prima diei
participatus eſt corpore, & ſanguine Chri-
ſti, & ita perrexit ad Dominum cum triũ-
pho. Tunc omnes Clerici, & laici, atque
omnis populus cum hymnis, & laudibus
ſepelierunt eum, & ſuper locum vbi venera-
bile corpus eius poſuerant. Igitur poſt-
quam Dominus noſter Ieſus Chriſtus Bea-
tiſſimum famulum ſuũ Marcianum de hac
luce ſubtraxit, cœpit per corpus eius vir-
tutes, & miracula exhibere non minora,
quam ei conceſſerat in vita ſua. Nonnulli
ergo, ex proximis, infirmi, etiã ex longin-
quis regionibus venientes, oſculantes ar-
cam, in qua ſacratiſſimum eius corpus
quieſcebat, ſani reuertebantur à quocunque

A tenebantur languore. Cuius famam atq;
virtutes compertas venerabiles non eſt
paſſus quieſcere, eo quod charitas Dei erat
in illo. Regnante Domino noſtro Ieſu
Chriſto, cui decet honor & gloria, omniſq;
adoratio, cum Omnipotente Patre, ac ſan-
ctiſſimo, & viuifico ſpiritu nunc & ſemper,
& in ſæcula ſæculorum. *Amen.*

Laurentij Cannuſini Epiſcopi, de quo in
iiſ actis agitur, non meminimus in breui in-
diculo illius eccleſiæ Præſulum, in Barenſi
Metropoli reponendus eſt Laurentius iſte
ante Probum, qui vixit anno 467. ſub Sim-
plicio Papa; Laurentius enim Marciani Fre-
B quentini Epiſcopi comes vixit ſub Leone
Primo, qui Pontificatum tenuit ab an. 440.
vſque ad 461. Cæterum per ſexcentos annos
Frequentini Epiſcopi omnino deſideran-
tur.

2 ENGELLINVS Frequentinæ Eccle-
ſiæ Epiſcopus teſtis fuit donationi Rogerij
Comitis pro monaſterio ſanctiſſimæ Trini-
tatis Venuſinæ anno 1082.

3 IOANNES vixit Innocentij II. & Eu-
genij III. pontificatu, nominatur in ſequẽ-
ti documento, quo Guilielmus Rogerij
Ducis filius Dominus Frequentinæ ciuita-
tis anno 1142. donat Alberto Abbati, ac
monaſterio Montis-Virginis, conſentiente
C Ioanne Epiſcopo eccleſiæ ſancti Quiriaci, &
ſanctæ Crucis huius Diœceſis cum iuribus,
& pertinentijs ſuis, documenti tenor talis
ex Chron. Montis-Virginis.

In nomine Sanctæ & Indiui-duæ Trinitatis. Amen.

Nos Guilielmus beatæ mem. Rogerij magnifici Ducis filius diuina fauente clementia, Caſtellum Geſualdi, & ciuitatem Frequenti, aliaque Caſtella, & ciuitates noſtro ſubduntur dominatui.

D Nec ne gratia Dei, & conceſſione noſtri
Domini glorioſi, & inuictiſſimi Regis
Rogerij Caſtellum Paterni dominamus.
Clarè facimus in eodem caſtro Paterni ſci-
licet & in territorio ſuo quandam eccleſiam
vocabulo ſancti Quiriaci eſſe conſtructam,
& quoddam molendinum in fluuio Calo-
ris nos obtinere in pertinentia prædicti Ca-
ſtelli, & quandam petiam terræ, videlicet
noſtram propriam Starzam, vbi Baſſanus
dicitur, & quatuor noſtros homines com-
morantes in præfato Caſtello, quorum no-
mina hæc ſunt. Carolus Gemma, & Mar-
cus de Martino, & ſanctus de Aldoreſe, &
Guido Marioſe. Item declaramus in præ-
dicta ciuitate Frequenti nos habere duos
noſtros homines Guilielmum, & Maral-
dum, qui ſunt fratres germani filij quon-
dam

dam Calprandi Lupi, qui in territorio eiuſdem ciuitatis, vbi Siliceus vocatur, quandam Ecclesiam ad honorem ſanctæ Crucis nuper fabricandam diſpoſuit. Nunc vero pro ſalute animæ noſtræ, & filij noſtri Guilielmi, & vxoris noſtræ Albetedæ, atque Nurus noſtræ Diomedæ, & pro redemptione animæ præfati noſtri Genitoris, noſtræq; Genitricis, omniumque parentum noſtrorum viuorum, atq; defunctorum congiuū, nobis eſt vna cum prædicto filio noſtro Guilielmo, atq; conſentiente nobis,& annuente Ioanne Frequentinæ ciuitatis præſule, offerre vltroneum Deo Omnipotenti, & eccleſiæ beatiſſimæ Dei Genitricis Virginis Mariæ Montis-Virginis, cui Religioſiſſimus Abbas Albertus præeſſe videtur, dictam eccleſiam s.Quiriaci cum omnibus pertinentijs ſuis, vineis, terris, aquis, hortis, & hortalibus, & omnibus alijs eidem eccleſiæ pertinentibus. Et dictum molendinum cum parte varcaturæ ſuæ, & cum integro ſedio ſuo, & cum intratura, & exitu ſuo, & cum lignaminibus eidem monaſterio ſufficientibus ad aptandam varcaturam ſolum pro palata eiuſdem molendini, quæ conuenerit propriè partis eiuſdem, quæ ſupradicta lignamina debemus prædictæ eccleſiæ dare quotieſcunque videbitur ipſa palata eſſe fracta, & prædictam ſtarziam de loco Baſſani, & illos prædictos quatuor homines cum omnibus rebus illorum, filios eorum, & omnes directa deſcendentes linea. Similiter prænominatum Guilielmum,& Maraldum fratres germanos cum prænominata eccleſia ſanctæ Crucis cum omnibus rebus illorum immobilibus, atque mobilibus,cū filijs ſuis veluti de alijs ſupradictis hominibus dictum eſt. Quapropter ſic congruum nobis eſt bona noſtra voluntate vna cum prædicto filio noſtro, atque conſenſu & voluntate d.Epiſcopi per hanc chartulam obtulimus Deo, & præfatæ eccleſiæ ſanctæ Mariæ Montis-Virginis ipſam iam dictam eccleſiam S.Quiriaci & ſanctæ Crucis, & cū omni iure illarum, & prædictum molendinum cum prænominatis rebus, atque prædictam ſtarziam, & prædictos homines cū hæredibus eorum, vt ſupradictum eſt,quos diximus habere in caſtello Paterui, & Frequentina ciuitate. De hac noſtra oblatione rerum prædictarum nihil nobis, hæredibus, & ſucceſſoribus noſtris, nec alicui quicquā reſeruamus. Integram eandem oblationem cum inferioribus & ſuperioribus, cum introitibus, & exitibus ſuis, & cum omnibus ſuis pertinentijs tranſactiuè illam damus Deo, & præfatæ eccleſiæ ſanctæ Mariæ obtulimus ea ratione, vt tu venerab.Albertus, & tui ſucceſſores omni tempore hanc noſtram oblationem habere, & poſſidere valeatis ſecuriter ad faciendum omnia quæcunque volueritis, ſine noſtra, noſtrorumq; hæredum, vel ſucceſſorum contradictione, omniumque impoſitione. Et pro veſtra veſtrorumque hæredum, & ſucceſſorum defenſione omni tempore ab omnibus hominibus, & ab omnibus partibus. Quod ſi, ſicut dictum eſt, illud vobis non defenſauerimus, & ſi aliquod ipſius nos, & noſtri hæredes, aut ſucceſſores te cum prænominato Abbate, & cum tuis ſucceſſoribus exinde cauſari, aut contendere præſumpſerimus, quærendo illud, vel idem vobis tollere, aut contrahere,ſeu minuere, triginta vncias puri auri componere vobis obligamus cauſa manente per eandem obligatam pœnam. Et vt hæc chartula veriſſima ſemper appareat, & firmiſſima conſtet, crucem noſtra propria manu hic ſubtus depinximus,& noſtro proprio ſigillo ſigillari præcepimus. Inſuper auctoritate noſtra,prædictique Epiſcopi quicunque hanc præfatam oblationē infringere conabitur, ſciat ſe damnandum anathematis fulgure à planta pedis vſque ad verticem capitis. Item vt hæc oblatio prædicti Guilielmi credenda ſit noſtro conſenſu peracta. Ego idem Præſul me ſubſcripſi faciendo ſignum crucis propria noſtra manu. Quod tibi Troylo Norario noſtro taliter ſcribere iuſſimus.

Anno Dominicæ Incarnat. 1142. menſe Maij, Indict. 5.

† *Signum crucis propriæ manus Domini Guilielmi filij præfati Ducis eſt.*
† *Ego Ioannes Frequentini Epiſcopus.*
† *Ego præfatus Elias teſtis ſum.*
† *Ego Ioannes Bartholomæus Index interfui.*
Locus † ſigilli Regij.

Memoratur idem Ioannes in alia donatione facta Monaſterio Cauenſi ab eodem Guillelmo Topareha Frequentino an. 1145. ſub ijs verbis ex tabulario Cauenſi.

In nomine veri Dei, & hominis Ieſu Chriſti Domini Noſtri.

Nos Guillelmus Dei gratia, & magnificæ & piæ memoriæ quondam Ducis Rogerij filius, diuina gratia opitulante Dominus Caſtelli Giſualdi, & Caſtelli Paterni, aliorumque Caſtrorum, & Ciuitatum.

Clarè facimus, quoniam in Curia noſtra Paterni coram noſtro epiſcopo Iohanne Frequentino, & Helia noſtro filio, & Salomone noſtro Stratigoto, & Hernero Agullone, & Mercualdo noſtro milite, & Ioanne Burrello Iudice, & Presbytero Gratiano noſtro Cappellano, & Guillelmo Capuano Viecomite Paterni, & alijs quibuſdam

buſdam noſtris fidelibus pacificè requiſiui-mus vrnerabilem presbyterum Vrſonē Leonem Rectorem Eccleſiæ ſancti Petri, quæ conſtructa rſt in Territorio paterni, & ſubdita eſt, per noſtram conceſſionem gratia Dei, monaſterio Cauenſi de duabus prtijs terrarum, quæ ſunt in pertinentijs Paterni, vbi Cantrianus dicitur, & vbi vadus de Sala vocatur, & quæ olim fuerunt de propria Dominicali parrrni, quomodo idem preſbyter Vrſo illas poſſidebat terras? qui reſpondit coram præfato epiſcopo, & dictis hominibus pro parte dictæ eccleſiæ, ſe poſſidere dictas Trrras longo tempore quietè iure per conceſſionem, quam eidem eccleſiæ fecit Vitus Tolometius Dominus paterni, partim pro anima ſua, & partim pro
B
vno pari boum, quod idem Rrctor dedit ei de terra Vado de Sala, & de terra Cantriani reſeruauit Curiæ ſuæ paterni terraticum, & paratus erat firmare ratione legitima, ad proficuum ſuæ Eccleſiæ ſecundum prouidentiam Curiæ. Nos vero vnà cum prædicto filio, & dicto apiſcopo & fidelibus videntes verum dicere, & firmam habere rationem, conceſſimus & confirmauimus &c. & pro confirmatione dicimus nos recepiſſe à te prædicto Rectore in benedictione centum tarenos monetæ Salerni, &c. & tibi præfato Iohanni Burrello Iudici taliter ſcribere præcepimus in anno Dominicæ Incarnationis MCXLV. menſe Iulio octaua Indictione, &c.
C
Sed nec ſilentio obruendum quod Ioanne hoc Præſule, ſub Innocentij II. pontificatu in veteri ciuitate iam diu ſolo æquata Quintodecima antiquitùs nuncupata, nunc Aqua putrida Frequentinæ Diœceſis inuentum eſt corpus S. Priſci. Inuentionis hiſtoriam eodem tempore conſcriptam hic exhibemus ab exemplari nobis tranſmiſſo.

S Priſcus natione Græcus, vita & moribus per omnia ſanctus. Quem de partibus orientalibus ad noſtram patriam venientem tanquam nouum Sydus gratia æterni largitoris, à quo cuncta bona veniunt, ad nos mandauit. Cuius vitam, & mira-
D
cula, Deo adiuuante, per ordinem manifeſtare deinceps curabimus. Temporibus itaque Innocentij Venerabilis memoriæ Papæ, & Ioannis Frequentinæ ſedis epiſcopi, multa ſigna, & miracula per viſiones fidelibus hominibus Deus oſtendit in ſuo, & Beati Priſci honore, qui per multa tempora in veteri ciuitate quam Quintumdecimum ſolent veteres nominare, ſuo tumulo iacebat incognitus, in qua verò ciuitate multa corpora ſanctorum inuenta fuerunt, & cum ſumma veneratione Beneuentū collata ſunt. Quodam igitur tempore res valde mira, & ſtupenda! in eodem loco, vbi ſanctum corpus beati Priſci iacebat, per gratiam Dei viſa ſunt. Quadam namque
A
die cum quidam agricola in campo ſuo laboraret in ſupradicta ciuitate Quintadecima, quæ quondam fuit, Intuens in quendam angulum ipſius ruris, diuina voluntate vidit, quaſi micantes ſolis radios, tres ſperas de ſub prædicti ruris angulo prodeūtes vmbroſis nubibus, ſole penitus occupato, qui dum eas ſubtiliter reſpicerret, ſtatim ipſarum ſe ſenſit lumine cæſum, qui vt vidit ſe huiuſmodi ab eis obumbratum, obſtupuit, & exterritus effectus eſt. Intantùm quod in terram ferè ſemiuiuus, relicto foſſorio quod tenebat in manu, cecidit. Cumque præfatus agricola in ſe eſſet reuerſus, vidit eaſdem ſperas ingredi eundem locum vnde prodierant. In illa autem die quan-
B
do dictus agricola hoc vidit, tempus erat tenebroſum, & hyems erat, ſed agricola ipſe in illa ruina, quam ex ſperarum coruſcatione ſenſerat, perdurauit, & ſe vltra leuare non potuit. Tunc cuidam ſuo patruo, qui etiam presbyter bene timoratus erat, Nicolaus nomine, ruinam & malum quod habebat, nunciando mandauit, qui præſtim ad eum veniens per ordinem interrogare cœpit, qualiter res illa ſibi eueniſſet, qui omnia ſicut acciderant manifeſtare curauit. Presbyter hæc audiens, timorem habere cœpit, & prædictum nepotem ſuum in aſino poſuit, & domum ſuam adduxit, qui verò presbyter, poſtquam ad ciuitatem Aquæ putridæ venit, quæ non longè à me-
C
morata vrbe Quintadecima ſita eſt, illicò ad venerandum Archipresbyterum Alferiū nomine eiuſdem ciuitatis Aquæ putridæ iuit, & rem totam, ſicut à ſuo nepote audierat, patefecit. Quibus archipresbyter auditis, gaudio repletus eſt magno, dictis tamen eiuſdem Presbyteri credere noluit, ſed ad prædictum agricolam cum eodem presbytero feſtinauit, qui valde cum lætitia magna ad Confratres ſuos Clericos remeauit. Quibus congregatis in maiori Eccleſia ciuitatis prædictæ, eis omnia diligentiùs enarrauit, qui gratias, & laudes immenſas vnanimiter omnipotenti Deo dederunt, & inito conſilio, ieiunium ſtatuerunt, & poſt ieiunium cum laudibus, & magna reue-
D
rentia eundem locum venerabilem, in quo ſancta viſio viſa fuerat adeundum eſſe laudauerunt. Quibus finitis, piè & deuotè ad venerabilem locum perrexerunt, & præfatum agricolam ſecum duxerunt. Tunc verò iſdem agricola venerabilem locum prædicto Archipresbytero Aquę putridę, & ſuis Clericis humiliter oſtendit, qui pſalmos & litanias in Dei Omnipotentis, & ſancti Priſci honore decantauerunt, & æternum obſecrantes opificem deuotia cum orationibus ibidem fodere cœperunt. Cumque in fodiendo deſudarent, quendam inuenerunt lapidem, in quo beati Priſci nomen continebatur. Poſtquam Nicolaus presbyter, cuius memoriam fecimus, ſupradicti agrico-

la

te patrnus lapidem illum aſpexit, ſtatim recordatus eſt, quomodo ſibi in ipſo loco de eodem lapide tranſacto tempore contigerat, & A[illegible] pr[illegible] iam dicto [illegible] buſque aliis c[illegible] [illegible] [illegible] corpus, dicens No[illegible] patribus veſtra, me tempore illo, quo [illegible] Petri [illegible], qui papa [illegible] bar, in p[illegible] co in fodiendo labor[illegible], & lapidem ipſum inuenire, ſed cum ego, & noſtri operarij, qui [illegible] cum aderant, lapidem ipſum à loco [illegible] per totum diem remouere cuperemus, [illegible] quam valentes, in remotum [illegible] Nocte igitur inſecuta apparuit beatus Priſcus in ſomnis cuidā noſtrorum operariorum [illegible], dicens ei, heſterna die [illegible] male vo[illegible] ſciatis, quando meam domum quocunque modo frangere tentabatis. Et ſciatis me talia non velle illo tempore, neque tibi [illegible], vt modò tentaris; quia donec filius Petri Leonis vixerit, qui Papa dicitur, ego reuelatus non fuero. Poſtquam verò ille defecerit, meam reuelationem eſſe ſciatis, & in ciuitate Aquæ putridæ me manifeſtum confidite [illegible] miſericors, & miſerator Dominus, [illegible] bus ſuis ad laudem [illegible] ſuorumque ſanctorum oſt[illegible] dignabitur mirabilia multa. His [illegible] A[illegible] ter cum ſuis clericis vid[illegible] lapidem moueri non poſſe, [illegible] Sequenti itaque nocte apparuit beatus Priſcus [illegible] dam Sacerdoti, & cuidam alij [illegible] per viſionem dicens; euntes nunciate Archipresbytero veſtro, quatenus [illegible] quod heſterna die cœpi, [illegible] quia [illegible] deſiderat, [illegible] Qui [illegible] ſurgentes ad ſuum Archipresbyterum [illegible] venerunt, & viſionem quam vid[illegible] de [illegible] Quod Archipresbyter audiens, nimio repletus eſt gaudio, & cum ſuis clericis & aliis bonis viris prædictæ ciuitatis Aquæ putridæ [illegible] loc[illegible] lapidem, diuino adiu[illegible] in qua ſtabat, extrahere. [illegible] erat. [illegible] beati viri nomen [illegible] & [illegible] curſu in eodem loco fodere cœperunt, exi[illegible] corpus ibidem inuenire [illegible] fodiendo, ſancti corpus inuenire non potuerunt, dolore, pauoreque concuſſi, atque conterriti, quodam deſperationis iaculo, [illegible] inueniendi, pereuſſi, ad [illegible] Eo namque tempore Sa[illegible] quidam Marcus nomine in eadem ciuitate A[illegible] morabatur, qui etiam paramonarij gerebat officiū, & prædictam [illegible] odiebat. Cui beatus Priſcus [illegible] aſpectu [illegible] appa[illegible] dicens, Q[illegible] iſtum, qui vobis oſtenſus fuit, dimiſiſtis? & quare fode-

re reliquiſtis? Cui iſdem Sacerdos dixit. Nos quidem cariſſime Domine, ad ipſum locum iam bis venimus, & deuote cum ſumma diligentia in loco ipſo quæſiuimus, & beatum corpus non inuenire potuimus, & beatus Vir dixit ei Veni & docebo te, quo in loco quærere, & fodere debeatis. Ad quem, poſtquam acceſſi, continuò cum eadem virga, quam in manu ferebat, deſignauit dicens. Nunc vade ad Archipresbyterum veſtrum, & feſtinanter accedite, & in loco iſto, quem eadem virga tibi deſigno, fodientes, & perquirentes, ſine dubio quod optatis, inuenietis. Tunc ſequenti die Sacerdos ſurrexit & ſicut in ſomnis viderat, & audierat Archipresbytero manifeſtauit. Quam diuinam viſionem archipresbyter audiens, lætitia magna repletus, libenter ad ipſum locum ſe venire promiſit. Cumque Archipresbyter ſequenti nocte ſe ſopori dediſſet, quandam mirabilem viſionem vidit. Videbat enim ſibi in Sacrillario eiuſdem maioris Eccleſiæ ciuitatis Aquæ putridæ adſtare, & quod paratus albis veſtimentis eſſet, quemadmodum mos ibi fuerat in maioribus ſolemnitatibus, & de ſacriſtia exiens, ad ſanctum adire volens altare, qualiter ſanctarum miſſarum ordinem humiliter, vt [illegible] decet, velletque peragere, [illegible] aſpiciens tres venerandos viros epiſcoporum more rubeis planetis indutos, infulaſque in capitibus habentes, demum ne per omnia, vt epiſcopos decet, ornatos exiſtere, ita in maiori, atque venerabiliori loco [illegible] vidit conſiſtere, & cum idem Archipresbyter quaſi ad prædic[illegible] gradum [illegible] cere, tota illa ſancta Eccleſia a bonis viris ſibi plena videbatur, & intuens iuxta illos viros, Archipresbyter Beneuentani Sacriſtam venientem [illegible], & quadam epiſtola ad ſe veni[illegible] ſacriſta, Archipresbyter hæc dixit, Pater cariſſime ſalutem, & benedictionem ex parte ſanctorum [illegible] Beneuenti [illegible] & noſtri Epiſcopi [illegible] & hunc librum cum hac epiſtola ex eorum parte accipito, cui Archipresbyter reſpondens dixit Hoc nobis, fili, non [illegible], ſed noſtro Frequentino Epiſcopo dirigitur. Quod ſacriſta negauit, dicens: non epiſcopo, ſed tibi mittitur. & Archipresbytero dixit, Accipe hunc librum quoniam hic [illegible] de ipſis bonis viris, qui Epiſcopali more ibi morantur, & de illo, qui in veteri ciuitate Quintadecima eſt. Cumque Archipresbyter librum accepiſſet, & idem ſacriſta epiſtolam Archipresbytero dare voluit, Archipresbyter autem antequam epiſtolam legeret, quid in ea contineretur exquiſiuit, cui ſacriſta reſpondit dicens, accipe epiſtolam, & tibi legenti epiſtolæ continentia notificabitur. Accepit igitur Archipresbyter epiſtolā, & quod in ea continebatur, apertè legendo, intellexit:

Mandatum autem & ſeries Epiſtolæ hæc erat. Illud quod vos cœpiſtis in Quintadecima, facite perſeuerantes, & ita volo, quatenus vobis perficientibus quæ cœpiſtis, omnia vestro Epiſcopo notificetis, atque per notitiam eius ea quæ facere debeatis. & poſt hæc excitatus à ſomno, euigilare cœpit. Itaque Dominica die, quando Clerici, & totus populus more ſolito, in ſanctæ Eccleſia eiuſdem ciuitatis Aquæ putridæ ſimul adeſſent, ad ſacrum ordinem ſanctarũ miſſarum audiendum agendum, viſionem, quam ipſa nocte viderat, facto ſilentio, omnibus adſtantibus, clara voce narrauit. Patefactis ergo omnibus, qualiter viderat, & ſecundum viſionem audierat, omnes rogare cœpit, vt prædictũ locum Quintædecimæ ciuitatis ſecum adirent. Poſtquã verò idem Archipresbyter omnia notificauit, omneſque rogauit vt ſecum ambularent ad Ciuitatem dirutam, quæ fuerat ab antiquo, quàm maxima multitudo hominum bonorum Aquæ putridæ eum ſecuta eſt. Qui cum piè, ac deuotè ad locum tumuli perueniſſent, accedens ſacerdos Marcus Cuſtos ſanctæ Eccleſiæ eiuſdem Ciuitatis Aquæ putridæ, locum oſtendit, in quo beatus Priſcus Ciculum faciens cum virga, quam in manu habebat, in ſomnis apparuit ſicut præſens lectio narrat, & fodere iuſſit, vt laeti corporis reliquias inuenirent. Tunc Archipresbyter & alij qui aderant ſuppliciter continuò flectentes genua, omnipotentem Dominum enixè rogauerunt, multiplicatis orationibus cum litanijs & pſalmis dicentes Domine Ieſu Chriſte, ante cuius ſanctum conſpectum omnia contremiſcunt, & cuncta nuda & aperta ſemper aſſiſtunt, Te nos indigni ſerui tui humili prece exoramus, qui dignatus es dicere, Petite, & accipietis, quærite, & inuenietis, pulſate, & aperietur vobis, quatenus nobis petentibus indignis famulis tuis beatum corpus ſancti Priſci Confeſſoris tui in loco iſto oſtendere digneris ad gloriam, & laudem ſancti nominis tui qui cum Patre, & Spiritu ſancto inſeparabiliter viuis, & regnas æternus Deus per ineffabilia ſæcula ſæculorum Amen. His dictis, humiliter illis fodientibus, omnipotens Deus, qui ſemper præſto eſt iuſtis petitionibus, & non derelinquit ſperantes in ſe, laudabilem tumulum venerabilis patris Priſci reuelauit. Qui ingenti exultantes lætitia, omnipotenti Regi laudes debitas reddentes, & deuotis mentibus ſanctum tumulum inuenerũt, in quo beatus pater Priſcus iacebat, aperuerunt. Quibus autem aperientibus, tam ſuauiſſimus odor omnes adſtantes repleuit, ac ſi diuerſorum pigmentorum balſamique innumerabilia adeſſent vaſcula. Et ſic eandem cantantes, & ambulantes in corporibus ſuis Domino, mirificum corpus à loco, vbi erat, extrahentes in ſancti Petri

A quadam Eccleſia, quæ iuxta erat, illud poſuerunt. His itaque peractis Archipresbyter ad Frequentinum Epiſcopum Ioannem conuocauit, & [illegible] per omnia intimare curauit. Qui poſtquam Ioannes venerandus Epiſcopus [illegible] bus percepit, [illegible] potuit ſagiacinn [illegible] æterno Deo Patri laudes & [illegible] decantauit, & eidem iniunxit [illegible] presbytero, quatenus [illegible] in die ſanctæ feriæ proximis [illegible] ad Eccleſiam ſancti Angeli, quo [illegible] Sallenti nuncupatur [illegible] expectaret, ac ſi poſtmodum ad [illegible] moratam Eccleſiam beati Petri, vbi almi-

B ficum corpus erat, nudis pedibus ambularent, vacantes que orationibus, & litanijs tanquam [illegible] reliquias beati corporis [illegible] fornace [illegible] probarent. Archipresbyter verò [illegible] Antiſtitis [illegible] ac [illegible] piè [illegible], ſtudioſeque [illegible] hæc à Bencuentana ſede, ſub cuius Diœceſi vniuerſa loca, quæ commemoramus in præſenti lectione [illegible] Frequentino epiſcopo mittitur [illegible] omni ſublata occaſione ad Beneuentanum [illegible] properaret. Qui [illegible] mandata [illegible] omnibus [illegible] religionis, atque obedientiæ [illegible] exercens, Beneuentanam [illegible] hoc modo fecit

C legat [illegible] amen ante Archipresbytero A[illegible] quæ [illegible] mandauit dicens, [illegible] tecum venire non poſſum, qualiter [illegible] ambulate, & prædictus Ni[illegible] presbyter cum a[illegible] bonis viris, prout ord[illegible] nudis pe[illegible] ad locum, vbi corpus [illegible] eſſe dignoſcitur, & ſacris [illegible] & orationibus, atque aſſiduis [illegible] necnon ſanctiſque ieiunijs [illegible] reliquias Al[illegible] corporis deuotè probate. Archipresbyter [illegible] Præſu[illegible] erat [illegible] re [illegible] pro poſſe co[illegible] Probationem [illegible] ſanctarum [illegible] ſermo eui-

D denter manifeſtat. Archipresbyter poſthæc ante altare beati Petri [illegible] fecit accendere, & [illegible] articulos capitis beati Priſci cum [illegible], & [illegible] precioſis, & laudibus [illegible] in eodem igne [illegible] presbytero & al[illegible] viris, ſed res valde mira in ea [illegible] Ignis enim, qui [illegible] vt ita ferear, cuncta comburere [illegible] tunc extinctus [illegible] fuit, tanquam ſi [illegible] annis [illegible] fuerat. [illegible] Archipresbyter talia mirari [illegible] ipſumque ignem acrius accendere [illegible] bat, quatenus ſanctas reliquias [illegible] probaret. Sed ignis non ferens laudabilem fortitudinem almarum [illegible], quanto magis accendebat, eò

eò validius extinguebatur, & ſanctæ reliquiæ nunc in ipſo [illegible] acriter ſonare cœperunt, & adſtantibus multum pauorem fecerunt. Et poſtea accipientes talia, maximas laudes, & innumerabiles gratias Deo æterno liberatori omnium, vnanimes decantauerunt, & ſanctas reliquias extraxerunt, & à probatione ceſſantes, cum aliis ſanctis reliquijs, ſanctas poſuerunt reliquias. Poſt hæc verò Archipresbyter Nicolao presbytero tale præceptum dedit, dicens, Vide ne aliquis ingrediatur ad locum in quo ſanctus [illegible] fuit, & neque tu, neque alius aliquis, & de ipſo loco, vbi modo conſiſtunt, mouere præſumat. Ego enim omnia hæc, quæ in iſto ſancto opere nobis aduenerunt, ſicut audiuimus, & vidimus, noſtro Epiſcopo manifeſtare volo. Feſtinans ergo Archipresbyter ſuum audiuit Epiſcopum, & geſtæ rei ordinem, quemadmodum viderat, & audierat, eidem humiliter notificauit. Quibus auditis Epiſcopus, in ſexta feria ſanctæ maioris Hebdomadæ miſit de confratribus ſuis Aquæputridæ ad locum, qui vocatur ciuitas Quintidecimi, vbi ſanctum corpus erat, & inde illud ad ciuitatem Aquæputridæ afferri præcepit. Quod cum fratres cælibus [illegible] bus feciſſent, debita [illegible] ſuo Epiſcopo nunciauerunt, ſicque deinde factum eſt quod ſanctæ reliquiæ per manus religioſorum hominum [illegible] in eccleſia [illegible] Dei Genitricis Mariæ non longe à Choro, in pſalmis & laudibus collocatæ in ciuitate Aquæputridæ poſitæ ſunt. Contigit poſthæc, vt Epiſcopus Beneuentum iret, & in ipſa via eundi, & redeundi multa aduerſa ſibi aduenerint. Denique cum ad Frequentinam [illegible] cum [illegible] accedere vellet, licet noctis tempore eſſet, per multa deuia ambulantes [illegible] viam, tandem nimio perterriti dolore, & pauore, talem orationem [illegible] pus dicitur feciſſe. Domine Rex [illegible] per glorioſa merita ſanctorum, & ſancti Priſci Confeſſoris, [illegible] ſanctum corpus deſideramus ponere [illegible] A [illegible] ſancti Corporis negligentiam [illegible] habuimus, & nunc Deus Omnipotens [illegible] nos famulos tuos de præſenti anguſtia, quia confitemur nos multum offendiſſe te, & ſanctum Priſcum; ſed pœnitentiam [illegible] & volumus, atque emendationem noſtrorum peccatorum [illegible] eramus te auxiliante, qui es bene [illegible] a ſæculorum Amen. Factum eſt autem poſt hæc verba ſe ſanos, & incolumes inuenerunt, & res ſuas omnes ſine damno [illegible] iam clareſcente die reſpecti fuerunt [illegible] xta tumulum in quo ſanctum Corpus venerabilis ſancti Priſci fuerat ante in ciuitate Quintadecima, & ſuper [illegible] Priſci [illegible] aſpiciens, igneam nebulam vidit, & [illegible] accepta conſolatione, Dei Omnipotentis magnalia collaudantes ad ſuam domum reuerſi ſunt, ac deinde Epiſcopus feſtinanter ad ſe Archipresbyterum Aquæputridæ venire fecit, & omnia mala, quæ ſibi acciderant, & quomodo fuerunt, & quomodo de equitatura ſua ceciderant, & in terra quaſi ſemiuiuus iacuerat, omneſque qui ſecum erant, valido timore exterriti fuerant, & animalia, quæ ſecum ipſe & ſui Beneuentum duxerāt, & reduxerant, quaſi cæcata fuerant in via eidem Archipresbytero cuncta quæ ſuperiùs leguntur manifeſtauit.

4 IAQVINTVS intereſt Concilio Lateranenſi ſub Alexandro III. celebrato anno 1179 fortaſſis hic ille eſt Epiſcopus Frequentinus, qui cum alijs Prælatibus interfuit conſecrationi eccleſiæ Montis Virginis anno 1182. nomen tamen in chartula conſecrationis non exprimitur.

5 AGAPITVS Monachus ſanctiſſimæ Trinitatis Cauenſis Ord. S. Benedicti eligitur Epiſcopus circa annum Domini 1189. vt legitur in Chronic. Cauenſi.

6 MARTINVS ante annum 12[illegible]o. Frequentinam regebat Eccleſiam, cætera ignorantur. Sub Gregorio IX. quidam Iudex Frequentinus Ioannes, à Capitulo vitio electus repudiatur ab eodem Gregorio, qui ad Rogerium Canonicum Frequentinum litteras dedit, vt quantocyùs tanquam Apoſtolicus delegatus procuret nouam, & canonicam electionem, Dat. 4. Id. Iunij, anno pontif. 8. ſalutis 1234. epiſt. eſt num. 94. fol. 299. reg Vat.

7 IOANNES Beneuentanæ eccleſiæ archipresbyter creatur Epiſcopus Frequentinus an. 10. pont. [illegible] IV 1252. obijt extremis eiuſdem Pontificis diebus.

8 IACOBVS de Aquaputrida promotus eſt an. 1254. quem electo Beneuentano commendat Innocentius IV. in epiſt. Dat. Neapoli 3. non. Nouembris anno pontif. 12. ex reg. Vatic. ep. 299. fol. 184.

9 B. Epiſcopum Frequentinum à ſua eccleſia exulem commendat Alexander IV. epiſcopo Syracuſano, vt in aliquo ex monaſterijs Siciliæ pro ſe, vnoque clerico, ac duobus famulis vitæ neceſſaria prouideri curet. Dat. 2. non. Febr. an. pont. 2. qui fuit ſalutis 1257. ex reg. Vatic. ep. 179. fol. [illegible]54

10 G. Epiſcopus ſedis huius defunctus eſt anno 1306.

11 ROGERIVS ſucceſſit iam antea à Capitulo electus, confirmatus ex apoſtolica Clementis V. auctoritate, pro qua re ſcripſit Bouiano Epiſcopo, vt illum, ſi tanto oneri idoneum inueniſſet, in dignitate confirmaret, vt in reg. Vat. Dat. Auenione 14. Kal. Martij anno pontif. [illegible] ſalutis 1307 Hic Rogerus temporibus Ioannis XXII. occiſus fuit ab Rogerio de Bonito milite Arianenſi diu propter hoc indignum facinus Eccleſia iſta vacua paſtore fuit.

12 PETRVS Canonicus & notarius Bene-

neuentanæ Eccleſiæ electus Epiſcopus Frequentinus anno 1343. memoratur in inſtrumento electionis Notarij eiuſdem Eccleſiæ Beneuentanæ tunc vacantis, per Capitulum celebratæ eodem anno die 24 Ianuari Ind. 12. in perſona Abbatis Thomaſij M[illegible] Corſileonis de Beneuento Canonici eiuſdẽ Eccleſiæ ex Biblioth. Beneuent.

13 CHRISTIANVS Epiſcopus Ciuitatenſis huc tranſlatus ann. 1348. eodemque anno defunctus.

14 Fr. EVSTACHIVS, vel Euſtaſius, ſeu Stati[illegible]s Nicolai de Riccia Ord. Eremitarum ſancti Auguſtini electus ſucceſſit anno 1348. ad hanc [illegible]gnitatem vocatus a Clemente VI. 4. Id. Decembr. an. 7. ex Reg. Vatic. ep. 202. fol. 94. teſtis fuit ſequenti anno 1349. die 17. Iunij Ind. 2. inſtrumento vnionis Eccleſiæ ſancti Petri de Sala in pertinentijs Montis Fuſcul[illegible] cum ſacello S. Bartholomæi Apoſtoli facto per Stephanum Archiepiſcopum Beneuentanum. Obijt anno 1370.

15 IACOBVS Epiſcopus antea Arianæ Eccleſiæ ad hanc Frequentinam tranſlatus eſt 17. K[illegible]l. Febr. 1370. Vrbano V. ſedente, ex Regeſt. Vat.

16 MARTINVS electus 1349. defunctus 1405. ex lib. Ob[illegible]ig.



16 IOANNES Ca[illegible] Neapolitanus eligitur 5. Kal[illegible] M[illegible] 14[illegible]5. defungitur anno 1424. Romæ vbi iacet, de quo in lib. Pro[illegible]iſ.

18 GASPAR, patria Peruſinus, Mo[illegible]achus & Abbas ſancti Ioannis d[illegible] Eremo Ordinis s. Benedicti electu[illegible] eſt ad hanc Cathedram moderandam à Martino V. die 17. Kal Septemb ann. 1424. ſedit ann[illegible] lus minus 31. & in ſenectute bona quieuit anno 1455. ex eodem lib.

19 BAPTISTA de Ventura Canonicus Ne[illegible]pol. ad hanc In[illegible]ulam [illegible] d[illegible] 17 Sep[illegible] 1455 quo [illegible] E[illegible]ſcopatu[illegible] à Paulo I[illegible] [illegible]ſice d[illegible] [illegible]ſtio Abel[illegible]nenſi Præſ[illegible], per[illegible]a[illegible]ione

A coniunctus eſt cum Abellino die 7. Maij 1466. idemque Bapti[illegible]a primus Epiſcopus fuit Abel[illegible]inenſis, & Frequentinenſis ſimul vnitarum eccleſiar[illegible]m, ita in [illegible]b. Prouiſ. & oblig [illegible] ſub Paulo II [illegible] 2. q[illegible] d[illegible]nde vtrarumque eccleſiarum vſque ad hæc noſtra tempora fuerint Epiſcopi, ſupra reperies in Abel[illegible]um Epiſc[illegible]porum ſe[illegible]e

GVARDIENSES

EPISCOPI.

B



GVARDIA Alferia me[illegible]iterranea eſt ciuitas ad Tiferni amnis ri[illegible]am in Prouincia Comitatus Moliſie[illegible]s ob aeris grauitatem penè deſolata, infrequens habitatoribus eſt. Eius [illegible] obſcura eſt, cum nullus omnino

C auctor reperiatur, neque citimus, neque re[illegible]or[illegible]s, qui eiuſdem originem, vel progr[illegible]us, aut ruinam protulerit; quia tamen poſt milleſimum noſtræ ſalutis annum, vt fert opinio, h[illegible]b Archiepiſcopo B[illegible]neue[illegible]ano con[illegible]ituta [illegible] Epiſcopa[illegible] dignitas, vſu obt[illegible]uit, vt diceretur Ciui[illegible] ita[illegible] ab ea tempeſtate Præ[illegible]lem obtinuit, q[illegible] A[illegible]es, & Bene[illegible] F[illegible] ſ[illegible]agan[illegible]s Ca[illegible]d[illegible]a[illegible] in ecc[illegible] ſia[illegible] Deiparæ V[illegible]rg[illegible] A[illegible]mptæ dicatam habet. In ea duæ [illegible]ates. Archipre[illegible]byteratus ne[illegible] A[illegible]hidiaconatus. Ca[illegible]o[illegible]icorum non e[illegible] [illegible] numer[illegible]s, nunc plure[illegible], nunc pauciores; q[illegible]a Eccleſia adſcriptitia eſt. Pr[illegible]ter ipſam Ca-

D thedralem nulla alia Parochialis Eccleſia eſt intra mœnia [illegible] cœnobium [illegible]orum, nu[illegible]um [illegible] [illegible] Hoſpitale, & tria So[illegible]um. Diœceſis exig[illegible]a c[illegible] ſex [illegible]is conſtat, v[illegible] ſex P[illegible]s E[illegible]æ A[illegible]hipresbyterales nu[illegible]. Cenſus annuus Epiſcopalis menſæ vix ducatorum Regi[illegible] circit[illegible] 7[illegible] [illegible]xatur in lib. [illegible] A[illegible]o[illegible] [illegible]rum 66. [illegible]orum ſeries, [illegible] Ecc[illegible]ia, hæc eſt [illegible]elum [illegible]ata tamen, & non ſemel interciſa [illegible]od mon[illegible], ſcripturiſque e[illegible]em E[illegible]æ del[illegible]uti iucri[illegible]us.



1 PETRVS primus Guardiæ epiſcopus, cuius nomen innotuit poſteris ex documento Milonis archiepiſcopi Beneuentani ad fauorem abbatis amici monaſterij ſanctæ Sophiæ de Beneuento contra Leonem Draconariæ Epiſcopum ſcripto in Synodo cui Petrus interfuit ann. 1075. Poſt Petrum plures deſiderantur huius eccleſiæ epiſcopi.

2 HALARIVS interfuit Lateranenſi Concilio anno 1179. Alexandro III. Pontifice ad clauum ſedente.

3 Fr. IOANNES Ord. Minorum eandem ſedem obtinuit ann. 1321.

4 MATTHÆVS obijt 1348.

5 Fr. IOANNES Ord. Minorum ſucceſſit Matthæo 3. Id. Maij ann. 1348. apud Vvadingum ex Reg. Vat. ſoluit pro Matthæo deceſſore in lib. ſolut. die 5. Nouemb. 1350. quo anno tranſlatus eſt ad Eugubinam eccleſiam, deinde anno 1370. factus eſt epiſcopus Regienſis in Gallia.

6 BENEDICTVS poſt Ioannem fuit Guardienſis Epiſcopus, qui obijt ante annum 1354.

7 PETRVS ex Theſaurario Beneuent. eccleſiæ datus eſt ſucceſſor defuncto Benedicto ab Innocentio VI. 4. Kalen. Febr. pontif. 2. ſalutis 1354. exceſſit Auenione paulo poſt ſuam conſecrationem.

8 Fr. PETRVS Ordinis Minorum ſtatim ſucceſſit Petro, electus ab eodem Innocentio VI. anno 1354. 4. Id. Maij ex Regeſt. Vat. ep. 49. fol. 49. pontif. 4. In viuis agebat anno 1356. die 25. Martij, cum ſoluiſſet ſacro Collegio ſolitum penſum pro Petro prædeceſſore ſuo, vt notatur in lib. Solutionum.

9 ANTONIVS exceſſit ſub Bonifacio IX. ann. 1392.

10 ANTONIVM de Ruſsis Rectorem Eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Ceſano Sueſſanen. Diœceſis Bonifacius IX. euexit ad hanc ſedem 18. Kalend. Febr. 1392. Præfuit ann. 7. tranſlatuſque eſt ad Epiſcopatum Grauinenſem. Ita notat lib. prouiſ. & obligat. prælat.

11 IACOBVS ab Eccleſia Cuperſanenſi ad hanc Guardienſem transfertur nonis Septembris 1399. ab eodem Bonifacio IX. moritur 1402. ex ijſdem lib.

12 ANTONIVS electus anno 1402. die 4. Iulij.

13 THOMAS Archidiaconus Termulanæ Eccleſiæ eligitur Epiſcopus in locum defuncti Antonij 4. Id. Decemb. 1404.

14 ESQVILLVS Epiſcopus Guardienſis obijt 1411.

15 Fr. IACOBVS PETRI Treppe Ord. Minorum electus per obitum Eſquilli die 17. Martij 1411. ex Vvadingo Annal. Minorum tom. 5.

16 Fr. SABINVS de Celano Ord. Minorum Epiſcopus Guardienſis ſub Archiepiſcopo Beneuentano ann. 1419. Hic, vt Vvadingus tradit, Marrochiorum in Africa inſtitutus eſt Vicarius propter abſentiam epiſcopi oues negligentis.

17 IACOBVS Epiſcopus Guardienſis florebat ann. 1428. Beneuentanæ ciuitatis Rectoris loco, ad quem extant Martini V. literæ pontif. ſui 11. Dat. apud Sanctos Apoſtolos 8. Id. Iunij ad fauorem Pauli Archiepiſcopi Beneuentani conſcriptæ; cætera Iacobi acta incomperta ſunt.

18 ANTONIVS huius Eccleſię Antiſtes fato obijt ann. 1490.



19 MARCVS Cybo Ianuenſis electus ab Innocentio VIII. anno 1490. die 5. Nouemb. exceſſit ann 1494.

20 Fr. ROBERTVS de Ferraria ſucceſſit die 22. Auguſti 1494. ex actis Conſiſtorialibus.

21 BENEDICTVS mortuus eſt anno 1498.

TRO-



22 TROYLVS Agneſius nobilis Neapolitanus Epiſcopus Lauellenſis ad hanc ſedem tranſlatus eſt die 4. Iulij 1498.

23 ZACCHARIAS de Vicentia Epiſcopus Sebaſten. transfertur ad hanc ſedem die vltima Auguſti 1519. poſt menſes tres illam reſignauit, cum regreſſu tamen, vt mos illorum temporum erat.

24 VALENTINVS de Valentinis electus die 2. Decembr. 1519. breuis pontifex fuit, iterumque poſt ipſum Zaccharias hanc eandem eccleſiam ſuſcepit moderandam, in eaque adminiſtranda diem ſuum obijt Romæ anno 1524.

25 N. Epiſcopus Sanctinenſis huc tranſlatus die 19. Septemb. 1524.

26 HIERONYMVS Valcherius de Carpo huius eccleſiæ epiſcopus, Vicarium Brixienſis Epiſcopatus agebat ann. 1539. eius promotionem non reperi, niſi forte ſit idem cum relato Epiſcopo Sanctinenſi.

27 IOANNES Cardellus obijt anno 1552.

28 ANTONIVS de Benedictis Archipresbyter Sipontinus deligitur die 24. Auguſti 1552. defungitur 1556.



29 IACOBVS Lomellinus del Campo, Petro, & Argentea parentibus natus, genere Græcus Rhodius; ſed quia prope Meſſanam in naui Religionis ſancti Ioannis Baptiſtæ Hoſpitalis Hieroſolymit. primum infans è nobilibus parentibus in lucem venerat, dictus eſt ciuis Meſſanenſis, ipſe, eiuſque germani Romanis Pontificibus grati fuere. Iacobus fit primum Apoſtolicus Referendarius, atque multis eccleſiaſticis beneficijs in Sicilia à Paulo IV. ditatur, poſt Epiſcopus deſignatur Guardienſis die 5. Iulij 1556. transfertur ſub Pio IV. ad Mazarienſem eccleſiam in Sicilia die 17. aprilis 1562. ex qua ſub Pio V. tranſitum fecit ad Panormitanam Metropolim anno 1571. In qua moderanda egregius Præſul mortalitatem expleuit anno 1575. die 9. auguſti, ſepelitur in Cathedrali in ſacelli ſolo, atque æneum Præſulis ſimulachrum affabrè elaboratum iacentis ſpecie impoſitum eſt, hac ſubiecta epigraphe.

Iacobus Lomellinus cum Guardienſis Epiſcopus mox Mazarienſis, & tandem Archiepiſcopus Panormit. ſumma cum religione, & populorum exemplo adminiſtraſſet, ac in Concilio Tridentino pro ſancta Romana Sede, & in Sede Romana pro Rege, & Siciliæ Regno difficillima ſuperaſſet, ad Deum, vnde exiuit euolauit.

Quod terrenum hac vrna clauditur, dum tuba canet.

Vixit an. x l i x. obijt ix. Auguſti MDLXXV.

Iacobi egregia facinora, ac virtutes ſcribit Rocchus Pyrrhus in notit. Eccleſ. Panormitanæ, & Mazarien. de quo fortaſſe alibi.

30 IOANNES BAPTISTA Lomellinus Iacobi ſuperioris germanus frater, ei in Guardienſi. Sacerdotio ſucceſſit die 17. April. 1562. Concilio Trid. intereſt, tranſlatus deinde ad Aeſernienſem eccleſiam an. 1567. die 17. Martij, vbi extrema clauſit anno 1599. de quo vide tom. 6. in Aeſernienſibus Epiſcopis num. 44.

CA-



31 CAROLVS Carafa Neapolitanus vocatus ad hāc infulam die 23.Martij 1567. è qua ad Boianenſem tranſijt ann: 1572. vt ſupra narrauimus.

32 ALTICOTIVS de Alticotijs Etruſcus Cortonenſis patria, vir probus, ſucceſſit Carolo anno 1572. 13.Auguſti, poſt annum tertium à ſua inauguratione fato defuugitur, anno ſcilicet 1575.

33 FRANCISCVS Indellus electus die 14.Octob.1575. ſedit ann.4.menſes aliquot, obijt anno 1580.

34 POMPILIVS Perottus pontifex præpoſitus fuit Guardienſis die 4. Iunij 1580. Obijt 1591.

35 Fr.BARTHOLOMÆVS Beccarius Maceratenſis Ord. ſancti Franciſci Conuentualium doctus Theologus, dignus habitus eſt vt ad hanc Guardienſem Cathedram eueheretur die 26.Aprilis 1591.

36 SEBASTIANVS obijt 1616.

37 IO.DOMINICVS Iaconia nobilis Licienſis, vir prudentia, & morum integritate clarus Guardienſis Epiſcopus electus à Paulo V. die 9. Ianuarij 1617 Præfuit annis multis, nec ſine laude. Ex gente Iaconia floruere Antonius Epiſcopus Puteolanus, Ferdinandi Regis Cappellanus, & Epiſcopus Calarenſis.

38 ALEXANDER Liparolus Neapolitanus Guardienſis Epiſcopus, tranſlatus eſt ad Satrianenſem, & Campanienſem eccleſiam ab Vrbano VIII. anno 1637. die 14. Decembris.

39 LVCA Moncaluus ex oppido Calui Inſulæ Corſicæ electus præſul Guardienſis per tranſlationem Liparoli die 17. Ianuarij 1640. Interfuit Concilio Prouinciali Beneuentano celebrato an.1656. Viuit.

LARINENSES SEV ALARINENSES EPISCOPI.



LARINVM, ſeu Alarinum (vulgo *Larino*) mediterranea ciuitas eſt ad dexteram Tiferni ripam, inter Hiſtonium, & Theanum, interque Trinenrum, à Triueto duodecim M. P. poſitū; quondam fuit nobilis, & opulenta Frentanorum ſedes vetuſtiſſima, qui, vt ſcribit Cato de originibus, à Liburnis Dalmatis, & Tuſcis progeniti, à Lauronibus, quod Principum eorum nomen erat, Larinates, & oppidum eorum municipium, & regionis caput Larinum, ſeu Alarinum nuncupatum. Memoratur Melæ, Plinio, Ptolomæo, tum Ciceroni in orat. pro A.Cluentio, & ad Atticum, lib.4.epiſt.12 & 13. & Iulius Cæſar ciuilis belli lib.1. municipium fuiſſe idem teſtatur Cicero in dicta orat. pro Cluentio. Latis patuiſſe finibus oportet Larinantium agrum, ac fortaſſe à Tiferno ad Frentonem vſque, tanquam ſingularis habebatur regio inter Frentanos, & Apuliam. Cæſari, ac Liuio, vnde à Polybio etiam lib.3. recenſetur Larinatis regio. Senſit aliquando ciuitas hæc bellorum incommoda, & calamitates, ideo ita deſolata manſit, vt incolæ coacti fuerint primo milliario ab antiquo paruo colle fontibus ſcaturiente nouum reædificare Larinum. Verum hic etiam tempore peſtiferæ luis calamitatibus eo traductū eſt, vt cum duo millia ciuium capita in primis, non ita pridem numerarentur, nunc vix trecenta ſuperſint; Marchionatus tamen Branciæ gentis titulo illuſtratur. Cæterum Larinates Chriſtiana ſacra accepiſſe eadem tempeſtate, qua Beneuentum, adiacenteſque regiones fidem ſuſceperunt, hoc eſt Apoſtolorum temporibus, neceſſe eſt aſſerere. Epiſcopatum vero hic inſtitutum eſſe ante ſanctum Barbatum Beneuentanum Epiſcopum docent Vitaliani Papæ literæ ad ipſum Barbatum datæ anno ſalutis 668.

Be vbi

vbi eccleſiæ Larinæ fit mentio, Beneuentanæ Eccleſiæ tunc etiam obnoxiæ. Cathedralis Eccleſia in medio ciuitatis poſita, amplæ ex quadrato lapide ſtructuræ exædificata, ac nobili marmoreo frõtiſpicio exornata ſancto Pardo Epiſcopo dedicata eſt, vbi ſacrũ eiuſdem corpus requieſcit. Pardus iſte non fuit Latiui Epiſc. vt Ferrarius ſcribit, ſed cuiuſdam ciuitatis in Peloponeſo Antiſtes, qui cum à ſua ſede expulſus fuiſſet, Romam venit ad Pontificem Maximum, à quo oblatum in Italia alterum epiſcopatum, quietis gratia, & amore ſolitudinis illum recuſauit, & in Eremum ſeceſſit prope Luceriã ciuitatem Apuliæ, vbi tanta vitæ ſanctitate ea in ſolitudine vixit, vt ſanctus poſt obitum habitus ſit, & Larinates, quibus corpus ſancti Primiani ſubtractum fuerat, profecti in ſaltus Luceriæ inuenerunt corpus S. Pardi, quod cum abſtuliſſent, Larinum deportauere, & in eccleſia condidere, quam in honorẽ eius dedicauerunt, eius translationis diem celebrant 26. Maij, vel [illegible] ciuitatis, ac Diœceſis Patroni, Inuentionis vero diem 17. Octob. Acta ipſius M.S. hæc habent. Cæterum in ea Cathedrali [illegible] dignitatum gradus ad maiorem Dei cultum ſunt, Archidiaconatus, & Archipresbyteratus, & Canonicatus decem, Presbyteratus, ſimpliceſque Clericatus. Seminarium, duo monaſteria virorum, & Hoſpitale, pauperum refugium, aliquotque fraternitates laicorum in ciuitate receſſentur. Diœceſis Larinẽſis ſita, eſt in ea parte, quæ Capitanata Apuliæ vulgo dicitur, finibuſque haud obſcuris terminatur. Nam ab Oriente Frontone fluuio cingitur, qui Adriaticum mare influit, cuius fluctibus 18 M. P. à Septentrione alluitur, vſque ad oſtia amnis Tipherni, cuius aquis Occidentem verſus ab Epiſcopatu Termularum diuiditur, demum à M[illegible] tino Maio in Tiphernum influente, [illegible] montium & continuis ſyluis à Diœceſi Beneuẽtana dirimitur, inde in ſubiectis vallibus à Cigno fluuio [illegible] in Fortorem illabente. Porro Diœceſis continet decem & octo tum oppida cu pagos, Latinorum duodecim, Albanenſium ſex. In pagis autem Albanenſium manent qui Græcum ritum nunc ſectantur. Epiſcopus Beneuentani Archiepiſcopi ſuffraganeus [illegible] mentio exſculpta eſt in valuis æneis Beneuẽtanæ eccleſiæ, & dominus [illegible] in temporalibus Vruræ alias A[illegible] Albanenſium caſalis, quatuor [illegible] bus paſſibus à Larino diſtantis. Cenſus epiſcopatus duo millia [illegible] aro [illegible] Regni olim dicebatur ex plereſque [illegible] colonis [illegible] ad [illegible] notatur aſcendere, tametſi in lib. Apoſtol. eius taxa 100. florenos non excedat. Larinenſes Præſules, quos nobis eruere licuit ex diuerſis ſcriptoribus, monumentiſque, non tamen Larinenſis eccleſiæ, quæ nullum nobis protulit argumentum, ſequentes erunt pauci, & ieiuni, vt in eorum concinnandis nominibus, litanias decantare videamur.



1 AZZO Epiſcopus Larinenſis vixit circa annum ſal. 960. cuius meminit Leo Oſtienſis in Chron. Caſſinen. lib. 2. cap. 6. *Conſtantius*, inquit, *quoque Præpoſitus ſancti Benedicti de Lariano proclamauit in placito Maldefrid Comitis ſuper Azorem Epiſcopum ipſius ciuitatis de Eccleſia ſancti Benedicti in Pettenari, quam idem Epiſcopus cum omnibus poſſeſſionibus eius ſibi vindicauerat, & oſtenſa ratione, ac iuſtitia noſtra iudicante Comite & Epiſcopo renuntiante, collegit eam, & quoniam deſtructa erat, à fundamentis eam reſtaurans, ibi monaſterium, quod hactenus intra ciuitatem fuerat eſſe conſtituit, ibique rum Monachis religioſe viuere cœpit.* Hæc de Azzone, qui Epiſcopus cum Monachis vitam duxit Monaſticam tantum reperimus, cætera eius acta obſcura ſunt.

2 GVILLELMVS Larinenſis Epiſcopus interfuit conſecrationi eccleſiæ Caſſinenſis ſub Alexandro II. Papa anno 1071. teſtis fuit documenti Vderici Archiepiſcopi Beneuentani pro monaſterio ſanctæ Sophiæ anno 1075. peruenit ad tempora Vrbani II. anno 1090. quo interfuit Concilio Melphiten.

3 PETRVS Præſul Larinenſis adfuit Conc. Lateran. celebrato ab Alexandro III. anno 1179.

4 N. huius eccleſiæ epiſcopus, cui ſcribit Innocentius III. vt Cardinali Apoſt. ſedis in Neapolitano Regno Legato obediat vna cum clero, & populo Larinenſi. Florebat anno 120[illegible]. eidem fortaſſis ſcribit Honorius III. ſuper negotio canonizationis Ioannis Eremitæ prioris ſanctæ Mariæ de Gualdo anno pontif. 12. die 3. Nonas Iunij ex reg. Vat. [illegible] 16 t. pag. 26[illegible].

5 GVALTERVS huius eccleſiæ epiſcopus ad Archiepiſcopatum Amalphitanum tranſlatus eſt ab Innocentio IV. anno pontificatus [illegible] ſal. 1254. 10. Kal. Nouemb. ex reg. Vat. ep. [illegible] 258. fol. 180.

6 PETRONVS, vel PARONVS Larinenſis epiſcopus ſub Honorio IV. vixit, ſubſcripſit

ſcripſit Indulgentiæ conceſſæ eccleſiæ Carmelitarum de Senis cũ alijs epiſcopis, 1288. tẽporibus veró Nicolai IV. ſuis exigentibus culpis ab eccleſiæ adminiſtratione ſubmotus eſt anno ſcilicet 1291. poſt eius amotionem Saba Militenſis eccleſiæ epiſcopus, cum diu à ſua eccleſia exulaſſet, eius miſeriæ compaſſus epiſcopus Card. prœneſtinus Apoſtolicæ ſedis in Regno Neapolitano Legatus, cum eccleſiæ Larinæ in locum Paroni adminiſtratorem conſtituit, idque Nicolaus IV. anno 1291. ſuo diplomate confirmauit, ex Reg. Var. epiſt. 472. fol. 92. tandem ad eccleſiam ſuam reuerſus, Larinam vacuam reliquit; Paronus vero ſub Bonifacio VIII. ab adminiſtratione ſuſpenſus obijt.

7 PASCHALIS Epiſcopus Caſſanenſis in Calabria à Bonifacio VIII. tranſlatus eſt ad Larinenſem ſedem; ſed cum non habuiſſet effectum huiuſmodi tranſlatio, à Benedicto XI. factus eſt adminiſtrator, tandem ſub Clemente V. anno 1308. Id. Iulij Larinenſis epiſcopus confirmatus eſt ex Regeſt. Var. epiſt. 625. fol. 129. ann. 4. pontif. Clementis.

8 RAO præfuit huic eccleſiæ an. 1318. cuius meminit Reg. Regeſt. Neapol.

9 DELPHINVS obijt anno 1344.

10 Fr. ANDREAS de Valle-Regia, Ord. Minorum delectus eſt epiſcopus 5. kalend. Ianuar. 1344. pontif. 3. Clementis VI. ex reg. Vat. ann. 3. fol. 35. ſub Vrbano V. fato functus eſt 1365.

11 Fr. BERTRANDVS Ampurienſis antiſtes in Sardinia ad hanc Larinenſem Cathedram tranſlatus eſt ab Vrbano V. die 12. Septemb. 1365.

12 SABINO epiſcopo Larinenſi conceditur à Bonifacio licentia teſtandi anno 1392. vt in lib. de exhibitis fol. 198. legitur. Obijt ſub eodem pontifice ann. 1401.

13 PETRVS antea epiſcopus Ciuitatenſis ad hanc eandem eccleſiam Larinenſem tranſfertur Kalen. Iulij 1401 Hic in ſua obligatione facta die 11. Iulij 1401. recognouit pro Sabino prædeceſſore ſuo, & pro Bertrando antepredeceſſore ſuo in libr. obligat.

14 IOANNES moritur anno 1418.

15 DOMINICVS Abbas ſæcularis, & Rector parochialis eccleſiæ ſanctæ Rufinæ Pennenſis Diœceſis ſucceſſit Ioanni, electus à Martino V. die 6. Kalen. Auguſti 1418. ex lib. prouiſ. prælat. ann. 1. Martini fol. 13.

16 Fr. IOANNES Leo Romanus, Ord. Prædicatorum S. Theolog. inſignis Doctor, Canonumque peritia illuſtris, ab Eugenio IV. ad hanc eccleſiam Larinenſem promotus 16. Kalen Septembris anno 1440. hic lucubratum Commentarium ſcripſit de Synodo, & eccleſiaſtica poteſtate ad ipſum eundem Eugenium papam, quod M.S. aſſeruatur in Biblioth. Vatic. in Actis Concilij eius extat ... otio, & ſucceſſorum poſt ipſum.

17 BONIFACIVS electus Kal. Octob. 1488.

18 ANTONIVS obijt anno 1503.



19 Fr. IACOBVS de Petrutijs Theanenſis Ord. Minorum laudatiſſimæ vitæ religioſus, ſacræ Theologiæ profeſſor in Vniuerſitate Neapolitana, frater germanus Ioannis Baptiſtæ de Petrutijs archiepiſcopi Tarentini, promotus eſt ad epiſcopatum Larinenſem per obitum Antonij 8. Kalend. Maij 1503. ſedit ad annum 1512. quo vitã liquit in Cœnobio ſui Ordinis Hiſtonij in Apulia, iacet in eccleſia ſancti Onuphrij, qui nec epiſcopali dignitate inflatus, quæ ad religioſum inſtitutũ ſpectabat neglexit, nec Monachi humilitate depreſſus, quæ epiſcopum decebant, prætermiſit. Graui correptus infirmitate ad commune ſuorum Fratrum valetudinarium deferri voluit, & cum Fratribus ſepeliri. Corpus poſt multos annos apparuit incorruptum in teſtimonium illibatæ virginitatis, luculento Confeſſarij teſtimonio comprobatæ. Moriturus dixit, ſe magna cum fiducia per Dei benignitatem ſe ſerendum in locum ſalutis. Hæc de Iacobo Vvading. tom. 5. & 8. Annal. Minorum; quem Ioannes Scoppa vocat Dialecticum peracutum, Philoſophum ſubtilem, Theologum ſublimem, & cæleſtia cuncta remeantem. Auguſtinus Seſſa illum dixit, *Dei & naturæ interpretem*

20 Fr. FRANCISCVS patria Potentinus huius eccleſiæ Antiſtes erat anno 1528. dum die 13. Ianuarij factus eſt Archiepiſcopus Nazarenus, de quo egimus in 7. tom. in Nazarenis Archiepiſcopis, vbi irrepſit error, & pro Larinenſi ſcriptum fuit Sorenſis.

21 DOMINICVS Archidiaconus Potentinus germanus frater Franciſci ſuperioris eadem die 13. Ianuarij, eodemque anno 1528. relictam eccleſiam Larinenſem ſuſcepit regendam, ſedit aliquot annos.

22 IACOBVS exceſſit. ann. 1539

Ee 2 FER

23 FERDINANDVS de Madparra Hiſpanus Archidiaconus Aſtoricenſis, militeſque Hieroſolymitani Ord. eligitur Larinenſis Epiſcopus die 17. Octob. 1539. abſens eccleſiam adminiſtrauit apud proregem, nec vnquam Larinum inuiſit, mortem obijt anno 155[illegible].

24 IO. FRANCISCVS Bore[illegible]hus Mediolanenſis renunciatus eſt Epiſcopus die 27. aprilis 1551. poſt annos ferè quatuor nondum conſecratus liberè nuncium remiſit.

25 B[illegible]LISARIVS Ballinus Neapolitanus Rector eccleſiæ ſancti Nicolai [illegible] M[illegible]grino Neritonenſis Diœceſis, vir doctus, cæteriſque virtutibus dignus vt ad hanc infulam vocaretur à Paulo IV. cuius erat familiatis, die 27. Iunij 155[illegible] H[illegible] immunitate eccleſiæ perſecutiones pa[illegible]. non ſemel à magnis Romæ iniquè poſtulatus, innocens illæſus euaſit. Præfuit laudabili ſane ſama an. [illegible]5. I[illegible] Tridentino Conc. ſub Pio IV à quo cum redijſſet Diœceſim luſtrauit, ſa[illegible] uberrimaſque conſtitutiones ſanciuit, quæ ſucceſſoribus in bene adminiſtranda eccleſia norma [illegible] : mortalitatem expleuit anno 1591.

26 HIERONYMVS Vela V[illegible]entinus ſucceſſit die 6. Martij 1591. & cum eximiè per annos viginti ſediſſet, luſtrata non ſemel Diœceſi, nonnullaque ſynodalia ſta[illegible]uiſſet, obijt anno 1611.

27 IO. THOMAS Euſtachius Troiæ in Apulia ex Ioanne Ma[illegible]ino inſigni philoſopho patre, Sulpitiaque de Tutijs nobilibus parentibus natus eſt die 7. Iunij 1575. optimis moribus, ac bene educatus adoleſcens, nobilibus diſciplinis Neapoli excolendus miſſus eſt. Dum ſtudijs operam daret non obſcura futuræ ſanctitatis indicia d[illegible], [illegible]uitates pueriles abhorrens, totum ſe ad pietatem commiſit. Itaque n[illegible] ingen[illegible], pietatiſque comme[illegible] in Fra[illegible]ci Mariæ Taruſij familiaritatem, qui poſt[illegible] euaſit Cardinalis, ac tunc nouum Oratorium Neapoli ex præcepto ſancti Philippi Nerij inſtituebat, ſeſe inſinuauit, ſub quo in vita ſpirituali notabiles profectus fecit, & apud patres eiuſdem Oratorij nomen dedit; numeratuſque eſt inter eos die 8. Septembr. 1592. Beatæ Mariæ Virginis ſ[illegible], annum agens decimum ſeptimum. In ea viuendi forma omnibus exemplar virtutum ſe præbuit, ſtudium amplexus eſt ſanctorum patrum lectiones, ac ſacræ Theologiæ operam dedit, cuius fontes ſub egregijs viris [illegible]argite[illegible], [illegible] vt in eadem facultate lau[illegible]am a[illegible]t. Pietate & doctrina [illegible]s nullum non prætermiſit modum [illegible]oximis auxiliaretur prius in anima, [illegible]as pro eis effundēs preces in ſingu[illegible] per plures horas eorum corda [illegible] V[illegible]ini [illegible]icia, ſericaſq; car[illegible] of [illegible] pro ipſis p[illegible]tias ag[illegible],

A donec formaretur in ipſis Chriſtus. Continuo ſermones ad populum habuit, & diu duos in hebdomada. Auxiliabatur quoq; proximis indigentibus, la[illegible]as e[illegible] elemoſynas, nullum relinqu[illegible] actum Chriſtianæ virtutis, quin proximo [illegible] b[illegible] virtutibus ornatus maxima apud omnes [illegible] cœp[illegible], tantaque gratia apud Neapo[illegible] rosque po[illegible]bat, vt ab omnibus veluti amantiſſimus pater coleretur, vt vix ab eorum amplexu ſe expedire poſſe videretur. Per [illegible] annos ſumma animi ſui tranquillitate, ac ſanctè in eo apud ſuos viue[illegible] modo vixit, & cum ex Lauretana deuotione Romam petens Neapoli profectus, ac
B cepit a Paulo V. Summo Pontifice, cui virtutes eius notæ iam diu erant ſe deſignatum epiſcopum Larinenſem, conatus eſt ſi[illegible] iam imponendam dignitatem fuga excutere, ſed pontificio vrgente imperio nolens atque reluctans onus ſubiuit, creatuſque eſt epiſcopus die 9. Ianuarij 1612. Vouerat numquā ſe ſuſcepturum dignitatem ſine ſui Confeſſoris a[illegible], & cum à Paulo ad dignitatem ſuſcipiendam cogeretur, dixit, v[illegible] ſe nunquam dignitates ſuſcipere abſque ſui patris ſpiritualis conſenſu, cui Pontifex reſpondit: [illegible] qui pa[illegible] ſumus omnium patrum ſpiritualium, in hoc tibi commutamus votum, vt epiſcopatum ſuſcipias; itaq;
C hu[illegible]r ad onus ſubeundum collum ſubmiſit, atque à Roberto Bellarmino Cardinali inauguratus eſt, [illegible] aque animi [illegible]deratione paulo poſt epiſcopatus ſolemni ritu per ſe inijt poſſeſſionem. Statim in animo [illegible]rmauit vigil[illegible] prudentiam, doctrinam, & [illegible] Chriſtianæ fidei culmen pertinebat [illegible] conamine ad effectum perducere d[illegible]erauit. Seminarium [illegible] C[illegible]icorum ia[illegible] [illegible]etro annis derelictum [illegible] reduci [illegible] ſplendorem curauit, in quo ſuæ Diœceſis p[illegible] non ſolum literis d[illegible]tur verum etiam in diuinorum præceptorum ob[illegible]uatione educarentur. H[illegible] & pomp[illegible], et[illegible]
D milis erat, tamen ſi ad eccleſiaſticæ ſ[illegible] gnitatis decus ſpectare viderentur, non ſolū non effugiebat, verum etiam adi[illegible] ger[illegible] ſiderabat. Familiares ſuos omnes [illegible] & quaſi religioſam vitam d[illegible] ere [illegible], omnes inſimul v[illegible]ue ad Vic[illegible]um [illegible] re ſpirituali [illegible] & [illegible] iuſſit. Diœce[illegible] ſæpius luſtrauit, & in ſingulis terr[illegible] m ſtar[illegible] at[illegible] er ueniſſet ad eccleſias recto tramite co[illegible]bat, in quo[illegible] populus ſe congregabat, ibi[illegible]ue ad[illegible] cæte[illegible], ſermo[illegible] ad eundem [illegible] Miſſam cel[illegible]bat, ſacramentales confeſſiones audiebat, [illegible] ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum [illegible] miniſtrabat, maxima [illegible] conſolatione. Pontificalia, & [illegible] cæremonias mira cum grauitate [illegible]

cano-

canonicas horas ferè ſtans, ac capite detecto clarè, ac diſtinctè exoluebat. Adeo ſacram Scripturam venerabatur, quod non ſolum in ea lectione continuo verſaretur, ſed etiam cum in menſa legeretur, reuerentiæ cauſa à cibo ſe abſtinebat. Eius vita tum in Epiſcopali dignitate, cum in Congregatione ſua verſaretur continuo [illegible] die nocteque orare, quietis locum orationem habuit. Impenſiſſima deuotione colebat Beatiſſimam Virginem Mariam, ab ipſa multis periculis liberatus, ab eaque multa aſſecutus eſt beneficia, vt ipſemet teſtatur in quadam epiſtola ad eandem B. Virginem ſcribens. Librum compoſuit eccleſiarum, imaginum, ac titulorum eiuſdem B. Virginis, & alium ſcripſit de obſeruantia, imitatione & inuocatione eiuſdem, multaſque laudes ſpirituales, Aue Maria, Coronam duodecim ſtellarum, aliaſq; pulcherrimas ſalutationes compoſuit, de ea die nocteque loquebatur, & cogitabat, orationes cunctas ad eam dirigebat, orans ac ei offerens ſuum ſuorumque corda. Deuotiſſimam ſecum deferebat ſtatunculam eiuſdem B. Virginis, & eam eleuatus in officiorum fine, venerabundus exoſculabatur. Duo ſacella in eius honorem conſtruxit, vnum ſuæ cellæ proximū, alterum extra Nea. mœnia ſub titulo S. Mariæ de Perſeuerantia. Multas ſolitus erat in eiuſdem honorem eleemoſynas dare, pluresque abſtinentias ſuſtinere. Erga ſanctos deuotiſſimus fuit, quorum geſta narrare ſolitus erat populo, vt ipſe quoque eorum mores [illegible] diuidens in duodecim tomuſculos, præter duos tomos de vita, & virtutibus ſanctorum Patrum: magna quoq; deuotione veneratus eſt S. Ioſeph ſepties in die eundem ſalutans iuxta ſeptem horas canonicas, omnia ad honorem agens Iesv Mariae Ioseph. vti eleemoſynā pauperibus erogabat, & abſtinentias agebat ad eius honorem; idemque faciebat ad honorem Sancti Ioachimi, & S. Annæ tres dies carnes in hebdomada, maximè cupiens eorumque officium in Eccleſia celebraretur, & à Deo oratione impetraſſe dicitur. Caſtam cœlibemque vitam duxit, Fortitudine, patientia, paupertate, prudentia & exemplo cæteriſque Prælato dignis virtutibus, cōmiſsā ſibi eccleſiam annisquatuor ſancte rexit, hunc mundum ac dignitates parui faciens, in manibus eiuſdem Pauli V. à quo inuitus Larinenſem eccleſiam acceperat lacrymātibus populis libere reſignauit, Neapolim regreſſus in eandem ſuam congregationem Oratorij, dimiſſoque deinde Epiſcopalium habitu, eadem forma, modoque, quo vitam traduxerat, vixit ad annum vſque 1641. quo prima die Ianuarij hora 17. obdormiuit in Domino, ætatis ſuæ annum agens 66, ſepulturam accepit in communi Patrum oſſuario eccleſiæ S. Hieronymi. In eius inferijs luculentam orationem habuit quidam eruditus Neapolitanus, quæ typis excuſa eſt. Tum viuus, tum mortuus claruiſſe miraculis fama eſt, quibus ſperatur aliquando futuram licentiam ſummi Pōtificis condendi proceſsū de vita & moribus tanti Præſulis, vt ſuo loco & tempore eadē Apoſtolica auctoritate inter beatos poſſit adſcribi. Fratres habuit Io. Thomam Lucā, Antonium Pauli V. cubicularium, & Petrum Paulum Epiſcopum Boninum magnæ virtutis virum defunctum anno 1622.

28 GREGORIVS Pomiaurei Rubenſis Aſcan. Cardinalis Columnę olim familiaris, à quo ſimplex beneficium iuris patronatus eiuſdem accepit, hanc eandem ſedem eſt aſſequutus die 13. Maij 1616. deceſſit anno 1626.



29 PETRVS-PAVLVS Caputus nobilis Neapolitanus paſchalis petrellæ, aliorumque feudorum Toparchæ filius, vtriuſque Iuris, ac ſacræ Theologiæ laureatus, atque ſignaturæ Referendarius, & confidentiarum Auditor Romæ fuit, Abbatiam ſanctæ Mariæ Maioris Neapol. commendatam habuit, ſub Vrbano VIII. multis præfecturis in Eccleſiaſtica ditione obitis, ſummam ſibi peperit exiſtimationem, meruitque Larinenſem Infulam, ad quam euectus eſt die 3. Aprilis 1628. Romæ munus conſecrationis accepit, ſtatimque Larinum profectus, totus in bene moderando Clero vitæ vix annum expleuit cum vocatus eſt ad tumulum die 29. Iulij eodem anno 1628. in Cathedrali, collachrymantibus populis terræ mandatus eſt, poſteris poſt ſe optimi Præſulis fama relicta. Fratres habuit Franciſcum Petrellæ Marchionem, & Comitatum S. Marci mox Cathacenſem pari virtute Epiſcopum, de quo alibi dictum.

30 PERSIVS Caraccius nobilis Vaſſallenſis I. vtriuſque Doctor per multos dignitatis gradus ad inſulam aſcendit, Rector pro Apoſtolica Sede Venuſini Comitatus difficillimis temporibus renunciatus eſt anno 1627. cū vix elapſo anno Carpentoracti Recto-

ctoris ſedem teterrima peſtilentiæ lues graſſari cœpit, omnia tum ſpiritualia, tum temporalia remedia pertimido populo adhibēda curauit, & fugientibus ciuitatis Conſulibus, cæteriſque fere ciuibus, intrepidus ipſe cum vno ex Conſulibus, paucifque alijs remanſit cum morte propè luctans, ſumma prudentia per decem & octo menſes patris Rectoriſque munus obiuit, ab Vrbano VIII. commendatus, dignuſque habitus eſt vt regimini Larinenſis ecclesiæ præficeretur die 5. Ianuarij 1631. Romæ conſecratus ſolemni ritu ... patris ſui inijt poſſeſſionem. Per annos ... verbo & exemplo concreditam ſibi plebē ad viam ſalutis direxit. Diœceſim non ſemel, nec ſine fructu luſtrauit. Palatium Epiſcopale magnifice olim extructum, tunc vetuſtate ſua collabens proprijs ſumptibus reparauit, & auxit Clericorum Seminarium è regione Cathedralis Eccleſiæ à fundamentis erexit, eidemque ſex millia ducatorum dono dedit; ad alendos alumnos, magiſtroſque inſtruendos, qui Eccleſiaſtica diſciplina literiſque ab ijs imbuerentur: eccleſiaſticæ immunitatis acerrimus defenſor, & corrigendis delictis iuſtus, & vindex pro pater, quibus bene gerendis incommoda multa, pluresque inſidias patienter ſuſtinuit, ac ſemel à graſſatoribus captus, atque per nouem propemodum annos inſidijs vexatus ſeruatuſque, Dei auxilio incolumis Romam ſe recepit benigne ab Innocentio X. acceptus epiſcopatu ſe abdicauit anno 1656. ibique quietam agens vitam, omnibus gratus factus eſt Lateranenſis Baſilicæ Vicarius, & ex delectu Alexandri VII. Pontificis Max. hoc anno 1660. in Epiſcopatu Sabinenſi Apoſtolicus Viſitator euaſit, munus demandatum ſuſcepit, & perfecit perbelle. In noſtro monaſterio ſanctorum Vincentij & Anaſtaſij die octaua Nouembris eiuſdem anni pergit nunc vitam prælato dignam peragere, Raynaldi Card. Eſtenſis domus Præfectus; quem Deus Opt. Max. diu conſeruet incolumem.

31 FERDINANDVS Apicella Neapolitanus, Epiſcopus Rubenſis ad hanc Larinenſem eccleſiam tranſlatus eſt die 28. Auguſti anno 1656.

✠

A

B

C

D

LESINENSES EPISCOPI.



LESINA ad radices Montis Gargani Aquilonaris condita fuit à Chriſticolis piſcatoribus Leſinæ Inſulæ Dalmatiæ, à qua nomen accepit, deſtructa, ac deſolata fuit à Sarracenis, vt Frizia ex Petro Razano ſcribit. Hanc Margarita Regina, Ladiſlai Neapolitani Regis mater ex regia conceſſione, Eccleſiæ, & inſigni Xenodochio Diuæ Annunciatæ Neapolis, cum iuribus, & pertinentijs ſuis perpetuo attribuit anno 1411 epiſcopali titulo inſignita fuit ciuitas hæc ab ipſis ferè incunabulis ſub Archiepiſcopi Beneuentani arbitrio, cuius aliquando nominationem, ſeu præſentarionem poſt Ciuitatis donationem ad Rectores Xenodochij ſpectaſſe dicunt; ſed & ſub Pio II. Leſinenſem hanc eccleſiam menſæ Archiepiſcopali Beneuentanæ vnitam fuiſſe legimus in lib. Conſiſt. anno 1459. iterumque ſui iuris factam, tandem ſuppreſſam Epiſcopalem dignitatem patrum noſtrorū monumēta ſcribunt, & vnitam archiepiſcopatui beneuentano vna cum Lemiſana Diœceſi Porrò aliquorum huius Sedis Epiſcoporum nomina ex varijs monumentis expiſcati ſumus, quorum ſeries hæc eſt.



1 NICOLAVS Canonicus Beneuentanus Clericus electus eſt Epiſcopus Leſinenſis,

ſis, commendatur ab Innocentio Archiepiſcopo Sipontino 10. Kal. Septemb. 1254. pontif. 12. epiſt. 263. fol. 180. reg. Vatic. an. 12. Porrò litteræ Innocentij ad fauorem Nicolai ita ſcriptæ fuerunt.

Volentes dilecto filio Nicolao Canonico Beneuentano quondam Clerico claræ memoriæ Burelli de Anglon. Comitis Leſinen. gratiam facere ſpecialem, mandamus, quatenus eundem Clericum Eccleſiæ Leſinen. quæ vacat ad præſens auctoritate noſtra præficias in epiſcopum & Paſtorem, faciens ei à ſuis ſubditis obediri, & reuerentiam debitam exhiberi. Contrarium & cæt. non obſtan. ſi aliquibus, qui excommunicari, ſuſpendi, vel interdici non valeant à ſede Apoſtolica ſit indultum, & cæt. *Datum Capuæ 10. Kal. Nouembris anno 12.*

2 PERENVS, ſeu PERONVS Leſinenſis Pontifex cũ alijs Epiſcopis præſens fuit, quando Epiſcopus Bouinus primum lapidem iecit in ædificatione eccleſiæ S. Mariæ Vallis viridis anno 1265. poſt hunc plures deſiderantur Epiſcopi.

3 Fr. LAVRENTIVS memoratur in regio regeſt. Neapolit. anno 1343.

4 GVILLELMVS obijt 1345.

5 Fr. ALBERTVS Ord. Minorum à Clemente VI. ex epiſcopo Nicomedienſi transfertur ad hanc Leſinenſem eodem die 4. Id. Nouembris 1348. anno pontif. 7. ex reg. Vatic. ep. 41. fol. 56. Defunctus eſt anno 1351.

6 Fr. ANDREAS de Caluiſiis, eiuſdem Ord. Minorum religioſus ſucceſſit Alberto anno 1351. 15. Kal. Martij ann. 10. Clementis VI. ep. 80. fol 52 reg. Vatic.

7 ISNARDVS Epiſcopus Leſinẽſis floruit ante annum 1384.

8 Fr. IACOBVS ſucceſſor Iſnardi memoratur in lib. oblig. anno 1384. epiſcopus Leſinenſis in prouincia Beneuentana.

9 NICOLAVS anno 1390. ſub Ladiſlao Rege ex regio regeſt. Neapol.

10 FRANCISCVS patria Tudertinus ex Comitibus Titignani, ac Montis Marcis ſanguine prognatus, Monachus S. Galgani Ord. Ciſtercienſis Volaterranæ Diœceſis, Leſinenſis epiſcopus delectus eſt circa annum Domini 1400. Peruſiæ animam emiſit anno 1416. ſepultuſque eſt in eccleſia S. Iulianæ Monialium ſui Ordinis ante maius altare, vbi adhuc marmorea tabula ſpectatur cum eiuſdem epiſcopi effigie, & nobiliſſimæ ſuæ familiæ ſtemmate, & hac inſculpta epigraphe pedibus penè corroſa.

S. R. P. Domini Franciſci de Trigínge Titignano, & Vatuno de Tuderto, Epiſcopi. Leſinen. Monachi ſancti Galgani Ciſtercienſis Ordinis MCCCC.

Suſpicatus ſum aliquando hunc Franciſcum Tudertinum fuiſſe confuſum cum altero Franciſco Petri filio patria Senenſi, monacho eiuſdem Monaſterij S. Galgani, qui à Bonifacio IX. creatus eſt epiſcopus Lexienſis in prouincia Antibarenſi an. 1394. per obitum Petri Epiſcopatus onere ſe abſoluit anno 1405. ſucceſſorem habuit Andream, vt in lib. promiſ. Prælat. legitur; ſed cum Franciſcus Peruſiæ defunctus, patria fuerit Tudertinus, & Leſinenſis, non Lexienſis epiſcop. legatur in epitaphio, oportet aſſerere duos fuiſſe omnino Franciſcos eiuſdem monaſterij Monachos, eodemque tempore infula condecoratos, vnum Lexienſem in Albania, alterum Leſinenſem in Beneuentana Prouincia epiſcopos.

11 BARTHOLOMÆVS Epiſcopus Leſinenſis tranſlatus ad Turribulenſem eccleſiam à Gregorio XII. an. 1409.

12 NICOLAVS de Tartaglis Monachus Ord. Ciſtercienſis Monaſterij S. Ioannis in Lamis Sipontinæ Diœceſis ſucceſſit Bartholomæo eodem anno 1409 12. Kal. Iulij electionis bulla extat in Bibliotheca Beneuentana in hunc modum.

GREGORIVS EPISCOPVS
Seruus ſeruorum Dei.

Dilectis filijs Clero Ciuitatis & Diœc. Leſinen. ſalutem & Apoſt. ben.

Paſtoralis officij debitum cui diſponẽte Domino præſidemus expoſcit, vt de vniuerſis Orbis eccleſijs, quæ ſuis viduatæ paſtoribus vacationis incommoda deplorare noſcuntur ſolicite cogitemus, quod eccleſijs ipſis præficiantur viri prouidi in paſtores qui eas in ſpiritualibus & temporalibus ſciant, velint & valeant ſalubriter regere & feliciter gubernare. Sanè Eccleſia Leſinen. vacante, quod nos hodie dilectum filium Bartholomæum Turribulen. tunc Leſinen. apud ſedem Apoſtolicam conſtitutum à vinculo quo ipſi eccleſiæ cui tunc præerat tenebatur, de fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine abſoluentes eum ad eccleſiam Turribulen. tunc paſtore carentẽ duximus auctoritate Apoſtolica transferendum præficiendo eum eidem Turribulen. eccleſiæ in epiſcopum & paſtorem. Nos ad prouiſionem ipſius Eccleſię Leſinen. celerem & felicem, ne longæ vacationis exponeretur incommoda, paternis & ſolicitis ſtudijs intendentes, poſt deliberationem, quam de præficiendo eidem eccleſiæ Leſinen. perſonam vtilem, & etiam fru-

fructuoſam cum fratribus noſtris habuimus diligentem; demum ad dilectum filium Nicolaum de Tartaglis electum Leſinen. tunc Monachum monaſterij ſancti Ioannis in Lamis Ordinis ſancti Benedicti Sipontinæ Diœceſis, Ordinem ipſum expreſſe profeſſum, & in ſacerdotem conſtitutum, cui de religionis zelo, litterarum ſcientia, vitæ munditia, honeſtate morum ſpiritualium prouidentia, & temporalium circũſpectione, alijſque multiplicium virtutum meritis apud nos laudabilia teſtimonia perhibetur, direximus oculos noſtræ mentis, quibus omnibus debita meditatione penſatis de perſona ſua nobis, & eiſdem fratribus ob dictorum ſuorum exigentiam meritorum accepta ipſi Leſinen. eccleſiæ de dictorum noſtrorum fratrum conſilio auctoritate Apoſtolica prouidimus, ipſumque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem, curam & adminiſtrationem ipſius Leſinen. eccleſiæ in ſpiritualibus & temporalibus plenarie cõmittendo: in illo qui dat gratias & largitur præmia confidentes, quod eadem Leſinen. eccleſia per ſuæ circumſpectionis induſtriam & prouidentiam circumſpectam ſub ſuo felici regimine, dextera Domini ſibi aſſiſtente propitia, ſalubriter & proſpere dirigatur, grataque in eiſdem ſpiritualibus & temporalibus ſuſcipiat incrementum. Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus præfatum Nicolaum electum pro noſtra & Apoſtolicæ ſedis reuerentia benigne recipientes, & honorificè pertractãtes exhibeatis eidem obedientiam & reuerentiam debitas & deuotas, eius ſalubria monita & mãdata ſuſcipiendi humiliter, & efficaciter adimplendo. Alioquin ſententiam quam idem Nicolaus electus rite tulerit in rebelles ratam habebimus, & faciemus auctore Domino vſque ad ſatisfactionem condignam inuiolabiliter obſeruari.

Datum Gaietæ 12. Kal. Iulij Pontificatus noſtri anno quarto.

Cæterum Monaſterium S. Ioannis in Lamis Sipontinæ Diœceſis Ord. S. Benedicti tẽporibus Ioannis XXII. vnitum fuit Cœnobio S. Mariæ de Caſanoua Ord. Ciſtercienſis Pennenſis Diœceſis, ſub quo vnitum hactenus manet, & Nicolaus iſte Epiſcopus Leſinenſis Monachus erat Ciſtercienſis, Monaſterij eiuſdem ſancti Ioannis olim Ord. ſancti Benedicti, qui cum diu hanc Leſinenſem Eccleſiam rexiſſet, actus Draconarienſis Epiſcopatus ab Eugenio IV administrator ann. 1438. vt ſupra retulimus, ex hac mortali vita ſub eodem creditur obijſſe, anno 1452 Vacauit ſedes Leſinenſis annos aliquot, anno vero 1459. Pio II ſedente hæc Leſinenſis eccleſia vnita fuit menſæ archiepiſcopali Beneuentanæ, pro qua die 30. Decembris eiuſdem anni Iacobus Beneuentanus Archipræſul obtulit Cameræ Apoſtolicæ ſolitum penſum ratione dictæ vnionis, vt notatur in obligat. lib. Pij II. fol. 178.

A

13 Fr. THOMAS Bituntinus huius Eccleſiæ Pontifex electus 7. Id. Iunij an. 1473. à Sixto IV. obijt anno 1482.

14 MASELLVS de Auria Neapolitanus ſucceſſit Thomæ die 11. Martij 1482.

15 FRANCISCVS Nomicifius Neapolitanus exceſſit Neapoli anno 1507. Iacet in Eccleſia Diuæ Annunciatæ, cuius fuerat Rector cum hac inſcriptione,

B

Reuerendo Domino Franciſco Nomicifio huius almæ Baſilicæ Rectori, ac Pontifici Leſinenſi, Magiſtri ſepulchrum fecere An. ſal. MDVII.

C



16 Fr. LVCAS Matthæus Caracciolus Neapolitanus Ord. Carmelitarum, Epiſcopus Leſinenſis, onere vltro ſe exſoluit anno 1526. Defunctus eſt Neapoli, & in Eccleſia ſanctiſſimæ Annunciatæ in ſepulchro à ſe

D parato cum hoc epitaphio tumulatus.

Lucas Matthæus Caracciolus Ordinis Carmelitarum ac Theologiæ profeſſor, Epiſcopus Leſinẽſis hoc ſacello ſuos cuſtodiri cineres C. An. MDXXVI.

17 Fr. IACOBVS Mantuanus Ord. Præd. Leſinenſis Epiſcopus adlectus eſt, cedente Caracciolo die 24. Aprilis 1526.

18 ANTONIVS Pannella Neapolitanus, Leſinenſis Præſul mortalem vitam liquit anno 1538. iacet in eadem Eccleſia Diuæ Annunciatæ, vbi hæc inſcriptio.

An-

*Antonius Pannella Neap. Epi-
ſcopus Leſinenſis ſuo munere,
&c . . . huius ſacroſanctæ
domus functus, hic ſitus eſt.
obijt ann. ſal. MDXXXVIII.*



19 VINCENTIVS Taurellus eiuſdem Eccleſiæ epiſcopus defunctus eodem anno 1538. iuxta prædeceſſorem in eadem eccleſia humatus eſt cum hoc epitaphio.

*Vincentio Taurello Præſuli Le-
ſinenſi, Oeconomi Eccleſiæ de
proprio poſuere. Obijt VI. Id.
Septembris
MDXXXVIII.*

20 GVILLELMVS Vincentij ſucceſſor, vltro onere ſe abdicauit anno 1542.

21 ANTONELLVS de Euſtachijs Archidiaconus eccleſiæ Frequentinæ euaſit Leſinenſis epiſcopus die 16. Aprilis 1542. exceſſit anno 1544.

22 Fr. BALTASSAR Monachus Neapolitanus Ord. Eremitarum S. Auguſtini inſignis ſacræ Theologię Magiſter ad Inſulam Leſinenſem euehitur die 15. Iunij 1544. fato functus eſt an. 1550.

23 HORATIVS Græcus Apulus Clericus Troianus deligitur Leſinenſis Præſul die 18. Febr. 1551. Interfuit Tridentino Concilio ſub Pio IV. & hic apud me vltimus eſt Leſinenſis Epiſcopus.

✠

LVCERIAE SARACENORVM EPISCOPI.



LVCERIA vulgo *LVCERA*, quæ nomina ſucceſſu tẽporis cum Nuceria, & Nocera (vt nunc etiã appellari ſolet) fuere commutata, vrbs eſt mediterranea Apuliæ Dauniæ, exiguo tamen colli impoſita verſus Auſtrum ad flumen Cerbalum, inter Beneuentum, & Sipontiũ, à quo in Occidente XXX. M. P. diſtat, à Beneuento pauló remotior, à Neapoli in Ortum æſtiuum ad LXX. proxima Vulturariæ, & Troiæ, & equo Tutico. Dicta autem Apula (vel & Nuceria Saracenorum) ad diſcrimen Campaniæ, Vmbriæ, & Galliæ Ciſpadanæ Nuceriarum. Sed & Luceriam denominatam fuiſſe, quód in Apulia luceat ob loci, in quo ſita eſt, amœnitatem. Petrus Razanus eius Ciuitatis Epiſcopus affirmat in libro, quem de eius laudibus ſcripſit, antiquiſſimam fuiſſe vrbem, vt cui conditor adſcriberetur Diomedes; patet ex Strabone lib. 6. & multa & alia monſtrantur Diomedis in hac regione dominationis inditia, vt Luceria (quæ & ipſa vetuſta Daunorũ vrbs, nunc humilis eſt) vetuſta Daunia in templo Mineruæ. Captam fuiſſe à Samnitibus, ac mox recuperatam à Romanis, refert Liuius lib. 9. Coloniam fuiſſe Romanorũ Plinius lib. 3. teſtis eſt, Quando Colonia deducta Velleius Paterculus lib. 3. oſtendere vult, Sp. Poſtumio, & Veturio Caluino cõſulibus. Liuius in conſulatu M. Petilij Libonis, & C. Sulpitij Longi anno Vrbis Romæ CCCC. XXXVIIII. ante natum Chriſtum CCCXIIII. Clara poſthac bello ciuili inter Pompeium, & Cæſarem; nam Pompeius hanc Vrbem ſibi ſedem delegerat, vt patet ex epiſtola Ciceronis ad Atticum lib. 4. Poſt ruinam, diuiſionemque Romani Imperij à Longobardis occupata, Conſtantius deinde Conſtantini III. Imp. filius vi cepit, ac vna cum Beneuento ſolo æquauit, an. Chriſti 663. vt Paulus Diaconus, & Blondus ſcribunt, deinde reſtaurata ſub Federico II. per Saracenos habitari cœpit, qui omnem regionem præda obtinebant, & ex eo tem-

pore dicta eſt Luceria Saracenorum; ſed re- A
cepta à Carolo II. Rege, ſupra viginti mil-
le ejectis Saracenis, Chriſto nomen dare
recuſantibus, S. Mariæ de Victoria ciuitatis
nomen inditum, ſed priſtinum Saraceno-
rum huc vſque præualuit, Ciuitas ipſa ad-
huc antiquitatem oſteneat, & magis ampla
eſt, quàm populoſa; ſiquidem mœnia quin-
que millia paſſuum ambiunt, familiæ ta-
men in ea tantùm recenſebantur 1500. Ma-
ximè nunc ob nundinas mercatoribus Ita-
lis, Illyricis, atque Græcanicis populatur,
Regique immediatè ſubijcitur. Cæterum
Luceria prędicantibus Apoſtolorũ diſcipulis
ad Euangelij lumen oculos aperuiſſe con-
ſtans ſama eſt; & ex eo fortaſſe tempore fa- B
cili coniectura colligi poteſt; Præſules ha-
buiſſe, cum ante annum 301. S. Marcus Bo-
uini Diuus Tutelaris Lucerinus erat epiſco-
pus, tamen non primus, vt ex actis illius
colligitur. Vetuſtiſſimus, inquam, Luce-
rinus epiſcopatus eſt, & iam indè à tempo-
ribus Benedicti Papæ primi inter Apuliæ
Præſules recenſebatur, & ſuffraganeus legi-
tur Beneuentanæ Eccleſiæ ante annum 998.
vt patet in decreto Gregorij V. ad Beneuen-
tanum Archiepiſcopum de vſu pallij & cõ-
firmatione eccleſiarum, eccleſiæ Beneuen-
tanæ obnoxiarum, quod ſupra retulimus in
Beneuentanis Archiepiſcopis. Poſt multa
verò ſæcula Federicus II. Eccleſiæ hoſtis, C
vt dictum eſt, expulſis inde Chriſtianis, ſo-
loque epiſcopo, cum duodecim Clericis re-
licto, Saracenis ex Africa accitis Ciuitatẽ
habitandam dedit, epiſcopus extra mœnia
in veteri Cathedrali pauper, & penè exau-
toratus permanſit, donec per Carolum II.
Regem debellatis ad vnum Saracenis, re-
cepta & expurgata ciuitate, in eam ſe rece-
pit, ad nouam incolendam Cathedralem,
quam tunc ex veteri lapide Carolus exædi-
ficauerat amplæ nimis, ac regiæ amplitudi-
nis opus, titulo ab eo impoſito S. Mariæ de
la Vittoria, quo titulo ſimul ſe decorauit
epiſcopus, adeo vt in Prouinciali Romano
nuncuparetur epiſcopus S. Mariæ de Victo-
ria, hodie Lucerinus. Ampliſſimis redditi- D
bus, ac prouentibus ab eodem Carolo di-
tata eſt noua hæc Cathedralis. Canonicos
habet duodecim, ex quibus quatuor digni-
tate eminent, qui à Rege, & Epiſcopo con-
feruntur ex decreto Benedicti Papæ XI. cu-
ius tenor ex regeſtro Roberti Regis Neap.
deſumptus talis eſt.

☞ Robertus &c. Vniuerſis præſentes litte-
ras inſpecturis, tam præſentibus, quàm
futuris, &c. In veritatis teſtimonium, & cau-
telæ ſuffragium poſtulans quod inueteratũ
eſt ad præſentem memoriam dignè reduci-
tur, & per ſcriptionis nouæ munimen ac-
commodè recenſetur. Sanè poſt deſtructio-
nem, & depopulationem ciuitatis S. Mariæ
olim dictæ Luceriæ factas ab olim de man-
dato & ordinatione claræ memoriæ Domi-
ni Patris noſtri, & ſecutum Saracenorum
exterminium, qui Ciuitatem ipſam tunc tẽ-
poris incolebant, poſt tranſlationem quo-
que ac donationem Cathedralis Eccleſiæ
ciuitatis eiuſdem prouiſas, & inſpectaſq; rea-
liter per Dominum Patrem noſtrum eundẽ,
certaſque demum ordinationes habitas in
eccleſia memorata felicis recordationis Do-
minus Benedictus ſummus Sacroſanctæ Ro-
manæ, ac vniuerſalis eccleſiæ Pontifex hęc
ad laudis præconium Domini Patris noſtri
iam dicti ſub honorifica verborum textura
commemorans, eumque, ac ſucceſſores ip-
ſius in præfata Eccleſia ſingularis priuilegij
prærogatiua decorans, quaſdam ſuas Apo-
ſtolicas litteras eius vera, & rita bulla plũ-
bea pendenti bullatas ſuper ijs dirigendis
duxit eidem, ac ſpecialiter concedendas.
Nuper autem pro parte Venerabilis Patris
Epiſcopi Conſiliarij, & familiaris, necnon
Capituli dictæ maioris eccleſiæ ciuitatis
eiuſdem deuotorum noſtrorum fuit Maie-
ſtati noſtræ humiliter ſupplicatum, vt eum
ſua interſit pro eorum cautela, ſucceſſorũ-
que ſuorum authenticas habere ſub pendẽ-
te noſtro ſigillo Papales litteras ſupradi-
ctas, eo quod in illis ſuper quibuſdam ſit
de dictis ſupplicationibus mentio ſpecialis
illas eis tribui, & aſſignari mandare beni-
gniùs dignaremur. Nos autem ea, quæ in
fauorem, & commodum Eccleſiarum, ec-
cleſiaſticarumque perſonarum noſcuntur
accedere affectu placido proſequentes, hu-
iuſmodi ſupplicationibus exauditis tenorẽ
dictarum litterarum Papalium, earum ori-
ginali penes nos retento pro cautela, hæ-
redumque noſtrorum, præſentibuſque in-
ſeri iuſſimus & tranſcribi, quo nihil addi-
to, ſubſcripto etiam vel mutato per omnia
talis eſt.

BENEDICTVS EPISCOPVS
Seruus ſeruorum Dei

Cariſſimo in Chriſto filio Carolo Regi Siciliæ Illuſtri ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

☞ Sincerum habens, tanquam Princeps
Catholicus ad Regem Regum deuotio-
nis affectum ea vigili mente proſequeris,
quæ ad ſui laudem nominis, ampliationem
fidei Orthodoxæ conſpicis pertinere. Noſ-
que propter hoc perſonam tuam nobis, &
Apoſtolicę ſedis deuotam paternę dilectio-
nis brachijs amplectentes eam nec immeri-
tò fauoribus gratioſis attollimus, & Apo-
ſtolicis gratijs honoramus. Sanè dudum
piè conſiderans, quod ex mora, quam fa-
ciebant Saraceni in ciuitate S. Mariæ, tunc
vocata Luceria derogabatur plurimum fi-
dei prælibatæ ab ea, Saracenos prædictos vt,
ex tunc inhabitarent inibi liberè Chriſtia-
ni,

ni, exterminari feciſti, ſpiritu Dei ductus; ſtatus quia eccleſia Cathedralis Ciuitatis ipſius ruinis omnino prona, & in loco minus decenti extra eiuſdem ciuitatis ambitum ſita erat, & habebat adeò tenues facultates quod Venerabilis frater noſter epiſcopus S. Mariæ non valebat ex eis iuxta Paſtoralis dignitatis exigentiam ſuſtentari, & propter tenuitatem prouentuum, eadem Eccleſia patiebatur defectum etiam miniſtrorũ, Tu hoc ſalubri meditatione recogitans ad locum idoneum, & ſpectantem intra dictũ ambitum transferri eandem eccleſiam procuraſti, eamque de bonis tuis regalibus, quorum prouentus trecentarum vnciarum valorem annuum dotauiſti, ex quibus nonnullæ dignitates in eadem eccleſia ſunt creatæ, & ex earum reſiduo tam idem Epiſcopus, quàm miniſtri eiuſdem eccleſiæ decenter poſſunt ſuſtentationem habere, ac incumbentia eis onera ſupportare Ah felix Rex, qui habens intimum ad ſuperiora reſpectum, terrena in cæleſtia, & tranſitoria in æterna felici ſatagis commercio commutare! Nos autem ſollicitudinem tuam in hac parte dignis in Domino laudibus commẽdantes, ac volentes propterea in eadem eccleſia, quã ſic Regia liberalitas honorauit, non ſolum te, ſed ſucceſſores tuos in eodem Regno, intuitu huius noſtræ conceſſionis priuilegij ſingularis, vt ex hoc tu, & ſucceſſores prędicti magis teneamini dictæ Eccleſię eiuſque miniſtris, regium fauorem impendere, temporibus opportunis præſentandi perſonas idoneas idem Epiſcopo ad Decanatum, Archidiaconatum, & Cantoriam, ac conferendi vice Apoſtolica medietatem præbendarum eiuſdem eccleſiæ, cum vacauerint, perſonis ſimiliter ad eas obtinendas idoneis, conſtitutionibus quibuſcunq; contrarijs nequaquam obſtantibus tibi, & ſucceſſoribus ipſis in perpetuum Apoſtolica auctoritate concedimus de poteſtatis plenitudine facultatem collationis aliarum dignitatum, ſi ibi plures creari contingat, & reſiduæ medietatis ipſarum præbendarũ, cum vacauerint, præfato epiſcopo, & ſucceſſoribus ſuis, quæ pro tempore fuerint reſeruatæ auctoritate prædicta ex ipſius poteſtatis plenitudine decernentes, perſonas, quas tu, vel ſucceſſores tui prædicti ad Decanatum, Archidiaconatum, & Cantoriam prædictos duxeritis præſentandas, debere inſtitui per eundem Epiſcopum in dignitatibus ipſis, ad quas fuerint præſentatæ, & per Capitulum eiuſdem eccleſiæ ad eas admitti; illas verò, quibus præbendas contuleritis antedictas per eoſdem Capitulum recipi in dicta Eccleſia in Canonicos, & in fratres, quodque quoties electionem epiſcopi S. Mariæ per ipſos Capitulum contigerit vacationis ingruẽte tempore celebrari, teneantur ipſi Capitulum priuſquam eiuſdem electionis confirmatio poſtuletur, tuum, & eorundem ſucceſſorum tuorum aſſenſum requirere, nec poſſit eadem electio, niſi prius huiuſmodi requiſitus aſſenſus fuerit, confirmari, Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Laterani VI. Kal. Decembris Pontificatus noſtri anno primo. In cuius rei teſtimonium, & dictorum epiſcopi, & Capituli, ſucceſſorumque tuorum cautelã, præſentes litteras fieri, & pendenti maieſtatis noſtrę ſigillo iuſſimus communiri.

Datum Neap. per Ioannem Grillum de Salerno & cæt. Anno Domini 1331. *die* 6 *Martij* 14. *Indict. Regnorum Noſtrorum An.* 22.

Porro in hac Cathedrali alij etiam preſbyteri, quos Cappellanos appellant, multique Clerici numerantur, qui quotidie diuinum penſum perurgent. In ciuitate autem pręter Cathedralem Parochiales Eccleſię tres ſunt, Cœnobia virorum octo, quorum ſeptem Mendicantium, octauum Benedictinorum, Sanctimonialium ſeptum vnum, Hoſpitalis Domus vna, & laicorum ſodalitia plura, Lucerinus Epiſcopus in ſua exigua Diœceſi tantum duo oppida ſpirituali iúriſdictione poſſidet, quorum alterũ Procinę, alterum S. Nicandri appellant. Mẽſę epiſcopalis annuus cenſus ſcutorum mille quingentorum, ferè colliguntur ex decimis laicorum Taxatur in lib. Camerę Apoſtolicę Flor. 2[illegible]. Epiſcoporum verò huius ciuitatis Catalogum dabimus qualem ex varijs monumentis noſtra induſtria, noſterque ſuppeditauit labor.



1 IOANNES Epiſcopus Lucerinus vixit anno ſalutis 300. memoratur in legenda S. Marci ſucceſſoris, quem ſacerdotem inſtituerat.

2 S. MARCVS in Ecana Apulię, quam nunc Troiam vocant, ciuitate natus, ab

Ioanne epiſcopo Lucerino ſacerdos ordinatus eidem defuncto ſucceſſit circa annū Domini 502 a Clero , populoque ob ſanctitatis famam vocitatus eſt ad infulam ; eam ferè annis 26. ſanctiſſime rexit, multiſque miraculis clatus migrauit ad Chriſtū die 14. Iunij an. 328. relatus in Bouinā, ſeu Biuinā Ciuitatē, vt ipſe ante mortem mandauerat, in Cathedrali ſuo nomini dicata ſumma celebritate colitur : eiuſdem ciuitatis Diuus eſt tutelaris , & Patronus . Eius vitam vulgari lingua , ex monumentis Bouinę Eccleſię ſcripſit Dominicus Petrus Pauli Bouinenſis , de quo etiam Ferrarius in Catal.Sanctorum Italię, qui Marcum , perperam Bouinenſem epiſcopum facit.

3 MARCVS Secundus interfuit Synodo Romæ celebratæ à Zaccharia pontifice anno 743. apud Baronium .

4 ADELCHESIVS Lucerinus Epiſcopus florebat anno 957. eius meminit Leo Oſtienſis in Chron.lib 2.cap.6.

5 ALBERTVS epiſcopus Lucerinus Concilio Lateran.ſub Leone IV.adfuit, ſubſcripſit Conſtitutionibus Othonis II.Imperatoris ann.964.de Regalib.s.Petri .

6 LANDENVLPHVS Lucerinus epiſcopus florebat anno 990. cuius meminit Leo Oſtien.in Chron.Caſſin.lib.2.cap.13.

7 AZO Lucerinus epiſcopus præſens erat Synodo habitæ in eccleſia Beneuentana à Milone Archiepiſcopo anno 1075. cum Leo Draconarienſis epiſcopus coactus eſt aliquas eccleſias cum ſuis iuribus & pertinentijs canonicè dimittere ad fauorem monaſterij ſanctæ Sophiæ , vt ſupra narratum eſt in Draconarienſium ſerie epiſcoporum .

8 BENEDICTVS huius eccleſiæ pontifex anno 1099. Huius memoriam Chron. ſanctæ Sophiæ conſeruat in donatione ab ipſo facta eidem monaſterio , in hæc verba .

In nomine Domini Omnipotentis Dei .

Anno ab Incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti 1099. & Domino Godefrido venerabili Archiepiſcopo reſidente in ſacra Beneuentana ſede , prima die menſis Aprilis , Indict.7

Nos itaque Benedictus Dominus venerabilis Lucerinæ ſedis epiſcopus verum indagantibus innoteſcimus quoniam Gulielmus filius Roberti Comitis vna cum conſenſu Dom.Henrici Comitis in præſentia Dom.Vgonis Bitinenſis epiſcopi, & Domini Petri Abbatis Monaſterij ſancti Nicolai epiſcopi Tralonenſis , & coram quibuſdam ſuis militibus , alijſque bonis hominibus pro redemptione animarum noſtrarum, & omnium noſtrorum amicorum conſanguineorum , obtulimus Domino Omnipotenti in Monaſterio ſanctæ Sophiæ , quod ſitum eſt intra mœnia Beneuentanæ ciuitatis in quo nunc Madelmus egregius abbas preeſſe videtur, Monaſterium ſcilicet ſancti Acontij Martyris, quod cōſtructum eſt propè caſtellum Baccanici, iuxta fluuium, qui nominari maiorum noſtrorum tempore ab omnibus ſolebat flumen Acclonis ; moderno autem tempore nominatur flumen Tirenum; & eccleſiam ſanctiſſimæ Virginis Mariæ in Sabuceto, & vnam eccleſiam ſancti Benedicti, quæ eſſe videtur in eodem caſtello Baccanici , & vnam eccleſiam vocabulo ſancti Ioannis præcurſoris Domini noſtri Omnipotentis Ieſu Chriſti , & quæ ſita eſſe dignoſcitur in caſale loco, qui nominatur Petrafic̄ta , & eccleſiam ſancti Anaſtaſij Martyris , quæ dicitur eſſe in loco, qui nominatur Cultoranus , & eccleſiam s. Maximini , quæ eſſe dicitur in loco nomine Perroneo, vna cum omnibus ſuis pertinentijs, & eccleſiam s.Conſtantini, quæ eſt in pontino loco proximè , & iuxta viam publicam ante ciuitatem Cumanam vna cum omnibus pertinentijs, & eccleſiam s. Laurentij Martyris, vna cum omnibus pertinentijs in loco qui nominatur Montoſo , necnon & eccleſiam s.Hermanni militis fortiſſimi , quæ ſita eſt aduerſus mare Sipōtinum, cum omnibus illarum pertinētijs, & alias quamplurimas eccleſias s.Terentij templo ſubditas , vna cum cunctis , omnibuſque earum pertinentijs, velut hoc,& aliud vna chartula offertionis continet , & quam ſcripſit Ildeprandus Notarius, in qua etiam propria manu noſmetipſos ſubſcripſimus . Quod cum minime ſine noſtra voluntate , ac permiſſione facere, ac in opus deducere poterant ; quoniam nōnullæ de ſupranominatis eccleſijs intra noſtram Diœceſim eſſe videntur, quamobrem idem Dominus Madelmus Abbas valde me obſecrauit , perpetuiſque petitionibus, ac orationibus de die in diem me ſollicitauit , quatenus illi ad partem eiuſdem Monaſterij, ad partem eiuſdem eccleſiæ earundem eccleſiarum concederemus vnà cum omnibus earum pertinentijs in præſentia ſupranominati Domini in monaſterio ſanctæ Sophiæ concederemus , ac confirmaremus . Nos autem præuidentes ex hoc maximam vtilitatem prænominatarum eccleſiarum , placuit nobis ipſas prædictas res cum omnibus earum pertinentijs in præſentia Dom. Roffridi Reuerendiſſimi Archiepiſcopi Præſulis , & Domini Roffridi Archipresbyteri , & ſagaciſſimi Bibliothecarij eiuſdem Beneuentanæ ſedis , & coram alijs presbyteris,& clericis, per hoc vide-

delicee ſcriptum in eodem monaſterio confirmare atque concedere, ea nimirum ratione illud tibi eidem nominato Madelmo egregio Abbati ad partem ipſius monaſterij per iam dictam chartulam oſſertionis tradidi, conceſſi, atque etiam confirmaui, vt amodo, & deinceps perpetuiſque temporibus tu ipſe magnificus Abbas, tuique ſucceſſores, amici, ac cognati, ſeu conſanguinei poteſtatem, ac licentiam integram habeatis prænominatas eccleſias vna cum omnibus earum pertinentijs tenere, dominari, nec non Rectores, cæteroſque eccleſiaſticos Ordines in ipſis eccleſijs ordinare, & illos pro veſtra libertate, veſtroque libero arbitrio amouere, & alios in eundem locum ſubſtituere, ſeu mittere iuxta, ac omnia facere de ipſis eccleſijs, necnon ipſarum pertinentijs quæcunque vobis placuerint, aut quacunque vos volueritis ad opus, ſiue vtilitates, ac congruitatem eiuſdem monaſterij, & prædictarum eccleſiarum, ſine qualibet mea, vel meorum contradictione, necnon & abſque cuiuſdam hominis magni, ſeu parui requiſitione. Tantummodo tu ipſe Abbas, & tui ſucceſſores, ſeu pars ipſius monaſterij omni anno, ſeu quotannis per hoc debeatis dare cenſum in noſtra Lucerina ſede pretium duorum Romanorum. Quod ſi autem quiſcunque hominum hanc noſtram conceſſionem diſcutere, aut rumpere tentauerit, volendo prænominatas eccleſias, vel exinde de prænominato monaſterio ſubtrahere, ſiue hoc irritum facere contra hanc noſtram conceſſionem agens, anathematis diſtrictus vinculo in extremo iudicio, niſi reſipuerit iuxta, ac emendationem firmiſſimam aſſumpſerit, damnatis in ſocietatem perpetuam æternamque adiudicetur. Et vt hæc noſtra conceſſio perpetualiter firma, ac ſtabilis permaneat, atque in futuris temporibus durare poſſit, has literas noſtro ſigillo inſigniri iuſſimus, atq; proprijs manibus nos ſubſcribendo illas corroborauimus. Hoc itaque ſcriptum conceſſionis noſtræ tibi Franconi Clerico, ac Notario taliter ſcribere præcepimus.

Actum in ſacratiſſimo prænominato Beneuentanæ ſedis palatio, anno ab Incarnatione Omnipotentis Domini noſtri 1099.

Ego Benedictus Lucerinus Epiſcopus hanc chartulam ſcribere iuſſi.
Ego Adelbertus venerabilis Presbyter ſubſcripſi.
Ego Georgius Cardinalis Beneuentanus interſui.

9 RAYNALDVS interfuit Concilio Laterano ſub Alexandro III. ann. 1179.

10 N. Epiſcopus Lucerinus defunctus eſt circa annum Dom. 1219. poſt cuius obitum, cum de ſucceſſore non conuenirent Canonici, Honorius III. ſcripſit Draconarienſi Epiſcopo, & Abbati Terræ-Maioris, vt de legitimo Paſtore prouideret. Litteræ Honorij extant in Reg. Vat. an. 4. dat. 10. kal. Auguſti num. 842. ſol. 280.

11 N. Epiſcopus Lubren. de mandato eiuſdem Honorij III. ad hanc Lucerinam eccleſiam tranſlatus eſt; de qua tranſlatione ſcripſit Honorius ad Archiepiſcopum Beneuentanum. Dat. Laterani Id. Ianuar. anno 1220. pontiſ. 4. eſt num. 346. fol. 681.

12 ALBERTVS Monachus, & Decanus monaſterij ſanctæ Sophiæ Beneuenti poſt octo annorum ſpatium quo Lucerina eccleſia paſtoris ſolatio deſtituta erat, electus eſt epiſcopus; tamen quia electio contra ordinationem Apoſtolicam celebrata fuerat, ab Alexandro IV. irrita declarata eſt, ac ſimul ſcriptum eſt Vicario epiſcopi, vt tanquam Apoſtolicæ ſedis delegatus ipſum Albertum pronunciet legitimum Lucerinum epiſcopum. Dat. 9. Aug. ann. pontif. 1. Chriſti vero 1255. epiſt. eſt in ordine 553. ſol. 82. Regeſt. Vatic. cætera huius epiſcopi acta ignorantur.

13 NICOLAVS Lucerinus, Apoſtolicus Nuncius erat apud Imper. Græcorum ann. 1261. ex documento Archiuij S. Angeli molis Adrianæ.

14 BARTHOLOMÆVS an. 1265. præſens fuit fundationi eccleſiæ Barenſis anno 1265. itemque eccleſiæ ſanctæ Mariæ Vallis Viridis Bouinæ Diœceſis eodem anno. Poſt hunc duo fuere alij præſules Lucerini, tunc ciuitatis ſanctæ Mariæ nuncupati.

15 GVILLELMVS Epiſcopus Inſulæ Lucerinæ, ſeu ſanctæ Mariæ ſe abdicauit ann. 1295.

16 AYMANDVS ex Archidiacono fit huius eccleſiæ præſul à Bonifacio VIII. an. 1295. Id. Decemb. ann. 1. ita in ep. Reg. Vat. n. 589. ſol. 132. traductus inde eſt ad Salpenſem eccleſiam anno 1302.

17 STEPHANVS epiſcopus ciuitatis ſanctæ Mariæ pronunciatus in locum Aymandi tranſlati ad Salpenſem eccleſiam à Bonifacio VIII. die 5. Iunij, anno pontif. 8. Chriſti autem 1302. ex Regeſt Vat. ann. 8. ep. 197. ſol. 102.

18 STEPHANVS Stephano ſucceſſit, memoratur in Regeſt. Caroli Regis, cuius erat Conſiliarius & Cappellanus ann. 1304. vocatur epiſcopus ſanctæ Mariæ

19 I. fortaſſis Ioannes epiſcopus ſanctę Mariæ, cuius mentio in Regio Regeſt. Neap. anno 1308.

20 Fr. IACOBVS epiſcopus ſanctæ Mariæ, ideſt Luceriæ, ita legitur in regio Reg. anno 1314. quo hanc regebat eccleſiam.

21 B. AVGVSTINVS natione Dalmata, patria Tragurienſi, Nicolao, & Dragoſta nobilibus parentibus natus, cum adhuc adoleſceret, mundo, pompiſque ſæculi remiſit nuncium, Diuique Dominici habitum

rum induit, & in eo Ordine, tum literis humanis tum diuinis ſimul atque Religionis virtutibus mirabiles progreſſus fecit, omniumque admirationem in ſe conuertit, ita vt poſt varias ſui Ordinis bene obitas præfecturas à Benedicto XI. Pont. Max. Zagrabienſis crearetur epiſcopus an 1303. in qua dignitate multū pro totius Hungariæ Regni bono, & tranquillitate laborauit, cuius opera, ad ardua Regni eiuſdem negotia componenda, Carolumque Bertum in Regem firmandum vſus eſt Cardin. Gentilis Apoſtolicæ Sedis Legatus, & cum Zagrabienſibus pie præfuiſſet ann. 13. in gratiam Roberti vtriuſq; Siciliæ Regis ad hanc Lucerinam in Apulia, tunc ſanctæ Mariæ eccleſiam tranſlatus eſt à Ioanne XXII. anno 1317. In nouo grege moderando ſupra modum eius erga pauperes miſericordia, & charitas, zelus in eccleſiaſtica diſciplina conſeruanda, atque in omnibus paſtoralis amor, & pietas ita eluxit, vt inter præſtantiores ſui ſæculi Præſules merito numeraretur. Hic ſui Ordinis Fratres intra vrbem ſuſcepit, quibus Cœnobium & eccleſiam Diui Dominici titulo inſignem condidit: cumque per annos plus minuſue ſex ſanctè præfuiſſet, clarus miraculis, ſeptuagenario maior obdormiuit in Domino ipſo peruigilio ſancti Dominici, tertio nempe Auguſti 1323. ſepultus in eadem D. Dominici eccleſia, innumeris miraculis perpetuo illuſtris: pro cuius inquiſitione vitæ, miraculorum indagatione, atque canonizatione Carolus Calabriæ Dux, Roberti Regis filius ad Ioannem XXII. ſequeutes ſcripſit literas, quæ ex Regio Regeſt. Caroli Illuſtris fol. 31. ſub lit. B. exſcriptæ ſunt.

Sanctiſſimo in Chriſto Patri, & Clementiſſimo Domino Ioanni diuina Prouidentia ſacroſanctæ Romanæ, ac Vniuerſalis Eccleſiæ Summo Pontifici, Carolus Dux Calabriæ recommendationem humilem, & deuota pedum oſcula beatorum.

NE multiloquio, alme pater, & Domine, occupatiſſimas aures ſanctitatis Veſtræ fatigem, deſiſtendum vidi præſenti pagina pandere plurimam in partibus iſtis laudem, quam ſibi Beatus Pater Auguſtinus quondam Epiſcopus ciuitatis noſtræ ſanctæ Mariæ dudum vocatæ Luceriæ ex miraculorum affluentia, quæ poſt eius obitum diuina clementia, veluti copioſa in miſericordia, & in retributione munifica iam meritis eius oſtendit, & quotidie dignatur oſtendere, vēdicauerit. Credo equidem illorum aliqua ad notitiam veſtram ex relatu diuulgantis famæ producta, & expecto, ac etiam cupio, quod ſingulariter ſingula, quæ profecto magna eſſe noſcuntur, ad ipſam notionem veſtram, etiamſi in

A publicam per opportunæ indagationis ſeriem deducantur; ſicut enim fide digna relatio me nuper inſtruxit, non ignotum Beatitudini veſtræ fuit, dum adhuc ipſe in hoc ſæculo conſtitutus, quando mirabili ſinceritate vitæ micabat, pollebat claritate ſcientiæ, atque mirificis operibus coruſcabat. Ego quoque mi Domine Reuerende, teſte Deo, & in conſcientia bona loquor, quod, eo, mecum, cum primum petiji partes iſtas, per vices aliquas colloquente, concepi, & vidi, tam in eius verbo, & facie, quam in geſtu, quod valde amabilis eius conuerſatio eſſet, quodque omnia, quæ in eo erant, non niſi notabilia, & eruditio ad virtutes, ac ad ſalutem ædificatio viderentur, quodque dum poſt eius migrationem
B ad Dominum, ex deuotione magna, qua ad illum afficior, eius limina viſitaſſem, magna mihi fides facta eſt de nonnullis miraculis per eius excellentia merita diuinitus perpetratis. Cum itaque ad inſtruendū certius Beatitudinis veſtræ ſcientiam, ac deuotè petendum de ipſius Beati Patris vita, & miraculis pariter inquiri ſecundum morem eccleſiæ in talibus conſuetum, latores præſentium ſanctitatis veſtræ pedes cum reuerentia debita, & fiducia magna petunt, deuotus poſtulo, ſupplex quæſo, vt alma & perſpicax prouidentia veſtra, benigna, ſi placet, petitionem ipſam, conſideratione diſcutiens, & ad eam exaudiendam, mentis aciem dignanter inflectens, inquiſitionem ipſam, iubere fieri (vt moris eſt) & iuris eſt, gratioſè dignetur, quæ
C ibi parata fuerint, veſtroque conſpectui præſentata, ſi effectus eius adeat, & veſtra benignitas id decernat, præfatum patrem in illius reuerentiam, & honorem, qui eum veluti laudabilis retributor, laudari dare dignatus eſt, in Sanctorum, ſi placet matricula, cum ſonoro Canonizationis præconio, ne ipſius merita gratuita, operaque mirifica debito præmio careant, aduocatis, per quod ſancta Mater Eccleſia de tanto nouæ aggregationis conſortio, veſtri felici tempore prædiatus iubilet, & exultet ciuitas, in qua ipſe feliciter obijt, & felicius in Domino requieſcit.

Scriptum Neapoli anno Dom. 1325. die Octob. 9. Indict.

D Ex his literis habemus Auguſtinum nonum epiſcopum fuiſſe ciuitatis ſanctæ Mariæ, hoc eſt nonum in ordine ex ijs, qui, relicto Luceriæ Saracenorum titulo, nouum receperunt ſanctæ Mariæ, qui haud diu cum perduraſſet, vetus nomen præualuit. Eius ſacra lipſana eleuata, ac nobiliori loco collocata ſunt anno 1601. ex voto vero Lucerinenſium ciuitatis patronus declaratur anno 1624. habeturque quotannis ibidem ſacra in eius memoriam anniuerſaria dies. Vitam eius ſcripſit Ioannes Tomeus

mæus Marnauitius Boſnenſis epiſcopus, quã A
edidit Sigiſmundus Ferrarius in lib. de re-
bus Vngaricis, Ord. Prædicatorum, cuius
cum laude meminit Leander Albertus de
Viris Illuſtribus Ord. Prædicatorum, Raz-
zius, Pius, Bzouius, cæterique eiuſdem
Ordinis ſcriptores, & Michael Modius in
hiſt.Spalatenſi; is tamen affirmat Auguſti-
num obijſſe anno 1329. alij 1332. ſed a ve-
ritate aberrant, tum ex literis Caroli Ducis
Calabriæ datis anno 1325. poſt ipſius Bea-
ti Viri obitum, tum ex ſucceſſore eiuſdem
ex regio Neapolitano Regeſt. de quo etiam
in lib. ſolut.mentio extat ann.1322. die 27.
Auguſti, quando ſoluit iam diu ad Luceri-
num epiſcopatum tranſlatus debitum pen- B
ſum ſacro Collegio.

22 IACOBVS, Ciuitatis ſanctæ Mariæ
epiſcopus in Beneuentana prouincia me-
moratur in Regeſt. Regis Roberti an.1324.
& 1325. ſucceſſerat is Auguſtino, de quo
nil aliud compertum habemus.

23 MARINVS Lucerinæ eccleſiæ epi-
ſcopus interijt ſub Clemente VI. ann.1348.
ex reg.Vatic.

24 ANTONIVS ex Theſaurario eligi-
tur in demortui Marini locum à Capitulo
Lucerinæ eccleſiæ, confirmatur epiſcopus,
ſeu potius caſſata Canonicorum electione,
ad infulam Lucerinam extollitur ab Cle-
mente VI. die 11.Kalen.Febr.1348.an.pon-
tif.6. ita in epiſt.46.fol.60.Vatic.Reg. mor- C
tem cum vita commutauit ſedente Vrba-
no V. anno 1363.

25 IACOBVS Gurga Canonicus Nea-
politanus, epiſcopus delectus eſt ab eodem
Vrbano V. anno 1363. 11.Kal.Maij. acta
Conſiſtorialia eius electionem commemo-
rant, cætera de eo ignorantur.

26 BARTHOLOMÆVS Iacobi ſuc-
ceſſor.

27 THOMAS poſt Bartholomæum Lu-
cerinus fuit epiſcopus.

28 THOMAS de Acerno huius eccle-
ſiæ antiſtes, alterius Thomæ ſucceſſor 1378.
ſub Vrbano VI. in Regno Boemiæ Apoſto-
licus Nuncius agebat anno 1381. huius rei D
teſtimonium habemus in regeſt. Vrbani.
Scripſit de ſchiſmate tractatum non igno-
bilem.

29 BARTHOLOMÆVS poſt ſecundum
Thomam præfuit eccleſiæ Lucerinæ, cuius
obitus memoratur anno 1396. io lib.prouiſ.
atque oblig. prælat.ſub Bonifacio IX.

30 BASSOSTACHIVS de Formica
apoſtolicus ſcriptor, & familiaris Bonifa-
cij IX. eligitur epiſcopus per obitum Bar-
tholomæi Id.Nouemb. 1396. ex lib. de Di-
guit.fol.317. Hic in ſua obligatione facta
die 20.Nouembris eiuſdem anni recogno-
uit etiam pro Domino Bartholomæo, Tho-
ma, altero Thoma, alteroque Bartholo-
mæo prædeceſſoribus ſuis, ex lib. oblig. ſub
Bonifacio fol.8.

31 FRANCISCVS Lucerinus epiſco-
pus ſubſcripſit Bullæ Gregorij XII. anno
1412. Hic fortaſſe idem eſt cum eo Luceri-
no antiſtite, qui ſedente Martino V. ad aliũ
epiſcopatum tranſlatus eſt anno 1422. ſed
in actis Conſiſtor. epiſcopatus nomen non
exprimitur.

32 BASSASTACHIVS de Baſſaſtachijs
de Formica, ſuperioris Baſſaſtachij nepos
(fortaſſis idem ſupra relatus) iuris vtriuſque
Doctor, electus in epiſcopũ Lucerinum per
tranſlationem anteceſſoris die 10. Kal.Maij
1422. eius præſulatus temporibus eccleſia
Ciuitatenſis vnita fuit per Eugenium IV.
Lucerino ſacerdotio anno 1439. pro qua
vnione Baſſaſtachius aliam fecit obligatio-
nem ratione eccleſiæ Ciuitatenſis ad eccle-
ſiam hanc Lucerinam vnitæ, ita legimus in
lib.Oblig.Eugenij fol. 290. ſedit hic an.28.
obijt vero ann.1450.

33 ANTONIVS Anglus Neapolitanus
electus Lucerinus Præſul per obitum Baſſa-
ſtachij anno 1450. Idibus Maij, pauloque
poſt tranſlatus eſt ad Potentinam eccleſiam
Kalend.Iulij eiuſdem anni, de quo alibi
dictum.



34 LADISLAVS Dentice Neapolita-
nus, filius clariſſimi æque ac nobiliſſimi
militis Ioannis Denticæ, iuuenis adhùc non
dum vigeſimum annum attingens Luceri-
nam eccleſiam in Commendam Kalen.Iulij
1450. deinde in titulum diu eam regendam
accepit. Exceſſit è viuis hic Præſul anno
1478. ſepultus prope genitorem ſuum in
Eccleſia Abbatiæ ſanctæ Mariæ de Ferraria
Theanenſis Diœceſis Ord. Ciſtercienſis, cu-
ius fuerat primus abbas Commendatarius.
Pater eius obierat 7.Kal. Aug. 1449. vt in
veteri emortuali eiuſdem abbatiæ ad eam
diem notatur.

35 Fr. PETRVS Ranzanus, Siculus, Pa-
normitanus Ord. Prædicatorum poeſi, arte
oratoria, hiſtoriæ peritia, & Theologica
do-

doctrina præſtantiſſimus à Sixto IV. pronũciatus eſt Epiſcopus Lucerinus 6. Kal. Nouemb. 1478. Hunc ob celebrem eius famam virtutis Ferdinandus Rex vtriuſque Siciliæ Neapolim accerſitum, filio ſuo præceptorem eſſe iuſſit, deinde ad Matthiam Coruinum Pannoniæ Regem ei etiam legationem dedit, quod ille munus triennio obiuit. Meminit huius Legationis Bonfinius lib. 8. Vngaric. hiſtor. elaborauit Ranzanus, dum Legatum ageret, librum de rebus Vngaricis ad ipſum Matthiam Regem, quem defunctum luculẽta oratione laudauit apud Albam-Regalem. In Italiam regreſſus, eccleſiam ſuam tenuit deinde annis plurimis, ſuoque in epiſcopatu fato fungitur anno Chriſti 1492. omniumque lacrymis in funere cohoneſtatus in eccleſia Cathedrali humi traditus eſt. Scripſit præter ea, quæ ſupra relata ſunt, de vrbis Panormi antiquitate, de laudibus Lucerinæ ciuitatis, annales temporum, & alia ſui ingenij monumenta poſteris mandauit. Scribunt de illo Leander Albertus, Thomas Fazellus, Thomas Porçatius, alijque Dominicanæ familiæ ſcriptores. Ioannes autem Liſthius ſic cecinit de Ranzano.


Claros Pannonij ſoli triumphos
Bello, paceque ſplendide peractos
In compendia digerens, latebat
Multos Razanus hic Petrus per annos
Dignus, ſecula quem legant in æuum,
Laudent, concelebrent, ament, honorent.

36 IO. BAPTISTA de Conteſtabilibus Beneuentanus Epiſcopus Minorenſis ad Lucerinam hanc eccleſiam tranſlatus eſt die 3. Decembris anno 1493. exceſſit 1496.

37 ANTONIVS Torres Hiſpanus ex Ordine ſancti Hieronymi Monachus in Epiſcopum Lucerinum electus eſt ab Alexandro VI. die 7. Nouemb. 1496. poſt exactum menſem quintum à ſua inauguratione tranſlatus eſt ad Nepeſinam, Sutrinamq; eccleſias ann. 1497. die 17. aprilis, vbi paulo poſt vitam finiuit.

38 RAPHAEL Rocca ſucceſſit Antonio die 17. aprilis an. 1497. Præfuit ann. 2. ac permutationis gratia ad Capritanam eccleſiam tranſlatus eſt anno 1499. die 20. Octobris de quo alibi dictum.

39 Fr. IOANNES de Aloyſio Aueſanus Ord. Carmelitarum antea Capritanus Epiſcopus ad hanc Lucerinam eccleſiam tranſlatus eſt ann. 1499. 20. Octobris. Sedit ann. plus minus 13. & ad ſanctæ Agathæ eccleſiam tranſlatus anno 1512. cedente Alphonſo Carafa, qui Lucerinus euaſit Epiſcopus. Cæterum ann. 1517. die 3. Maij hæ duæ eccleſiæ ſimul vnitæ ſunt; hoc tamen pacto, vt ſuccedente alicuius eorum morte, qui ſuperſtes eſſet, vtrarumque eccleſiarum antiſtes cenſeretur: ſed vnio hæc non habuit effectum. De Ioanne in ſerie Epiſcoporum ſanctæ Agathæ redibit ſermo. Memini in tom. 7. & ſerie Epiſcoporum Capritanorum fol. 362. nu. 22. irrepſiſſe errorem ex ſcribentis incogitantia, dum Ioannem hunc de Aloyſio ex Ord. Minorum ad eam eccleſiam aſſumptum fuiſſe narrauimus, cum re vera ex Carmelitana familia ad eam Infulam vocatum ſcribat Io: Baptiſta Lezana in 4. Carmelitarum annal. tomo, erratum benigne lector corrige.



40 ALPHONSVS Carafa Neapolitanus, Epiſcopus ſanctæ Agathæ, & Patriarcha antiochenus ad Lucerinam hanc eccleſiam tranſlatus anno 1512. quo Lateranenſi Concilio interfuit, obijt anno 1534. Hic Oliuerij Card. Carafæ conſobrinus fuit, & germanus frater Bernardini Patriarchę alexandrini.



41 ANDREAS Card. Palmerius Lucerinæ eccleſiæ adlectus eſt adminiſtrator die 20. Aug. 1534. eandemque reſignauit ad fauorem ſequentis, de quo in archiepiſcopis acheruntinis & Materanis.

A



41 MICHAEL de Vicecomitibus Mediolanenſis, creatur Epiſcopus die 26.Febr. 1535. præfuit aliquot menſes ſupra annos tres,& ann. 1538.defunctus eſt.

B

43 ENRICVS de Villalobos Hiſpanus Clericus Hiſpalenſis ex archidiacono de Eyeres ad Lucerinam ſedem aſcendit die 29. Iulij 1538. inde Scyllacium tranſlatus die 9.Nouemb.1540.

44 FABIVS Mignanellus patritius Senenſis die 15.Nouemb.1540. Epiſcopus deligitur Lucerinus, creatur S.R.E. Card. à Iulio III. anno 1551. tranſlatuſque eſt ad Groſſetanam eccleſiam in Etruria, de quo in 3.tom. in ſerie illius eccleſiæ epiſcoporum plura leges.

C

45 FVLVIVS Cardinalis Corneus paruo temporis ſpatio hanc habuit Lucerinam eccleſiam commendatam, quam liberè dimiſit die 16.Maij,ann.1553.



D

46 PETRVS de Petris de Monte,Aretinus, Iulij III. Papæ affinis ſuffectus eſt die 16.Maij 1553. ſub Pio IV.Concilio Tridentino interfuit, & cum ſediſſet ann.27.diem obijt 1580.

47 IVLIVS Monachus Calaber, patria Marturanenſis,nobili genere natus, ex Canonico Vaticanæ Baſilicæ, & abbate S. Samuelis ſucceſſit die 4.Nouemb.1580.vix integro anno vixit epiſcopus.



48 SCIPIO Bozzutus Neapolitanus genere, & legali ſcientia clarus, germanus frater Annibalis Card. Bozzuti, ex apiſcopo Caluenſi ad hanc ſedem tranſlatus die 14.Febr.1582. ſedit laudabili virtutum fama annis plus minuſue nouē: & à proſcriptis, qui Luceriam depopulati ſunt, ſclopeti ictu iniquè occiſus eſt anno 1591. ſepultuſque miſerabili populorum luctu in Cathedrali.

49 MARCVS Hugnaceruus ſucceſſit die 21.Maij 1593. exceſſit anno 1601.

50 FABIVM Areſtium Camertem, virum probum, & per aliquot annos varijs in ciuitatibus Proepiſcopi munere laudabili fama functum Clemens VIII. ad hanc Lucerinam ſedem euexit die 11. Maij 1601. Præfuit ferme octo annos ſuis indulgentiſſimus & ſublatus ex hac mortali vita pridie Kalend. Maij 1609. tale, vt fertur, epitaphium tumulo eius, in Cathedrali inſculptum, in quo eiuſdem virtutes recenſentur.

D. O. M.

Fabio Areſtio Patritio Camerti Epiſcopo Lucerino, viro pietate, animi moderatione & omnium virtutum laude præſtanti, qui per multas Pontificiæ ditionis vrbes cum innocentia, ſapientia, necnon & æquitate moderatus eſt, per octo annos huic Eccleſiæ præfuit, erga populum ſibi commiſſum pij parentis charitatem, & ſedulitatem vigilantiſſimi Paſtoris exhibuit, ac demum ſummo cum omnium dolore, & pauperum pra-

præcipuè lacrymis immaturè extinctus eſt an. ſal. MDCIX. prid. Kalen. Maij.
Petrus Matthæus Areſtius fratri amantiſſimo & optimè merito PP.
Anno Chriſti MDCX.

Camerti in patria, & eccleſia ſancti Angeli à fratribus, ac nepotibus, quos in vita ſummè dilexerat, honorario, nobilique funere parentatus, & oratione laudatus, varijſque carminibus celebratus, ex quibus hæc non pigebit referre.

Lux erat elucens lucenti lucida luce
Luceriæ, eluxit cum ſibi ſtella Fabij.
Nunc extincta iacens, mœret ſine lumine lucis
Phœbæa veluti lampade luna caret.
Ergo Deum exora, qui totum illuminat Orbem
Altera luceſcat lucida ſtella tibi.

Aliud Diſtichon.

Tot ſtellæ in cælis Fabij ſacra tempora cingunt,
Quot Chriſti miſeris auſtrea fruſta dedit.

51 LVDOVICVS Magius Mediolanenſis electus die 29. aprilis 1609. obijt ann. 1618.

52 FABRITIVS Suardus Neapolitanus familia nobili natus, & eruditione clarus, ad hanc Cathedram aſcendit die 28. Ianuarij 1619.

53 BRVNORVS Sciamana electus die 27. Aug. 1637. tranſlatus deinde eſt ad eccleſiam Caſertanam anno 1642.

54 Fr. THOMAS de Auolos Neapolitanus Marchionis Vaſti frater germanus, Ordinis Prædicatorum creatus die 24. Martij 1642. mortem obijt 1643. menſe Decembri, in Eccleſia Cathedrali ſepultus, inde Vaſtum delatus in maiorum ſepulchro.

✠



55 SYLVESTER de Afflicto Neapolitanus, Clericus Regularis Theatinus antea Epiſcopus Triuicanus ad hanc eccleſiam tranſlatus die 23. Februarij 1643.

MONTIS-CORBINI EPISCOPI.



MONTIS CORBINI modica ciuitas in Catapanata Apuliæ ſita poſt annum noſtræ ſalutis ædificata cenſetur in vita ſancti Alberti eiuſdem ciuitatis Epiſcopi. Quondam illuſtris fuit, nunc familijs ſexaginta habitata. Epiſcopali dignitate exornata fuit in ipſo eius exordio, & Epiſcopus ſuffraganeus Beneuentanæ Metropolis extitit, vt in valuis æneis, & Rom. ſcriptum eſt Prouinciali; ſed anno 1433. Vulturarienſi annexus epiſcopatui, dignitatem epiſcopalem amiſit, tametſi vtrarumque Eccleſiarum Præſul, Vulturarienſis, & Montis-Corbini Epiſcopus denominetur. Porro Epiſcopi qui Montis-Corbini Eccleſiæ fuerunt, ſequentes paucos obſeruanimus ad vnionem vſque; cæteri deſcripti ſunt infra in Vulturarienſium Præſulum ſerie.

✠



1 BEATVS re, & nomine primus fuit Montis-Corbini Epiſcopus poſt annum milleſimum ſalutis noſtræ, memoratur in vita ſancti Alberti ſucceſſoris, defunctus in peruigilio Natalis Domini.

2 S. ALBERTVS Beato, populo, ac Clero poſtulante datus eſt ſucceſſor, qui cum ieiunijs, orationibus, boniſque operibus feruentiſſimè inſeruiret, cæcus euaſit, & poſt multa patrata miracula quieuit in Domino Non. April. 1037. in ſua Cathedrali ſepultus: eius vitam ſcripſit Richardus eius ſucceſſor, deinde poſt multa ſæcula ex eodem Richardo, alijſque monumentis anno Dom. 1499. conſcripſit Alexander Gerardinus Epiſcopus Vulturarienſis, & Montis-Corbini, quam ab ipſo autographo hic exhibemus, quod nobis olim bon. me. Onuphrius Gerardinus accommodauit.

Ego Alexander Gerardinus Epiſcopus, omnium Epiſcoporum, & fidelium Dei minimus, cum Diœceſim meam peragrarem, & ſuperiorum Pontificum maiorum meorum vitas colligerem, comperi, ſanctiſſimum Albertum è genere nobili Normandorum vitam agere incultam, quamuis hortatu ampliſſimi Petri Beneuentani Archiepiſcopi, Richardus Montis-Corbini Epiſcopus eam compoſuerit. Itaque amore magno, quo in magnum Patrem Albertum agor, lucidiori eam ſtylo conſcribere conſtitui. Quadringenteſimo & ſexageſimo tertio anno à tempore noſtro. Cum illuſtris ciuitas Montis Coruini conderetur, fama vbertatis vulgata, vbique plurimæ gentes ad eam incolendam conuenere, inter quas cum è Planiſio oppido plurimi ſe conferrent, Ioannes Alberti pater, eò quoque ſe contulit cum Alberto puerulo quinque annorum. Qui principium capiens ab opere pietatis, ædem Diui Nicolai, quam modo dirutam cernimus, in ipſo Montis-Coruini, & Luceriæ confinio ædificauit: filium vero Albertum diſciplinæ literariæ imbuendum cum traderet, diuinum videre opus in eo elucere, & cum tamen à primo tempore mulierum commercia cuitare, & iuuentutem, & reliquam ætatem in ieiunio, in ornatu templorum, & continua ad Deum prece occupatam haberet,

A & communem pauperum patrem ſe præſtaret. Mortuo Beato Epiſcopo, biduo ante Natalem Domini, Clerus, populus, & Comes qui eo tempore eam prouinciam habebat, communi voto Albertum patriæ paſtorem elegere fugientem, & renuentem tale onus ſubire; verum cum vi cogeretur, noluit ante conſecrari, quam templum ſuũ paruum, & incultum ad honorem Dei altum & celebre erigeret. Deinde fama ſanctitatis coaleſcente in dies, Dux Apuliæ, & cæteri proceres ad crimina eorum confitenda certatim cœpere ad eum concurrere, & poſtremo cum orationibus, ieiunijs, aſſiduo fletu, & magna ante Deum meditatione corpus attenuaret, lumen oculorum

B amiſit. Quo tempore manifeſta miracula in eo apparere cœpere. Nam quodam die cum, more ſuo, ante ianuam Curiæ reſideret, tempore æſtatis admodum importuno, & quendam tranſeuntem eo loco ſentiret, ſciſcitatus quis eſſet, poſtquam audiuit eum eſſe famulum Iohannis Limi, percunctatus, vnde veniret, cum ille aquam è fonte efferre diceret, petijt parum aquæ. Quam cùm ille in vaſe porrigeret, & ſanctiſſimus Albertus ori apponeret, magno Dei mirando, in vinum mutata continuo eſt. Quare cum Albertus vellet bibere, inquit, Fili mi, cur me decepiſti? petebam ego aquam, tu vinum dediſti.

C Admiratus famulus rem tantam, magno iureiurando affirmauit, ſe puram ſolũ aquam dediſſe, ac propterea, cum aquam iterum daret, illa in vinum mutata iterum eſt. Quo miraculo magnum Alberti nomen eſſe cœpit. Et paulo poſt cum Guillelmus Comes Rotelli quendam captiuum graui compede, & duro ergaſtulo maceraret, nec ille tanto labori ſufficeret, nomen Alberti alta voce inuocare cœpit. Quem nocte ſequenti venientem in ſomnis, & dicentem vidit; ſurge & inde abi. Qui cum expergiſceretur, & verum videretur imperium illud fuiſſe, diù obſtupuit; deinde altera nocte, cum iterum appareret, cœpit percunctari quis eſſet, qui reſpondit, ſe

D eſſe Albertum Montis-Coruini Epiſcopum, qui ei dicebat vt inde abiret. Quam rem cum ille fruſtra tentaret, putauit ſomnium inane eſſe, & tandem cum tertia nocte accederet, dixit ſe eo labore adeo fatigatum eſſe, quod magis non rediret, os inter loquendum inopinato apprehendi, & extra Termulas & locũ Monti-Coruino vicinum inter vineas reliquit. Qui manè poſtea cum Albertum adiret, & in miro genere laudum eum proſequendo gratias ageret, quod ſua potentia diro tantùm carcere euaſiſſet, reſpondit ſanctiſſimus Albertus, ne mihi ho[illegible], adſcribas, ſed immortali Deo, qui mira potentia erigit eliſos, & liberat compeditos. Quæ miracula Lemarchus Beneuentanæ ſedis Archie[illegible]us à

A Deſiderio & Albino, qui veneranda canitie grandæui erant, & ea viderant, audiuit, cum more archiepiſcopi Montem-Coruinum viſitaret, & ingenti vndequaque ſtudio miracula Alberti inquireret. Deinde ſenio in longum progrediente, ob lumen oculorum amiſſum eum videre ſpiritum diuinum habere, & futura prædicentem; cum enim Clerus, Populus, & Comes prouinciæ ob ſenium, & cæcitatem gubernatorem ei darent Creſcentium Sacerdotem, hominem potentem, & ſcelerum plenum, & ille cuperet vitam Alberti breuem fore, ei Albertus inquit, Creſcenti, affirmo tibi te breui Epiſcopum fore; verum omnia habiturum aduerſa in eo munere. Quod quidem miraculo Dei verum fuit, poſtea B cum homo impius vitam ſanctiſſimi Alberti pueris amicis, & malis hominibus committeret, dæmonum fraude modo eum per ſcopulos, & loca aſpera montium ducebãt, qui frequenter cadebat, modo ingentes voces ſupra caput ſenile emittebant, modo calceos, & veſtes in ignem iaciebant, ſæpe cum magno riſu aquam in ſanctiſſimum vultum proijcientes dicebant, ò Domine, pluit, rege te, magni modo imbres effluũt. Quin etiam cum dormiret in medio Iulij, & Auguſti calore plures cicadas prope caput ſanctiſſimum ponebant; quæ omnia ille æquiſſimo animo tolerando, Deum orabat, ne vllum malũ pro ea re vellet reddere. Verum vltio diuina tandem comparuit, & maC nifeſto iudicio æterni Dei partim eorum duro exilio, partim crudeli morte, & partim inopia, & duro carcere miſerè occubuere. Et cum vltimò Deus eo labore Albertum liberare vellet, extemplo totam latè vrbem monit fama Alberti morientis. Itaque cum viri, mulieres, & pueri eum ingenti ad eum ploratu concurrerent, proclamare alta voce cœpere, O cuſtos noſter, ò publice omnium parens, ò ſalus, ò defenſio, ò publica, ac priuata ſpes patriæ noſtræ quid inpoſterum faciemus? Ecce Pater Alberte, eam quam habemus libertatem te viuente, te modo moriente amittimus. Tunc ille, corpore iam deſtituto viribus, D læto vultu ora populi ſui amata quondam benedixit, & eam dicens poſtremam forte orationem, quam ad populum ſuum haberet piè & iuſtè viuere docuit, & corpore iam languente iterum benedicens è vita veluti dormiens emigrauit Nonis Aprilis milleſimo & trige[illegible]o ſeptimo anno ab ortu noſtri Redemp[illegible]is. Deinde ſequenti die cum [illegible]ſſimum corpus ingẽti omnium [illegible] ad ſepulchrum fe[illegible]r, viderũt vir[illegible] cælum tangentem è corpore [illegible] emi[illegible], quæ totam latè aerem ſuaui odore [illegible]ar, & [illegible]ſus h[illegible]mo com[illegible] & [illegible], qui p[illegible]at oculos [illegible] te vna cum ſa[illegible] e gratias [illegible]re cœpit immortali Deo, qui mirabilia tantum opera eo tempore aperiret, & paulo poſt magna languentium corpora tumulum adire, & manifeſto Alberti miraculo cum incolumitate redire viſa eſt. Inter cætera ſubito poſt exceſſum eius fama ſancti Viri Baſilicam mulierem Alifanam mouit vt Montem-Coruinum peteret, quæ biennio apud Alifatem fuerat toto corpore cõtracta, & nullo membro integra, & cum hoſpiti aperiret, ſe in eam vrbem accedere cum funali, more conſueto, vt ſanctum ſepulchrum videret, hoſpes eam rem epiſcopo retulit, qui cupiens rem populo gratam facere, primum æterno & immortali Deo gratias egit, qui admirãda eo ſæculo opera populis aperiret. Deinde eam mulierẽ ante ſepulchrũ adduci fecit, quę diu & noctu profuſis lacrymis oraret, fortè euenit eo die quo miraculum contigit, quod Dominus, & populus ciuitatis ad publica patriæ negotia obeunda in eo templo conueniat, eũ ſubito mulierem audiuere reddentem alta voce laudes & Deo, & Beato Alberto, qui etiam plurimi clarè ſenſere oſſa confracta ad antiquum redire locum membrorum. Qua re tota vrbe ad templum procurrente cum ingenti gaudio illa publicè faſſa eſt, diuina reuelatione ad tumulum veniſſe. Et paulo poſt Benedictus quidam è Bicari oppido, quod ad octauum lapidem inde eſt, cum graui, & longa ægritudine toto corpore laboraret, & manuum, & pedum iure amiſſo, linguæ quoq; eloquium iam amitteret, ad ſanctum templum Alberti ſe adduci fecit, vbi cum hebdomadam totam fruſtra oraſſet, cum magna ira inde receſſit, referens Alberti ope omnes gaudere, & ſe ope immunem recedere, ac eo modo templum Serræ oppidi noctu intrauit, vbi cum pernoctaret, ſanctiſſimum Albertum in ſomnis venientem, & dicentem vidit, Quare frater triſtis, & mœrens recedis? cum ea, quæ Dei ſunt, in voluntate tua nequaquam ſint: Verum ſurge, hac infirmitate non amplius grauabere. Qui continuò excitatus, ſe valentem toto corpore reperit. Itaque ad templum Alberti rediens cum ingenti omnium gaudio diu in ea vrbe permanſit, & eo pene tempore aliud miraculũ Richardo epiſcopo præſente factum eſt. Cum innumeræ mulierum & hominum catervæ eò confluerent, & plura quotidie miracula fierent, contigit quandam mulierem nomine Mariam occulto Dei iudicio à Dæmone præoccupari. Quæ cum Alberto coniuge ſuo, & bono nomine, & magno quoque amore viuebat. In tanta re ſtupebat maritus: mirabantur vicini, dolebant affines, illa verò horribili voce debacchabatur: ora torquebat, dentibus frendebat, pectora pangebat, & lumine toruo vnumquemque aſpiciens, ora, veſtes, & totum corpus lacerabat. Quare maritus cum fra-

ſtra

ſtra opem medicorum implorafſet, ad ſancti Alberti templum deuenit, vbi expoſita vxore ante ſepulchrum, cum crederet eam mitiorem debere fieri, illa iraeundior effecta, toto tridoo latrans more caoum immanes inhumaoas voces, inauditos eiulatus, ac horrendos fremitus toto populo ſtupente emiſit. Et poſtremo cum maritus nullo modo indè diſcederet; ſed omne tempus ibi manere, & ſanctam Trinitatem inuocare ſtatueret, ſpiritus impotens in eo amplius ſubſiſtere, continuò eam in terram deiecit, vbi ventre, mammillis & toto pectore effecto tumido in immenſum ſpiritū in venenum luridum conuerſum cum ingēti labore euomit. Quo miraculo Richardus epiſcopus & populus conſtituerunt ad vſque nonum diem pro ea orare, diſcriminata ciuium portione, qui noctu eam cuſtodirent; Verùm quadam nocte cum paulum dormirent, magna Coruorum multitudo totum templum extemplo ambire cœpit, ac vnus ingenti impetu eam arripuit, quam cum è terra eleuaret, illi excitati, & ſtupidi cum magno tandem labore eam liberauere; quare Richardus Epiſcopus accito Ioanne Vulturariæ epiſcopo, & homine Venerabili in conſilium, cum errorem mulieris comperiſſent, ei iniunxere vt ad ſanctum ſepulchrum in Orientem traijceret. Quod quidem iter cum magno gaudio illa confecit, & ad templum Alberti reuerſa, breui ibi mortua eſt. Aliud quoque miraculum prætereundum nunc nullo modo eſt, comprobatum quadam epiſtola Venerabilis Rai Vulturariæ Epiſc. venerabili Petro Mōtis-Coruini epiſc. vrbis Clero, & populo Cum Raus à Rogerio Siciliæ Rege glorioſiſſimo Panormi vocaretur, & è Salerno ad propinqua Balnearea, quæ propè Parum ſunt, loca deueniret, magna orta tempeſtate nautas rogauit, vt portum Balneareæ intrarent, quam rem cum facere conarentur, vento aſſurgente, in immenſum per media maria reiecti cum ingenti periculo ſunt; quare Epiſcopus longè magis quàm antea motus cœpit publicè polliceri omnia bona, quæ habebat, ſi terram contingerent, tunc nautæ cum ingenti fletu reſpondere, ſe perditos eſſe, & vento inter occidentem, & ſeptentrionem orto, miraeulo quodam, per arctiſſimos ſcopulos euaſere. Deinde per anguſtias Fari cū corriperentur, nec vllam ſpem de ſalute haberent, deſperata omni multitudine, cœpit Raus ſancti Alberti nomen inuocare, & continuò hominem vidit indutum alba, veſte honorabili effigie & læto vultu venientem ad ſe, inquiens, adſum, quem vocas, Albertus ego ſum, quare cum Raus ad ſanctos pedes eius volueretur, Albertus eum erigens, Magno, inquit, animo eſto Rae fili, portum continuò continges, & magna Dei miſericordia inter eundum & redeundum omnia ſecunda tibi

[A] erunt. Et cum hæc dixiſſet, continuo euanuit. Quare Raus in medium prodiens proclamauit, Viuite animo ſecuro omnes qui hic eſtis, magna ego miracula vidi, nec ea ad plenum enarrarat, cum Nauim videre veluti volantem altiſſimos mōtes aquarum ſuperare & portum inopinatò intrare, quo miraculo omnes qui in naui erant, coiere in vnum, & gratias ſanctiſſimo Alberto innumeras egere. Raus verò rediens è Sicilia, ſanctum illico ſepulchrum Alberti adiuit, exceptus miro gaudio à Clero & populo montis Coruini. Legimus, quod nequaquam omittendum eſt, ſanctum Albertum, cum ſupra altare hoſtiam Chriſti conſecratā teneret, & cū magnis lacrymis
[B] oraret, vt ſibi ſignificaret, quibus rebus ſalutem animæ acquirere poſſet, nec reſponderet, dixiſſe, Domine mi, meis è manibus te nunquam dimittam, niſi antea reſponderis, & eo non reſpondente, eam coniuraſſe, quæ tandem reſpondit, Hæc ſeptem ab eo facienda eſſe, Primum, ſi omni die me paſcens, hoc eſt, ſi amore mei vnum obulum quotidie dederis, magis animæ tuæ proderit, & gratum mihi erit, quàm ſi poſt mortē vnum præberent montē auri pro te, qui è terra Cælū contingeret. Secundò, magis valet vnam omni die lacrymam emittere dum viues, quàm ſi poſt mortem tot effluerent lacrymæ pro te, quæ vnum poſ-
[C] ſent lacum efficere. Tertiò ſatis mihi placet, ſi qualibet nocte à ſomno oblectabili te amouebis, & toto me corde orabis, quæ res animæ tuæ magis conducet, quàm ſi, te mortuo, decem hominum millia ad bellum pro fide Chriſti nomine tuo traijcerēt. Quartò, mihi magnopere gratū erit, ſi in re dubia in bonam capiens partem, omnia quæ ab alijs fient, operabunturque, nec vlla emittes murmura è proximo tuo, & eum corriges errantem inter te & ipſum, quod certè magis valebit, quam ſi ſeptem annorum ieiunium in pane & aqua conficeres. Quintū, quod plus omnibus mihi placet, ſi bono animo grauem omnem offenſam inimico
[D] tuo remiſeris; quod quidem magis animæ tuæ vtile erit, quàm ſi ad ſanctum Iacobum Gallecum eundo ad vnū quodque milliare cāpū virgis plenū inuenires, quibus eo modo te verberares, vt tuum latè ſanguinem in quolibet milliario effunderes. Sextū eſt, ſi omni tempore te minorem omni creatura exiſtimaueris, quæ vera hominum humilitas eſt, magis animæ tuæ proderit, quàm ſi multa hoſpitalia pauperum ſubſtentares, & ſitientem & famelicam hominum turbā omni die reficeres. Septimò cauebis quoad viues vllum facere iudicium animo temerario: quod gratum mihi magis erit, quàm ſi totas dies in oratione ageres, & omni quoque tempore ieiunares, & omnia bona amore Dei dares. Studebis igitur Alberte, ſi meam cupies gloriam adipiſci,

hæc

nempè Decanatus, Primiceriatus duo, & Theſaurariatus, cum vigintiquinque Canonicis,aliiſq; Presbyteris, & Clericis multis. Præter ipſam Cathedralem, Parochiales eccleſiæ ſeptem in ciuitate, quarum parochi ſacramenta exCathedrali percipiunt. Eſt Abbatia ſancti Mennæ, in qua eiuſdem ſanctæ, & ſancti Bengij corpora condita dicitur,eccleſia verò ipſa à PaſchalisII.manibus, Roberti S.Agathæ Comitis rogatu conſecrata fuit; erat olim ſancti Benedicti Cœnobium Monachorum,nūc in commendam conferri ſolet. Intra vrbem virorum Cœnobia tria, & aliquot laicorum fraternitates. Diœceſis huius epiſcopatus, Beneuentana, Caſertana,Theleſina, Acerrana, & Nolana Diœcelibus incluſa,oppida quatuor inſignia, & caſtra ſeptem ſuo continet ambitu, Arpodium ſcilicet cum archipreſbytero, & Collegio octo Presbyterorum, duorum virorumCœnobijs,& abbatia ſancti Fortunati commendata. Ariola cum archipresbytero, & alijs Clericis, tribus virorum Monaſterijs, quorum vnum Congregationis s.Benedicti. Argentium cum archipresbytero,quatuor virorum Cœnobijs, vno ſanctimonialium, & abbatia in commendam dari ſolita. Durazanum. Totius Diœceſis parochiales eccleſiæ 22. ſunt. Collegiata vna. Annuus vero cenſus epiſcopalis ſcutorum Regni fermè 2000. colliguntur partim ex vectigalibus caſtri Balneoli,quod epiſcopus, vti Regni Baro, cum temporali iuriſdictione, ciuili, & mixta obtinet.Taxatur in Cancellaria Apoſtolica flor.180.Huius eccleſię Epiſcoporum Catalogum,quem hic ſubiectum vides benigne lector, modo damus ſatis ieiuuum, pleniorem vtique daturi, ſi nobis petentibus monumenta ſuppeditaſſent hi, quorum cordi eſſe debuerat propriæ eccleſiæ decus, & ornamentum.



1 MADELFRIDVS eſt,qui primus iam euaſit Epiſcopus S.Agathæ, poſtquam Ladenulphus Archiepiſcopus Beneuentanus, vel inſtituit, vel reſtituit huic eccleſiæ dignitatem epiſcopalem anno ſalutis 970. vt dictum eſt ex documento Ladenulphi, de

A quo nil aliud habemus vt hic de eo proferamus.

2 ADELARDVS ante annum Domini 1000. vel paulo poſt memoratum creatus eſt huius eccleſiæ epiſcopus. Deuotus hic Præſul Deiparæ Virginis Templum in eius honorem condidit,quod s. Mariæ de Miſericordia nuncupauit, in quo, poſtquam ſediſſet ann.24. menſ.4.dies 15. humatus eſt, vt ex epitaphio ſepulchrali ibidem inuento habetur, vbi hæc leonina carmina inſculpta erant.

Vitæ præſentis bona qui labentia
B *ſentis,*
Ad cæli ſedem currito, coge pedem.
Namque velut fœnum iam florem perdit amœnum
Et fugit vt fumus, vita fit & vir humus.
Adelardus ego quondam Præſul modo dego.
Puluis in hoc tumulo paret vt in titulo.
C *Templum fundaui tamen hoc, & ſic decoraui,*
Curauique Deo poſſe placere meo.

Rexi hanc Eccleſiam annos xxiv. menſ. iv. dies xv.

3 BERNARDVS S.Agathæ Epiſcopus anno ſalutis 1075. adfuit Synodo in Metropolitana Beneuenti à Milone Archiepiſcopo ad fauorem Monaſterij ſanctæ Sophiæ contra Draconarienſem Epiſcopum celebrata, vt ſupra narratum eſt. Monumen-
D tum Milonis, Bernardi nomen ad poſteros perennauit, cætera eius acta obſura ſunt.

4 HENRICVS hanc rexit ſedem ab an.1103.ad annum vſque 1143.ex breui Indiculo huius eccleſiæ Epiſcoporum.Eo Præſule anno 1113. Paſchalis II. Pontifex Beneuentum pergens in hac vrbe eccleſiam ſancti Menæ, quam conſtruxerat Robertus Comes filius Rainulphi, conſecrauit; Hic anno 1122. teſtis fuit quondam iuramento, quod Landulphus Comes Caiacenſis fecit ad fauorem eius eccleſiæ.

5 ANDREAS S.Agathæ Epiſcopus anno 1152. memoratus in monumentis Monaſterij s.Laurentij de Auerſa.

6 IOANNES ſucceſſor Andreæ ſedit ad annum vſque 1161.

7 VRSVS ſtatim poſt Ioannem ad hanc ſedem vocatus anno 1161. cui Rainulphus Comes ſanctæ Agathæ anno 1181. quædam bona, & iura aſſeruit. Interfuerat Vrſus ſuperiori anno 1180. cum alijs Comprouincialibus Epiſcopis apud Montem-Caſſinum, cum Rogerio Beneuentano Archiepiſcopo, qui perpetuam Indulgentiam eccleſiæ Caſſinenſi conceſſit. Adſuit item ann. 1182. conſecrationi eccleſiæ Beatæ Mariæ Montis-Virginis: obijſſe huoc refert Indiculus noſter ann. 1190.

8 IOANNES, alia notula Iacobum ex familia Ati vocat, promotus eſt in Epiſcopum anno 1190. Is ab Henrico VI. Imper. pluribus bonis diues factus, ſummopere Cathedrale Templum, & Epiſcopium exornauit, eius mentio in monumentis illius eccleſiæ habetur ad annum vſque 1213.

9 IOANNES alius ſucceſſit ann. 1213. per aliquot annos hanc rexit eccleſiam.

10 BARTHOLOMÆVS Canonicus Beneuentanus à Capitulo ſanctæ Agathæ, demortuo Epiſcopo, contra ſtatutum Lateranenſis Concilij eligitur; nulla igitur declarata electione, à Gregorio IX. legitimè creatur Antiſtes, & Archiepiſcopo Beneuentano commendatus in literis, Dat. Id. Maij anno 1234. pontif. 8. extat epiſt. in reg. Vat. num. 75 pag. 98.

11 IOANNES anno 1236. memoratur in Indiculo: at in reg. Vat. nullam de eo reperimus mentionem

12 FR. PETRVS, ordo & patria ignorantur, præerat Agathenſi eccleſiæ anno 1255. At de his duobus nulla mentio in regeſt. Vatic.

13 NICOLAO de Morrone nobili genere nato Canonico Caſertano Diœceſeos Sanctæ-Agathæ iuriſdictio commiſſa eſt, tanquam electo Epiſcopo ab Vrbano IV. circa annum Domini 1262. In formulario Marini de Ebulo S. R. E. Vicecancellario, quod eſt in Vaticano archiuio num. 6364. eius electio notatur in hæc verba.

Nicolao de Morrone electo S. Agathen.

Cunctis eccleſijs Prælatorum regimine deſtitutis, ſed ijs præcipuè quæ ſunt in Regno Siciliæ conſtitutæ (de perſonis illis prouideri cupimus, per quas, Deo propitio, & honoris augmenta conſequi, & optata poſſint proſperitate perfundi. Sane dilecte fili, Magiſter Notarius noſter à quo de nobilitate generis, & honeſtate morum, ac de ſcientia litterarum, & induſtria circumſpecta commendaris humiliter, & inſtanter à nobis petijt, vt te tunc Canonicum Caſertan. eccleſiæ Sanctæ-Agathæ paſtore vacan. præficeremus in Epiſcopum, & paſtorem, maximè cum nobilium conſanguineorum ſuorum auxilio, & fauore quamplurium potentium perſonarum de illis partibus adeo fulciaris, quod eadem Sanctæ-Agathæ eccleſia per tuum miniſterium à diſpendijs, & præliutis eripi, ac in proſperis, faciente Dei clementia multipliciter poterit ampliari. Cum itaque nos perſonam prædicti Notarij pro ſuis laudabilibus meritis, noſtram, ac fratrum noſtrorum gratuitam beneuolentiam obtinentes in te, qui deſcriberis virtute conſpicuus, & in bonorum operum exercitio ſtudioſus, ac decus, & decorem ac vtilitatem eiuſdem eccleſiæ honorare velimus, & te ipſi eccleſiæ, nullum propter hoc Beneuentana eccleſia Metropolitana loci, proceſſu temporis paſſura præiudicium, in Epiſcopum, & paſtorem de noſtræ præficimus plenitudine poteſtatis. Volumus itaque, & per Apoſtolica tibi ſcripta mandamus, quatenus ad eandem eccleſiam Sanctæ Agathæ de Apoſtolicæ Sedis, & noſtro fauore confiſus cum diuinæ gratiæ benedictione accedas, te in cura ipſius eccleſiæ, cuius in ſpiritualibus, & temporalibus plenam tibi adminiſtrationem committimus talē corde ſolliciro redditurus, vt grex tuæ circumſpectioni creditus, in te ſalutis miniſterium reperire gaudeat, & tibi tandem paſtoris æterni benignitas vnicuique reſponſura pro meritis, æternæ retribuat gloriam charitatis.

Datum &c.

Extat ibidem alia concepta eiuſdem pontificis ad quendam epiſtola, vt idem electus munus conſecrationis accipere valeat à duobus alijs Epiſcopis, cum eo tempore Archiepiſcopus Beneuentanus vinculo excommunicationis adſtrictus eſſet.

Epiſcopo, &c.

Ex parte dilecti filij noſtri ſanctæ Agathæ electi fuit nobis humiliter ſupplicatum, vt cum Metropolitanus ſuus dicatur eſſe vinculo excommunicationis aſtrictus, propter quod non poteſt ipſius auctoritate munus conſecrationis debitum obtinere, impendi tibi munus huiuſmodi faceremus. Quocirca mandamus, quatenus eidem Sanctæ Agathen. electo in Subdiaconatus Ordine conſtituto, poſtquam ſtatutis temporibus per te ad requiſitionem ipſius in Diacon. & Presbyt. ritè fuerit ordinatus, conuocatis duobus, vel tribus Epiſcopis auctoritate noſtra prædictum munus impendas. Nolumus autem, quod propter hoc Eccleſia Beneuentanæ aliquod in poſterum præiudicium generetur. Cæterum, iniungas eidem S. Agathen. electo, vt quam citò Metropolitanus ſuus fuerit abſolutus, ſe illi præſentare ſtudeat iuramentum ſibi fidelitatis ſolita impenſurus.

Datum, &c.

Præ-

Præfuit Nicolaus annis plus, minuſue 20. exceſſit verò ſub Martino IV. circa annum Domini 1282.

14 Fr. EVSTACHIVS Ord. Præd. ſacræ Theologiæ Doctor a Canonicorum Capitulo per viam compromiſſi electus Martini IV. aſſenſu confirmatus eſt anno 1282. pro quo idem ſcribit Pontifex Gerardo Epiſcopo Card. Sabinenſi Apoſtolicæ ſedis Legato, vt illum in Sanctagathenſi eccleſia confirmet. Dat. 15 kal. Octobris, & 2. pontif. epiſt. 114 pag. 74 in regeſt. Vatic. ſede vacante Nicolai IV. defunctus eſt.

15 IOANNI Presb. Card. tit. S. Vitalis Archiepiſcopo Beneuentano data eſt huiuſce eccleſiæ adminiſtratio ad Apoſtolicæ ſedis beneplacitum per Cæleſtinum V. anno 1294. vacuam illam reliquit ſequenti anno morte præuentus.

16 Fr. GVIDONEM de S. Michæle Ord. Minorum Bonifacius VIII. ad hanc vocauit Eccleſiam 18. Kal. Decembris an. 1295. pontif. ſui anno primo, vt ex ſequenti diplomate liquet exſcripto ex Vatic. regeſt. epiſt. 570.

Dilecto filio Fr. Guidoni de S. Michaele electo S. Agathæ, & c.

Militanti Eccleſiæ, diſponente Domino, licet immeriti præſidentes circa curam omnium eccleſiarum ſolertia reddimur indefeſſa ſolliciti, vt iuxta paſtoralis officij debitum commiſſi nobis Dominici gregis curam humiliter gerere, diuina cooperante elementia, ſtudeamus, & quanquam aſſidue circa ſingularum cõmoda vigilemus; tamen erga illas, quæ deplorant viduitatis incommoda, propenſiori cura, & maiori propulſamur inſtantia, vt eis præficiamus viros idoneos in paſtores. Dudum ſiquidem eccleſia Santagathen. per obitum bo. me. Fratris Euſtachij SantAgathen. Epiſcopi, paſtoris ſolatio deſtituta dilectus filius frater Petrus de Murrhone, nuper Cæleſtinus Papa V, anteceſſor noſter curam & adminiſtrationem ipſius eccleſiæ bo. me. fratri Ioanni tit. S. Vitalis Presb. Cardinali duxit in ſpiritualibus & temporalibus committendam, ſed eam Cardinali naturę debitum perſoluente, prouiſionem faciendam ipſi eccleſiæ de paſtore ea vice nobis duximus reſeruandam. Decernentes irritum, &c. vſque attentari. Ac poſtmodum de ipſius ordinatione, ne prolixioris vacationis expoſita maneret incommodis attentius cogitantes, & volentes eidem SantAgathen. eccleſiæ de paſtore idoneo ſalubriter prouidere, in te fratrem Minorum ordinis profeſſorem, virum quoque, prout fide dignorũ habet aſſertio, vitæ laudabilis, conuerſationis placidæ, ac morum honeſtate decorum, diſcretionis & conſilij maturitate conſpicuũ direximus oculos noſtræ mentis, teque de fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, ipſi ſantAgathen. Eccleſiæ in epiſcopum præficimus, & Paſtorem, in illo, qui dat gratias, & largitur præmia confidentes, quod prælibata eccleſia SantAgathen. per tuæ induſtriam prouidentiæ à noxijs præſeruabitur & aduerſis, optatis quoque proſperitatis cõmodis ſpiritualiter, & temporaliter proficiet, ac honoris. Quocirca diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus impoſitum tibi onus à Domino ſuſcipiens, reuerenter curam, & adminiſtrationem ipſius eccleſiæ SantAgathen. ſic diligenter geras, & ſollicite proſequaris, quod ipſa gubernatori conſpicuo, ac fructuoſo adminiſtratori gaudeat ſe commiſſam, & bonæ famæ tuæ odor, ex laudabilibus tuis actibus latius diffundatur, ac propter benedictionis æternæ præmium beneuolentiæ noſtræ gratiam exinde plenius conſequaris.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum 18. Kal. Decembris Anno primo.

Obijt Guido anno 1307.

17 ROBERTVS Ferrarius Archidiaconus, & Petrus Monte de Nouiono Regis Roberti Cappellanus in contentione à Capitulo adlecti ſunt Epiſcopi, Robertus confirmatur ab Ioanne XXII. anno 1318. ſub quo exceſſit 1327.

18 PANDVLPHVS electus an. 1327. fato ceſſit ſub Clemente VI. 1342. hic ſancti Franciſci eccleſiam conſecrauit, de quo nobis certè nil aliud innotuit.

19 IACOBVS Martonus Pandulpho ſucceſſit ex Archidiacono electus à Capitulo, confirmationem accepit à Clemente VI. anno 1344. 2. non. Febr, ex reg. Vatic. epiſt. 187. ann. 2. tranſlatus deinde eſt ad eccleſiam Caſertanam 1350. ab Incarnatione 10. Kal. Aprilis.

20 NICOLAVS de S. Ambroſio antea Epiſcopus Caſertanus ad hanc ſedem tranſlatus eſt à Clemente VI. anno 1350. 10. Kal. Aprilis ex regeſt. Vatic. epiſt. 54. pag. 28. ann. pontiſ. 9.

21 NICOLAVS diuerſus à ſuperiori electus Epiſcopus S. Agathæ anno 1386. die 25. Auguſti promiſit ſolitum ſubſidium ſacro Collegio ſub Vrbano VI. ſub Bonifacio IX. anno 1391. tranſlatus eſt ad aliam Eccleſiam Veneuienſem, vt obſerno in lib. de Beneficijs eiuſdem Pontificis fol. 121.

22 Fr. ANTONIVS de Sarno Ord. Minorum eligitur in locum tranſlati Nicolai anno 1391. 13. Kal. Iunij, Hic ſuis culpis, & demeritis exigentibus ab adminiſtratione, & regimine ſantAgathenſis eccleſię per diffinitiuam ſententiam Antonij tit. S. Laurentij in Damaſo Presb. Card. à ſede Apoſtolica ſpecialiter deputati remotus eſt anno 1394. ex eodem lib. de Beneficijs fol. 125.

23 IACOBVS cognomento Papa Cano-

nonicus Caietanus in locum priuati Antonij anno 1394. 7. Kal. Nouembris, vt in lib. Prouiſ. Prælat. fol. 37. ann. 5. Bonifacij IX. Hic in eiſdem libris vocatur etiam Iacobellus, & Blellus, qui mortalitatem exuit anno 1400.



B

24 PETRVS, qui & Petrellus Gattula ſeu de Gatta nobilis clericus Neapolitanus Iacobo datus eſt ſucceſſor an. 1400. 4. non. Ianuarij, ad cuius inſtantiam Innocentius VII. nullam declarauit per mutationem Caſtri Balneoli ſuæ Diœceſis cum quadam poſſeſſione Caroli Comitis ſanctæ Agathæ de facto, & abſque Apoſtolicæ ſedis licentia facta à dicto Comite, ita legitur in lib. primo de diuerſis formis pag. 83. ſedit Petrus in hac Eccleſia anno 23. & ſuis exigentibus meritis ad Archiepiſcopalem ſedem Brunduſinam tranſlatus eſt anno 1423. 16. Kal. Martij, vt ſuo loco narrauimus.

C

25 Fr. RAYMVNDVS de Hungottis, vel Harageliis Abbas ſancti Viti, Ord. ſancti Baſilij, Petro ſucceſſit 10. Kal. Auguſti 1423. tranſlatus deinde eſt ad Boianam eccleſiam 1428. 15. kal. Ianuarij.



26 IOSVE Mormile nobilis Patritius Neapolitanus ex Monopolitano Epiſcopo tranſlatus eſt ad hanc ſanctæ Agathæ eccleſiam anno 1431. 15. Kal. Ianuarij; ex qua deinde anno 1437. ad Tropeienſem Cathedram tranſitum fecit die 6. Febr. vt in actis Conſiſt. Eugenij IV. legitur.

27 Fr. ANTONIVS Bretonus, fortaſſis patria Britannus electus epiſcopus ſanctæ Agathæ die 16. Februarij 1437. factus deinde eſt Archiepiſcopus Surrentinus 3. Id. Aprilis 1440. deinceps anno 1442, 10. Kal. Auguſti ad eccleſiam Arauſicanenſem in Gallia ſub Archiepiſcopatu Arelatenſi tranſlatus eſt. Acta Conſiſtorialia hæc habent.

D



28 GALEOTTVS de la Ratta nobili familia Neapolitana natus, electus adminiſtrator huius ſedis anno 1440. ac deinceps hanc habuit in titulum 7. kal. Martij 1442. exceſſit anno 1455.

29 AMOROTTVS Neapolitanus ex nobili familia Capuana, cum eſſet Canonicus Metropolitanæ Neapol. ad hanc Infulam peruenit anno 1455. 12. Septembris, obijt

obijt 1469. Iacet in Cathedrali, vbi legitur epitaphium. A

30 PETRVS Matthæus de Paganata Presb. Recanatenſis, Ciuiſque Romanus Amorotto ſucceſſit eodem anno 1469. die 15. Maij electus à Paulo II. cuius erat familiaris, defunctus anno 1472.

31 MANNVS Morola Capuanus, factus eſt Epiſcopus à Sixto IV. anno 1472. 4. non. Iulij, fato conceſſit 1487.

32 PETRVS-PAVLVS Capobianco ciuis, & Decanus Beneuentanus, euaſit SantAgathenſis epiſcopus die 17. Februarij 1487. erat Pontificij Sacelli aſſiſtens, & Vaticanæ Baſilicæ Vicarius ſub Alexandro VI. anno 1494. vita defungitur anno 1505.

33 ALPHONSVS Carafa Neapolitanus anno 1505. 30. Iulij adlectus eſt ſanctæ Agathę Epiſcopus, eodemque anno factus eſt Patriarcha Antiochenus, tranſlatus deinde eſt ad Lucerinam eccleſiam anno 1512. vt ſupra narrauimus in Lucerinis epiſcopis. B

34 Fr. IOANNES de Aloyſijs Auerſanus ordinis Carmelitarum antea Epiſcopus Capræ Inſulæ, mox Lucerinus, inde ad ſanctæ Agathæ tranſlatus 1512. die 27. Aug. ſedit ann. 13. vtraque ſe abdicauit, ac paulò poſt ex hoc ſæculo diſceſſit.

35 IOANNES Gueuara Neapolitanus Alphonſi Toparchæ Arpaię, & Ioannæ Cantellæ filius ex ceſſione Ioannis Aloyſij adeptus eſt S. Agathæ epiſcopatum die 19. Iunij 1523. Per annos omnino 33. ſedit, ſubitoque correptus apoplexiæ morbo in menſa, eſuque melonis occubuit anno 1556. C

36 IOANNES Beroaldus Panormitanus, iam antea Epiſcopus Theleſinus, ad hanc eccleſiam tranſlatus eſt die prima Octobris 1556. ſedit ann. 10. & poſtquam Concilio Tridentino aſſediſſet, mortem obijt 1565. ſepultus iacet in Cathedrali.


D

37 Fr. FELIX Perettus de Monte-Alto Ord. Conuentualium S. Franciſci creatus eſt Eccleſiæ huius Antiſtes anno 1566. die 15. Decembr. à Pio V. à quo & S.R.E. Presb. Cardinalis renunciatus, mox tranſlatus ad Firmanum ſacerdotium, tandem ſummus eccleſiæ Pontifex euaſit ſub nomine Sixti V.

38 Fr. VINCENTIVM Ceſendam de Lugo Ord. Prædicatorum, doctrina, & morum integritate clarum Pius V. huius ſedia Præſulem elegit die 6. Februarij 1572. mortem obijt 1583. die 11. Ianuarij.

39 Fr. FELICIANVS Ninguarda de Monbergo Comenſis Diœceſis, Ord. Prædicatorum, magni nominis vir vocatus eſt ad hanc regendam eccleſiam ex EpiſcopoScalenenſi die 21. Iunij 1583. ex qua tandem tranſlatus eſt ad Comenſem eccleſiam anno 1588. de quo alibi dictum eſt.

40 Fr. EVANGELISTA Pelleo à Fortio, Ord. Conuentualium S Franciſci Generalis ſuffectus eſt Feliciano die 17. Octobris 1588. obijt 1595.

41 Fr. IVLIVS Sanctuccius è monte Filacciano Ord. Conuentualium S. Franciſci deligitur die 11. Decembris 1595. exceſſit anno 1607.

42 HERCVLES Dietaleuius nobilis Ariminenſis ad hanc ſedem promotus die 4. Feb. 1608. ſedit annis 27. translatuſque eſt ad Fanenſem eccleſiam anno 1635.

43 IOANNES Auguſtinus Candulphus Ianuenſis Octauij Belmuſti Cardinalis nepos, & Auditor, ex Epiſcopo Fundano, ad hanc SantAgathenſem eccleſiam translatus eſt die 3. Decembris 1635. eccleſiaſticæ immunitatis acerrimus fuit propugnator, ob quam aliquando coactus eſt à ſua Eccleſia longius exulare, obijt tandem anno 1653.

44 Fr. DIONYSIVS Campanella Ord. Carmelitarum Generalis Procurator creatus eſt epiſcopus S. Agathæ ab Innocentio X. anno 1653.

S. SEVERI

EPISCOPI.



SANCTI SEVERI nobile Apuliæ oppidū in Prouincia Capitanata quarto à Gargano monte milliario diues, & opulentum, ciuitatis nomine, ac dignitate Epiſcopali condecorauit Gregorius XIII. anno 1580. coniuncta illi eccleſia epiſcopatus Ciuitatenſis ſuffraganea Metropoli Beneuentanæ, quæ, ciuitate in ſolitudinem antea redacta, & ſolo æquata, ſublato, vt Cu-

Curiæ more loquar, ſuppreſſa fuerat. A quo autem hæc nupera S. Seueri ciuitas cōdita fuerit, non facile dictu eſt; poſt tamen noſtræ ſalutis aliqua ſæcula ſuum habuiſſe exordium credunt incolæ; ſed illius, nullus auctor antiquus, neque recens ſcriptor meminit præterquam Fulco Beneuentanus in Chronic. & Innocentius PP. III. in Epiſtola ad Clerum, milites, & populum eiuſdem, in qua ſcribit, vt Card. Legato obediant. Cæterum noſtris temporibus ciuitas hæc vehementi terræmotu pene tota euerſa eſt, ac deſolata, quam deinceps ciuium amor, ac Ducis Turris maioris gentis Sangræ nobiliſſimi illius Toparchæ diligentia reſtaurarunt, adeo vt hodie priſtinũ ſplendorem recepiſſe partim videatur. Ecclesia Cathedralis titulo D. Virginis Mariæ de Via, ſatis pro conditione nobilis, tota ferè cecidit. Canonici numero 15. cum Dignitatibus, Cleroque toto ad S. Antonij ſe receperunt, eamque pro Cathedrali hactenus habent, ibique diuinum penſum exſoluunt. Diœceſis S. Seueri peranguſta eſt; conſtat autem ex Veteri Diœceſi Ciuitatenſi, & duobus oppidis, Turris-Maioris, & Rauli. Sunt in ea Abbatiæ duæ, vna de Bipalta, & altera S. Ioannis in Lamis Ord. Ciſtercienſis commendari ſolitæ. Menſæ Epiſcopalis annuus cenſus aureorum 1200. qui partim ex decimis, partim conſtant ex annua penſione 400. ducatorum à Canonicis Regularibus Inſulæ Tremiti epiſcopo Ciuitatenſi pendi ſolita, à quo locum S. Leuci in feudum obtinet. Taxatur autem epiſcopatus hic in lib. Cameræ Apoſtolicæ Flor. 150. Porrò antequam paucos epiſcopos, qui huic Eccleſiæ præfuerunt enumeremus, operæ pretium duximus hic exſcribere Gregorij XIII. diploma, quo S. Seueri oppidum ciuitatis titulo, & Epiſcopali inſignitur dignitate ab ipſo autographo conſcriptum.

GREGORIVS EPISCOPVS
Seruus ſeruorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Pro excellenti præeminentia ſedis apoſtolicæ, in qua poſt Beatũ Petrum Apoſtolorum principem, quamquam imparibus, pari tamen auctoritate conſtituti ſumus, dirutas eccleſias temporum iniuria, alijſque calamitatibus ſupprimere, ac illarum loco in agro irriguo militantis eccleſiȩ nouas epiſcopales ſedes, & eccleſias plantare Romano Pontifice dignum arbitramur, vt per eiuſmodi nouas plantationes populorum augeatur deuotio, diuinus cultus floreat, animarum ſalus ſubſequatur, & loca humilia illuſtrentur, idque nos eo libentius agimus in ijs locis, in quibus, benedicente Domino, incolas & alios Chriſti fideles multiplicaſſe noſcuntur, vt propagatione nouæ ſedis, & aſſiſtentia honorabilis præſulis cum decenti miniſtrorũ numero fideles ipſi in deuotione perſiſtentes, & etiam deuotionis huiuſmodi augmẽtum ſuſcipiẽtes æternȩ felicitatis præmium, Deo eorum piũ propoſitũ adiuuante, facilius conſequi mereantur. Sanè cum Ciuitaten. in Regno Neapolis conſiſtens penitus deſtituta, & ſolo æquata à nullis incolis habitetur, & vix veſtigia Cathedralis eccleſiæ in ea appareant, & ob id eccleſia Ciuitaten. amplius in rerum natura non exiſtat. Nos attendentes, quod ſi ipſa eccleſia Ciuitaten. certo modo Paſtoris ſolatio deſtituta, nomen, titulus, & denominatio Cathedralis eccleſiæ perpetuò ſupprimerentur, & extinguerentur. Archidiaconatus verò, qui maior poſt Pontificalem, & Archipresbyteratus ipſius eccleſiæ, qui ſecundæ inibi dignitates exiſtunt, ad infraſcriptã erigendam eccleſiam transferrentur, ac Oppidũ S. Seueri nullius Diœceſis eiuſdem Regni, quam inſigne, ac mœnibus, & Turribus cinctum eſt, nec non frequentẽ populum, & quamplurimos incolas nobiles continet, & in quo quatuor Parochiales exiſtunt, in ciuitatem, & Parochialis eccleſia B. Mariæ Virginis eiuſdẽ oppidi, quæ ſatis venuſta, ac frequenti numero ſacerdotum, & miniſtrorum eccleſiaſticorum referta, nec non omnibus ad diuinum cultum neceſſarijs luculenter inſtructa, & alioquin inſignis exiſtit, in Cathedralem eccleſiã ſub inuocatione eiuſdem B. Mariȩ Virginis cum alia dignitate, & duodecim Canonicatibus, totidemq; præbendis duobus perpetuis ſimplicibus perſonalem reſidentiam requirentibus beneficijs eccleſiaſticis beneficiatis nũcupandis erigeretur, & inſtitueretur, necnon eccleſiæ Ciuitaten. ac Archidiaconatus, & Archipresbyteratus præfatorum bona, fructus, redditus, prouentus, iura, obuentiones & emolumenta quæcunq; eidem eccleſiæ erigendæ, illiuſq; epiſcopali, & Capitulari mẽſis reſpectiue etiam perpetuò applicarentur, inde profecto cleri & populi ſalus cum eccleſiæ B. Mariæ Virginis, ac oppidi prædictorum decore longe magis prouenirent, præmiſſis itaq; & alijs rationabilibus cauſis adducti, habita ſuper his cum venerabilibus fratribus noſtris deliberatione matura, de illorum conſilio, & aſſenſu, ac Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine in dicta eccleſia Ciuitaten. nomen, & titulum, & denominationẽ Cathedralis eccleſiæ Apoſtolica authoritate tenore pręſentium perpetuò ſupprimimus, & extinguimus, Archidiaconatum verò, & Archipresbyteratum ſuppreſſæ eccleſiȩ huiuſmodi ad dictam erigendam eccleſiam transferimus, necnõ oppidum in ciuitatem S. Seueri nuncupandam, ac eccleſiæ B. Mariæ huiuſmodi in Cathedralem eccleſiã ſub Inuocatione eiuſdem B. Mariȩ pro vno epiſcopo. Seueri nuncupan. qui eidẽ Cathedrali eccl. præſit, illiuſq; ædificia ampliet, & ad formam Cathedralis Ec-

æccleſiæ tedigat, epiſcopalem, & canonicales domos conſtrui. & ædificari faciat, omnimodamque in clerum, & populum prædictū iuriſdictionem epiſcopalem exerceat, necnon omnium, & ſingulorum beneficiorum eccleſiaſticorum in ciuitate s.Seueri, ac infra aſſignanda Diœceſi pro tempore vacantium diſpoſitionem ordinario iure, aliaque omnia, quæ ad munus epiſcopale pertinent, ac Archiepiſcopo Beneuentano iure Metropolitico ſubſit, necnon in eadē Cathedrali eccl. vnum Archidiaconatū, qui inibi poſt pontificalem maior, & pro Archidiacono olim Ciuitaten. & vnum Archipresbyterū pro Archipresbytero, qui in erecta eccleſia huiuſmodi animarū curā hactenus exercuit, & in futurum exercebit, qui ſecunda; ac vnum primiceriatum pro Archipresbytero olim Ciuitaten. qui tertia, & vltima dignitates inibi exiſtant, ac duodecim Canonicatus, & totidē præbēdas pro duodecim Canonicis prębēdatis, qui omnes inſimul Capitulum d. Cathedralis eccl. conſtituant, necnon duo perpetua ſimplicia, & perſonalem reſidentiam requirentia beneficia eccleſiaſtica, beneficiata nuncupanda pro duobus Clericis beneficiatis nuncupandis. Præterea in ea epiſcopalem dignitatem cum ſede, præeminentijs, honoribus, priuilegijs, & facultatibus, quibus aliæ Cathedrales eccleſiæ de iure, vel conſuetudine, aut alias quomodolibet vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, necnon epiſcopali, & Capitulari menſis, alijſque Cathedralibus inſignibus ad Omnipotentis Dei, eiuſdem Beatæ Mariæ laudem, totiuſque triumphantis eccleſiæ gloriam, & fidei Catholicæ exaltationem auctoritate, & tenore præfatis perpetuò erigimus, & inſtituimus; ac oppidum ſancti Seueri prædictum ciuitatis & eccleſiæ Beatæ Mariæ Cathedralis, necnon habitatores, & incolas huiuſmodi ciuium nomine & honore decorauimus.

Vlterius dictæ erectæ eccleſiæ oppidum ſancti Seueri pro ciuitate, necnon olim ciuitatem Ciuitaten. totumq; illius territorium, oppida, terrās, villas, & alia loca olim in Diœceſi Ciuitaten. exiſtentia, ac etiam locum Turris maioris nullius Diœceſis, eiuſdem loci Turris maioris, & ciuitatis S.Seueri territoria, & diſtrictus pro Diœceſi, necnon eccleſiaſticas pro Clero, & ſæculares perſonas in ciuitate s.Seueri, & loco Turris maioris huiuſmodi, ac territorijs, oppidis, terris, villis, & alijs locis prædictis habitantes pro populo auctoritate & tenore pręmiſſis pariter perpetuo concedimus, & aſſignamus, ac ciuitatem, diœceſim, clerum, & populum huiuſmodi futuro Epiſcopo s. Seueri quū ad epiſcopalem, & dicto Archiepiſcopo quoad metropolitanam ordinariam iuriſdictionem, & ſuperioritatem, ita quod dictus locus Turris maioris non amplius nullius Diœceſis; ſed poſthac s.Seueri Diœceſis exiſtat, ſubijcimus. necnon ruralem eccleſiam Rectoriam, ſeu Præpoſituram nuncupatam olim Monaſterium SS. Petri & Seueri Ord. S.Benedicti dicti oppidi Turris maioris, quam venerab. frater noſter Iacobus epiſcop. Aprutin. nuper in cōmendam ad eius vitam ex diſpoſitione Apoſtolica obtinebat, ac cuius, & illi forſan annexorum fructus, redditus & prouentus trigentorum ducatorum auri de Camera ſecundū communem ęſtimationem valorem omnium, vt accepimus, non excedunt commenda huiuſmodi ex eo quod idem Iacobus Epiſcopus, illi, & omni iuri ſibi in dicta Rurali eccleſia, vel ad illam quomodolibet competentia hodie in manibus noſtris ſponte, & liberè ceſſit, noſq; ceſſionem huiuſmodi duximus admittendam ceſſante adhuc eo quod ante commendam ipſam vacabat tunc vacantem, cū annexis huiuſmodi prædijs, proprietatibus, ac omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis, omniaque & ſingula prædia, proprietates, cenſus, decimas, primitias, cæteraq; bona, fructus, redditus, prouentus, & iuriſdictiones, actiones, & iura, ac alia emolumenta quęcunq; olim menſæ epiſcopalis, & eccleſiæ Ciuitaten. & quæ hactenus ad ipſam mensā epiſcopalem, epiſcopum, & eccleſiam Ciuitaten. quomodolibet, & vbilibet ſpectabāt & pertinebant Epiſcopo pro eius, & epiſcopo s.Seueri pro tempore exiſtenti, Capitulari autem menſæ erectæ eccleſiæ huiuſmodi, illiuſque maſſa communi pro dignitatū, Canonicatuum, & præbendarum, aliorumq; beneficiorum in ea erectorum dotibus, illaq; pro tempore obtinentium alimentis neceſſarijs omnia, & ſingula fructus, redditus, & prouentus, iura, obuentiones, & emolumenta quæcunq; Beatæ Mariæ in Cathedralem erectæ, necnon Archidiaconatus tranſlatorū prædictorum fructus, redditus, prouentus obuentiones, & emolumenta quæcunq; ita vt ex dicta maſſa aliquid certum in præbēdam dictis Archidiacono, Archipresbytero, & primicerio, necnon Canonicis, & Beneficiatis conſtituatur, ac reliqua, quæ detractis præbendis huiuſmodi dictæ maſſæ ſupererunt, pro rata ſeruitij ab vnoquoq; eorum præſtiti poſtmodum inter ipſos modo, & ordine à futuro Epiſcopo s.Seueri præſcribendo diuidantur auctoritate, & tenore præfatis etiam perpetuò vnimus, annectimus, & incorporamus, ita quod liceat pro tempore Epiſcopo s.Seueri olim maſſæ epiſcopalis, & eccleſiæ Ciuitaten. Rectoriæq; prædictarum, ac Capitulo, & Beneficiatis prædictis ipſius erectæ eccleſiæ, necnon Archidiaconatus, & Archipresbyteratus tranſlatorum huiuſmodi fructuum, reddituum, & prouentuum, iurium, obuentionum, & emolumentorū corporalem, poſſeſſionem per ſe, vel alium, ſeu alios, propria auctoritate reſpectiuè liberè apprehendere,

&

A & perpetuò retinere, illaq; percipere, colligere, leuare, exigere, recipere & recuperare, arrendare, locare, & in eorum vſum & vtilitatem reſpectiuè conuertere, cuiuſuis licentia deſuper minimè requiſita, eximunt; irritum & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam contigerit attentari. Non obſtantibus, quatenus opus ſit, noſtris de non tollendo iure quæſito, ac vnionibus committendis ad partes vocatis quorum intereſt, necnon Lateranen. Conc. nouiſſimè celebrari vniones perpetuas niſi in caſibus à iure permiſſis fieri prohibentis, alijs Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon dictarum eccleſiarum iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis & conſuetudinibus, priuilegijs quoque Indultis, & literis noſtris, illiſque eorum perſonis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatorijs, alijſq; efficacioribus, & inſolitis clauſulis irritantibus, & alijs decretis in genere, vel in ſpecie etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, & etiam conſiſtorialiter, ac alias quomodolibet in contrarium conceſſis, approbatis & innouatis. Quibus omnibus etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa & indiuidua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, tenores huiuſmodi, ac ſi de C verbo ad verbum nihil penitùs omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata inſerti forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſè derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcunq;. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ ſuppreſſionis, & extinctionis, tranſlationis, erectionis, inſtitutionis, decorationis, conceſſionis, aſſignationis, ſublationis, vnionis, annexionis, incorporationis, decreti, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo octuageſimo, die 9. menſis Martij, Pontificatus noſtri anno decimo.



1 MARTINVS de Martinis Aquilanus olim è Societate Ieſu Presbyter Theologus tunc Pharenſis Epiſcopus, Gregorio XIII. B à priori eccleſia abſolutus, primus S. Seueri Epiſcopus deſignatus eſt die 28. Febr. 1581. ſecundo ſui pontificatus anno deceſſit.



2 GERMANVS ex Marchionibus Maleſpinis Ligur adlectus eſt Epiſcopus die 27. Aprilis 1583. ſub Clemente VIII. In Polonia Apoſtolicus Nuncius aliquando fuit. Sedit ann. 21. obijt autem anno 1604. In diruta Cathedrali hæc olim de eo extabat in marmore inſcriptio.

Germanus Marchio Maleſpina
D *Epiſcopus apud Polonorum Regem pro ſedandis Reipub. Chriſtianæ controu. Internuncius Apoſtolicus cum poteſtate Leg. Odeum poſ & ornau. Anno Domini M.*

3 OCTAVIVS Vipera nobilis Beneuentanus ſucceſſit die 15. Decembris 1604. Breuis Pontifex fuit, quippe qui vix annum ſecundum attigerat, cum vocatus eſt ad tumulum.

4 FABRITIVS Verallus nobilis Romanus

nus Matthæi, & Iuliæ de Coruara filius, Hieronymi ſub Paulo III. Card nepos, Vrbani VII. Pont. Max. affinitate coniunctus, ab ipſo educatus, Peruſiæ literis inſtitutus Iuris vtriuſque Doctor euaſit, vir comitate morum, & affabilitate omnibus gratus, Vaticanæ Baſilicæ Canonicatu donatus, ab Vrbano deſtinatus ad purpuram, breui pontificis vita, fortunæ primordia tunc libauit tantum. Sub Clemente VIII. vtriuſque Signat. Referend. Melitæque Inſulæ Inquiſitor inſtitutus, ſub Paulo V. S. Seueri epiſcopatu die 5. Maij 1606. cohoneſtatus, ad Heluetios Apoſtolicus Nuncius miſſus eſt, quo in munere dum verſaretur cum laude, S. R. E. Card. renunciatus eſt anno 1608. 24. Decemb. pileo rubro, ac titulo s. Auguſtini inſignitus 10. Decemb. eiuſdem anni, pau- A loque poſt ſanctæ Inquiſitionis epiſcoporũ, ac Regularium, ſacrorumque Rituum Congregationibus adſcriptus, ſancti Franciſci Diſtrictioris Obſeruantiæ, Seruitarumque Familiæ, Neophytorumque in Vrbe Protector declaratus, quæ munia eadem ſemper animi ſui moderatione, prudentiaque obiuit. Eccleſiam S. Seueri ex voluntate pontificis dimiſit anno 1615. 23. Martij, vt liberius vniuerſali eccleſiæ Romæ operam nauare poſſet ſuam, maximaque valuit gratia apud Paulum ipſum, Gregorium XV. Vrbanumque VIII. Pontiff. Maxx. quorum Comitijs interfuit. Romæ deceſſit die 27. Nouembris 1624. humatuſque eſt in æde ſan- B cti Auguſtini prope Patruum Cardinalem; poſteri nobile marmoreum ſepulchrum, & epitaphium excitarunt.

D. O. M.

Fabritio Verallo
Romano
Hieronymi Card. Veralli fratris filio,
à Paulo V. poſt Nuncij Apoſt. munus
apud Heluetios
impigrè adminiſtratum,
ad ſacram Purpuram admoto,
cui promerendæ Vrbani VII.
conſanguinei ſui
apud quem adoleuerat
exemplis inſtructus
optimi Pontificis mores
expreſſit,
qui ſublatum repentè Principem
ſibi aliquando repræſentaret.
Obijt anno Domini MDCXXIV.
ætatis ſuæ LIV.

4 VINCENTIVS Caputus de Ruuo ex dimiſſione Card. Veralli euaſit quartus huius eccleſiæ Epiſc. die 23. Martij 1615. ſedit fere ann. decem, & ad eccleſiam Andrienſem tranſlatus eſt 19. Febr. 1625.

5 FRANCISCVS Venturius Florentinus filius Ioannis Senatoris, & Flammettæ de Victoris, neptis Petri Victoris clar. viri natus Florentiæ die 13. Septembr. 1576. ex antiqua, ac nobili familia Ventura, quæ viros in Repub. Florentina clariſſimos dedit, adoleſcens literis, ac philoſophicis ſtu- C dijs benè inſtitutus, Piſis Iuriſprudentiæ operam dedit, & laudem doctoratus accepit, Canonicatu iam antea in Metropolitana Florentina ab Alexandro Card. Mediceo Archiepiſcopo exornatus, quem pontificem Maximum ſub nomine Leonis XI. defunctum in Metropolitana funebri ac luculenta oratione parentauit, eodemq; oratoris munere functus, dum Coſmus II. Magnus Dux Etruriæ in eccleſia ſancti Laurentij ſolemni funere Henrico IV. Magno Gallorum Regi iuſta perſolueret, Romam profectus

fectus cum Joanne Card. Bonſio, Flam-
mettæ matris conſobrino, ſub Auditoris
titulo, regnante Paulo V. euaſit vtriuſque
Signat. Referend. cuius ingenio, & erudi-
tione, ac moribus delectatus Scipio Card.
Cobellutius, defuncto Card. Bonſio, in ſuo-
rum familiarium numero eum habuit, &
quibuſcunq; honoribus ornauit, cuius etiam
opera vſus eſt in Conſtitutione de Romano
Pontifice eligendo, à Gregorio XV. Car-
dinalibus præſcripta. Virtutum ſuarum
fauore, ac Card. Cobellutij commendatio-
ne ab Vrbano VIII. die 9. Iunij 1625. renũ-
ciatus eſt Epiſcopus S. Seueri, quam pro-
uinciam ita geſſit, vt ingenium agnoſce-
rent omnes, animi magnitudinem ſuſpice-
rent, fortitudinem in eccleſiaſticis ſuſtinen-
dis iuribus, tum in aduerſis, ac calamitoſis
in quæ incidit temporibus, admiratione
proſequerentur. Epiſcopatus autem hono-
rem (verba ſunt Iani Nicij Erythræi in elo-
gio eiuſdem digniſſimi Præſulis) ita ſibi
creditum, & commiſſum accepit, vt ſe om-
nium officiorum obſtringi religione arbi-
traretur, itaque in eo adminiſtrando, non
nomen amicitiæ, non alterius cuiuſuis ne-
ceſſitudinis vinculum, non hominum po-
tentiorum gratia, non vtilitatis priuatæ ra-
tio, plus apud eum valuit, quam mos ma-
iorum, quam leges, quam veritas, ac ratio,
atque, vt eſſet ſui iuris, & mancipij eccle-
ſia, cui nonnemo conabatur libertatem
eripere. Non dubitauit igitur hominum po-
tentiſſimorum inimicitias ſuſcipere, multo-
rum in ſe odia conuertere, laboris pluri-
mum capere, vitæ pericula pro ſuarum
ouium incolumitate, tanquam paſtor bo-
nus, adire. Nam nefarios iuris eccleſiæ
prædones, cum ſæpius admoniti, non re-
ſipiſcerent, palam ſacrificijs interdixit; ſta-
tuitque vt in numero ſceleratorum, atque
impiorum haberentur, neque quiſquam ali-
quid cum eis ſermonis conferret, vel nego-
tij contraheret, niſi ex eorum contagione
infici, atq; in eiuſdem execrationis laqueos
vellent incidere. Quo tempore, mira quæ-
dam, & horribilia diuinæ animaduerſionis
exempla edita ſunt in improbos, & contu-
maces: nam cum nulla eos ſceleri quod pa-
trarant pœnitentia commoueret, nec daret

A operam vt ab eo, qui ipſos deuouiſſet, re-
ſacrarentur, atque ex deuotis eximerentur,
factum eſt, vt tanti repente terræmotus ex-
titerint, vt oppidum corruerit, multis eius
agri locis labes facta ſit, terra deſederit, &
tanquam apertis faucibus, villas, homi-
nes, greges, & armenta deglutiret, & in
ventre reconderet, ipſe vero Epiſcopus, tan-
quam Loth alter, vix viuus euaderet. Venit
igitur Romam, amiſſis rebus omnibus, vbi
cum afflictis ſuis rebus, ac perditis, auxi-
lij nihil inueniret, Florentiam, hoc eſt in
patriam ad ſuos, petiturus auxilium ſe con-
tulit, neque pijſſimus ille Princeps (Fer-
dinandus II.) de ſpe ſua decipi paſſus eſt
B eum, cum per eos dies Archidiaconus Dei-
paræ Virginis de Flore exceſſiſſet de vita
(melius dixiſſet ad Archiepiſcopalem ſe-
dem aſcendiſſet) in eius locum illum ſubro-
gauit, vt tantiſper dum cuiuſpiam Epiſco-
patus vacaret, cuius fructibus vitam ſuſten-
taret; ſed hominem antea ad ſe cælum ar-
ripuit, quam aliqua eius rei ſe ferret occa-
ſio. Verùm Magnus Etruriæ Dux, vt pro-
penſam ſuam erga Franciſcum voluntatem
oſtenderet, in eius demortui locum, fra-
trem ſubrogauit. Hactenus ille de eximio
hoc Præſule, Cæterum Frãciſcus cum in epi-
ſcopali munere verſaretur, ſtylo vberiori
ſcripſit latino ſermone vitã S. Andreæ Cor-
ſini, quam in lucem emiſit, in qua omnis
eius facultas, & elegantia percipi poteſt.
C Epiſcopatu verò ſe abſoluit ann. 1639. eua-
ſit deinde Archidiaconus Florentinus, in
locum Petri Nicolini electi Archiepiſcopi
anno 1632. denique confectus morbo, ſur-
reptus è viuis die 18. Nouemb. 1641. ſplen-
dido elatus funere in Metropolitana, ac co-
mmuni Canonicorum oſſuario humatus eſt.
Alexander eius frater factus eſt Archidiaco-
nus, qui ad huc viuit Sereniſſimi Principis
Card. Caroli Medices Sacri Collegij Deca-
ni Auditor eximia probitate, ac virtute vir
longe clariſſimus. Auguſtinus Coltellinus
Florentinus I.C Academiæ Apatiſtarum,
à ſe domi inſtitutæ fundator, quam Vniuer-
ſalem appellauit, hoc cœnotaphium in
D Franciſci parentalibus, nomine Academiæ
inſcripſit.

Franciſcum Venturium Epiſcopum
eruditione, prudentia, doctrina, pietate, religione
inter optimos ſummum ſuſpice, Lector,
quem in Seuero ſolo
fruſtra placidum miratus Orbis,
concuſſa ſibi credita tellure inconcuſſum,
terrificis chaſmatibus
ædificia tota vaſto demiſſa hiatu vorantibus

impa-

impauidum,
ſæuienti cedentem Numini,
lacrymis præ gaudio obortis
incolumem Vrbs excepit:
obuijs Eccleſiæ Purpuratis,
VRBANO VIII. Pont. Max. amplexante
Florentia dein
ad patrios lares redeuntem
natalem in ſinu recepit:
& cum vigilantiſſimum noſſet
in oculum elegit Antiſtitis,
Argum dixiſſes
quoad vſque ſapientiæ Diuinæ nutu
lumina clauſerit,
vt quem viderat in ſpeculo DEVM
mente liberius intueretur.
Illo extincto
inconſolabiles auditi leſſus
non niſi Alexandro germano ſuffecto ſedandos.
Sic primo auulſo non deficit alter.
Illo demum ſuper Aſtra, vt credere pium eſt,
euecto
id vnum parentando agunt
APATISTAE,
vt eius memoriam recolentes
ſuis, exteriſque
Ingenui viri, ſapientis Academici, &
irreprehenſi Paſtoris proponant exemplar.
Vtinam exempla reſpondeant.

6 DOMINICVS Ferrus ortus in oppido Campi Mineruinæ Diœceſis, ſucceſſit Franciſco anno 1629. 3. Decembris. Obijt anno 1635.

A



7 FRANCISCVS ANTONIVS Sacchettus electus die 1. Octobris 1635. tranſlatus ad eccleſiam Troianam an. 1650.

8 LEONARDVS Seuerolus nobilis Fauentinus eligitur huius eccleſiæ antiſtes ab Innocentio X. anno 1650. die 18. Auguſti: ſedit plus minus annis quatuor, obijt anno 1654. poſt cuius obitum adlectus eſt Venantium Mazzincolus Interamnenſis nobilis & probus vir, qui iuri ſuo ceſſit nondum præconizatus.

9 IOANNES BAPTISTA Montius ex oppido Fereandinæ promotus die 11. Octobris 1655. breui temporis ſpatio, quod diu concupierat, fato ſuperueniente, coactus eſt relinquere, iacet in Procathedrali eccleſia.

10 FRANCISCVS Denſa ex oppido Montis-Coruini Acernenſis Diœceſis, patre Ioſepho, matre Antonia Baſſa natus, moribus, ac literis clarus Romæ vtriuſque Iuris lauream ſuſcepit, ab Vrbano VIII. Canonicatu Salernitanæ eccleſiæ donatus, cui aliquando Vicarius fuit, Tuſculi, & Tarenti eodem munere functus, ab Alexandro VII. Pont. Max. Sancti Seueri pronunciatus Epiſcopus die 27. Decembr. 1657. viuit optimus vir, cui à Deo Opt. Max. proſperam, ac longæuam vitam precamur.

TELESINI
EPISCOPI.



HAVD procul confinenteis Vulturni, Sabatique fluminum, in prouincia Terræ-Laboris ſita eſt Teleſia, quondam celebris, ac potens Samnitum ciuitas: cuius meminere Liuius, Strabo, Ptolomæus, Romana Itineraria. Poſterioribus temporibus Colonia fuit deducta, Frontino teſte. *Teleſia muro ducta Colonia à Triumviris deducta. Ager eius limitibus auguſteis in nominibus eſt aſſignatus.* Hodie vero ob aeris intemperiem habitatoribus adeo vacua eſt, vt vix paucas domos in ſe contineat. Epiſcopatus hic antiquus eſt, & Beneuentanæ Metropolis ſuffraganeus. Cathedralis eccleſia, titulo ſanctæ Crucis, veteris ſtructuræ extra mœnia ciuitatis ad

A 500. paſſus ſita eſt. Reliquias Sanctorum inſignes nullas habet, cum ob metum incurſionum, in nobili oppido Cerreti tranſlatæ ſint. Sacris in hac Baſilica miniſtrant Canonici quatuordecim, e quibus quatuor dignitate eminent, Archidiaconus ſecundus ab Antiſtite, Primicerij duo, maior, & minor, & Archipresbyter; qui tamen omnes ob loci inſalubritatem, patrios & vicinos vicos incolunt, cumque nullas habeant proprias præbendas, centum modios annuos frumenti, qui ex his inſeruiunt, inter ſe partiuntur. Menſæ vero Epiſcopalis cenſus aureorum 700. taxatur in lib. fiſci Apoſtol. flor. 140. Porrò Diœceſis Teleſina 20. caſtris, ſeu oppidis conſtat, quorum præci-
B pua ſunt Cerretum cum Collegiata eccleſia titulo S. Martini, cui Archipresbyter, & Canonici vndecim inſeruiunt, duobus virorum Cœnobijs, vno Sanctimonialium, Xenodochio, & ſex laicorum ſodalitijs. Hoc in oppido Epiſcopi Teleſini, cum nullam habeant in ciuitate domum, maiore anni parte agere ſolent. Guardia Sanframundi Eccleſiam Parochialem Archipresbyteralem habet; cui annexæ ſunt aliæ tres parochiales, & Cœnobium Dominicanorum. Cucanum tres parochiales eccleſias tenet, Archipresbyteralem vnam, & duas Rectorales. Oppidum S. Laurentij, vbi Collegiata eſt eccleſia, cuius Collegio omnes Presbyteri oppidani adſcribi ſolent. Gioia pa-
C rochiales eccleſias habet, vnam Archipreſbyteralem, aliam Rectoralem. In hac tota Diœceſi 25. Parochiales eccleſiæ, Abbatiæ duæ ſæculares recenſentur. Epiſcopi, qui aliquando in hac eccleſia floruerunt, ſequentes ſunt tantum à nobis obſeruati, de quibus ſolitas litanias decantabimus monumentis eiuſdem eccleſiæ deſtituti.

D



1 GIBERTVS Teleſinus Epiſcopus, veluti ſuffraganeus Beneuentanæ eccleſiæ memoratur in ſupra relato monumento Milonis Archiepiſcopi in fauorem Abbatiæ ſanctæ Sophiæ ſcripto anno 1075. & hæc tantum

cùm de eo ad nos peruenit memoria. Nec Gibertus hic primus fuit huius Eccleſię epiſcopus; ſed primus cuius memoria extet, poſt ipſum ſpatio centum annorum deſiderantur ſucceſſores.

2 THOMAS, an ſucceſſor Giberti, vel prædeceſſor fuerit, ignoratur, cuius ſepulchrum in Cathedrali marmoreum ijs verſibus leoninis exaratum, quos vetuſtate, ac tempore poſt annum milleſimum, vel centeſimum poſt milleſimum conſtat eſſe conſcriptos.

Regnat cum Chriſto, qui marmore clauditur iſto
Pectore diuinus Thomas Præſul Teleſinus
Qui legit hoc probet, pro quo peto ſæpius oret
Captet vt æternam requiem, lucemque ſupernam.

3 PETRVS interfuit Lateranenſi Concilio ſub Alexandro III. celebrato an. 1179. ſequenti cum Rogero Metropolitano ſuo Caſſinenſi Eccleſiæ indulgentiam largitus eſt. In viuis erat, ni forte alius Petrus diuerſus ſit ab iſto, anno 1189. ex monumentis Regij Archiuij Neapol.

4 R. Archidiaconus Teleſinæ eccleſiæ, defuncto paſtore, in contentione à Capitulo electus, pro quo confirmando Gregorius IX. ſcribit Salpenſi epiſcopo 5. Kal. Aprilis 1240. an. pontif. 14. epiſt. extat in reg. Vatic. ep. 3. fol. 1.

5 RAO Epiſcopus Teleſinus circa annum 1286. fortaſſis idem erit cum ſuperiori, cuius nomen tantum exprimitur per lit. R. in reg. Vat. ſub Gregorio.

6 SALEMVS defuncto Raone ex Canonico Cathedralis eligitur à Capitulo, cõfirmatur ab Honorio III. an. 1286. 17. Kal. Aug. pontif. 2. ex reg. Vatic. ep. 93. fol. 153. Vacabat paſtore eccleſia Theleſina fortaſſis ex Salemij obitu, an. 1325 ad quam Canonicorum ſuffragijs eligebatur Franciſcus Pelegrinus Primicerius eiuſdem eccleſiæ, ita notatur in regio regeſt. Roberti Regis ad hunc annum. An fuerit à Pontifice confirmatus, mihi incompertum, cum ſequenti anno ſequens reperiatur Teleſinus Antiſtes.

7 RISVS Teleſinus Epiſcopus iam cõſecratus ſoluit ſubſidium ſacro Collegio anno 1326. die 24. April. ex lib. ſolut. Prælat. Ioannis XXII.

8 THOMAS Electus anno 1329. die 11. Febr. & ipſe promiſit ſacro Collegio. Receſſit Auenione anno 1340. ex reg. Vatic.

9 THOMAS Thomæ ſucceſſit ex Archidiacono Cathedralis à Benedicto XII. promotus 8. Idus Nouembris 1340. ex reg. Vatic. ep. 147. an. 6. pontif. obijt an. 1345.

10 Fr. MATTHÆVS de Aqua putrida, Ordinis Minorum electus per obitum Thomæ, Id. Iulij 1345. mortem obijt 1348.

11 Fr. DOMINICVS eiuſdem Ord. Minorum datus eſt epiſcopus à Clemente VI. 6. Id. Nouemb. 1348. ex eodem Vatic. regeſt. ep. 290. fol. 142.

12 IACOBVS de Cerreto epiſcopus Vulturarienſis ad hanc Eccleſiã translatus ſucceſſit Dominico, memoratur in lib. ſolutionum Innocentij VI. die 30. Octob. 1353. & in regio regeſt. 1356. Credunt hunc fuiſſe Teleſinum Epiſcopum, de quo loquitur inſcriptio ad parietes poſitã in cornu euangelij eccleſiæ Cathedralis.

Iacobus Epiſcopus Ioannis Bartholomei filius clauſtrum artauit, Tabernacul. ædificauit campanile cooperuit . . . letis in cæteris . . . Hyn. . . fratri . . . .

13 IACOBVS Epiſcopus Teleſinus ſub Vrbano VI. erat Sabinenſis eccleſiæ Vicarius an. 1387. tranſlatus eſt ad eccleſiam Neocaſtrenſem anno 1398. ex lib. Prouiſ. Prælat.

14 MARCVTIVS Angeli de Neapoli Canonicus Surrentinæ Eccleſiæ ad inſulam Teleſinam euehitur 13. Kal. Feb. 1413. longo temporis ſpatio hanc conſultiſſimè rexit eccleſiam.

15 FERNANDVS Gimel Gurre Aragonus electus die 31. Ianuarij 1454. ſucceſſit Marcutio. Obijt anno 1458.



16 MEVLVS de Maſcambrunis Canonicus Beneuentanus ſucceſſor deſignatus eſt Fernandi prid. non. Ianuarij 1459. pauloque

que poſt conſecratus ſedit plus minus annis 5. tranſlatuſque eſt ad eccleſiam Muranam à Paulo II. Acta Conſiſt.

17 MATTHÆVS de Iudicibus de Fiano, Archipresbyter ſancti Stephani de Fiano Nepeſinæ Diœceſis per tranſlationem Meuli euaſit huius eccleſiæ Epiſcopus ſub Paulo II. anno 1464.



18 TROILVS Agneſius nobilis Neapolitanus epiſcopus Teleſinus tranſlatus eſt ad eccleſiam Lauellinenſem die 12. Feb. 1487. ex ea deindè traductus ad Guardienſem, vt diximus.

19 Fr. PETRVS Palagarius de Trano Ordinis Minorum, Decretorum Doctor, & in ſacra Theologia Magiſter, Epiſcopus Lauellenſis ad hoc Teleſinum ſacerdotium tranſlatus eſt die 12. Febr. 1487. Hic per aliquod tempus eccleſię Ferrarienſis ſuffraganeus fuit Hippolyti Eſtenſis Card. epiſcopi, ad quem ſcripſit librum de ingenuis adoleſcentium moribus ſub Iulio II. égregius Præſul. exceſſit.



20 ANDREAS Riccius Neapolitanus clara familia natus, electus ab Iulio II. facto functus eſt ſub Leone X. an. 1515. commendatur tunc eccleſia Card. Aragonio die 25. Maij, qui poſt paucos dies ad fauorem ſubſequentis reſignauit.

21 BLASIVS Carcpipe de Cerreto præficitur in Epiſcopum die prima Iunij 1515. mortuus eſt anno 1524. ſepelitur in monte apud S. Angelum in ſaxo in ſpelunca, vbi viuens domunculam conſtruxerat, cum hac inſcriptione iacet.

Blaſius Carcpipe V. I. D. ac
Epiſcopus Theleſinus ſpiritu
Angelico illuminatus, paupe-
riemque vt amplecteretur vi-
uo ſibi præſentis ſpeluncæ ſe-
pulchrum elegit.
Vixit Ann. LXII. Obijt die X.
Iulij MDXXIV.
Hic fuit Canonicus S. Marci,
S. Andreæ & Saluatoris in
Vrbe, Primicerius S. Mariæ
Rotundæ & S. Mariæ Maioris
Canonicus, Neapolitanus Ar-
chipresbyter Marc. Guar. Tar.
Moua. Leo &c. virtute non
ſato aſſequutus. Marti-
nus Paulinus n pos.
H. F. C.

22 GREGORIVS Peruſcus Romanus Epiſcopus Maſſæ & Populonij in Tuſcia huc translatus die 8. Auguſti 1524. Prętuit per annũ vnum, & menſ. 7. vltroque ſe abdicauit.

23 MAVRVS de Pretis Mantuanus, Clementis Papæ VII. Acolythus ab eodẽ delectus eſt epiſcopus die 6. Octob. 1525. ſedit ad annum vſque 1533. quo mortalitatem expleuit.

24 SEBASTIANVS de Bonfilijs Anconitanus ad hanc ſedem ſublimatur die 14. Febr. 1533. Poſtquam præfuiſſet plus minuſque annis ſeptem epiſcopatu ſe abdicauit.

25 ALBERICVS Iaquintus nobilis ciuis Caſertanus, & Canonicus Capuanæ eccleſiæ ad hanc Infulam Teleſinam ſublimatus eſt à Paulo III. die 16 Aprilis 1540. vir varia doctrina, & eloquentia clarus, aliquando epiſcopatus Caputaquenſis Vicarius fuit, poſtquam eximiè Teleſinæ Eccleſiæ præfuiſſet ann. 8. In Abbatia S. Petri Caſertanæ Diœceſis, quam in commendam habebat, mortuus eſt anno 1548. cuius deinde cadauer Caſertam delatum, in Cathe-

thedrali, ac familiæ ſuę ſacello conditum eſt, vbi hoc diſtichon legentibus proſtat.

Hanc Teleſinus curauit Epiſcopus urnam
Ponere ſequitis ut tegat oſſa ſuis.

26 IOANNES Beroaldus Panormitanus ad hanc eccleſiã promotus die 24. Martij 1548. qui ob claram in omnibus literarijs ſtudijs eruditionem, magnam ſibi peperit apud omnes exiſtimationem. Anno 1549. in peruigilio S. Andreæ apoſtoli de eligendo ſummo Pontifice luculentam orationem habuit, quæ cum alijs ſui ingenij monumentis extabat in bibliotheca bo.me. Conſtantini Abbatis Caietani. Translatus deinde eſt Beroaldus ad S. Agathæ eccleſiã anno 1556. eius cum laude meminit Sfortia Card. Pallauicinus lib. 14. cap. 1. *Hiſt.* Concilij Tridentini.

27 ANGELVS Maſſarellus Septempedanus Picenus patriam illuſtrauit gloria doctrinæ, & eruditionis ferè omnigenæ cõmendatione, ex Priore Collegiatæ eccleſię ſuæ patriæ adlectus eſt Epiſcopus Teleſinus ab Paulo IV. cuius erat à ſecretis die 15. Decembris 1556. ſub Pio IV. Concilij Tridentini ſecretarius fuit, cuius Acta ſtylo facundo ac nobili conſcripſit: tandem fama, ac laboribus onuſtus Romæ mortalitatem expleuit anno 1566. honorificè tumulatus in Aede Aracælana, hoc ad ſepulchrum habet epitaphium.

D. O. M.

Angelo Maſſarello Sanſeuerinat. in Picentibus I.V.D. Epiſcopo Teleſino Chriſtiana pietate ac doctrina inſigni, qui cum Iulij II. Marcelli II. & Pauli IV. ſummorum Pontificum à ſecretis fuiſſet, eodem Secretarij munere in ſacro Concil. Trident. functus eſt, in quo ita ſe geſſit, ut nihil eorum, quæ in ipſo Concilio acta ſunt vel minimum deſideretur.
Michael Angelus Maſſarellus fratri, & Cynthius Pamphilus ſororis filius, Fratri & Auunculo de ſe optimè merito mœrentes PP.
Vixit ann. LVI. obijt XVII. Aug. MDLXVI.

A

28 Fr. CHERVBINVS Lauorius de Caſſia Nurſinæ regionis, Ord. Eremitarũ S. Auguſtini, doctus, probuſque Cœnobita, in ordine varijs functus muneribus, ac Sacrarij Pontificij præfecti collega, in gratiã Card. Veronenſis, cuius erat Theologus, cum quo ſacro Concilio Tridentino interfuerat, à Pio IV. creatus eſt Epiſcopus Teleſinus die 14. Auguſti 1566. Præfuit an. 11. Caſſiæ obijt octuagenario maior ann. 1577. 23. Aprilis, apud ſuos fratres ſepelitur.

B



C

29 ANNIBAL Cataneus Patritius Neapolitanus ad hũc Epiſcoparum aſcendit die 15. Oct. 1577. vita functus eſt optimus præſul Cerreti an. 1584. ſepultus iacet ibidem in eccleſia ſanctiſſimæ Trinitatis, communique epiſcoporum oſſuario.

30 Fr. IOANNES Stephanus de Orbita Hiſpanus Ord. Præd. ad Teleſinam infulam euocatus eſt die 12. Decemb. 1584. ſedit ann. 3. vltroque onere ſe abdicauit.

31 CÆSAR Bellochius Fanenſis pronunciatus eſt Epiſcopus die 12. Oct. 1587. obijt die 15. Nouemb. 1595.

32 EVGENIVS Sauinus nobilis Firmanus à Clemente VIII. eligitur epiſcopus Kal. Aprilis 1596. ad quem, eodem an. 5. Aprilis idem Clemens has literas dedit.

D

CLEMENS PAPA VIII.

Venerabilis frater, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

CVm nos nuper de perſona tua nobis, & venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus ob tuorũ exigentiam meritorum acceptæ Eccleſia Theleſienſis certo tunc expreſſo modo, Paſtoris ſolatio deſtitura, de ipſorum fratrum conſilio Apoſtolica authoritate prouiderimus, præficiendo te illi in Epiſcopum & paſtorem, curam & adminiſtrationem eiuſdem eccleſiæ Thel.

tibi

tibi in ſpiritualibus & temporalibus plena- A
riè committendo, prout in litteris explica-
bitur Apoſtolicis deſuper ſub plumbo expe-
pediendis latius explicabitur. Nos, ne in-
terim eccleſia aliqua ſuſtineat detrimen-
ta prouiden.ſimulque commoditati tuæ cō-
ſulen. volentes tibi, vt vigore præſentium
per te, vel procuratorem tuum poſſeſſionem
ſeu quaſi regiminis, & adminiſtrationis di-
ctæ eccleſiæ, & illius menſæ epiſcopalis bo-
norum apprehendere, necnon fructus, red-
ditus, ac prouentus percipere, exigere, &
leuare, & in tuos vſus & vtilitatem conuer-
tere, necnon ea quæ iuriſdictionis facere, ac
exercere liberè, & licitè valeas in omnibus B
& per omnia perinde ac ſi literæ prædictæ
expeditæ fuiſſent, dicta authoritate tenore
præſentium de ſpeciali gratia indulgemus.
Mandantes dilectis filijs Capitulo & Vaſſal-
lis dictæ eccleſiæ, & Clero, ac Populo ci-
uitatis, & Diœceſis Theleſienſis, vt tibi tan-
quam patri, & paſtori animarum ſuarum
intendentes tua ſalubria monita, & manda-
ta humiliter ſuſcipiant, & efficaciter adim-
plen. procurent ipſi Vaſſalli conſueta ſerui-
tia, & iura tibi ab eis debita integrè per-
ſoluere, & exhibere debeant, alioquin ſen-
tentiam, ſiue pœnam, quam ritè tuleris in
rebelles ratam habebimus, & faciemus au-
thore Domino vſque ad ſatisfactionem cō-
dignam inuiolabiliter obſeruari, non ob- C
ſtantibus felic. record. Bonifacij VIII. præ-
deceſſoris noſtri, quæ incipit. Iniunctæ, ac
quibuſuis alijs conſtitutionibus, & ordina-
tionibus apoſtolicis, necnon prædictæ Ec-
cleſiæ etiam iuramento, confirmatione A-
poſtolica, vel quauis firmitate alia robo-
ratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſ-
que contrarijs quibuſcumque. Volumus au-
tem quod infra quatuor menſes à data præ-
ſentium computan. litteras prædictas expe-
dire, & iura Cameræ Apoſtolicæ, & alia
propterea debita perſoluere omninò tenea-
ris, Alioquin dictis quatuor menſibus elap-
ſis, prouiſio, & præfectio prædictæ nullæ
ſint, & eccleſia prædicta vacare cenſeatur
eo ipſo. D

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 5. Aprilis MDXCVI. Pontificatus noſtri anno quinto M. Veſtrius Barbianus.

Exceſſit Neapoli menſe Septẽbri 1604. ibidem ſepultus iacet. Interfuerat Concilio Prouinciali Beneuenti celebrato à Maximiliano de Palumbara Archiepiſcopo, tum doctrina, cum prudentia ſummè ab omnibus laudatus.

33 PLACIDVS Faba Bononienſis Ord. Montis Oliueti Monachus ex Epiſcopo Caſtrenſi Hydruntinæ prouinciæ, ad hanc eccleſiā tranſlatus die 17. Nou. 1604. Neapoli penè capularis ſenex diem expleuit ſuum, 14. Sept. apud Oliuetanos Monachos ſepelitur.

34 EVGENIVS Cataneus Terdonenſis Clericus Regularis Congregationis S. Pauli, quam Barnabitarum vocant, ob eximiā eius doctrinam, morumque probitatem epiſcopalem ſedem adeptus eſt die 13. Feb. 1606. Romæ conſecratur à Mariano Card. Perbenedicto die S. Matthiæ ſacro, poſſeſſionem adipiſcitur die 18. Maij eiuſdem anni, vita functus eſt anno 1608. ſcripſit vir doctus de ſucceſſoribus S. Barnabæ apoſtoli in Eccleſia Mediolanenſi.

35 IOANNES FRANCISCVS Leo à Piperone Eporedienſis Diœceſis eximius iuriſconſultus, & Protonotarius Apoſtolicus Vercellenſis tum & Bononiæ aliquando Pro- B
epiſcopus fuit; creatur epiſcopus à Paulo V. die 15. Decembris 1608. munus conſecrationis accepit Romæ in eccleſia S. Spiritus in Saxia à Fabio Blondo Hieroſolymitano Patriarcha, poſſeſſionem adeptus die 12. Ianuarij, Theſaurum fori eccleſiaſtici ſcripſit, diem ſuum clauſit extremum 24. Aprilis 1613. ætatis ſuæ 71.



36 SIGISMVNDVS Gambacurta Patritius Neapolitanus Canonicus Regularis Lateranenſis S. Petri ad Aram ex Abbate S. Modeſti de Beneuento ad Teleſinam eccleſiam euectus eſt à Paulo V. Pont. Max. an. 1613. Præfuit ann. 23. Defunctus eſt Cerreti menſe Octob. 1636. propè anteceſſores in eccleſia ſanctiſſimæ Trinitatis humatus eſt.

PE-

37 PETRVS PAVLVS de Ruſticis nobili Florentina familia natus, Monachus Caſſinenſis Cœnobij ab Vrbano VIII. cuius erat cóſanguineus, Epiſcopatu Teleſino donatus eſt die 16. Maij anno 1637. tranſlatus inde eſt ad Aeſernienſem Eccleſiã an. 1643.

38 PETRVS Marionus nobilis Eugubinus I.V.D. in Vrbe per quinque & quadraginta annos celebris aduocatus, ab Vrbano VIII. delectus eſt epiſcopus an. 1643. die 18. Aprilis, poſſeſſionem adipiſcitur 15. Iunij 1644. Præfuit vir doctus & moribus clarus ad annum vſque 1659. quo nuncium liberè remiſit. 39.

39 FABRITIVS Maracchus de Pontremulo I.V.D. Parmæ Laureatus ac ſpectatæ virtutis vir, poſtquam Beneuenti ſeptem annorum ſpatio, ac miſerrimo pernicioſæ luis tempore Vicariatus munere abſente archiepiſcopo eximiè functus fuiſſet, ex Peruſinæ Eccleſiæ tunc Proepiſcopo, à Sanctiſs. Domino Noſtro Alexandro VII. die 16. Decembris 1661. Epiſcopus Teleſinus renunciatus eſt, cui Deus Opt. Max. Neſtoreos concedat annos, ad ſibi commiſſæ eccleſiæ decorem, animarumque ſalutem.

TERMVLANI EPISCOPI.




TERMVLANA Ciuitas, quaſi terminus Apuliæ dicta, in regione Frentanorum, hodie in Prouincia Capitanata ad Mare poſita eſt, ducatus titulo illuſtris Capuanæ clariſſimæ gentis, nullus eiuſdem ſcriptor retexuit originem, opinione tamen hominum antiqua eſt; hodie vt cæteræ huius regionis vrbes tenuis eſt &

A ſexcentas continet familias. Epiſcopalis in ea dignitas antiquior eſt, quàm opinentur nonnulli. Archiepiſcopi Beneuentani ſuffraganea ab anno ſalutis milleſimo. Cathedralem habet honorificæ ſtructuræ ſub Inuocatione Beatiſſimæ Virginis Mariæ, & S. Baſſi, ſeu Baſſoli, cuius corpus ibidem honorificè requieſcit, Hæc ſuperiori ſæculo Turcicæ claſſis acceſſu incendio cum deflagraſſet, epiſcopi cura, & ſumptibus magnificentius exſtructa, & albario opere inſtaurata eſt, & picturis, iconibus, organo muſico, vaſis argenteis, veſtibus holoſericis, alijſque ornamentis ad ſacrum vſum eiuſdẽ liberalitate inſtructa ſpectabilis eſt. Sunt in

B ea Canonici duodecim, è quibus dignitate eminent archidiaconus ſecundus ab Antiſtite, archipresbyter & Primicerius In ciuitate præter Cathedralem, in qua animarum curam exercet archipresbyter, parochialis eſt eccleſia altera, virorum Cœnobia tria, Xenodochium, & aliquot laicorum ſodalitia. Diœceſis vndecim & oppida, & pagos continet, è quibus illuſtriora ſunt. Mons niger, Mons Iuliæ, Mons Mitri, Ripulum, Peſacciatum, Mons Cilphonis, Guglionis, cum S. Iacobi & S. Felicis pagis. Mẽſæ epiſcopalis annuus cenſus ducatorũ Regni mille trecentorum, qui colliguntur partim ex vectigalibus pagi ſancti Iacobi, epi-

C ſcopo Termulano in ſpiritualibus, & temporalibus pleno iure ſubiecti, Incolis à fiſco, & regijs oneribus prorſus exemptis, partim ex media extractione curruum quadraginta frumenti, quæ à Regia Curia ſoluuntur. Taxatur verò Termulana eccleſia in lib. Cameræ Apoſtolicæ Flor. 100. Eius eccleſiæ epiſcoporum ſeries ſequens eſt nõ ſemel interrupta, & ieiuna, cum nullum adiumentum nobis attulerit Termulana eccleſia, hanc nos ex deuerſis monumentis vtcunque potuimus concinnauimus.

D



1 SCIO Epiſcopus Termularum ſubſcripſit Priuilegio Ioannis XIII. Papæ conceſſo Landulpho primo archiepiſcopo Beneuentano an. 1069.

2 NICOLAVS Epiſcopus Termulanus interfuit conſecrationi eccleſiæ Caſſinenſis

anno 1071. apud Anonymum Caſſineusẽ, qui eam deſcripſit. Idem memoratur anno 1075. in documento Milonis Beneuentani Præſulis pro monaſterio ſanctæ Sophię ſupra relato. Ab hoc anno vſque ad Alexandri III. tempora, qui huic eccleſiæ præfuerint epiſcopi, prorſus ſunt nobis ignoti.

3 GOFFRIDVS Lateranenſi Concilio ſub eodem Alexandro adfuit anno 1179.

4 ALFERIVS Epiſcopus Termulanus florebat anno 1195. ex Monumentis Monaſterij Caſænouę Pennenſis Diœceſis.

5 IOANNES Epiſcopus huius ſedis interfuit conſecrationi eccleſiæ ſanctæ Mariæ Vallis-Viridis propè Bouinum anno 1265.



6 BARTHOLOMÆVS Aldomariſcus Neapolitanus, clàriſſima natus familia, epiſcopus erat Termulanus anno 1308. & Conſiliarius Caroli Regis, cuius ſæpè mentio in Regio Neapolit. regeſt. Defunctus eſt anno 1319.

7 IOANNES Bartholomæo ſucceſſit anno 1319. quo, die 13. Ianuarij ſoluit ſolitum penſum ſacro Senatui, vt in lib. ſolutionum Prælat. memoratur ex regio regeſt. Roberti Regis anno 1321.

8 BARTHOLOMÆVS Termulanus epiſcopus obijt circa annum Domini 1352. ex reg. Vatic. in litteris electionis Lucæ ſucceſſoris.

9 LVCAS Epiſcopus Licienſis ad hanc Termulanam eccleſiam tranſlatus eſt ab Innocentio VI. anno 1353. 19. Kal. Feb. anno pontificatus ſui primo, ex reg. Vatic. ep. 36. fol. 60. eius mentio fit in lib. ſolut. Prælat. ad annum vſque 1356. ſub Vrbano V. deceſſit.

10 FRANCISCVS de Stella Canonicus Boianenſis, defuncto Luca anno 1364. 5. kal. Decemb. epiſcopus delectus eſt Termulanus ex reg. Vatic. Vrbani V. an. 3 lib. 2. idem promiſit ſoluere ſolitum ſubſidium Collegio Cardinalium die 19. Decembris 1364. ex lib. ſolut. Prælat. eiuſdem pontificis, exceſſit anno 1379.

11 IOANNES poſt obitum Franciſci à Clemente VII. Pſeudopontifice intruſus, promiſit ſoluere ſubſidium ſolitum ſacro Collegio die 12. Martij 1379. & recognouit pro Domino Franciſco prædeceſſore ſuo.

12 Fr. IACOBVS cognomento de ſancto Andrea Etruſcus, patria Collenſis nobili Cina familia natus, patrem habuit Cinum, matrem Bicem, adoleſcens Prædic. Ordinis in Monaſterio ſancti Dominici de Senis habitum induit, adeoque in eo profecit, litteraſque cum pietate coniunxit, vt varijs in ordine præfecturis cohoneſtatus, ſacras litteras etiam publicè docuerit, ac tandem, vt ferunt, Termulanus creatus ſit legitimus Antiſtes, eius tamen electionem non vidimus in regeſt. Gregorij XI. ſub quo euaſiſſe epiſcopum affirmat noſter Iſidorus Vgurgerius tit. 7. delle Pompe Seneſi. Crediderim ad hanc eccleſiam vocatum fuiſſe Iacobum ab Vrbano VI. poſt exceſſum Franciſci anno 1379. paucoſque menſes eã tenuiſſe. Scripſit vir doctiſſimus in Magiſtrum ſententiarum non inutile commentarium, & alia quædam ab eodem Vgurgerio recenſita. Viuit hodie ex hac Cina familia Iulius, Alexandri VII. Pontificis Maximi intimus cubicularius, & Lateranenſis Baſilicæ Canonicus, amœnioribus litteris eruditus, comis, probuſque vir.



13 Fr. DOMINICVS Senenſis Giardinis del Giarda filius Ord. Seruorum, doctor inſignis, ſacræ Theologiæ percelebris profeſſor adlectus eſt Termulanus epiſcopus ab Vrbano VI. circa annum Domini 1381. mortem oppetijt poſt annum 1387. cuius mentio habetur in lib. ſolut. Prælat. ſub eodem Vrbano, & ſucceſſore Bonifacio IX. Huius meminit etiam archangelus Gianius Annal. Seruorum, idemque ſupra non ſemel nominatus Iſidorus Vgurgerius.

14 ANDREAS ſucceſſit Dominico circa annum Domini 1387. qui obijt anno 1390. ex libro Prouiſ. Prælat. Bonifacij IX.

15 CONSTANTINVS huius eccleſię epiſco-

ſcopus die 5. Martij ann. 1390. recognouit pro ſe & pro Dom. Andrea prædeceſſore ſuo, ac pro Dominico antepredeceſſore ſuo, ita In lib. obligat. prælat. ſub eodem Bonifacio fol. 79. an. 1. pontif. obijt 1396. A

16 PETRVS electus Scalenſis epiſcopus transfertur ad hanc Termulanam eccleſiam anno 1396. Kalend. Decembr. ex eodem libro.

17 THOMAS Epiſcopus Montis Corbiui huc & ipſe tranſlatus eſt per Bonifacium IX. anno 1400. 6. Id. Decemb.

18 ANTONIVS Epiſcopus Montis-Corbini huc tranſlatus 6. Id. Decemb. 1399. obijt ann. 1402.

19 Fr. STEPHANVS de Ciuitate-Caſtellana Ord. Minor. eligitur per obitum Antonij 6. Id. Aug. 1402. tranſlatuſque deinde eſt ad patriæ ſuæ Caſtellanam eccleſiam, non. Iulij 1406. B

20 PAVLVS Epiſcopus Termulanus exceſſit ſub Martino V. an. 1422.

21 Fr. ANTONIVS Ord. Eremitarum ſancti Auguſtini doctus Theologus à Martino V. patriæ ſuæ Termuli renunciatus eſt epiſcopus die 23. Nouembris 1422. ſedit ann. 34. diem ſuum obijt an: 1455.

22 DVCIVS, ſiue TVCCIVS ex Canonico Cathedralis fit epiſcopus die 23. Ianuarij 1456.

23 LEONARDVS Abbas ſancti Stephani Ord. s. Benedicti Marſicenſis Diœceſis adlectus eſt epiſcopus Termulanus à Paulo II. ann. 1468. C

24 IACOBVS ad hanc infulam vocatus eſt à Sixto IV. Id. Ianuarij 1474.

25 IOANNES de Veteribus Epiſcopus huius ſedis mortuus eſt extra Romanam Curiam ann. 1509.

26 ANGELVS ANTONIVS de Guilianeo ſuffectus eſt Ioanni die 13. Iulij 1509. exceſſit 1517.

27 SANTIVS de ayeche eligitur die 20. april 1517. vix annum expleuerat cum libens volens nuncium remiſit.

28 ANTONIVS Attilius promotus die 5. Maij 1518. Præfuit aliquot annos, obijt anno 1536.

29 PETRVS Durantes Brixienſis, Bartholomæi filius Iuriſprudentia clarus, Protonotarius Apoſtolicus archidiaconus & Canonicus Brixienſis eccleſiæ, eiuſdemque Vicarius à Paulo III. vtriuſque Signaturæ Referendarius, mox epiſcopus Termulanus delectus die 28. Octob. 1536. fuit, ac ſignandis libellis præpoſitus. Eccleſiam hanc abſens adminiſtrauit ad annum vſque 1539. quo Romæ mortalitatem expleuit, in Templo D. Mariæ ſuper Mineruam terræ mandatus eſt. D

30 VINCENTIVS Durantes Petri ſuperioris ex fratre Nicolao nepos Referendarius Apoſtolicus. ex Pauli III. beneuolentia, ac virtutis claritudine patruo tum in eccleſia Termulana, cum in munere Datariatus, vt vocant, ſucceſſit die 4. Iulij 1539. ætatis ſuæ trigeſimo, laudabili prudentia ſedit ann. plus minus 26. ac libere nuncium remiſit die 17. Auguſti 1565 & in patriam ſeceſſit, vbi iam Epiſcopus agebat Durantes de Durantibus S. R. E. Cardinalis eius conſanguineus, vbi etiam eo defuncto Capitularis Vicarius fuerat anno 1558. Interfuit Tridentino Concilio, tandem Brixiæ defunctus eſt anno 1570. & in Cathedrali apud maiores ſepultus.



31 MARCELLVS Dentici nobilis Neapolitanus Subdiaconus electus eſt die 17. Auguſti 1565. exceſſit an: 1569.

32 CÆSAR Ferrantius Sueſſanus promotus die 17. Auguſti 1569. Præfuit plus minuſue ann. 25. Hic argenteam capſam conflari fecit, vbi ſancti Leonis Sueſſæ patroni lipſana ſeruantur, in ea leguntur hæc verba.

Cæſar Ferrantius Termularum Epiſcopus Beati Leonis patriæ Patroni ſacrum pignus ne mente quidem violandum à religioſis prædonibus impia manu, argenteo ornatu poſt tot ſæcula nudatum præclariori, licet animo impari incluſit, anno MDXCI.

33 ANNIBAL à Clemente VIII. electus die 7. Ianuar. 1594. ſequenti anno apud ſuam eccleſiam defunctus eſt, iacet in Cathedrali.

34 FRANCISCVS Scotus Annibali ſuffectus eſt 12. Decemb. an. 1595. ſedit an. 4.

35 Fr. ALBERTVS Dragus de Florenzola Inſuber Ord. Prædicator. ſacræ Theologiæ Magiſter, & S. Officij Romæ Commiſſarius, ad hanc eccleſiam vocatus eſt 29. Nouembr. 1599. obijt Neapoli anno 1601. die 3. Ianuarij ſepultus iacet in Eccleſia ſanctæ Catharinæ de Formello apud Fratres ſuos Dominicanos.

36 FEDERICVS Meſius inter domeſticos Iulij Card Santorij claritudine diſciplinarum, & bonitate vitæ ſpectabilis ad hunc epiſcopatum aſſumptus eſt die 14. Ianuarij 1602. fato functus eſt anno 1612.

37 CAMILLVS Morus nobilis Ferrarienſis à Paulo V. eligitur Termulanus epiſcopus die 3. Decemb. 1612. tranſlatus ſub Vrbano VIII. ad Comaclen. eccleſiam anno 1626. de quo in 2. tomo.

38 HECTOR à Monte electus die 16. Martij 1626. poſt ſeptimum ſuæ conſecrationis menſem morte ſublatus eſt.

39 Fr. HIERONYMVS Cappellus Ord. ſancti Franciſci Conuentualium, ſancti Officij Romæ Conſultor Epiſcopus creatus die 26. Nouemb. 1626. obijt 1643.



40 ALEXANDER Creſcentius Romanus, Card. Creſcentij ex fratre nepos Clericus Regularis Congregationis Somaſchæ factus eſt Epiſcopus Termulanus die 13. Iulij 1643. tranſlatus ad Ortonen. & Camplen. eccleſias anno 1644. è quibus deinde ad Bituntinam tranſitum fecit, de quo tom. 6.

41 Fr. CHERVBINVS Manzonius Ord. Minorum antea Epiſcopus Lauellio. huc tranſlatus die 13. Iulij 1644. exceſſit anno 1651.

42 ANTONIVS Leoncellus Spoletanus electus die 3. Iulij 1651.

TRIVICANI
SEV
VICANI
EPISCOPI.



TRIVICVM, ciuitas, vulgo *Treuico, ſeu Vico della Baronia*, in vlteriori principatu ab Ariano verſus Ortum hibernum, ab altero Apennini latere poſita eſt in monte præcelſo, & inacceſſo, frigido Cælo, & ventorum flatibus ita obnoxio, vt non alij, quam indigenæ incolumes hic moram trahant, Loffredæ genti nobiliſſimæ Marchionatus ſubiecta. Quando fuerit conſtructa, aut quis eius fuerit auctor, nullus retulit; tamen antiqua eſt Plinio, & ab Horatio memorata.

,, *Tendimus hinc rectà Beneuentum*
Incipit ex illo monteis Apulia notos
Oſtentare mihi, quos torret Atabulus, & quos
Nunquam erepſemus niſi nos vicina Triuici
Villa recepiſſet.

A tribus vicis ſimul coniunctis nomen accepiſſe incolæ ferunt. Epiſcopatus Triuicanus antiquus eſt inter recentiores, ſuffraganeus Archiepiſcopi Beneuentani. Cathedralis titulo Dei Genitricis Virginis Aſſumptæ competentis ſtructuræ. Quatuor habet dignitates, Archidiaconatum, Archipresbyteratum, Primiceriatum, & Theſaurariatum, octo Canonicos, & aliquos Presbyteros capellanos titulares. In ciuitate præter ipſam Cathedralē parochialis eccleſia nulla, ſed ſolum duæ exiguæ cappellæ, ſeu ſimplicia beneficia. Archipresbyter totius ciuitatis animarum curam gerit, quæ ad mille trecentas cenſentur. Diœceſis perangusta eſt, vt facile vnius diei itinere peragrari poſſit: conſtat enim quinque duntaxat terris, nimirum Flumaro, vbi eſt Collegiata eccleſia cum Archipresbytero, decem Canonicis, & Cœnobio Franciſcanorum Conuentualium, Caſtello duobus millibus paſ-

ſuum

ſuum à ciuitate diſſito, vbi ſpiſcopus maiori anni parte agere ſolet, Cariffo, ſancto Soſſo, & ſancto Nicolao. In vniuerſum autem tota hac Diœceſi habetur Collegiata vna, parochiales quinque, virorum Cœnobia quatuor, tria Monachorum Montis-Virginis, quartum Mendicantium. Menſæ epiſcopalis annuus cenſus ducatorum Regni 800. taxatur iu lib. fiſci Apoſt. floren. 176. Epiſcopi qui in ea floruerunt ſequentes ſunt à nobis tantum ex diuerſis monumentis obſeruati.



1 AMATVS Triuicanus, ſeu Vicanus Epiſcopus anno 1136. ſubſcripſit donationi Ricchardi Vicani Toparchæ, quam fecit Monaſterio Montis-Virginis de eccleſia ſancti Ioannis cum caſale loci Æquatæ, donationis documentū ex lib. 2. Chron. Montis-Virginis auctore Ioan. Iacobo Iordani, olim Abb. Montis-Virginis, nunc Laquedonenſi digniſſimo Epiſcopo, & hic libenter damus ad Amati Epiſcopi memoriam ſeruandam, qui primus nobis occurrit ex ijs, qui hanc eccleſiam rexerunt.

In nomine Domini Amen.

Anno ab Incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti 1136. Indictione decima tertia menſe Madio.

Dum ego Riccardus filius cuiuſdam bon. mem. Riccardi cogitans de ſalute animæ meæ, & parentum meorum, & propenſius exiſtimās quomodo indulgentiam de peccatis meis habere potuiſſem, nihil aliud melius mihi paruit facere, vnde remediū habere potuiſſem animæ meæ, quam mittere aliquam hæreditatem in aliquo venerabili loco; quia rectè ſentio quod humana fragilitas non poteſt ſaluari ante Tribunal Chriſti, niſi per diuinam clementiam & interceſſionem Sanctorum. Ideoque pro ſalute & remedio animæ meæ, & parentum

A meorum, ante idoneos homines, ſcilicet clericorum, & laicorum dedi monaſterio ſanctæ Mariæ Montis-Virginis, vbi Aqua-palumbi dicitur, in quo Dominus Albertus religioſus Dei famulus præeſſe dignoſcitur, vnam eccleſiam vocabulo ſancti Ioannis, quæ ædificata eſt in territorio, & pertinentijs ciuitatis Vici in loco, qui dicitur Aquara cum omnibus ſuis pertinentijs, & regalibus quantum modo habet, vel habitura eſt, quod Deus per ſuos bonos fideles ibi dederit, & cum toto caſali, qui vocatur coguomine de Aquara, qui eſt iuxta ipſam eccleſiam & omnes homines, qui in ipſo caſali nunc habitant, & etiam omnes hoB mines, qui vndecunque venerint de cætero ad habitandum in ipſo caſali, ſiue de terris meis, quos liberos, quietos, & francos dono, cōcedo, & voueo inperpetuum ipſi monaſterio ſanctæ Mariæ Montis-Virginis, pro remedio & ſalute animæ meæ, & parentum meorum ab omni iure, & ſeruitio reali, ſiue perſonali, quod mihi ipſi homines tenentur facere, & ab omni qualicuoque collecta, & exactione, quam mihi homines ipſi prēſtare tenebātur, ſicut & alij homines mei, vt ipſum ſacrum monaſterium S. Mariæ Montis-Virginis habeat de cætero dictam eccleſiam ſancti Ioannis cum omnibus ſuis pertinentijs, quas nunc habet, &
C habitura eſt, dante Domino in futurum, & cum toto prædicto caſali, qui vocatur de Acquara, & omnes homines eiuſdem caſalis inperpetuum liberos, quietos, & francos ab omni penſione, iure, conditione, ſeruitio & grauamine, & ab omni quali cunque colta, vel exactione. Et quod nullus officialis meus habeat de cætero ius nullum, neque poteſtatem pro parte mea, & hæredum meorum in dicta eccleſia, & bonis ſuis omnibus, neque in dicto caſali, & hominibus eiuſdem ad percipiendum ibi, & eis ſeruitium aliquod, & neque faciendum grauamen in aliquo, neque tollendum ipſis aliquid pro quauis cauſa, &
D quod neque Rectores ipſius eccleſiæ ſancti Ioannis, qui pro parte dicti monaſterij ibidem ſteterint, neque homines dicti caſalis communicant de cætero cum alijs hominibus meis in collectis, exactionibus, officijs, & in nullo ſeruitio; ſed volo, & concedo, vt Rectores dictæ eccleſiæ, & homines dicti caſalis, qui nunc ibi ſunt & erunt, de omnibus ſint franchi & liberi inperpetuum, & habeant, & percipiant franchè, & liberè ſemper totum vſum de lignis, aquis, herbis, paſcuis, & omnibus alijs rebus terræ meæ, ſicut alij homines mei tam pro ſe, quam pro animalibus eorum. Volo etiam, & cōcedo, vt ſi quis de hominibus meis angarius, ſeruus, ſiue liber voluerit inter viuos, ſeu in infirmitate ſe offerre de perſona, & bona ſua mobilia, & immobilia, burgenſatica, ſeu feudalia, vel donare, aut indicare præ-

prædicto monaſterio Montis-Virginis liberè poſſit ſe offerre, & bona ſua omnia, ſeu donare,. vel iudicare, & ipſum monaſterium franchè, & liberè abſque omni impedimento, & ſeruitio poſſit eum, & bona ſua recipere, habere, & tenere inperpetuū, quod ab omni proinde ſeruitio debito liberamus ad faciendum exinde omnia, quæ ipſi ſerui Dei, qui in ipſo prædicto monaſterio regimen tenent, facere voluerint ſine contradictione mea, meorumque hæredum, & ſine cuiuſcunque requiſitione, vel moleſtatione, excepto tamen, vt ſi qualiſcunque homo ex parochia epiſcopatus ciuitatis Vici mortuus fuerit, & iudicauerit ibi aliquid, detur epiſcopo ciuitatis Vici ius de mobilibus rebus tantum, & ipſe epiſcopus perpetualiter det ibi Chriſma, & omnia quæ ad Chriſtianitatem pertinere videntur. Et ſi qualiſcunque homo tam de terra mea, & aliunde, quàm de dicto caſali qualecunque foris factum fecerit, excepta traditione ſenioris, & terræ, & in eadem eccleſia, vel caſali confugium fecerit, ſeu habitauerit, minime ibi per vim capiatur, neque extrahatur, ſed ad iuſtitiam faciendam, & habendam à Rectoribus ipſius prædictæ eccleſiæ ibi teneatur; & nullus Baiulus, ſeu qualiſcūque officialis meus, vel terræ meæ audeat, ſeu præſumat de cætero Curiam regere de bonis, & hominibus dictæ eccleſiæ, & caſalis pro qualicunque cauſa, nec eos ad aliquid conſtringere, ſeu grauare; ſed omnem plenariam poteſtatem exinde concedimus Rectoribus eccleſiæ ſupradictæ. Super hoc itaque ego Sabbaſia vxor prædicti Riccardi domini Vicanorum, & aliorum aſpiciens hoc quod ipſe Dominus Riccardus vir meus fecit, ſimiliter cogitaui de remiſſione peccatorum meorum & dedi, atq; conceſſi per licentiam. prænominati Riccardi viri mei in ipſa prædicta eccleſ. ſanctæ Mariæ ipſum molinum, quod habet in prædicto loco Acquaræ, hoc namque modo vt poſt obitum meum remaneat omni tempore in ipſa eccleſia ad faciendum omnia, quæ ipſi ſerui Dei, qui ibi habitant, facere voluerint ſine contradictione meorum hæredum, & ſine cuiuſcunque requiſitione. Præterea ego prędictus Riccardus filius cuiuſdam bo. mem. Riccardi, dono, volo, & concedo, quod homines ſupradicti caſalis de Acquara nullum ſacramentum fidelitatis, & homagij à præſenti in perpetuum faciant mihi, nec meis hæredibus, niſi tantum Abbatibus, & conuētui prædicti ſacri monaſterij Montis-Virginis; qua de cauſa, quæ prælegūtur, ſi aliquis inde tollere, vel minuere quę fierit ſine voluntate illius, qui in ipſa prædicta eccleſia præeſſe dignoſcitur, à me prænominato epiſcopo Amato fiat excommunicatus à Patre & Filio, & Spiritu Sancto, & ſic eueniat, quomodo euenit Dathan, & Abiron, quando aperta eſt terra, & viuos deglutiuit illos, & portionem habeat cum Iuda traditore, qui tradidit filium Dei, & non fiat de eo mentio in ſæcula ſæculorum Amen. Et hoc namque modo ſi poſt ſecundam, & tertiam admonitionem illud non emendauerit, & omnia quæ prælegūtur in ſupradicta ratione ſtabilita permaneant, quam tibi Pagano Notario taliter ſcribere iuſſimus.

† *Ego prædictus Amatus Epiſcopus.*
† *Ego prædictus Riccardus.*
† *Ego Petrus Trichi Presbyter.*
† *Ego Scallandus Franciſc.*
† *Ego Rogerius Boſci.*
† *Ego Rogerius Briſile.*
† *Ego Tancridi.*

2 ROGERIVS huius eccleſiæ Epiſcopus intereſt Concilio Laterano ſub Alexandro III. celebrato anno 1179. vbi cum alijs Beneuentanæ eccleſiæ ſuffraganeis ſe ſubſcripſit.

3 AMATVS huius nominis ſecundus poſt Rogerium hanc regebat eccleſiam anno 1183. de eo extat mentio in inſtrumento ab ipſo eodem anno confecto pro inſtitutione Rectoris eccleſiæ ſancti Eupuli ſuæ Diœc. quem non ad Capitulum Vicanum, ſed ad Guilielmum de Fulzone, eiuſque eccleſiæ dominum, velut eius familiæ iuſpatronatus pertinuiſſet: inſtrumenti exemplar ex tabulario Montis-Virginis retulit Io. Baptiſta Prignanus in hiſt. M.S. familiarum vrbis Salernitanæ, quæ extat Romæ in Bibliotheca Angelica; ex ea hic publici Iuris facimus ad comprobandum, Amatum poſt Rogerium, Vicanum fuiſſe epiſcopum.

In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Anno eius ab Incarnatione 1183. Regnante glorioſiſſimo Domino noſtro Vuillelmo ſecundo excellentiſſimo Rege Siciliæ. Regni vero eius an. 18. menſe Aprilis, Indict. 1.

Nos Amatus Dei gratia Vicanus epiſcopus præſenti ſcripto publico notum facimus, & teſtamur, quod vacante eccleſia S. Eupuli de caſali Aquarij Vicanæ Diœceſis per mortem Abbatis Petri olim Rectoris prædictæ eccleſiæ ſancti Eupuli, & eſſet controuerſia ſuper iure eligendi, & præſentandi Rectorem ad ipſam eccleſiam, cum vacaret inter Vicanum Capitulum, ſeu Canonicos Vicanæ eccleſiæ ex vna parte, & nobilem virum Dominum Gulielmum de Monte-Fullone ipſius caſalis Aquariæ Dominum, & homines eiuſdem ex altera ſu-

per eo quod dictum Capitulum Vicanum, ſeu Canonici aſſerebant, ſe habere ius eligendi, & eſſe in poſſeſſione, vel quaſi præſentandi Rectorem ad eccleſiam ſupradictam cum vacabat, prædictis Domino Gulielmo & hominibus dicti caſalis in contrarium aſſerentibus, & dicentibus ius ipſum eligendi patronatus ad ſe ſpectare, & ſe eſſe in poſſeſſione, vel quaſi præſentandi Rectorem ad eccleſiam ſupradictam. Verum quia nobis plenè conſtitit per Clericos, & laicos fide dignos, videlicet Dominũ Simonem Primicerium, Domnum Donatum, Domnum Goffridum, Domnum Riccardum Franciſcum, Domnum Gulielmum, filium Pariſij, Magiſtrum Godinum, Nicolaum Malandum, & Aldimarium Capuani, prædictos Dominum Gulielmum, & homines eiuſdem caſalis ab eo tempore, cuius memoria non exiſtit, habere ius eligendi, & eſſe in poſſeſſione, vel quaſi iuris præſentandi Rectorem ad eccleſiam memoratam cum vacat, declaramus, prædictum ius eligendi patronatus, & præſentandi ad prædictos Dominum Gulielmum, & eius hæredes, ſeu ſucceſſores, & homines eiuſdem caſalis pleno iure ſpectare, & eſſe in poſſeſſione, vel quaſi iuris præſentandi Rectorem ad eccleſiam ſancti Eupuli prædictam, cum eam vacare contigerit, & eiuſdem Domino Gulielmo, eiuſque hæredibus, & ſucceſſoribus ac hominibus caſalis præd. ipſum ius ſententialiter adiudicamus, præd. Capitulo, & Canonicis ſuper præmiſſis inpoſterum perpetuum ſilentium imponentes. Vnde ad futuram rei memoriam, vt tam prædictorũ Dom. Gulielmi, hæredum, ac ſucceſſorum ſuorum, & hominum ipſius caſalis certitudinem & cautelam, & omnium quorum intereſt, & intereſſe poterit in futurum, de prędictis fieri fecimus præſens publicum Iuſtrumentum ſubſcriptione noſtra roboratũ, per manus Vvillelmi Anzani Iudicis, & publici patrimonij Vici Notarij, ſuo ſigno conſueto notatum, & ſigno & ſubſcriptione Finees totius patrimonij Vici Iudicis munitum.

Ego autem prædictus Vvillelmus Anzani Iudex, & Notarius patrimonij Vici hoc ſcripſi, quia interfui dictus in ciuitate Vicana.

† *Ego Finees Iudex totius patrimonij Domini Comitis interfui, & teſtis inde ſum.*

† *Ego Amatus Vicanus Epiſcopus hoc concedo, &c.*

4 RAYMVNDVS Zottonis ciuis, & Canonicus Beneuentanus auctoritate Innocentij IV. electus eſt Vicanus epiſcopus anno 1252. vt literæ ad eundem Raymundum ſcriptæ commemorant in reg. Vat. num. 21. fol. 711. ann. pontif. 10. tenor illarum talis eſt.

Raymundo de Zottonis de Beneuento electo Vicano.

Petitio tua nobis exhibita continebat, quod cum nos dudum dilecto filio electo Beneuentano noſtris dederimus literis in mandatis, vt tibi, de quo nobis laudabile teſtimonium perhibetur à multis, prouideatur auctoritate noſtra de Vicano epiſcopatu Beneuentanæ prouinciæ tunc de iure vacante, ſi ei de tua idoneitate conſtaret, idem electus; quia ad hoc te inuenit idoneum, epiſcopatum prædictum, eadem auctoritate tibi contulit, & te de ipſo canonicè inueſtiuit, reſeruans ſibi nihilominus poteſtatẽ faciendi alia, quæ circa conſummationem huiuſmodi negotij iuxta mandatum Apoſtolicum fuerint opportuna, prout in publico Iuſtrumento inde confecto, & eiuſdem electi ſigillo munito pleniùs continetur. Nos itaque tuis ſupplicationibus inclinati, quod ab eodem electo ſuper ijs prouidè factum eſt, ratum habentes, & ratum illud auctoritate Apoſtolica confirmamus, &c. vſque communimus. Tenor ipſius Inſtrumenti de verbo ad verbum præſentibus inſeri facientes, qui talis eſt. In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. Anno Incarnationis eiuſdem 1252. menſe Septembr. 25. die, Indictionis decimæ primæ, pontificatus Dom. Innocentij Papæ IV. anno 10. In præsẽtia mei Gaderiſij Spycametæ Iudicis, Nicolai de Sergio Notarij de Beneuento, & ſubſcriptorum teſtium ad hoc ſpecialiter rogatorum, videlicet Magiſtri Bartholomæi Archidiaconi, Magiſt. Petri ſcriptoris Dom. Papæ, & Magiſtri Riccardi Canonici Beneuentani, Dom. Campreſerrus miſeratione diuina venerab. Beneuentanus electus oſtendit literas Dom. Papæ non vitiatas, nõ cancellatas, nec in aliqua parte ſui abolitas in hæc verba. Innocentius, &c. Dilecto Beneuentano ſalutem, &c. licet dilecto filio Ioanni Archipresbytero, & Raymũdo Zottonis Canonico Beneuentano de puritate vitæ, honeſtate morum, & literarum ſciẽtia laudabile teſtimonium perhibeatur à multis; quia tamen ipſorum notitiam, & maximè ſuper ijs habere poteris plenioreṁ, mandamus, quatenus eidem Archipresbytero Frequentinen. & dicto Raynaldo de Vican. epiſcopatibus Beneuentanæ Prouinciæ, quæ nunc de iure vacare dicuntur, ſi dictos Archipresbyterum, & Raynaldum conſiderantes dili. circum. vniuer. idoneos ad hoc eſſe cognoueris, prouidere auctoritate noſtra procures, faciens cuilibet eorum à ſuis ſubditis obedientiam, & reuerentiam debitam exhiberi, ſicque iuxta ſanctiones canonicas, munus conſecrationis impendi, contrarijs non obſtan. quod eccleſia Frequentina quadam laicali fultus potentia intruſus aſſeritur, & ad mandatum Beneuentani

tani Capituli ſede vacante conſecratus poſtmodum, vel potius exacratus. Datum Peruſij 6. Id. Septembr. anno decimo. Quarum igitur literarum auctoritate habita diligenti Inquiſitione iuxta formam reſcripti Apoſtolici; quia conſtitit ſibi de idoneitate dicti Raymundi, contulit, & aſſignauit eidem Raymundo epiſcopatum Vican. vacantem, & ius ipſius cum plenitudine omnium iurium epiſcopalium, & pertinentiarum ſuarum, & per clauem de eiſdem canonicè inueſtiuit. Reſeruauit etiam ſibi prædictus Dominus Electus poteſtatem faciendi omnia alia, quæ circa conſummationem præd. negotij iuxta mandatum Apoſtolicum fuerint opportuna, donec prædictus Raymundus epiſcopatum, & eius poſſeſſionem, & omnium ad ipſum epiſcopatum pertinentium plenariè fuerit adeptus, & pacificè poſſederit, ac quietè. Idem quoque Dom. Electus ad maiorem cautelam præſens Inſtrumentum ſigilli ſui appenſione muniuit. Quod ſcripſi ego prædictus Nicolaus Notarius, & meo ſigno ſignaui ad partem, & ad cautelam prædicti R. Vicani electi. Ego qui ſupra Gaderiſius Spyeameta Iudex. Nulli ergo noſtræ confirmationis, &c. *Datum Peruſij 4. Non. Octobris anno decimo.*

Cætera Acta Raymundi incomperta ſunt, & qui eidem ſucceſſerunt ſpatio ferè centum annorum deſiderantur.

5 IOANNES Epiſcopus huius ſedis interſuit conſecrationi eccleſiæ ſanctæ Claræ Neapoli ann. 1340. ſub Clemente VI. obijt circa annum Dom. 1344.

6 Fr. GERARDVS Ord. Prædicatorum ſucceſſit Ioanni à Clemente VI. electus 15. Kalen. Maij 1344. conſecratur in Curia per Ioannem epiſcopum Cardinalem Portuenſem, ſequenti anno tranſlatus eſt ad Rapolanam eccleſiam, electio extat in reg. Vatic. ep. 43. fol. 67. ann. 2.

7 Fr. PONTIVS de Locedauilla Ord. Prædicatorum iam antea epiſcopus Montiſmarani ad hãc Triuicanam eccleſiam tranſlatus eſt Id. Maij 1345. memoratur in lib. ſolut. anno 1347. 22. Feb.

8 IOANNES, cuius meminit lib. oblig. prælat.

9 MARCVCCIVS ſucceſſor Ioannis in eodem lib.

10 DONATVS Triuicanus præſul die 15. Decemb. 1406. promiſit, ac recognouit factum Collegium pro ſe, & pro Marcuccio, & Ioanne prædeceſſoribus ſuis in eodem lib. oblig.

11 NICOLAVS ex archidiacono creatur epiſcopus die 4. auguſti 1422. mortalitatem expleuit 1434. de quo Acta Conſiſtorialia.

12 ANTONIVS Morellus archidiaconus Triuicanus fit eiuſdem eccleſiæ epiſcopus demortuo Nicolao die 20. Decembr. 1434.

13 GREGORIVS Attaccus archiepiſcopus arborienſis in Sardinia ad hanc eccleſiam tranſlatus eſt 12. Kal. Martij 1450.

14 MICHAEL electus 14. Kalen. Iunij 1475. reſignauit ann. 1497.

15 IACOBVS Torella ſucceſſit die 27. Octobr. 1497.

16 HIERONYMVS obijt 1521.

17 SIXTVS Ignatij Decanus Caſſanenſis, eligitur die 10. maij anno 1521. exceſſit 1541.

18 SEBASTIANVS de Ancona electus Signien. ad hanc eccleſiam tranſlatus die 10. Ianuarij 1541. poſt annum ſeptimum vltro ſe abdicauit.

19 FRANCISCVS de Leo ſacræ Theologiæ Doctor, Rectorq; terræ Altæuillæ Beneuentanæ Diœceſis ſucceſſit Sebaſtiano die 13. Iulij 1548 obijt 1562.

20 AVGVSTINVS Malignatus à Candello prouinciæ Bugellẽſis Vercellen. Diœceſis iuris vtriuſque Doctor clari nominis Senator in Taurinenſi Senatu, & ad Patres Conc. Trident. pro Sabaudiæ Duce Orator. Triuicanus epiſcopus electus die 23. Maij ann. 1562. tranſlatus ad Bertinorenſem eccleſiam anno 1565.

21 Fr. HIERONYMVS Politius Ord. Prædic. electus die 24. Octobr. 1564. fato obijt 1575.

22 BERNARDINVS Oliua Aquilanus promotus die 24. aug. 1575. poſt aliquot menſes defunctus eſt Romæ, ac ſepultus in eccleſia Aracęlana, habet in marmore hoc epitaphium

D. O. M.

Bernardino Oliuæ Aquilanen.
I. V. D. viro integerrimo, qui
patriæ, ac totius Diœceſis ci-
uium concordiã ſingulariter cu-
rauit, à Gregorio XIII. Pont.
Opt. Max. Epiſcopo Triuica-
nen. creato, vixit ann. lxxv.
obijt Id. Febr.
M D L X X V I.
Ioannes Vincentius Oliua eius
nepos mœrens poſuit, ac tumu-
lum hunc ſibi, ſuiſque poſteris
extruxit.

23 Fr. ANTONIVS Balduccius ſucceſſit die 6. Febr. 1576. migrat ad alteram vitam ann. 1580.

24 ALPHONSVS Pardus electus die 22. Iunij 1580.

Fr.

25 Fr. GREGORIVS Semontius de S. Seuerino Picenus ex Ord. Prædicatorum Petri Card. Aldobrandini Theologus, cuius fauore anno 1601. aſſumptus eſt in epiſcopum, poſt paucos annos liberè ſe abdicauit anno 1604. Scripſit de immunitate eccleſiaſtica: rebus humanis exceſſit Camerini anno 1608. ſepultus apud Fratres ſuos Dominicanos.

26 HIERONYMVS Mezzanius Imolenſis, ſacræ Theologiæ Doctor ad hanc Inſulam aſſumptus eſt ab Clemente VIII. die 27. Decembris 1604. exceſſit ab humanis, anno 1636.

27 HORATIVS Muſcetola Neapolitanus vir doctus delectus eſt epiſcopus die 7. Aprilis 1636. diem poſtremum obijt ſub anno 1638.

28 FABIVS Magneſius in epiſcopatu ſucceſſit Horatio die 19. April. 1638. tranſlatus inde ad Oſtunenſem Cathedram anno 1640.



29 SYLVESTER de Afflicto Neapolitanus Clericus Regularis Theatinus, euaſit epiſcopus Triuicanus die 11. Februar. 1640. tranſlatus deinde ad Lucerinam eccleſiam anno 1643

30 ALEXANDER Salzilla deligitur in locum Syluestri die 23. Febr. 1643. poſt annos tres ad s. Angeli de Lombardis tranſitum fecit 1646.

31 DONATVS Paſchaſius dictus eſt epiſcopus vltima Iunij 1646.

TVRTIBVLENSES EPISCOPI.



ANTIQVVS Epiſcopatus Turtibulēſis ſuffraganeus fuit Metropolis Beneuentanæ, vt ex Prouinciali Romano, & in valuis æneis dictæ Metropolis licet cognoſcere. Sed cum ciuitas Turtibulenſis, quæ in prouincia Capitanata erat, deſtructa fuiſſet, Eccleſia hæc ad archipreſbyteratum ruralem redacta eſt, & vnita eccleſiæ Lucetinæ. Epiſcopi huius ſedis pauci à nobis obſeruati, hi recenſentur, ne ſaltem memoria eorundem deperiret.



1 N. nomen obſcurum, huius eccleſiæ Epiſcopus per Capitulum Florentinen. in Præſulem poſtulatus, vt ad eandem eccleſiam transferretur Gregorius IX. ſcribit Beneuent. Archiepiſcopo anno pontificatus 10. ſalutis 1236. Kalen. Nouembr. ex Regeſt. Vatic. epiſt. 250. fol. 198.



2 STEPHANVS de Ferrentino Monachus Foſſæ nouæ Ord. Ciſtercienſis ab Archiepiſcopo Beneuentano electus Turtibulenſis Epiſcopus ab Innocentio IV. confirmatur anno 1254. Kal. Decemb. ex litteris reg. Vat. ſub Dat. Neapoli num. 381. fol. 192.

3 BARTHOLOMÆVS Epiſcopus Turtibulenſis, cuius mentio extat in monumẽtis Caſæ-nouæ Pennen. Diœc. Ordinis Ciſtercienſis, vixit circa ann. Domini 1300.

4 Fr. IORDANVS Epiſcopus huius ſedis electus anno 1366. liberatus à cõmuni ſubſidio ob paupertatem die 18. Aprilis in lib. ſolut. Prælat.

5 IOANNES electus huius eccleſiæ Epiſcopus anno 1383. à pſeudo Pontifice Clemente VII. ſoluit ſolitum penſum 20. Iunij 16.

6 BARTHOLOMÆVS Epiſcopus Leſinenſis tranſlatus ad Turtibulenſem à Gregorio 12. anno ſalutis 1409. pontif. 4. vt in bulla eiusdem ſuperiùs relata in Leſinenſium Epiſcoporum ſerie.

VVLTVRARIENSES

EPISCOPI.



VVLTVRARIA Montana Ciuitas in principatu vlteriore ab Adriatico mari, & Mediterraneo vtrinque ęqualiter diſtãs. Parua eſt, ac pene deſolata, ſexcentas vix fidelium animas continet. Marchionatus titulo gentis Caracciolæ inſignita eſt. Epiſcopatus iſte antiquus eſt à tempore erectionis Beneuentanę Metropolis dicitur inſtitutus, cuius ſuffraganeus eſt, cui pridem annexus eſt & vnitus epiſcopatus Montis-Corbini in Apulia, nunc ſolo æquata ea ciuitas, exiſtentibus tamen hoc tempore quibuſdam eccleſiæ Epiſcopalis, & mœnium veſtigijs. Cathedralis Baſilica titulo Dei Genitricis Aſſumptæ commodè ædificata, in ea miniſtrant Canonici in dignitate conſtituti tres, Archipresbyter nempè, Archidiaconus, & Primicerius, duoque Cappellani. In ciuitate præter Cathedralem, parochialis nulla, Xenodochium tamen, & duæ laicorum fraternitates ſunt. Diœceſis Vvlturaria confines habet Diœceſes Beneuentanam, Arianam, Lucerinam, & Larinenſem: eius finibus continentur oppida octo, nempè ſancti Bartholomæi epiſcopalis reſidentiæ, vbi eſt eccleſia cum triginta ſacris miniſtris, cum Archipresbytero, Primicerio, Theſaurario, ac Sacriſta, quorum electio ſpectabat ad Abbatem ſanctæ Mariæ in Mazzocca. Eſt hoſpitale, Cœnobium Auguſtinianorum, & laicorum ſodalitia quinque. Alterum oppidũ eſt ſancti Marci de Caſula cum ſua parochiali, cui Archipresbyter, atque alij clerici duodecim miniſtrant: ibi eſt Monaſterium Cappuccinorum, & 600. habitatur incolis. Tertium oppidum eſt Celentiæ ſatis munitum cum ſua parochiali Archipresbyterali cum 18. miniſtris, duobus Cœnobijs Franciſcanorum, & Dominicanorum, habitatum Incolis 3000. Quartum eſt Caſtrum nouum cũ ſua Parochiali, ac vno Virorum Cœnobio, animabus fidelium 300. Quintum eſt oppidum Petræ cum parochiali eccleſia & 20. miniſtris, Cœnobio Franciſcanorum, habet incolas 1300. Sextum oppidum Mottæ cum Parochiali habens quinque miniſtros, & incolas 400. Septimum Vvlturariæ cum ſua parochiali habente miniſtros 18. vnum Regularium Cœnobium cum Xenodochio, habitatum incolis ſupra mille. Octauum & poſtremum ab Epirotis Græcis habitatũ, quibus Græcus Sacerdos ſacra Græco ritu adminiſtrat, integra tamen fide Catholica, vt in alijs huius Regni Græcorum colonijs. Fidelium familiæ totam hanc Diœceſim incolentium 4500. Menſæ Epiſcopalis annuus cenſus ducatorum Regni 1200. Taxatur in lib. Fiſci Apoſtolici Flor. 50. Porrò epiſcopi qui in hac eccleſia floruerunt, ſunt tantùm ſequentes à nobis ex varijs monumentis expiſcati, cæteri, actaque eorum ex ſumma vecordia eorum, ad quos ſpectabat, in tenebris latitare coguntur.



1 IOANNES Epiſcopus Vvlturariæ viuebat anno 1037. quo S.Albertus Montis-Corbini epiſcopus ad Cælum euolauit, vt in vita eiuſdem ſcribitur.

2 ARDERADVS Eccleſiæ Vvlturariæ præſul, electus anno Domini 1054. vt ex ſubiecto documento erui poteſt, niſi me mea fallit ſupputatio: extat huiuſcemodi documenti exemplar in ſæpè citat. Chronic. Monaſterij S.Sophiæ, ex quo eruitur etiam ea tempeſtate quod eccleſia Cathedralis Vvlturariæ, Diuo Michaeli Archangelo conſecrata erat.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Domini Aeterni.

Anno trigeſimo ſecundo Principatus Domini Pandolphi glorioſiſſimi Principis, & viceſimo ſeptimo anno Principatus Domini Landolphi magni Principis filij, & ſecundo anno Principatus Domini Pandolphi eximij Principis filij ſupradicti Domini Landolphi, necnon & tertio anno Epiſcopatus Domini Arderadi venerabilis Epiſcopi, qui Domino fauente in Eccleſia S.Michaelis Archangeli ſanctæ ſedis Vvlturarienſis Antiſtes cõſecratus menſe Decembris, Indict. 2.

Nos prænominatus Arderadus in præfata Eccleſia ſancti Michaelis Archangeli ſedis Pontifex prælatus quod clarè facimus tu Presbyter Petrus, & Petrus filius Ioãnis in Caſtello magno habitantes à nouo fundamine conſtruxiſti Eccleſiam in honore S.Stephani foris prædicto Caſtello magno iuxta eccleſiam ſanctæ Crucis. Veruntamen quoniam ſecundum Canonicam conſtitutionem omnes eccleſiæ, omniaque Monaſteria quæ conſtructa ſunt, aut quæ conſtituuntur in eiuſdem Epiſcopi poteſtate cõſiſtunt, in cuius Diœceſi, vel territorio conſtituta ſunt: Quamobrem petijſtis à nobis tu qui ſupradictus Presbyter, & Petrus filius Ioannis, quatenus prædictam accleſiã vobis liberam conſtitueremus ab omni cõditione præfatæ noſtræ ſedis, Verum quo-
A niam concedenda ſunt ea quæ rationabilia ſunt inſtis deſiderijs, inclinati precibus veſtris vnà cum conſenſu Sacerdotum, ac Leuitarum, cæterorumque ordine Clericorũ, per hoc noſtrum præceptum libertatis à nobis qui ſupra Arderado venerabili epiſcopo prænominatæ eccleſiæ ſancti Michaelis Archangeli tibi prædicto Petro presbytero, & Petro filio Ioannis, vel veſtris hæredibus, aut cui per vos paruerit, dictam libertatem conceſſimus, vobiſque prædictam Eccleſiã vocabulo S. Stephani Protomartyris ab omni conditione præfatæ ſedis tradimus, ea ſcilicet ratione, vt amodò, & deinceps in perpetuiſque temporibus eam ſecuriter, ac firmiter habeatis ad noſtram poteſtatem, do-
B minationem, & licentiam, atque poteſtatẽ habeatis vos, & veſtri hæredes, & cui vobis paruerit dare in prænominata eccleſia ſancti Stephani Martyris omni tempore quandocunque vobis neceſſum fuerit, Sacerdotẽ ordinare ad ipſam eccleſiam regendã iuxta ritum Sacerdotij, & omnem ornatum, oblationem, atque ceram, vel ſepulturas, votationes, necnon & eleemoſynas, & quodcunque in ipſa eccleſia per ſuos famulos dederit Dominus, totum damus veſtræ poteſtati, ſine contradictione mea, vel ſucceſſorum noſtrorum, vel à parte Epiſcopi contradictione, & neque à nobis qui ſupra Alderado venerabili epiſcopo, vel ſucceſſo-
C ribus noſtris, neque Archipresbyteris, neque aliquibus noſtri epiſcopij ditio habeatur aliqua in prædicta Eccleſia ſancti Stephani: Verumtamen libera, atque abſoluta permaneat in veſtra poteſtate, atque libertate, & de veſtris hæredibus perpetuis temporibus ab omni iure conditionis, vel donationis cuiuſcunque, & ſine aliqua læſione plebium noſtrarum Eccleſiarum, quã & conceſſionem, & immunitatem à nullo ex noſtris remoueri ſucceſſoribus per Dominum Omnipotentem & Trinum & vnum eiuſque omnes ſanctos, ac Cælites adiuramus. Et vt ab eis incunctanter credatur, ſignum ſanctæ Crucis annulo ſancti Michaelis figuratum Notario affiximus roboratũ.
D Quod videlicet præceptum libertatis à te Engelberto Notario ſcribere rogauimus, necnon & proprijs manibus ſacerdotes, reliquoſque cleros noſtros ſe ſubſcribere inſſimus, & pro confirmatione omnium prædictorum ſecundum conſuetudinem manu noſtra ſubſcripſimus.

Actum in Caſtello magno feliciter decima Indictione.
Ego Arderadus Epiſcopus.
Ego Endolphus Diaconus.
Ego Theodoricus Subdiaconus.
Ego Martinus Epiſcopus.
Ego Henricus Cardinalis.
Ego Leonardus Cardinalis.
Ego Publicus Cardinalis.

 Scrip-

Scriptum videtur documentum hocce anno 1057. noſtræ ſalutis, menſe Decemb. Ind. 2. qui fuit annus tertius ab ordinatione Arderadi, quem pauló poſt exceſſiſſe è vinis demonſtrat ſucceſſoris eius nomen. A

3 PELAGIVS Vvlturariæ epiſcopus anno 1059. interfuit Lateranenſi Concilio ab Nicolao II. celebrato, ex codice Vaticano.

4 RAV vixit temporibus Rogerij primi Regis circa annum Domini 1135. huius mentio in vita S. Alberti epiſcopi Montis-Marrani.

5 HVGO anno 1229. in monumentis Cœnobij S. Mariæ de Gualdo Beneuentanæ Diœceſis.

6 BENEDICTVS interſuit ſolemni ædificationi eccleſiæ S. Mariæ Vallis viridis Bouinæ Diœceſis anno 1265. B

7 PETRVS an. 1321. ex regeſt. Regio Neapol. ſoluit regio ſubſidio pro medietate Terræ Vvlturariæ.

8 NICOLAVS obijt anno 1348.

9 IACOBVS de Cerreto Theleſinus Canonicus ſucceſſit Nicolao II. Id. Ianuarij 1349. ex reg. Vatic. ann. 7. pontif. Clementis VI. ep. 113. fol. 75. tranſlatus deinde ad Theleſinam eccleſiam ab Innocentio VI. anno 1353.

10 Fr. IOANNES Etruſcus de Montepolitiano Ord. Eremitarum S. Auguſtini ſacræ Theologiæ inſignis Doctor ab Innocentio VI. Vvlturarienſis eligitur epiſcopus 5. Kal. Apr. 1353. ex reg. Vatic. in viuis agebat anno 1359. ex lib. ſolut. prælat. C

11 STEPHANVS, cuius memoria extat in lib. ſolut. prælat. obijt 1391.

12 NICOLAVS Stephani ſucceſſor adlectus eſt die 4. Nouembris 1391. deceſſit 1402.

13 THOMAS ad hanc dignitatem aſcendit die 20. Aprilis 1402. ex lib. ſolut. Prælat. Hic fuit Ioannis XXIII. Theſaurarius anno 1412. diu eccleſiam iſtam eximiè adminiſtrauit.

14 ANTONIVS Epiſcopus Montis-Corbini, cum anno 1433. vnitæ fuiſſent ad inuicem eccleſiæ Vvlturariæ, ac Montis-Corbini, euaſit epiſcopus die 9. Aprilis 1434. vt in lib. obligat. habetur.

15 IACOBVS electus fuit Vvlturarienſis, & Montis-Corbini Epiſcopus à Sixto IV. anno 1472. 4. non. Auguſti. Interfuit coronationi Alphonſi II. Regis die 2. Maij 1494 pauloque poſt defunctus eſt. D



16 ALEXANDER Gerardinus Amerinus, vir genere, ac doctrina, atque laboribus pro Romana eccleſia functis longè clariſſimus, poſt Iacobum ab Alexandro VI. creatus eſt epiſcopus Vvlturarienſis, & Mōtis-Corbini circa annum Domini 1496. cuius vita & elogium editum fuit Romæ ab Onuphrio Gerardino vnà cum illius itinerario ad regiones ſub æquinoctiali plaga conſtitutas, quod hic verbatim exhibemus, plura enim continet ex ipſiſmet monumentis excerpta.

Alexander igitur Geraldinus Amerinus, Maiorum veſtigia ſecutus adoleſcens in Patria ſub Griphone Philoſopho educatus omni litterarum genere abundè refertus, in Hiſpaniam cum Antonio fratre proficiſcitur, ſuaque conſuetudine politioribus litteris, & poeſi maximè imbutus, ac paulò poſt quā in ea ſubſtitit, primum armis contra Luſitanos Hiſpaniam vlteriorem inuadentes ſe ſe dedit, è Caſtris dehinc ad regiam aulam à poculis Eliſabetha Regina fuit, mox fratre Regio Legato, & Oratore deſtinato à Ferdinando & Eliſabetha ad Franciſcum Brittonum Ducem eundem comitatus, munere & ipſe regio fungens, ij vtroque obito ad ſuos Reges ſimul reuerſi, tum ipſe rebus ſacris addictus, Protonotarij munus ſuſcepit, & ſuccedente tempore Epiſcopus Vulturarienſis à Pontifice renunciatus, & à Rege Hiſpaniarum maior Cappellanus eligitur. à quo ad Pontificem maximum, & Principes varios miſſus eſt: fœdera plura cum Alexandro Pont. max. cum Maximiliano Cæſare, cum Republica Venetorum, cum Duce Mediolani compoſuit. per qua ſuo Regi pulcherrima, maximaque victoria obuenere. Ad conſilia ſanctiora à Regibus Ferdinando, & Eliſabetha adhibitus, dum Chriſtophori Columbi expeditio proponeretur, omnibus ferè reluctantibus, & eam, vti temerariam reijcientibus, varijs argumentis compreſſis, pacatiſque animis diſſentientium Mathematicis rationibus, atque demonſtrationibus Columbi conſilio iuuit, & ita effecit, vt tantum opus à Regibus ſuſciperetur, & expeditio iniretur, amicoque Columbo omni ope auxiliatus eſt. Cæterum dum ſua virtutis, & pietatis non obſcurum argumentum prabet, erudienda Regia

pro-

proli Ferdinandi præfectus eſt, quo munere viginti totos annos maxima ſui laude functus Reginas quatuor ſanctiſſimis moribus, & regijs ornamentis inſtituit, videlicet Eliſabethã omnium natu maximam Ioanni Regi Luſitaniæ filio nuptam, Mariam Emanuelis Regis Luſitaniæ vxorem, Catherinam Henrico VIII. Angliæ Regi traditam, ac Margaritam Auſtriacam Maximiliani Imperatoris filiam Ioannis Principis Hiſpaniarum vxorem; quarum omnium nubili iam ætate connubia ſanciuit, earumque iura, & capita digeſſit, varijſque propterea itineribus ad Reges ſuſceptis, exinde in Angliam à Regina Eliſabetha miſſus, vt ibi Reginæ Catherinæ fidam operam nauaret, vbi Protoſacerdotis Regum honore decoratur, & Nuncius Apoſtolicus à Rege expetitus, ob inanes ſimultates poſtea, & iurgia inter Regem & Reginam exorta, cum parum gratus ea in aula ſibi videretur eſſe, diſceſſit, & in inferiorem Germaniam ad Margaritam Auſtriacam olim alumnam contendit, à qua honorificentiſſime exceptus in oppido Bruxellis, ab ea Romam internuncius ad Leonem Decimum Pontificem Maximum eſt miſſus. cumque eo in itinere ſummis in Alpibus Maximiliano Cæſari Italiam petenti obuiam proceſſiſſet, benigniſſimè habitus ab eo, ad Leonem X. ad Rempublicam Florentinam, & ad Vrbem Neapolim Orator allegatur, atque Põtifici proponitur à Carolo Rege ad Epiſcopatũ ſancti Dominici: Legationibuſque Cæſaris Romæ, Neapoli, Florentiæ peractis, à Leone X. Pont. Max. ad eundem Cæſarem, & omnes Reges, & Principes Chriſtianos iterum Legatus mittitur pro fœdere inter Chriſtiani Orbis capita conciliando aduerſus Selimum Turcarum Tyrannum. Ab vrbe digreſſus, ad Franciſcum primum Gallorum Regem pro obeunda Apoſtolica legatione primùm contendit, ab eoque non minus hilari vultu, quàm decenter exceptus. Inde ad Maximilianum Cæſarem Rhenum vltra in oppido Sicambro moram trahentem ſe contulit, reque Pontificis ritè peracta, eodem conſilio in Britanniam ad Henricum VIII. profectus eſt, poſtea ad Scotiæ, & Daciæ Reges, tum ad Regem Vngariæ, & ad Regem Ruſſiæ peruenit, poſtremò in Hiſpaniam reuerſus ad Carolum Hiſpaniarum Regem acceſſit, & apud hos Reges Pontificis mandatis ſeduló expoſitis, orationibus coram ipſis, & proceribus habitis, illos ad obſequendum Pontifici, ad ſubleuandam rem Chriſtianam ferè collabentem, ad hoſtes Turcas obterendos omni conatu hortatus eſt. His peractis, cum vix in Europa pro Republica Chriſtiana magnum aliud facinus patrandum ad eius pietatis vota ſupereſſet, laborum maiorum pro Chriſti nomine propagando cupidus anno 1520. Hiſpali ſoluens, annuente Pontifice, ad Indos in fide erudiendos ad Vrbem S. Dominici ſui Epiſcopatus ſedem in Inſulam Hiſpaniolam properauit. Primus ibi Antiſtitum Chriſtianorum, in itinere gentium mores, quas adiuit, ſerutatus eſt, & diligentiſſimè ſcripſit, Regiones, & populos: illorumque antiqua monumenta exquiſiuit, iura collegit, atque in volumen ſui Itinerarij redegit. Vbi tandem ad Indos appulit, à prædicatione nunquam ceſſauit, ſacris, pijſque moribus & inſtitutis plebem ſibi commiſſam erudijt, templa more Chriſtiano conſtruxit, ſacerdotia inſtituit, iura dipoſuit, ſacrorum cultum adauxit, officia ordinauit. Chriſti gloriam propagauit, laboris nunquam expers in Ciuitate ſancti Dominici magna ſanctitatis fama ſeptuagenarius obijt anno 1525. Relictis multis lucubrationũ clariſſimarum monumentis, in quibus non minus pius, quàm doctus extitiſſe probatur, ea videlicet ſunt.

Itinerarium ad regiones ſub æquinoctial plaga conſtitutas.
Epitome Conciliorum ab Orbe Chriſtiano.
Summorum Pontificum Acta.
Sacrorum Carminum libri XXIV.
Epiſtolarum libri duo.
Officia Varia ſanctorum.
Volumen orationum ad Principes Chriſtianos pro Bello contra Turcas mouendo.
De ijs qui funguntur à ſecretis Principum.
De educatione nobilium puerorum lib. 1.
De educatione nobilium puellarum lib. 1.
De Officio Principis.
Elogia virorum Illuſtrium Romanorũ ab Aenea vſque ad Pompeium Magnum.
Vita ſancti Benedicti Sapphico carmine.
De quantitate ſyllabaria, & carminum compoſitione.
Inuectiua Lyrica in malam fœminam.
De Latij & Romæ laudibus, & Antiquitatum præſtantia elegiaco carmine.
Monumenta antiquitatum Romanarum, à veteribus inſcriptionibus recollecta ſuis itineribus & ſtudio.
Vita S. Catherinæ Virginis, & Martyris carminibus latinis.

Hucuſque elogium. At præter hæc addenda ſunt eiuſdem Præſulis monumenta, quæ nos ipſi vidimus, legimuſque apud eundem Onuphrium Gerardinum eiuſdem Præſulis manuſcripta, nempè Vitam ſancti Alberti Montis-Corbini epiſcopi, in qua fatetur ſe ſcripſiſſe Acta anteceſſorum ſuorum, in Vvlturarienſi eccleſia Antiſtitum; vita quoque Catherinæ Angliæ Reginæ Hẽrici VIII. vxoris verſibus heroicis conſcriptam, Plures epiſtolæ, inter quas vna prolixa eruditiſſimo ſtylo ſcripta ad eundem Henricum Regem data 3. non. Iulij 1509. propè Grouerendem pro ſua iniuſta carceratione, ex qua liberatus Hiſpaniam petijt, vbi aliquando in vlteriori eo Regno grauiſſima ægritudine detentus, hoc epitaphiũ ſibi fecit ad eius ſepulchrum ponendum, quod excerpſimus ex eius innumeris monumentis, cuius titulus.

Hoc

Hoc Epitaphium ſibi fecit Alexander Gherardinus Epiſcopus Vvlturariæ.

Cum cuperem nimium Latias remeare per oras
Perque tuum reuehi Roma beata ſolum,
Mors ferè me triſtem terra tumulauit Hibera;
Sed tamen æthereum lætus adibo polum.

A

Spes magnæ periere ſimul, periere labores
Humani cum ſint omnia vana ſoni.
Diſcite mortales ſæui contemnere mundi
Munera & in ſuperas lumen habere plagas.

Eadem detentus infirmitate, ex qua indè conualuit, Eccleſiam ſuam ſuſpirans, votum vouit ſacellum exædificare in Eccleſia ſanctæ Luciæ ſuæ Diœceſis, Sapphico verſu.

De Templo ſanctiſſimæ Luciæ in Diœceſi mea in finibus Apuliæ, & propè Vvlturarium oppidum.

Luciæ templum ſubiens opacum
Arborum magnas poſitus per vmbras
Cor meum grandi pietate certe
Vndique motum,
Hic aquas cliuo refluas ab alto
Concaua vidi reſonare valle;
Hic & ornato nimium decore
Herbida cuncta.
Et per accliues, humileſque colles
Arborum ſtabant loca plena quoque
Parte pendebat ſpatium ſub ima
Vndique pulchrum.
Ad latus cuius reſidet ſiniſtrum
Luciæ ſedes memoranda ſemper
Quò diu pura teneraque multa
Mente leuatus.
Eſt mihi viſum loca parua circum
Principem Cœli retinere magnum
Numen, & verè reſidere in illa
Aede beatum.
Hic bona multum recreatus aura
Ore per Cælum penitus retento
Subſtitit, ſedes ſuperum ſubire
Quoque videbar.

Hic ego totus cuperem per annos
Debitum vitæ reparare curſum,
Fata ſed poſtquam renuunt maligna
Hoc dare munus.
Hoc ego ſacrum voueo ſacellum
Arte cum mira renouare Virgo,
Mox vt antiquis remeabo Iberis
Itala ad arua.

Poſt annum 1515. Alexander Vvlturarienſem, ac Corbinenſem Eccleſiam dimiſit, &, vt ſcribunt, epiſcopus factus eſt S. Dominici in Occidentali India, in qua dignitate diem ſuum clauſit extremum an. 1525.

17 ANDREAS della Caccallara electus huius ſedis antiſtes die 12. Decembris 1516. mortuus eſt anno 1519.

18 VINCENTIVS de Sabbatinis prouiſus die 9. Sept. 1519. exceſſit an. 1526.



19 INNOCENTIVS Card. Cybo factus adminiſtrator die 10. Octob. 1526. poſt menſem reſignauit cum regreſſu.

20 IVLIVS Maſtroiudex Surrentinus promotus eſt in epiſcopum die 21. Nouembris 1526. exceſſit anno 1537 Huius meminit Iulius-Cæſar Capaccius in Hiſt. Neapol. lib. 2.

21 IOANNES BAPTISTA de Iudicibus archidiaconus Spirenſis de conſenſu Card. Cybo, ad quem per regreſſum hæc Eccleſia ſpectabat, adlectus eſt epiſcopus die 27. Iulij 1537. ſedit ann. 5. mortuus eſt anno 1542.

22 HIERONYMVS de Vecchiano nobilis Ciuis, & Canonicus Piſauus ex eodē conſenſu Card. Cybo electus eſt epiſcopus die 18. Auguſti 1542. erat tunc temporis Abbas Commendatarius SS. Sabæ, & Andreæ de Vrbe, olim ſub Clemente VII. eccleſiaſtici exercitus Commiſſarius, & Spoletanæ Vrbis præfectus, atque Campaniæ Prolegatus, eiuſdem Cardinalis charus, ac intimus à Conciliis, pro quo functus legatione apud Coſmam Mediceum Florentiæ Ducem, eiuſdem gratiam promeruit. Sedit, præfuitque abſens in hac eccleſia ann. omnino octo, ac liberè nuncium remiſit ad fauorem ſequentis.



23 FEDERICVS Card. Ceſius has habuit commendatas Eccleſias die 14 Iulij 1550. poſt autem menſes ſeptem eas dimiſit ad fauorem ſequentis.

24 LEONARDVS Bonzanus vir nobilis, & Eccleſiæ S. Mariæ oppidi Cremenſis Præpoſitus, euaſit harum eccleſiarum epiſcopus die 18. Martij 1551. Vix annum in hac dignitate compleuerat, cum Romæ vocaretur ad tumulum, ac terræ mandatus in eccleſia S. Simeonis hoc epitaphio.

Leonardo Bonzano Cremenſi
Epiſcopo Vvlturarien. Cremæ
Præpoſ. vtriuſque ſignat. Referend. Pauli, & Iulij III. &
Protonot. de numero participātium, Comes Fortunatus Iuris
conſultus frater poſuit.
Vixit ann. LIIII. menſ. III.
Dies

Dies XXV. Obijt anno
MDLII.VII.Kal.
Aprilis.

25 IVLIVS Gentilis Patritius Terdonenſis, vtriuſque ſignat. Referend. à Iulio III. ſublectus eſt Epiſcopus anno 1552. Interfuit Concilio Tridentino, & cum ſediſſet ann. 20. Romæ è viuis exemptus eſt, die 9. Ianuarij 1572. annum agens 78. tumulatus iacet in eccleſia ſanctiſſimæ Trinitatis in monte Pincio hac adiecta inſcriptione.

IeſuChriſto ſalutis auctori.
Iulio Gentili Patritio Terdonēſi
Epiſcopo Vvlturariēſi, vtriuſq;
Signaturæ Referendario, Franciſcus Gentilis nepos & hæres
ex teſtamento patruo de ſe benè
merito poſuit. Idem annuū redditum huius Monaſterij fratribus certis conditionibus publicis
documentis in actis Iacobi Gerardi Auditoris Cameræ Notarij
ſub die x. Iulij MDLXXVI.
expreſſis aſſignauit, quò commodius per eos bis in hebdomada, ſecunda, & quarta feria, & quotannis die nona Ianuarij anniuerſarium vſitato Eccleſiæ more pro ipſius Epiſcopi anima perpetuò celebraretur.
Obijt annum agens ſeptuageſimum octauum, nona Ianuarij
MDLXXII.

26 SIMON Maiolus Aſtenſis, vir vaſti ingenij, ac portentoſæ memoriæ, omniumque ſcientiarum genere ſui æui longè clariſſimus die 16. Iunij 1572. creatus eſt Epiſcopus Vvlturariæ, ac Montis-Corbini, in qua dignitate eximia fama virturum vixit ann. 25. ac ſenio, laboribuſque feſſus, onus liberè dimiſit an. 1597. ſcripſit, ediditque plura, inter quæ celebris eſt liber, qui Dies Caniculares inſcribitur, Tractatus

A de irregularitate, Vitas ſummorum Pontificum ſcripſit, ſed non publici lucis fecit. Extant M. S. apud Sereniſſimum Sabaudiæ Ducem, alterum edidit librum in defenſionem ſacrarum Imaginum.

27 LEONARDVS Rouellus Neapolitanus electus die 10. Nouembris 1597.

28 FABRITIVS obijt anno 1607.


29 IVLIVS Tertius Lana nobilis Brixienſis ex archipresbytero & Vicario eccleſiæ Brixienſis ſucceſſit die 18. Decembris 1607. exceſſit anno 1609. in ſua Cathedrali humatus, de quo Octauius Rubeus in elogijs virorum Illuſtrium Brixienſium.

30 PETRVS de Federicis electus die
B 3. Aug. 1609.

31 BERNARDVS Burattus Romanus ab his eccleſijs tranſlatus ad Sipontinam die 9. Ianuarij 1623.

32 Fr. FRANCISCVS Maria Burattus Romanus, Ord. Præd. ſucceſſit die 10. Maij 1623. ſedit menſes quinque, defunctus Octobri menſe.

C



33 THOMAS Carafa Neapolitanus ſublectus fuit epiſcopus die 20. Nouembris
D 1623. tranſlatus deinde ad Caputaquenſem Eccleſiam anno 1637.

34 BARTHOLOMÆVS Gypſius Beneuentanus ex epiſcopo Bellicaſtrenſi ad has eccleſias tranſlatus 8. Auguſti an. 1637. obijt 1642.

35 Fr. BONAVENTVRA Dauolus Ordinis Eremitarum S. Auguſtini Germanus frater Thomæ epiſcopi Lucerini electus die 13. Februarij 1643. tranſlatus deinceps ad epiſcopatum Nuceriæ Paganorum die 13. Aprilis 1654.

F I N I S.

L A V S D E O.

CHRONICON BENEVENTANI MONASTERII

S.Sophiæ Ordinis S.P.N. Benedicti,

Ab Anonymo Benedictino eiuſdem Monaſterij Monacho ante DC. annos conſcriptum, nunc primum in lucem editum.

Originale habetur in Bibliotheca Vaticana.

De Priuilegiorum auctoritate.

ANACLETVS ſeruus ſeruorum Domini, Omnibus Epiſcopis & reliquis Chriſti fidelibus Sacerdotibus ſalutem. Priuilegia eccleſiarum, & Monaſteriorum iuueterata, & inuiolata quibus decreuimus manere temporibus leges eccleſiæ, Apoſtolica confirmamus auctoritate, & peregrina iudicia ſubmouemus.

LEO Papa, Marciano Auguſto. Priuilegia eccleſiarum, & monaſteriorum ſanctorum Patrum auctoritate inſtituta, nulla poſſunt improbitate conuelli, nulla nouitate mutari. In quo opere, auxiliante Chriſto, fideliter exequendo, neceſſe eſt huius ſanctæ Sedis Poutifices perſeuerent exhibere famulatum. Diſpenſatio enim nobis credita eſt; & ad noſtrum reatum tendit, ſi Patrum Regulæ, nobis conſentientibus, vel negligentibus violentur: priuilegium omnino videtur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate.

In Decretis Gregorij.

GRegorius Romanns eccleſiæ Præſul, Scillitano Epiſcopo. Graue nimis & contra Sacerdotale conſtat eſſe propoſitum, cuiuſquam Monaſterij priuilegia olim indulta confundere.

Item in ijſdem. Gregorius Bonifacio primo Defenſori. Iuſtificationis noſtræ decreta, quæ ſunt priuilegijs, & ordinatione diſpoſita, perpetua ſtabilitate, & ſine aliqua conſtituimus refragatione ſeruari: ſiue quæ ſcripta decreuimus: ſeu quæ in præſentia videntur eſſe diſpoſita; nec à quaque Pontificum ſententia ea qualibet occaſione conuelli decreuimus; vel mutari: Nam nimis eſt aſperum, & præcipuè bonis Sacerdotibus inimicum, niſi quempiam quacunque rationis excuſatione quæ bene ſunt ordinata, reſcindere, & exemplo ſuo docere cæteros, quandoque poſſe conſtituta diſſolui.

Item in ijſdem. Gregorius Carthaginenſi Epiſcopo. De eccleſiaſticis priuilegijs quod in terra Fratrum manus ſcribit, hoc poſtpoſita dubitatione teneatur; quia ſicut noſtra defendimus, ita ſingulis quibuſcunque eccleſijs ſua iura ſeruamus.

Item ex eodem. Valentinianus quoque & Valens decreuerunt, dicentes: vniuerſos quos conſtiterit cuſtodes eccleſiarum eſſe, vel ſanctorum locorum, ac religioſis obſequijs deſeruire, nullis attentationibus moleſtiam ſuſtinere decreuimus.

Item ex eodem. Arcadius nihilominus, & Honorius; Quæcunque à parentibus noſtris diuerſis ſunt inſtituta temporibus, manere inuiolata, atque incorrupta ſacroſanctæ eccleſiæ præcipimus; nihil quod à priuilegijs immutetur, quæ temporibus noſtris addi reuerentiæ cupimus, quam ex his quæ olim præſtita ſunt immutari.

Item. Non tam noua aliqua præſenti ſanctione præcipimus, quam illa quæ olim videntur indulta firmamus: priuilegia quoque quæ olim reuerentia religionis obtinuit, mutilari ſub pœna etiam excommunicationis prohibemus; ita vt hi quoque qui eccleſiæ obtemperant, ipſis beneficijs perfruantur.

Item ex eodem. Si eccleſiæ venerabilis priuilegia cuiuſquam fuerint, vel temeritate inuoluta, vel diſſimulatione neglecta; commiſſum, duodecim librarum auri, ſicut etiam prius conſtitutum eſt, condemnatione plectatur; ipſaq; priuilegia nihilominus obtineat vigore.

Dies XXV. Obijt anno MDLII.VII.Kal. Aprilis.

25 IVLIVS Gentilis Patritius Terdonenſis, vtriuſque ſignat. Referend. à Iulio III. ſublectus eſt Epiſcopus anno 1552. Interfuit Concilio Tridentino, & cum ſediſſet ann. 20. Romæ è viuis exemptus eſt, die 9. Ianuarij 1572. annum agens 78. tumulatus iacet in ecclesia ſanctiſſimæ Trinitatis in monte Pincio hac adiecta inſcriptione.

IeſuChriſto ſalutis auctori.
Iulio Gentili Patritio Terdonēſi
Epiſcopo Vvlturariēſi. vtriuſq;
Signaturæ Referendario, Franciſcus Gentilis nepos & hæres
ex teſtamento patruo de ſe benè
merito poſuit. Idem annuū redditum huius Monaſterij fratribus certis conditionibus publicis
documentis in actis Iacobi Gerardi Auditoris Cameræ Notarij
ſub die x. Iulij MDLXXVI.
expreſſis aſſignauit, quò commodiu per eos bis in hebdomada, ſecunda, & quarta feria, & quotannis die nona Ianuarij anniuerſarium vſitato Eccleſiæ more pro ipſius Epiſcopi anima perpetuò celebraretur.
Obijt annum agens ſeptuageſimum octauum, nona Ianuarij MDLXXII.

26 SIMON Maiolus Aſtenſis, vir vaſti ingenij, ac portentoſæ memoriæ, omniumque ſcientiarum genere ſui æui longè clariſſimus die 16. Iunij 1572. creatus eſt Epiſcopus Vvlturariæ, ac Montis-Corbini, in qua dignitate eximia fama virtutum vixit ann. 25. ac ſenio, laboribuſque feſſus, onus liberè dimiſit an. 1597. ſcripſit, edidirque plura, inter quæ celebris eſt liber, qui Dies Caniculares inſcribitur, Tractatus

A de irregularitate, Vitas ſummorum Pontificum ſcripſit, ſed non publici iuris fecit: Extant M. S. apud Sereniſſimum Sabaudiæ Ducem, alterum edidit librum in defenſionem ſacratum Imaginum.

27 LEONARDVS Rouellus Neapolitanus electus die 10. Nouembris 1597.

28 FABRITIVS obijt anno 1607.


29 IVLIVS Tertius Lana nobilis Brixienſis ex archipresbytero & Vicario eccleſiæ Brixienſis ſucceſſit die 18. Decembris 1607. exceſſit anno 1609. in ſua Cathedrali humatus, de quo Octauius Rubeus in elogijs virorum Illuſtrium Brixienſium.

30 PETRVS de Federiels electus die
B 3. Aug. 1609.

31 BERNARDVS Burattus Romanus ab his eccleſijs tranſlatus ad Sipontinam die 9. Ianuarij 1623.

32 Fr. FRANCISCVS Maria Burattus Romanus, Ord. Præd. ſucceſſit die 10. Maij 1623. ſedit menſes quinque, defunctus Octobri menſe.

C



33 THOMAS Carafa Neapolitanus ſublectus fuit epiſcopus die 10. Nouembris
D 1623. tranſlatus deinde ad Caputaquenſem Eccleſiam anno 1637.

34 BARTHOLOMÆVS Gypſius Beneuentanus ex epiſcopo Bellicaſtrenſi ad has eccleſias tranſlatus 8. Auguſti an. 1637. obijt 1642.

35 Fr. BONAVENTVRA Dauolus Ordinis Eremitarum S. Auguſtini Germanus frater Thomæ epiſcopi Lucerini electus die 13. Februarij 1643. tranſlatus deinceps ad epiſcopatum Nuceriæ Paganorum die 13. Aprilis 1654.

FINIS.

LAVS DEO.

CHRO-

CHRONICON
BENEVENTANI MONASTERII
S.Sophiæ Ordinis S.P.N. Benedicti,

Ab Anonymo Benedictino eiuſdem Monaſterij Monacho ante DC. annos conſcriptum, nunc primum in lucem editum.

Originale habetur in Bibliotheca Vaticana.

De Priuilegiorum auctoritate.

ANACLETVS ſeruus ſeruorum Domini, Omnibus Epiſcopis & reliquis Chriſti fidelibus Sacerdotibus ſalutem. Priuilegia eccleſiarum, & Monaſteriorum inueterata, & inuiolata quibus decreuimus manere remporibus leges eccleſiæ, Apoſtolica confirmamus auctoritate, & peregrina iudicia ſubmouemus.

LEO Papa, Marciano Augusto. Priuilegia eccleſiarum, & monaſteriorum ſanctorum Patrum auctoritate inſtituta, nulla poſſunt improbitate conuelli, nulla nouitate mutari. In quo opere, auxiliante Chriſto, fideliter exequendo, neceſſe eſt huius ſanctæ Sedis Pontifices perſeuerent exhibere famulatum. Diſpenſatio enim nobis credita eſt; & ad noſtrum reatum tendit, ſi Patrum Regulæ, nobis conſentientibus, vel negligentibus violentur: priuilegium omnino videtur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate.

In Decretis Gregorij.

GRegorius Romanus eccleſiæ Præſul, Scillitano Epiſcopo. Graue nimis & contra Sacerdotale conſtat eſſe propoſitum, cuiuſquam Monaſterij priuilegia olim indulta confundere.

Item in iiſdem. Gregorius Bonifacio primo Defenſori. Iuſtificationis noſtræ decreta, quæ ſunt priuilegijs, & ordinatione diſpoſita, perpetua ſtabilitate, & ſine aliqua conſtituimus refragatione ſeruari: ſiue quæ ſcripta decreuimus: ſeu quæ in præſentia videntur eſſe diſpoſita; nec à quaque Pontificum ſententia ea qualibet occaſione

A conuelli decreuimus; vel mutari: Nam nimis eſt aſperum, & præcipuè bonis Sacerdotibus inimicum, niſi quempiam quacunque rationis excuſatione quæ bene ſunt ordinata, reſcindere, & exemplo ſuo docere cæteros, quandoque poſſe conſtituta diſſolui.

Item in iiſdem. Gregorius Carthaginenſi Epiſcopo. De eccleſiaſticis priuilegijs quod in terra Fratrum manus ſcribit, hoc poſtpoſita dubitatione teneatur; quia ſicut noſtra defendimus, ita ſingulis quibuſcunque eccleſijs ſua iura ſeruamus.

Item ex eodem. Valentinianus quoque & Valens decreuerunt, dicentes: vniuer-
B ſos quos conſtiterit cuſtodes eccleſiarum eſſe, vel ſanctorum locorum, ac religioſis obſequijs deſeruire, nullis attentationibus moleſtiam ſuſtinere decreuimus.

Item ex eodem. Arcadius nihilominus, & Honorius; Quæcunque à parentibus noſtris diuerſis ſunt inſtitura temporibus, manere inuiolata, atque incorrupta ſacroſanctæ eccleſiæ præcipimus; nihil quod à priuilegijs immutetur, quæ temporibus noſtris addi reuerentiæ cupimus, quam ex his quæ olim præſtita ſunt immutari.

Item. Non tam noua aliqua præſenti ſanctione præcipimus, quam illa quæ olim videntur indulta firmamus: priuilegia quoque quæ olim reuerentia religionis obtinuit, mutilari ſub pœna etiam excommunicationis prohibemus; ita vt hi quoque qui eccleſiæ obtemperant, ipſis beneficijs
C perfruantur.

Item ex eodem. Si eccleſiæ venerabilis priuilegia cuiuſquam fuerint, vel temeritate inuoluta, vel diſſimulatione neglecta; ſi commiſſum, duodecim librarum auri, ſicut etiam prius conſtitutum eſt, condemnatione plectatur; ipſaq; priuilegia nihilominus obtineat vigore.

Vt nullus Decreta Sedis Apoſtolicæ temerare præſumat, quia hoc ad potentiſſimum Sacerdotem proprie corrigendum pertinet.

Hilarius Papa. Nulli fas ſit, cuiuſcunque ſtatus ſit, ſine periculo diuinas Conſtitutiones, vel Apoſtolicæ Sedis decreta temerare. Siquidem reatu maiori delinquit, qui potiori honore fruitur; & grauiora facit vitia peccatorum, ſublimitas dignitatum.

Vt nulli fas ſit attentare Diuina, & Apoſtolicæ Sedis ſtatuta.

Quoniam religioſus ſancto Spiritu congregante Conuentus hortatur, vt quædam, quæ pro diſciplina eccleſiaſtica neceſſaria ſunt, cura diligentiori tractemus, ſi placet, fratres, ea quæ ad ordinationum tenorem, pertinent, iuxta Diuinæ legis practicam, & Nicænorum Canonum ſtatuta, ita iuuante Domino cum ſoluemus

Vt nulli fas ſit ſine periculo vel diuinas Conſtitutiones, vel Apoſtolicæ Sedis Decreta temerare.

Vt Conſtantinopolitana ciuitas ſua habeat priuilegia, & habeat talcſtia.

LEO Papa ad Chriſtianum, & vere religioſum, verèque Orthodoxum Principem loquitur; Multum Anatholius Epiſcopus proprio merito, ſollicito creſcere optat augmento. Habeat ſicut optamus Conſtãtinopolitana ciuitas gloriam ſuam, & protegente Domini Dei dextera diuturno clementer fruatur imperio: alia tamen ratio eſt rerum ſæcularium, alia Diuinarum, nec petat illam petram quam Dominus in fundamento poſuit; ſtabilis erit illa conſtructio. Propria perdit qui indebita concupiſcit. Satis prædicto ſit, quod noſtræ pietatis auxilio, & mei fauoris aſſenſu optatũ tantæ vrbis obtinuit Epiſcopatum. Non indignetur regia ciuitas, quæ apoſtolicam non poteſt facere ſedem, nec vlla omnino ſpes quod poſſit per aliorum offenſiones augeri. Priuilegia enim eccleſiarum ſanctarum, Cœnobia inſtituta, & venerabilibus fixa decretis nulla poſſunt improbitate conuelli nulla nouitate mutari; in quo opere, auxiliante Chriſto, fidem hanc exequendo, neceſſe eſt me perſeuerantem exhibere famulatum; quoniam diſpenſatio mihi credita eſt.

✠

A

Vt priuilegia triginta annis poſſeſſa, à nullo ſaeculari ſubleuata videantur.

Priuilegia huic ſanctæ Synodo, ac magnæ vt res, vel priuilegia, quæ de longa conſuetudine proueniunt, & ſiue à Diuinæ recordationis Imperatoribus, ſiue alijs Domini cultoribus in ſcriptis donata, & ab ijs annos 30. poſſeſſa ſunt, nequaquam à poteſtate Præſulum earum, quæcunque perſona ſæcularis per poteſtatem ſubtrahat, aut per argumenta quæ habet auferat; ſed ſint omnia in poteſtate, ac vſu Præſulis eccleſiæ, quæcunq; infra triginta annorum ſpatium

B ab eccleſijs poſſeſſa fuiſſe noſcuntur. Quiſquis ergo ſæcularium contra præſentem diffinitionem egerit, tanquam ſacrilegus iudicetur; & donec ſe correxerit, & eccleſiæ propria priuilegia, ſeu res reſtituantur, anathema ſit.

Vt conſtituta Sedis Apoſtolicæ, & ſanctorum Patrum irrefragabilitatem ſeruent.

DAmaſus Epiſcopus Stephano Archiepiſcopo. Omnia decreta cunctorum prædeceſſorum noſtrorum conſtituta, quæ de eccleſiaſticis Ordinibus, & Canonum

C promulgata ſunt deſcriptis, ita ab omnibus Epiſcopis, cunctiſque generaliter Sacerdotibus cuſtodiri debere mandamus, vt ſi qui in illa commiſerint, veniam ſibi deinceps nouerint denegari.

Vt vnicuique Sacerdotum ſui iuris limites ſufficiant.

LEO Epiſcopus, Anatholio Epiſcopo. Abijciantur penitus qui diſſenſionem pariunt appetitus. Sufficiant limites, quos ſanctorum Patrum prouidentiſſima decreta poſuerunt, vt quieta ſit ſuis meritis, & antiquis priuilegijs dignitas omnium Sa-

D cerdotum.

Confirmatio Priuilegiorum quæ ſacroſanctis Eccleſijs facta fuerunt.

IMperatores Valerianus, & Marcus* Papa. Priuilegia quæ generalibus conſtitutionibus, vniuerſis ſacroſanctis Eccleſijs orthodoxæ Religionis retro Principes præſtiterunt, firma & illibata in perpetuum decreuimus: omnes ſane pragmaticas ſanctiones, quæ contra Canones eccleſiaſticos inuentæ ſunt, robore ſuo & firmitate ceſſare præcipimus; vt quod humanitatis noſtræ eſt proſpicere egenis, ac dare operam vt pauperibus alimenta non deſint, ſæcularia etiam quæ ſacroſanctis Eccleſijs in diuerſis ſpeciebus hactenus de publico mini-

*Valentinianus.

miniſtrata ſunt, iubemus, nunc quoque ſacro inconcuſſa, & à nullo protſus præſtari imminuta, liberalitatique huic promptiſſime perpetuam tribuimus firmitatem.

Vt priuilegia Catholicis facta, non proſint hæreticis.

Imperator Conſtantinus Auguſtus ad Gracilianum. Priuilegia quę contemplatione religionis indulta ſunt, Catholicæ tantum legis obſeruatoribus prodeſſe oportet: hæreticos non ſolum his priuilegijs alienos eſſe volumus, ſed etiam aduerſis muneribus conſtringi & ſubijci.

Item confirmatio priuilegiorum, quæ locis venerabilibus facta eſt.

Imperator Leo, Andioſcoro Papæ. Omnia priuilegia quæ à Principibus & noſtra Serenitate, vel iuridicis diſpoſitionibus, aut liberalitatibus, pro ſingulis quibuſque temporibus, vel conſtitutione, ſiue contra ius mercatorum, ſiue in alijs quibuſlibet rebus præſtita ſunt, orphanotrophio, ſiue aſceterijs eccleſijs aut parochijs, ſeu xenodochijs aut Monaſterijs, atque cæteris hominibus etiam ac rebus iuris eorum ad curam Niconis viri religioſiſſimi Presbyteri, & orphanotrophij, vel ad eos qui poſt eum loco eius ſucceſſerint pertinentibus, ad ſimilitudinem beatiſſimæ memoriæ dicit, per hanc pragmaticam ſanctionem firma illibataque in perpetuum cuſtodiri decernimus. Valde enim hoc videtur eſſe neceſſarium, cum exinde ſuſtentatio, vel educatio orphanis, atque egenis, & vſibus eccleſiaſticis, ac parochijs, vel aſceterijs comparceant.

De Monachorum, Monaſteriorumque libertate.

Gregorius Epiſcopus, Epiſcopis omnibus. Quam ſit neceſſarium Monaſteriorum, Monachorumque quieti proſpicere, & de eorum perpetua ſecuritate tractare, anteactum nos officium, quod in regimine Cœnobij exhibuimus, informat ea. Quia in plurimis Monaſterijs, multa à Præſulibus præiudicia, atque grauamina Monachos pertuliſſe coguoſcimus, oportet vt noſtræ fraternitatis prouiſio de futura quiete eorum ſalubri diſponat ordinatione quatenus conuerſantes in illis in Domini ſeruitio, gratia ipſius ſuffragante, mente libera perſeuerent. Sed ne ex ea quæ magis emendata eſt conſuetudine, quiſquam quicquam Monachis moleſtiæ præſumat inferre, neceſſe eſt vt eos ſubmoueamus, ita ſtudio fraternitatis Epiſcoporum debeant cuſtodiri, vt eccleſijs non poſſit vlterius inferen⁄dæ inquietudinis occaſio reperiri.

Item in iiſdem. Interdicimus igitur in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, & auctoritate Beati Petri Apoſtolorum Principis, cuius vice huic Romanæ Eccleſiæ præſidemus, vt nullus Epiſcoporum, aut ſæcularium vltra præſumat de redditibus, rebus, vel chartis Monaſteriorum, vel de cellis, vel villis quæ ad ea pertinent, quocunque modo ſeu qualibet occaſione, minuere, vel dolos, vel immiſſiones aliquas facere; ſed ſi qua cauſa forte inter aram venientem ad partem ſuarum eccleſiarum, & monaſteriorũ euenerit, & pacifice non potuerit ordinari, apud eccleſiaſticos Abbates, & alios Patres timentes Dominum, ſine volũtaria dilatatione, medijs ſacroſanctis Euangelijs finiatur. Defuncto vero Abbate, cuiuſque Congregationis, non extraneus eligatur, niſi de eadem Congregatione, quem ſibi propria voluntate concors fratrum ſocietas elegerit, vt qui eccleſiaſticus fuerit, ſine dolo, vel venalitate aliqua ordinetur. Quod ſi aptam inter ſe perſonam inuenire nequeant, de alijs Monaſterijs ſibi eandem eligent ordinandam; neque conſtitutæ huic in Abbatem perſonæ quæcunque alia qualibet occaſione præponatur; niſi forte obſtantibus, quod abſit, criminibus, quæ ſacri Canones punire monſtrantur. Dein quoque attendendum eſt, vt inuito Abbate, ad ordinanda alia monaſteria, aut ad Ordines ſacros, vel Clericatus officium tolli exinde ex Monaſterijs non debeant.

Item in iiſdem. Reſcriptiones quoque rerum & chartarum Monaſterij ab Epiſcopo eccleſiaſticas fieri omnino denegamus. Sed quando res exigit, Abbas loci cum alijs Fratribus cauſas rerum inuentarum faciat, & eorum conſilio ſiue iudicio firmet. Abeuntibus quoque Abbatibus, Epiſcopis in deſcribendis, prouidendiſue rebus Monaſterij, acquiſitiſque, vel datis, acquirendis, vt nullatenus ſe permiſceant. Miſſas quoque publicas ab eo in Cœnobio fieri omni modo prohibemus, ne in ſeruorum Domini receſſibus, & eorum receptaculis vlla popularis præbeat occaſio, conuentus, nec mulierum introitus; quia omnino non expedit animabus eorum; nec audeat ibi Cathedram collocare, vel quamlibet poteſtatem habere imperandi, nec aliquam impreſſionem, quamuis leuiſſimam faciendi, niſi ab Abbate loci fuerit rogatus; quatenus Monachi ſemper maneant in Abbatum ſuorum poteſtate; nulluſque Monachum ſine teſtimonio, vel conceſſione Abbatis in eccleſia aliqua teneat, vel ad alium promouendum honorem. Hanc ergo ſcriptorum noſtrorum paginam in futuro tempore ab omnibus Epiſcopis firmam ſtatuimus, illibatamque ſeruari; vt & ſuæ eccleſiæ, iuuante Domino, tantummodo ſint iure

iure contenti, & Monaſteria eccleſiaſticis conditionibus, ſeu angarijs, vel quibuſlibet obſequijs ſecularibus, nullo modo ſubiaceant, nullis Canonicis iuribus deſeruiant, ſed remotis vexationibus, ac cunctis grauaminibus, Diuinum opus cum ſumma animi deuotione perficiant. Vniuerſi Epiſcopi reſponderũt: libertati Monachorum congaudemus, & quæ nunc Deus ſtatuit, beatitudine noſtra firmamus.

Ego Gregorius Epiſcopus Catholicæ, atque Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ, huic conſtituto à nobis, atque promulgato ſubſcripſi.

Ego Agnellus Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Ferentinenſis, huic conſtituto à nobis promulgato ſubſcripſi.

Ego Ioannes Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Bellianenſis, huic conſtituto à nobis promulgato ſubſcripſi.

Et cæteri Epiſcopi numero viginti, Presbyteri numero quatuordecim, & Diaconi numero quatuor die nonis Aprilis Ind. 4.

Duces, & Principes Longobardorum qui Beneuenti præfuere.

1 *Zotto primus Dux Beneuenti præfuit annis viginti.*
2 *Arichis ſedit ann. 50.*
3 *Aiouitius ſedit ann.* [illegible] *menſibus 5.*
4 *Radoaldus, ſedit annis* [illegible] *quinque.*
5 *Grimoaldus frater eius ſedit annos 25.*
6 *Romoaldus filius, qui ſedit an. 16.*
7 *Aian Grimoaldi filius, qui ſedit an. 3.*
8 *Giſulphus frater, qui ſedit an. 17.*
9 *Romualdus filius, qui ſedit an. 27.*
10 *Adelays, ſedit ann. 2.*
11 *Gregorius, ſedit ann. 7.*
12 *Godſchalchius, ſedit ann. 4.*
13 *Giſolphus filius Romualdi, ſedit ann. 17. dies 10.*
14 *Luitprandus filius Luitprandi Regis, ſedit ann. 8. menſ. 2.*
15 *Arechis Dux & primus Princeps, ſedit annis 30.*
16 *Grimoaldus filius, qui ſedit annis 19. menſ. 6.*
17 *Alexander, ſedit ann. 12. menſ. 1.*
18 *Sico, ſedit ann. 15. menſ. 2.*
19 *Sicardus, ſedit ann. 6. menſ. 10.*
20 *Radelchis, ſedit ann. 1*[illegible] *menſ. 10.*
21 *Radelcharius filius, qui ſedit ann. 4.*
22 *Radelchis frater, qui ſedit ann. 8.*
23 *Syder ſius filius Radel*[illegible]*ri ſedit an. 5.*
24 *Aian Radelchi iunior filius, ſedit annis 3.*
25 *Aio frater, qui ſedit ann. 6.*
26 *Vrſus filius, qui puer decennis fuit, ſedit an. 1. menſ. 6.*

Cuius temporibus Simbaticus Strategos cum valida manu Græcorum venit, & bellum intulit eis annis tribus, menſibus nouem.

Hoc tempore completi ſunt anni 400. & menſes 4. à Zotto primo Duce Beneuenti. Poſt hoc Guido Marchenſis intrauit in Regnum, ſedit anno 1. menſ. 8. dieb. 3. Radelphis iunior iterum ſedit ann. 2. menſ. 6. Deinde Atenolphus ex Capuano Caſtello iam Comes cum filio Iandulpho, & etiam deinceps multas peregrinationes fecit. Atendolphus regnauit ann. 2. & cum Iandulpho filio ſuo regnauit ann. 10. menſ. 6. & facti ſunt inimici Regis iſtius Atenolphi. Poſtea iſte Iandolphus cum Atenolpho fratre ſuo, & cum Atenolpho & Iandolpho filijs ſuis, regnauerunt ann. 26. Et poſtea iſte Iandolphus regnauit ann. 4. & cum Pandulpho filio ſuo regnauit an. [illegible] & [illegible]. Et poſt [illegible]tum Iandolphi patris ſui, regnauit iſte Pandolphus cum Iandolpho fratre ſuo an. 7. menſ. 6. Et poſt mortem filij ſui, regnauit cum Iandolpho filio ſuo an. 12. Et poſtea iſte Iandolphus quartus poſt mortem Pandulphi patris ſui regnauit menſes 6 [illegible] itq; eiect[illegible]s de ſede ſua. Et Pandolphus [illegible] tem Dom. Pandolphi iterum deiecit, & fecit Regem filium ſuum Tandolphum, qui regnauit ann. 2. menſ. 8. Et fecit Principem Pandolphum nepotem ſuum, filium Domini Tandolphi, & regnauerunt iſti ann. 3. & eiectus eſt de Beneuento, & mortuus eſt de menſe Auguſto, & facti ſunt omnes ante Regnum Dom. Iandolphi . . 38. menſes 8. Et poſt mortem Dom. Pandulphi, Regnum tenuit Tandolphus filius, qui cum Pandolpho filio ſuo ann. 23. menſ. 9. rexit, & mortuus eſt idem Tandolphus menſe Septembri. Sunt autem anni principatus 40. & 6. menſes. Poſtmodum cum reuerteretur in Beneuentum, regnauit Dominus Pandolphus ann. 14. & factus eſt Monachus in hoc Monaſterio ſanctæ Sophiæ menſe Martio, in feſtiuitate ſancti Benedicti, & vixit ann. 44. Tandolphus filius, qui regnauit annis [illegible] menſ. [illegible] menſe Nouembri obiit in die prima anni Dom. 1077. Adolphus filius, qui veniente patre ſuo ab eo de[illegible]ſt menſe Auguſto in die 8. anni Domini 1056. regnauit cum [illegible] 3. menſ. 7. & poſt mortem filij [illegible] regnauit cũ genitore ſuo an. 17. menſ. 5. [illegible]ebus 7. occiſus eſt cum alijs à Normannis ad montem Serlium 7. die intrante menſe Februario, anno Domini 1073. in die 12. Poſt cuius obitum ſuperuixit, & regnauit genitor eius ſolus annis 3. menſibus 11. qui vixerant ſimul annis 39. menſ. 4. Eorum principum temporibus venit Domini* Gregorij Papæ Veientani. Obijt anno Domini 1073. intrante menſe Auguſto, primo anno pontificatus ſui, in die 11. ſuæ conſecrationis: poſt eius aduentũ ſuperuixit idem Pandolphus

* Dominum.

Prin-

A Princeps menſes 6. & dies totidem. Poſt eius obitum vixit pater eius annis 6. menſ. 4. Quo moriente menſ. Nouembri, factus Dux Robertus Beneuatus, qui etiam expulſus eſt cum omnibus ſuis aulicis ob[illegible] iuxta mare, menſe Iulio 8. die. Poſt eum Regnum deficere incœpit. Et principatu ſu[illegible] ann. 77. à primo Arenolpho vſque ad nouiſſimum ſextum Pandolphum. A Zorone primo Duce Beneuenti, vſque a[d] annum decimum quintum Siconis, fuerunt ann 17. & vſq; ad primum annum Rad[e]lchis princeps regnauit 8. ann. [illegible] menſ. 4. temporibus Imperij Tiberij, qui impe[rauit] ann. 6. Giſolphus [illegible] Dux Beneuen[ti], qui deuaſtauit Capuam, qui præfuit Sam[n]ibus ann. 17. Ab illo Giſol-B pho vſq; ad alium Giſolphum iuniorem ſunt anni 9. Ab [i]llo Giſulpho iuniore vſque ad [illegible] annum Si[c]onis prin[illegible], ſunt ann. 76. Ab eo Benedicato vſq; ad Gregorium Papam ſunt ann. 78. & à Gregorio Papa, vſq; ad Giſolphum qui deuaſtauit Capuam, ſunt ann. 73. & ab eo Benedicato vſque ad Giſolphum iuniorem ſ[unt] anni 2. Ab eo autem Benedicato vſque ad decimum quartum annum Siconis Prin[ci]pis ſunt ann. 407.

In nomine Domini noſtri C Ieſu Chriſti.

Dominus Arichis pijſſimus atque excellentiſſimus Princeps gentis Lo[ng]ob[a]rdorum, diuina præmonitus manu, offero E[c]cleſiæ S. Sophiæ, quam à fundamentis [illegible], pro redemptione gentis noſtræ, & pat[ri]æ libertate integra.

Tractatus Ari[c]h[is] de mortuorum, ſiue viuorum o[b]l[a]tione

IN nomine Domi[n]i Dei Saluato[ri]s noſtri Ieſu Chriſti; Dominus Arichis pijſſimus a[t]que excelle[nt]iſſimus Princeps gentis Lon[go]bard[or]um, diuina præmonitus D manu, offero Eccleſiæ ſanctæ Sophiæ quam à fundamentis ædificaui, pro redemptione æternæ vitæ, ſeu pro ſaluatione gentis noſtræ, & patriæ, oblationes omnes, tam viuorum quam etiam mortuorum, quæ in eodem Monaſterio à quocunq; hominum genere datæ, ſeu oblatæ fuerunt, ſeu homines illos quicunq; res ſuas fideliter Monaſterio offerunt, hæc omnia monaſterio ſanctæ Sophiæ conceſſimus poſſidenda. Quod præceptum oblationis ex iuſſione & dictatu noſtræ poteſtatis ſcripſi ego Evvaldus Notarius.

Actum Beneuenti in feliciſſimo Palatio, in anno decimo ſeptimo menſe Nouembri, pro Indictione 13. feliciter.

De ſancta Maria in Cumaño.

In nomine Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Dominus Arichis pijſſimus atque excellentiſſimus Princeps gentis Longobardorum. Diuina præmonitus manu, concedo in Eccleſia ſanctæ Sophiæ, quam à fundamentis ædificaui, pro redemptione animæ noſtræ, ſeu pro ſaluatione gentis noſtræ & pat[riæ] [ex]cellentiſſimæ, eccleſiam s. Mariæ, quæ ſita eſt in ipſo dominio Cumano noſtro, quæ nominatur de Al[b]utio in finibus Iamenſis, vbi Cumanũ dicitur, * cum terra illic in ipſam eccleſiam, in longitudine trium milliarium, & in latitudine duorũ milliarium. Hæc omnia s. Sophiæ Monaſterio conceſſimus poſſidenda. Quod vero præceptum ex oblatione, & iuſſione dictatus noſtræ poteſtatis, ſcripſi ego Evvaldus Notarius. *Actum Beneuenti in feliciſſimo Palatio. Anno 17. menſe Nouembri per Indictionem 13. feliciter.*

Incipit titulus in libro Præceptorum.

In nomine S. Sophiæ, anno Incarnationis Domini noſtri Ieſu Chriſti, milleſimo centeſimo decimo nono. Equidem Domnus* *Dom[illegible]
tam Principum quam Imperatorum, Pontificumq; Romanorum, necnon Beneuentanorum, aliorumq; probatiſſimorũ virorum exemplar præceptorum, hoc in libello generaliter ſtudium fuit annotare, quatenus ſiquid rerum tam poſſeſſarum, quàm conceſſarum quidem Eccleſiæ, ſiue in inſtanti, ſiue in præterito, ſiue in futuro tempore per ſupradictarum perſonarum præcepta, quæſtiones oriantur, facile in primis ad hũc libellũ quaſi generaliter recurratur; deinde per ſingulum, quod quæritur, præceptum, ſine labore atq; ambiguitate, titulo quidem inſpecto, & libelli diuiſione conſiderata, ſpecialiter perueniatur; quod ex præcepto, auctoritate ſumpta inuiolabili, ſupradictæ quæſtioni ſatisfieri valeat. Quocirca & in diuiſiones libellum ſecari, & titulum vnicuiq; præcepto placuit aſcribi.

Incipiuntur capita primæ partis

Arrichis, de Eccleſia S. Benedicti, loco qui vocatur Xenodochiũ, & quod poſitum eſt iuxta ſanctæ Sophiæ Monaſterium; & quod ibi debeat eſſe porta ad hoſpites ſuſcipiendos; & de eccleſia ſancti Modeſti, quam Leonardus ædificauit; & de eccleſia ſanctæ Mariæ foris portam Summam, quæ ſita eſt intra duas vias, & de portarico ex lignis per ſingulas portas huius ciuitatis, & de quercu ex mercatu ſancti Valentini, & de portis alarum ex Beneuentano Palatio, & de aureis ſolidis ducentis ex eodem ſacro Palatio annualiter, & intus porta Summa

ma cum aqua & fiſtula ſicut Monaſterio S.Sophiæ, & de diuerſis pleriſque alijs eccleſijs ac ſubſtantijs.

1 *Arichis, in Eccleſia ſancti Mercurij, intra modiorum quingentorum.*
2 *Arichis, de Eccleſia ſanctæ Mariæ, loco quidem amœno.*
3 *Arichis, de Eccleſia S.Gregorij, quam feliciter à fundamentis ædificauit.*
4 *Arichis de piſcatione in mari Sipontino, & condomis ad ſalem faciendum.*
5 *Arichis de Eccleſia ſancti Petri.*
6 *Arichis de Eccleſia ſancti Nicandri, & S Felicis in agro Sipontino.*
7 *Arichis de Eccleſia ſancti Stephani inſtaurata.*
8 *Arichis de* Corue in monte Virginali.*
*Cme. 9 *Arichis de Corue in campo Senarum.*
10 *Arichis de caſis in ſalibus ad ſalem laborandum.*
11 *Arichis de Condomis in Soſie, loco quidem bono.*
12 *Arichis de Caſale in Iuteriola.*
13 *Arichis de rebus impartitis atque communicatis.*
14 *Arichis de Cōdomis in ſeptimo loco poſitis.*
15 *Arichis de ſubſtantia vana & graui.*
16 *Arichis de ſubſtantia Euphemiæ monialis.*
17 *Arichis de caſa in Papiana ſuper Aranā.*
18 *Arichis de corue infima ad monumentū*
19 *Arichis de rebus & ſeruis ad aquam ſanctam.*
20 *Alphanus Arichi Epiſcopo de ſancto Martino.*
21 *Romualdus de Caſale decima quinta.*
22 *Ciſolphus de ſancto Benedicto ad Xenodochium*
23 *Ciſolphus de condomi in Capuano de actione in Conſin*
24 *Ciſolphus de Eccleſia ſancti Lazarii in valle Conſina.*
25 *Sico de porticu in Vrbe magnifica.*
26 *Sicardus Arichus de loco Peruſiano.*
27 *Sicardus de flumine longo piſcatorum*
28 *Sicardus de piſcatione in mari Sipontino.*
29 *Radelchis de rebus in Collina, & in Venticano.*
30 *Radelchis de rebus in Collina & defenſis Monaſterij.*
31 *Radelchis de ſubſtantijs, & ſeruis infirmis.*
32 *Radelchis de loco qui eſt ad fluuium Calnium*
33 *Radelchis de terra quæ dicitur Bubata.*
34 *Radelchis de terra quæ dicitur bubata.*
35 *Radelchis de turre iuxta portam ſummā.*
36 *Radelchis de penſione ſeruorum in finibus campi.*
37 *Pādolphus de terris in finibus La ienſis.*
38 *Pandolphus & Tandolphus de ſcriptis in loco Ianio*
39 *Pandolphus & Tandolphus, de libris Monaſteriorum.*
40 *Pandolphus & Atenolphus de ſeruis Monaſteriorum, qui duxerunt liberas fœminas.*
41 *Pandolphus & Tandolphus, de territorijs & fundamentis iuxta Arichis Monaſterium.*
42 *Pandolphus de fundamentis quæ ad legem pertinent.*
43 *Pandolphus & Tandolphus de area iuxta Eccleſiam S.Sophiæ Virginis.*
44 *Tandolphus & Pandolphus de omnibus rebus & fundamentis iuxta Monaſterium & fluuium Sabbatbi & Caloris*

In nomine Domini Saluatoris Ieſu Chriſti.

REgina diues opum ... pulchris inſtructa gazis excreſcere cœpit, dum diuerſa gemmarum metallorumque genera redundarent, & alia multa: quicquid ferè Indus, quicquid à ſe vana Creta, & mollis mittit Arabs, mandatque nigræ pellis Æthiops, & veſtiunt Seres, huc mentis oux inuentio huc illucque aduſque mūdi originem finemque duxit, conſiderans, quid fuere præterita quidue, ſint præſentia quidue erunt futura, omnia ſub ſola phyſica coniectura vanitatem ratus ſum; quorum eſſentia, ortus, ... tatio, labor, & mors. Ni ergo rerum copia prodерit, niſi Deo poſſeſſori oblata. Quingentos priſcorum reminiſcimur annos olim tranſcendiſſe; vix iam ſexagenarium ætatis contingit: Etenim ſi quoſdam ad centum recolimus perueniſſe, æſtuant, vt ſaltem nocte quietem habere queant. Si nouimus alios incolumi dulcedine opibus eſſe potitos, nunc amariſſimam deflent poſſidere egeſtatem. Cuncta quidem prætereunt, deteriora quæque breuiaque ſequuntur: Iam mundus ingemiſcens, egeſtatibus anguſtatus, moribundus diffugit: Saluatoris voce, cælum terraque tranſire dicuntur; præſertim mortales fragiles quorum vita quaſi flos egreditur, ac velut lampas oppoſita vento rapitur. Nil igitur vtilius nilque ſalubrius, niſi futuræ vitæ ſemper meminiſſe, quo omnia pergunt, & anticipantes noſtra Domino offerre, vt in cæleſtibus & æternam vitam, & quietem perpetuam, indeficiētes veras diuitias habere, atque obtinere ſemper valeamus. Sicut idem cæleſtis Magiſter diſcipulos edocens pollicetur: Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra, vbi ærugo & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt, & deuorant; theſaurizate autem vobis theſauros in cælo, & reliqua. Nempe difficillimum eſt, aut grates referre, tantaque pro Deo portare, quanta pro hominibus miſeratus pertulit; cum eſſet Dominus Maieſtatis, Rex Angelorum, cælitus humillima-

ter-

terræ petiuit, ſeruilem dignatus induere formam, ſponte ſe ſe ſceleratę intulit neci, & reſurgens æterni Patris repetiuit gloriam, relinquens exemplaria; vt, inquam, in veſtigij callem, inoffenſo pede, greſſum ponamus. Itaque quia pro me paſſus eſt, equidem ex bonæ volũtatis hilaritate quæcunque infra dicenda ſunt, obtuli, non mea, ſed quæcunque ſunt Dei appetens: multa quidem & innumera mihi donauit perfrui, quibus indignus mereor. Aſt ego qui fragilis equidem creatura ſum, Arichis eximius Princeps, caducæ vitæ caſus percurrens, & perennis immortalitatis opes adipiſci cupiens. Credo equidem nec vana ſpe diuinitus inſpiratus, conſecraui Aulam tuæ S. Sophiæ nomine, qui es vera Domini Sapientia Chriſte; in qua etiam Xenodochium puellarum extruens, obtuli ex tuis donis atque datis. In primis Eccleſiam S. Benedicti, loco qui vocatur Xenodochium quod poſitum eſt iuxta ipſum Monaſteriũ, cum omnibus ſibi pertinentibus. Hoc & ſtatuimus; vt præpoſitus iam dicti S. Sophiæ Monaſterij ibi ſedeat; ibique ſit poſta ad hoſpites ſuſcipiendos. Pro quo & addimus vt decima omnium frugum ibi annualiter ex Monaſterio detur ad ſtipendium peregrinorum. Et ſicut ab antiquis Rectoribus prædicta S. Benedicti eccleſia poſſeſſa fuit, amodo & deinceps S. Sophiæ Monaſterij poteſtati ſubiaceat. Sed & eccleſiam S. Petri principis Apoſtolorum, quæ ædificata eſt in Galo, largiti ſumus in territoriũ Monaſterio ſanctæ Sophiæ, à fine Venatoris per ſerra, vſque in Straſilum inter duo torã; & per Carbonarium de Oſeulo vſque in finem de nouo Frontino; de alia vero parte primam * publicam vſque ad fluuium Calabium; deinde vſque in terminum qui dicitur alatre. Ea conceſſi equidem S. Sophiæ Monaſterio. Porro caſæ numero hæ ſunt. Caſa quæ regitur per Mauriſſionem cum vxore & filijs & omnibus ſibi pertinẽtibus, Caſa quæ regitur per Francoaldum, cum vxore & filijs & omnibus ſibi pertinentibus Caſa quæ regitur per Anſelmum, cum vxore filus & omnibus ſibi pertinentibus, Caſa quæ regitur per Ferrandum cum Germanis & vxoribus & filijs & omnibus eorum: Caſa quæ regitur per Scaleonem cum vxore & filijs ſuis & omnibus ſibi pertinentibus: Caſa quæ regitur per Vimulum cũ vxore & filijs & omnibus ſibi pertinẽtibus. Hi omnes cum mobilibus atque immobilibus, & paſcuis, & omnibus ſibi pertinentibus, qui fuerunt de iudicaria Faroaldi matre patris noſtro. Necnon Eccleſiã ſancti Habundi, quæ ſita eſt in Galo noſtro palinea: noſtra vero poteſtas circa ipſam eccleſiam conceſſit territorium in ſanctæ Sophiæ Monaſterio modiorum ducenta. Necnon & eccleſiã ſancti Mercuri; quæ poſita eſt in Iano noſtro; & de ipſo Iano circa ipſam Eccleſiam largiti ſumus terram modiorum quingenta. Sed & eccleſiam ſanctæ Reparatæ quæ in ipſo Iano poſita eſt, poteſtatem conceſſit in Monaſterio ſanctæ Sophiæ territoria modiorum centum. Necnon & eccleſiam ſancti Magni, quæ ædificata eſt in Ialo noſtro Noceto, & circa ipſam Eccleſiam largiti ſumus in Monaſterio ſanctę Sophiæ terram modiorum centum; quantum presbyter ipſius eccleſiæ, abſque palatij cõceſſione, tenebat. Sed & eccleſiam ſancti Ioannis, quę fundata eſt in Ialo noſtro Caſa polluci; & ab ipſa Eccleſia largiti ſumus in Monaſterium ſanctæ Sophiæ territorium hoc eſt, ab ipſa eccleſia in fluuio Fertore vbi Vacciua flumen ſe coniungit, & de alio latere quantum clauſum habere videtur; & vineas quæ ibidem poſitæ ſunt. Necnon & eccleſiam ſancti Angeli, quam ædificare præcepimus in loco qui dicitur Altiſſimus; & ex ipſo Galo circa ipſam eccleſiam largiti ſumus in Monaſterio ſanctæ Sophiæ territorium, longitudine milliaria duo, latitudine autem vnum; & conceſſimus in nominato Monaſterio ſanctæ Sophię Condonas 4. ex ipſo Gaſtaldato. Necnon & eccleſiam ſancti Martini, quæ poſita eſt in Morolo in noſtro territorio, vbi Maurus presbyter ſedere videtur, cum omnibus ſibi pertinentibus, ſicut ipſe presbyter per ſuam chartam omnem conqueſtum ſuum ſanctæ Sophiæ Monaſterio tradidit; ſimiliter & ſubſtantiã quæ ſub noſtro palatio ſupradicti S. Martini Eccleſiæ tradidit; noſtram vero poteſtatem omnino hic in ſanctæ Sophiæ Monaſterio firmabimus poſſidendam; & conceſſimus nominato ſanctæ Sophiæ Monaſterio ex ipſo Galo Motula territorium milliaria duodecim. Necnon & eccleſiam ſancti Archangeli, quæ ſita eſt in Galo noſtri palatij; & conſtituimus atque conceſsimus ſanctæ Sophiæ in ipſo loco cortes & condomas ſex, cum vxore & filijs ſuis; necnon & ex ipſo Galo territorium milliaria nouem. Sed & eccleſiam ſancti Stephani Protomartyris, quæ poſita eſt in ſtrada, quam Rimus abbas à fundamentis ædificauit, & per ſuam cartulam ipſam eccleſiam cum omnibus ſibi pertinentibus, Monaſterio ſanctæ Sophiæ tradidit; noſtra vero poteſtas omnia in Monaſterio ſanctæ Sophiæ firmauit; & conceſſit ſupradicto ſanctæ Sophię monaſterio de Galo noſtro territoriũ, ſcilicet quod eſt ſupra ſanctum Stephanum vſque in aliã viam publicam, & per longam vſque in ſtrada maiorena, qui vadit in Torrerium; & conceſſimus in nominato Monaſterio Condomum Iſnam in Cauni, id eſt cum vxore & omnibus ſibi pertinentibus. Necnon & Eccleſiam ſancti Angeli & Mariæ, quæ poſita eſt in Galo noſtro Manete; largiti ſumus & in Monaſterio ſanctæ Sophiæ vineas & territoria quæ Presbyter ipſius eccleſiæ ſine Palatij donatione tenebat; & inſuper con-

[*Per viā publicā f.]

A concesſimus in eodem galo paſcuum ad pecualia monaſterij ſanctæ Sophiæ. Sed & ecclesiam ſanctę Mariæ quæ ſita eſt in Aliſa, loco qui dicitur Maſſana cum omnibus ſibi pertinentibus, ſanctæ Sophiæ monaſterio concesſimus poſſidendam. Sed & Eccleſiam ſanctę Modeſtæ, quam Leonianus ædificauit, & per ſuam offertionis chartulam omnes poteſtates ſuas eidem eccleſiæ obtulit, & noſtræ poteſtati prædictam chartulam tradidit vt in noſtro ſemper eſſet iudicandi arbitrio; quam & eccleſiam noſtra poteſtas ſanctę Sophiæ Monaſterio firmauit poſſidendam. Necnon & Eccleſiam ſanctæ Sophiæ, quam Garobin Abbas à fundamentis ædificauit, vbi & omnes facultates ſuas obtulit, & nobis offertionis cartulam tradidit, vt in noſtro eſſet arbitrio iudicandi; noſtra vero poteſtas monaſterio ſanctę Sophiæ cõfirmauit poſſidendum. Sed & Eccleſiam ſancti Stephani, quæ ſita eſt ante ciuitatem Beneuentanam prope s. Paulum, quam Traſoaldus Clericus poſſidere viſus eſt fuit, & ſicut ſortem ſuam ipſe Traſoldus in prædicta Eccleſia obtulit nobis, & quod ad noſtram pertinuit poteſtatem ipſam eccleſiam cum omnibus ſibi pertinentibus Monaſterio ſanctę Sophiæ concesſimus perfruendam. Necnon & eccleſiam s. Gregorij, quam Felicitas ancilla Domini à fundamentis ædificauit, & per ſuam chartulam omnes facultates ſuas eidem Eccleſiæ obtulit; & eo quod ad manus noſtræ poteſtatis pertinuit eandem eccleſiam Monaſterio ſanctæ Sophiæ cum omnibus ſibi pertinentibus confirmauit poſſidendam. Concesſimus etiam monaſterio ſanctæ Sophiæ ſubſtantiam, quæ fuit Craderij filij, quam legibus per culpam ſuam perdidit, & quod contra ſtatum noſtrum conſiliatus eſt, & furatus eſt nobis decem millia ſolidos, de quibus nec vnus comparuit; & pro his duabus perfidis offenſis equidem ſubſtantia ad noſtræ poteſtatis manum peruenit: Itaque dum legibus ad nos peruenit prædicto Monaſterio ſanctæ Sophiæ integrum concesſi poſſidendum, ſeruos & ancillas, vniuerſas cortes, caſas, campos, prata, territoria, ſyluas, agros, mobilia & immobilia, quæque haberet nominatus Gaderius prædictus ſed & ſubſtantiam germani equidem, qui cum ipſo familiariter contra noſtrum animum eſt conſiliatus; & pro alia culpa, quod vxorem ſuam nomine Simpliciam, quæ in medio noſtri Palatij fuit, ſine culpa occidiſſe viſus eſt; vnde pro ipſa culpa debuit componere ſecundum legem ſolidos mille ducentos; & propter tam iniquum conſilium, omnis ſubſtantia legibus ad noſtram deuenit poteſtatem, noſtra vero poteſtas omnino integra, cum ſubſtantiam quantum ipſe Vrſus poſsidere viſus fuit, in Monaſterio ſanctę Sophiæ concesſimus perfruendam. Sed & ſubſtantiam aliquam Domini ancillæ, quæ derelicto Religionis habitu, Tauro filio Raniſoni inlicito ſe tradidit matrimonio; vnde ſecundi m edicti tenorem, omnis ſubſtantia ad noſtram denuo peruenit poteſtatem; noſtra vero poteſtas omnẽ huius Aliperga ſubſtantiam integram, vna cũ ipſa Aliperga monaſterio ſanctæ Sophiæ tradidimus poſsidendam. Sed & Condomæ Impronellæ, hi ſunt filij Aroaldi ſerui noſtri, quos Stephanus ſtratos per præceptum falſum liberauit, & res eorum abſtulit ſed Legibus ſerui, & res eorum ad noſtram poteſtatem deuenerunt. Similiter & in Robbiano condoma vna nomine Vrſi cum vxore & filijs ſuis, quam nominatus Stephanus falſo tenebat, ad noſtram poteſtatem

B peruenit; noſtra vero poteſtas has condomas cum omnibus ſibi pertinẽtibus, Monaſterio ſanctæ Sophiæ donauit poſsidendas. Sed & ſubſtantiam Euphemiæ filiæ Archis, quæ ſe religionis habitu in Monaſterio ſanctæ Sophiæ tradidit, cum omnibus ſuis facultatibus, tam maternam quam paternam omnem ſuam pecuniam, quæ tum illi ex parte ſua à ſororibus contigit, omnem ſuam portionem mobilia & immobilia omnia, & in omnibus integram, in prædicto ſanctæ Sophiæ Monaſterio tradidit; vnde & per hoc conceſsionis præceptum, ex vniuerſis prædictæ Euphemiæ pecunijs ſanctæ Sophię monaſterio integrum conſtituimus & firmauimus.

C Necnon & terram in Apulia ad S. Felicem ad Sruxianum ſuper viam, quam Abbas monaſterij s. Ioannis de porta aurea tenebat contra rationem, quia ad ſeruos noſtros pertinuit; & dum comprobatum fuiſſet, ipſam aram integram recipere iuſſimus; & quia ad noſtram pertinuit poteſtatem, prædicto ſanctæ Sophiæ Monaſterio integram concesſimus poteſtatem poſsidẽdam. Sed & offertionem, quam in ſupradictæ ſanctæ Sophiæ Monaſterio Roderiſius filius Rodichis habitatoris ciuitatis noſtræ, conſentiente noſtra poteſtate, obtulit, ſecundum teſtimonium offertionis, firmauimus perfruendam. Necnon & caſam in Papiano ſuper Trane, quæ fuit de ſeruis pa-

D latij noſtri, quam Ioannes Notarius per præceptum falſum poſsidebat, vnde legibus ad noſtram deuenit poteſtatem. Noſtra quoque poteſtate largiti ſumus in eodem loco caſas ſex, quæ reguntur per Cayderiſium cum vxore & filijs & omnibus ſibi pertinentibus: Caſam quæ regitur per Getoaldum cum vxore & filijs & omnibus ſibi pertinentibus: Caſam quæ regitur per Auſeranum cum vxore & filijs, & omnibus ſibi pertinentibus: Caſam quæ regitur per Pertulum cum vxore & filijs, & omnibus ſibi pertinentibus: Caſam quæ regitur per Caurecaudum cum vxore & filijs, & omnibus ſibi pertinentibus: Caſam quæ regitur per Firmium, ſinguli cum vxore & filijs & omnibus ſibi pertinentibus, quæ frater de iudi-

diciaria canoſina de ſubactione Roderici A
Gaſtaldio noſtro . Sed & ſubſtantiam
Theuſprandi & Ioannis & Faſolp hi no-
ſtram propter furtnm ſolidorum ſex millia
quos nobis furati ſunt , vnde non plus, quã
quatuor millia recollegimus ſolidos , & res
eorum omnes legibus ad noſtram peruene-
runt poteſtatem, noſtra vero poteſtas ipſum
locũ intra s. Sophiæ Monaſterium conceſſit
poſsidendum . Necnon & in Gaſtaldato
Biſernenſi conceſſimus Cortiſanos , hi ſnnt
cum vxoribus ſuis, & omnibus ſibi pertiné-
tibus: ſed & vnam ſororem Iudari . Hos au-
tem cum integra portione eorum ſanctę So-
phiæ Monaſterio conceſsimus poſſidendum.
Item & in eodem Gaſtaldato conceſſimus
Baecarios ; hi ſunt , Grauſo cum vxore & B
filijs ; ſed & nepotes , omniaque eorum
pertinentia: necnon & Sindoné cũ vxore &
filijs ſuis . Sed & Baccus , qui fuit ſeruus
Rimichi, & de germano qui carpentarij no-
ſtri . Sed & cortem ad s.Stephanum inter
flumina, qui fuit Andoali Canuſini, qui no-
bili Perachino omnes res ſuas tradidit ; lo-
cum igitur iſtum ſanctæ Sophiæ conceſsi-
mus poſſidendum . Sed & Eccleſiam ſancti
Adiutorij in ſancta Agatha in finibus lima-
tani s.Sophiæ Monaſterio integram obtulit
noſtra vera poteſtate ſecundum teſtimoniũ
offertionis ſanctę Sophiæ ſemper firmaui-
mus perfruendam . Necnon & ſubſtantiam
Cruarnipeſti , quam & ipſe s. Sophiæ Mo- C
naſterio integram per omnia obtulit ; ideo-
que noſtra poteſtas omnem ſubſtantiam
ſecundum textum offertionis monaſterio
ſanctę Sophiæ confirmauit poſſidendam .
Sed & ſubſtantiam Maionis filij Drabunij ;
qui & ipſe ſimiliter s. Sophiæ Monaſterio
omnes res ſuas obtulit ; noſtra vero pote-
ſtas ſublimata ſubſtantiam ſecundum tex-
tum offertionis in eodem monaſterio ſan-
ctę Sophiæ firmauit poſsidendam. Necnon
caſam & vineam ad ſanctum Valentinum ,
quam Leo Cellararius per chartulam offer-
tionis s.Sophiæ Monaſterio tradidit ; no-
ſtra vero poteſtas , ſecundum textum offer
tionis in eodem Monaſterio firmauit poſſi-
denda . Sed & ſubſtantiam Peregrinæ filiæ D
Theutperti araſpadiam , quam ſecum cum
omnibus rebus ſibi pertinentibus , mobili-
bus & immobilibus in s.Sophiæ Monaſterio
Diuina contemplata manu fideliter obtu-
lit ; noſtra vero poteſtas omnia quæ ad ean-
dem Peregrinæ ſubſtantiam pertinent , ſan-
ctę Sophię monaſterio firmauit poſſidenda.
Necnon in Salerno ad ſanctum Saluatorem
erga ipſum lacum, largiti ſumus territoriũ.
hoc eſt modia quinquaginta . Sed & in
Gnaldo in fine Conſina loco qui vocatur ad
Monumenta cum integris finibus ſuis ſan-
ctę Sophię monaſterio conc[illegible] perfruenda.
Necnon & conceſsi s.Sophię Monaſterio cõ-
domas, nomine Allerilij cum vxore & ger-
manis ſuis, & filijs & filiabus , vel omnia
eorum quę habuit in Catula teneri Gaſtal-

do . Necnon & ſeruos ſeu ancillas, necnon
& vineas & territoria , quantum Manchal-
dus presbyter in Eccleſia s.Petri ad aquam
ſanctam laxare viſus eſt, ad noſtram perti-
nentia poteſtatem ; vnde omnia & in om-
nibus s.Sophiæ monaſterio cõceſsimus poſ-
ſidenda. Sed & eccleſiam ſancti Stephani in
Galo noſtro equidem monaſterio s.Sophię
conceſsimus poſſidendam. Necnon cortem
quam Rimetuſus Abbas ſine pręcepto con-
ceſsionis palatij tenuit , & ad noſtram legi-
bus pertinet poteſtatem : noſtra vero pote-
ſtas omnia in integrum s. Sophię Monaſte-
rio conceſſit poſsidenda . Sed & Eccleſiam
ſancti Marcelli loco qui dicitur Iudilomba-
to qui ad noſtram pertinuit poteſtaté ; no-
ſtra quoque poteſtas omnia in integro pręſ-
dicto Monaſterio s. Sophię conceſsit poſſi-
denda . Sed & ſubſtantiam Thuiarici nota-
rij qui pro multis chartulis fallis eſt condé-
natus , & inſuper extra prouinciam , id eſt
in Neapolim fugatus eſt ; vnde legibus om-
nis ſubſtantia ad noſtram pertinuit poteſta-
tem; quam integram monaſterio s. Sophiæ
conceſſimus poſſidendam. Conceſſimus &
in prædicto s.Sophiæ Monaſterio coruem
quæ videtnr eſſe in campo Senercunis, quam
Atatorij filio comparauit , ſecundum textũ
chartulæ, integram s.Sophiæ monaſterio cõ-
ceſſimus perfruendam. Et inſuper in eodem
monaſterio largiti ſumus in prædicto loco
de Galo noſtro in longitudinem milliaria
tria, in latitudinem vnum ; quæ fuit de ſub-
actione Faroaldi mare . Sed & coruem ad
pontem Pianum , quam comparauimus à
Ioanne filio Vrſi iuxta textum chartulæ, om-
nia in integrum Monaſterio s. Sophiæ con-
ceſſimus poſſidenda ; Necnon omnia quæ
comparauimus ab Ilprando filio Aleriſſi ,
ſeruos & ancillas, caſas & vineas, territoria,
campos & ſyluas, prata , mobilia & immo-
bilia in partibus Lucaniæ ſecundum textũ
chartulæ , integrum monaſterio s. Sophiæ
conceſſimus poſſidendum . Sed & quod cõ-
parauimus in Ponticello caſas cum curtibus
ſuis de Ægypto fluuius quidam qui eſt
inter duas vias, vna via quæ tendit ad S. Va-
lentinum, altera ad s.Marcum per hos fines
de capite finis vſque ad res ſanctę Sophiæ de
fine in ipſo riuo, integrum Monaſterio s.So-
phiæ conceſſimus poſſidendum . Necnon
& Gualdum in monte Virgineo qui perti-
nuit ad Lucerinum cum integro fine ſuo ,
omnia monaſterio s.Sophię donauimus poſ-
ſidenda . Sed & ſubſtantiam Calendini
Cortiſani noſtri , qui habitare viſus fuit in
Vrimano , omnia integrum inſuper , & in
nominato loco qualiter ad noſtræ poteſtatis
manum deuenit, Monaſterio s.Sophiæ con-
ceſſimus perfruenda . Necnon & caſas in-
tra Beneuentanam ciuitatem; ſed & caſales
eius quas Grauſo notarius per ſuę offertio-
nis chartulam, integrum & cum duobus ſer-
uis Pitulo & Mauro cum vxoribus & filijs
ſuis s. Sophiæ monaſterio obtulit noſtra

vero poteſtas, ſecundum textum oſſertionis chartulæ, integrum in prædicto Monaſterio ſanctæ Sophiæ firmauit poſſidendũ. Necnon & in Hiarino caſas de Caballarijs cum caballis, & ſtadarijs: Hæ ſunt, caſa quæ regitur per Vrſum cum vxore, & filijs ſuis, & omnibus ſibi pertinentibus; caſa, quæ regitur per Lupum, & Fuſculum germanos cũ vxoribus, & filijs, & omnibus ſibi pertinentibus; caſa, quæ regitur per Vitoaldum cũ vxore & filijs & omnibus ſibi pertinentibus; caſa quæ regitur per Ioannem cum vxore & filijs & omnibus ſibi pertinentibus; caſa quæ regitur per Iuſtulũ & Gaudioſum germanos, cũ vxore & filijs & omnibus ſibi pertinentibus. ſecũdum qualiter hæc omnia paſcua, clauſoria, ſyluas, vineas, prata, cãpos, mobilia & immobilia, quantũ ipſi ſerui poſſidere viſi ſunt, & ad noſtram poteſtatem pertinuerunt, omnia integrum ſanctæ Sophiæ Monaſterio cõceſſimus poſſidenda: necnon & caſas duas, quæ reguntur cum vxore & filijs ſuis: & oliuetum, ſeu vineas in loco, qui dicitur Seſſa, quæ fuerũt Godefridi Notarij, quæ propter multas chartulas falſas legibus perdidit, & ad noſtram deuenere poteſtatem, noſtra vero poteſtas, omnia & in omnibus, quantũ in ipſo loco habere viſus eſt nominatus Godefridus, Monaſterio ſanctæ Sophiæ donauit poſſidenda. Necnon caſam, quam Rademũdus illicitè tenuit cum nepotibus ſuis, loco qui dicitur Peretola, & legibus ad noſtram pertinuit poteſtatem; quam caſam integram s. Sophiæ Monaſterio cõceſſimus poſſidendam. Sed & eccleſiam s. Laurentij quã Tyroaldus Monachus ædificauit, loco qui dicitur Trenetentum, vbi & ſe, & vxorem ſuam nomine Geſſoara, & filium ſuum nomine Stephanũ Monaſticæ tradidit conuerſationi; poſtea verò eccleſiam, & omnes facultates ſuas, & ſeipſum & vxorem ſuam & filium ſuũ Monaſterio ſanctæ Sophiæ obtulit; noſtra vero poteſtas omnia & in omnibus mobilia & immobilia, ſecundũ textũ offertionis prædictæ ſanctæ Sophiæ monaſterio firmauit poſſidenda. Conceſſi ſanctæ Sophiæ monaſterio poſſidendũ coruem in Lucania loco qui dicitur Quatra, ad condomas duodecim; quę hæc ſunt: caſa quæ regitur per Fuſcum cum vxore & filijs, & omnibus ſibi pertinentibus: caſa quæ regitur per Pelagionem cũ vxore & filijs & omnibus ſibi pertinentibus: caſa quæ regitur per Maurinum cum vxore & filijs, & omnibus ſibi pertinentibus: caſa quæ regitur per Gataulum cum vxore & filijs, & omnibus ſibi pertinentibus: caſa quæ regitur per Formoſum cum vxore & filijs & omnibus ſibi pertinentibus: caſa quæ regitur per Bonitũ cum vxore & filijs & omnibus ſibi pertinẽtibus: caſa quæ regitur per Marcum cum vxore & filijs & omnibus ſibi pertinẽtibus: caſa quæ regitur per Populum cum vxore

A

& filijs & omnibus ſibi pertinentibus: caſa quæ regitur per Brutium cũ vxore & filijs & omnibus ſibi pertinentibus in eodem loco cum integris finibus, monaſterio ſanctæ Sophiæ conceſſimus poſſidenda, quæ fuerunt de ſubactione Gaimedarij noſtri. Sed & coruem in fine cum Conſina loco qui dicitur ad monumentum, & condomam. duodecim caſas quæ regũtur per Vrſum & Lupualdum germanos, cum vxore & filijs, & omnibus ſibi pertinentibus. Caſam quæ regitur per Ancellum cũ vxore & filijs, & omnibus ſibi pertinentibus: caſam quæ regitur per Malonem cum vxore & filijs & omnibus ſibi pertinentibus:

B

caſam quæ regitur per Gaudioſum cum vxore & filijs & omnibus ſibi pertinentibus: caſam quæ regitur per Fuſcum cum vxore & filijs & omnibus ſibi pertinentibus: caſam quæ regitur per Theoſpertum & per Goaldum cũ vxore & filijs & omnibus ſibi pertinentibus: caſam quæ regitur per Caſullum cum vxore & filijs & omnibus ſibi pertinentibus: caſam quæ regitur per Gatulum cum vxore & filijs & omnibus ſibi pertinentibus: caſam quæ regitur per Albinũ cũ vxore & filijs & omnibus ſibi pertinentibus, quæ fuerunt de ſubactione Vrſi Gaſtaldi noſtri. Necnon Coruem in Luceria, loco qui dicitur Aquilone in territorio Cerboli

C

ſerui noſtri; & condomas tres ibidem permanentes: hoc eſt: caſam quæ regitur per Teroaldum cum vxore & filijs & omnibus ſibi pertinentibus: caſam quæ regitur per Ferrandum cum vxore & filijs & omnibus eorum pertinentibus: caſam quæ regitur per Pepinum, cum vxore & filijs & omnibus ſibi pertinentibus, de ſubactione Gaſtari Traſaldi noſtri. Sed & in Siponto condomas tres, loco qui dicitur Sapeſſo: caſam quæ regitur per Audiſuſum cum vxore & filijs & omnibus ſibi pertinentibus: caſam quæ regitur per Audiald cum vxore & filijs & omnibus eorum pertinentijs: caſam quæ regitur per Malonem cum vxore & filijs & omnibus ſibi pertinentibus, quæ fuerũt de

D

ſubactione Emeriſſi Gaſtaldi noſtri. Necnon & in Salerno piſcatorias caſas duas; id eſt, caſam quæ regitur per Malerinum cum vxore & filijs, & omnibus ſibi pertinentibus: caſam quæ regitur per Radichiſum cũ vxore & filijs & omnibus ſibi pertinentibus: & lacum ad piſcandum integrum loco qui dicitur ad ſanctum Saluatorem. Sed ipſas caſas duas ad ſalem laborandum; id eſt, caſam quæ regitur per Sircã cũ vxore & liberis & omnibus ſibi pertinentibus: necnon & in Viuiano condomam vnam nomine Lumchis cum vxore & filijs, & omnibus ſibi pertinentibus, quos Stephanus Sarto per præceptum falſum liberauit, & res abſtulit; ſed legibus & ipſi & res eorum ad noſtram deuenerunt poteſtatem; noſtra vero poteſtas nominatas condomas Monaſte-

rio ſanctæ Sophiæ conceſſit perfruendas. Necnon & ex galo noſtro largiti ſumus prędicto ſanctæ Sophiæ monaſterio aliqna facienda annualiter in eo loco, in quo commoditas fuerit, ad nominata ligna adtrahenda. Sed & porticum ex lignis per ſingulas portas ciuitatis noſtræ Beneuentanæ; id eſt, de porta Turrea de lignis carras quinquaginta, de porta Rufini carras triginta; hæc omnia Monaſterio ſanctæ Sophiæ conceſſimus poſſidenda. Necnon & Sili quem cũ mercatu ſancti Valentini integrum ſecuti ad noſtram poteſtatem peruenire viſum fuit, ita ſanctæ Sophiæ monaſterio conceſſimus exigendum. Sed & annualiter de ſacro noſtro Palatio ad cardum in eodem monaſterio conceſſi porcos capita centum. Conceſſimus & iam dicto s. Sophiæ monaſterio, vt habeat ex ſacro noſtro Palatio annualiter aureos ſolidos ducentos, pro veſtitu comparando illa quæ opus fuerint. Necnon etiam & hoc ſtatuere viſi ſumus, vt noſtra conceſſio ſit firma in nominato monaſterio. Et inſuper conceſſimus in pręd. monaſterio ipſum terminum intus portam Summam cum aqua, & fiſtula pro ipſo balneo in eod. monaſterio, id eſt, de porta Liſcardi de lignis carra viginti, & ibidem caſam cũ parietibus ſuis. Hæc omnia ſicut legitur, conceſſimus poſſidenda in prædicto monaſterio ſanctæ Sophiæ poſſidere ſemper. Necnon etiam & hoc conceſſimus in præfato monaſterio; omnia territoria ex fundamentis pertinẽtia ſacro noſtro palatio, quæ cum terris pertinentibus eidem monaſterio coniuncta ſunt, tam in finibus Beneuenti quã in Apulia & in finibus Capuæ, & in Aliſanæ finibus, & in alijs ciuitatibus, caſtellis, vbicunq; res ex fundamentis ſacri noſtri palatij pertinentibus fuerit coniuncta cum rebus eiuſdem monaſterij, dono in eodem monaſterio ſanctæ Sophiæ illa conceſſimus poſſidenda. ſed & eccleſiam ſanctæ Mariæ, quæ ſita eſt intra duas vias foris ante portam Summam, cum propria terra ſua, quæ dicitur Dominica, per hos fines de capite vſque ad ipſam Eccleſiam habet paſſus ſedecim, de vno latere via de alio latere quoq; via, integrum monaſterio ſanctæ Sophiæ conceſſimus poſſidendum. Necnon & Eccleſiam ſancti Martini, quæ in Matulo ſita eſt, cum omnibus ſuis reditibus, monaſterio ſanctæ Sophię conceſſimus. Sed & ipſam curtem noſtram in prata in loco qui Pazzano dicitur, cum ipſa eccleſia ſancti Petri, & ipſo monte, cum ipſo plano, & ipſa ferrara; hæc omnia ſanctæ Sophiæ monaſterio conceſſimus poſſidenda. Necnon & ipſam eccleſiam s. Mariæ in finibus Ianienſibus, loco qui dicitur Lunianus, cum omnibus ſuis pertinentibus, S. Sophiæ dedimus poſſidendam. Sed & eccleſiam B. Archangeli Michaelis, quæ fundata eſt in galo noſtro, terram modiorum centum erga ipſam Eccleſiam, vbi Dacoaldus venerabilis Abbas ſeruire videtur; quæ fuit ſubactione Ferdolphi Gaſtaldi noſtri, ſecando de eccleſia s. Mercurij in galo noſtro. Hæc omnia s. Sophiæ monaſterio cõceſſimus poſſidenda. Quod præceptum oblationis ex iuſſione, & dictatu nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Evvaldus Notarius.

Actum Beneuenti in feliciſſimo Palatio, anno decimoſeptimo, menſe Nouemb. pro Indictione 13. feliciter.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti.

Dominus Arichis pijſſimus, atque excellentiſsimus Princeps gentis Longobardorum.

Diuina præmonitus manu, offero in Eccleſia ſanctæ Sophię, quam à fundamentis ędificaui pro redemptione animę meę, & pro ſaluatione gentis noſtrę, & patrię, Eccleſiam ſancti Mercurij, quæ poſita eſt in galo noſtro; de ipſo galo circa ipſam Eccleſiam largiti ſumus in ipſo monaſterio ſanctę Sophiæ terram modiorum centum: ſed & Eccleſiam ſanctę Reparatæ, quę in ipſo galo poſita eſt; noſtra vero poteſtas conceſſit in monaſterio ſanctæ Sophiæ territorium quantum Presbyter ipſius Eccleſiæ Palatij conceſſionem tenebat. Quod vero præceptum oblationis ex iuſſione, & dictatu nominatæ poteſtatis, ſcripſi ego Leopoldus Notarius.

Actum Beneuenti in feliciſſimo Palatio, in anno decimoſeptimo, menſe Nouembri, per Indictionem decimam tertiam.

Arichis de Eccleſia ſancta Maria in Aliſa.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Ego Dominus Arichis pijſſimus, atque excellentiſſimus princeps gentis Longobardorum, diuina præmonitus manu offero in eccleſia ſanctæ Sophię, quã à fundamentis ædificaui, pro redemptione animæ meæ, & pro ſaluatione gentis noſtræ, & patriæ, eccleſiam ſanctę Mariæ, quę ſita eſt in Aliſa, loco qui dicitur Maſſana, cum omnibus ſuis pertinentibus, monaſterio ſanctę Sophiæ conceſſimus poſſidendam. Quod vero præceptum oblationis ex iuſſione, & dictatu nominatæ poteſtatis, ſcripſi ego Leopoldus Notarius.

Actum Beneuenti in feliciſsimo Palatio, in anno 17. menſe Nouembri, per Indictionem decimam tertiam.

Arichis de ſancti Gregorij templo, quod Felicitas à fundamentis ædificauit.

A In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Ego Dominus Arichis, &c. *vt ante*, Offero Eccleſiæ s.Sophiæ, quam à fundamentis ędificaui, pro redemptione animæ meę, ſeu ſaluatione gentis noſtrę & patrię, Eccleſiam ſancti Gregorij, quam Felicitas ancilla Domini à fundamẽtis ędificauit, & per ſuam chartulam, omnes facultates ſuas eidem eccleſiæ obtulit; & eo quod ad manus noſtrę poteſtatis deuenit, eandem eccleſiam cum omnibus ſuis pertinentibus, B monaſterio s.Sophiæ confirmauimus poſſidendũ. Quod vero præceptum oblationis, ſeu firmitatis, ex iuſſione & dictatu nominatę poteſtatis, ſcripſi ego Leopaldus Notarius.

Actum Beneuenti in feliciſſimo Palatio, in anno 17. menſe Nouembri, per Indictionem decimam tertiam feliciter.

Arichis de marina piſcatione in Siponto.

In nomine Domini; *omnia vt ante*. Offero integram piſcationem ſacri noſtri Palatij in mari Sipontino, paſſus trecentos, ex vna parte vſque ad monaſterium ſancti Vincentij, & de alia parte vſque ad Monaſterium ſancti Petri. C Necnon & conceſſimus in eodem loco, eccleſiam s.Euphemiæ cum integris terris ſacri noſtri Palatij. Et inſuper in eodem Monaſterio conceſſimus in prædicto loco condomas tres ad piſcandũ, & ad ſalem faciendum; in eodem Pantano, caſam quæ regitur per Teroaldum, cum vxore & filijs, & omnibus ſibi pertinentibus; & caſam quæ regitur per Anſeramum cum vxore & filijs, & omnibus ſibi pertinentibus; & caſam quę regitur per Gaioaldum, cum vxore & filijs & omnibus ſibi pertinentibus, qui fuerunt de ſubactione Hermeriſſi Gaſtoaldi noſtri. Sed & eccleſiam s.Reparatæ, quę poſita eſt in galo noſtro, & circa ipſam eccleſiam largiti ſumus D monaſterio s.Sophiæ territoria modia centum, quantum Presbyter ſine ipſius palatij conceſſione tenebat eiuſdem Templi. Quod vero pręceptum oblationis, &c. *vt ante*.

Arichis de S. Petro ad Aquam ſanctam.

In nomine Domini; *vt ante*. Offero eccleſiam ſancti Petri, quæ ędificata eſt in galo noſtro, vbi dicitur Aqua ſancta; & de ipſo galo largiti ſumus in monaſterio ſanctę Sophię territorium, à fine Venatoris per Serram vſque in Straſilum, intra duo tora, & de Gerbonario per Aſculum, vſque in finem de nouo Frontino; de alia vero parte per viam publicam, vſq; in fluuium Cabium; deinde vſque in terminum qui dicitur Alatre. Et conceſſimus eidem ſanctę Sophiæ monaſterio bocarias caſas noſtras nouem: hę fuerunt, caſa quæ regitur per Mauriſſinem cum vxore, & filijs & omnibus ſibi pertinentibus: caſa quę regitur per Frãcoaldum, cum vxore & filijs & omnibus ſibi pertinentibus: caſa quę regitur per Auſonem cum vxore & filijs & omnibus ſibi pertinentibus: caſa quę regitur per Aldicbũ cum vxore & filijs & omnibus ſibi pertinẽtibus: caſa quę regitur per Maurizonem cum vxore & filijs & omnibus ſibi pertinẽtibus: caſa quę regitur per Mauroaldum cũ vxore & filijs & omnibus ſibi pertinentibus: caſa quæ regitur per Vrſum cũ vxore & filijs & omnibus ſibi pertinentibus: caſa quæ regitur per Vrimulum cum vxore & filijs & omnibus ſibi pertinentibus: caſa quæ regitur per Scalconem cum vxore & filijs & omnibus ſibi pertinentibus. Quod vero præceptum oblationis ex iuſſione, &c. *vt ante*.

Arichis de ſancto Nicandro.

In nomine Domini; *vt ante*. Offero Eccleſiam quæ ędificata in honorem ſancti Nicandri & Felicis in agro Sipontino, loco vbi Bubata dicitur, cum integris territorijs ſacri noſtri Palatij, per hos fines: à Fraſino per ripam Decerbarum vſque in viam publicam, & per ipſam viam vſque in finem de caſale Bocceilati, & deinde in Mandra Ballata, vſque in fluuium Cerbarũ, & exinde vſque in Budum de Marzucani. Hæc omnia in Monaſterio s. Sophiæ obtuli poſſidenda. Quod præceptum oblationis; *vt ante*.

Arichis de ſancto Stephano.

In nomine Domini; *vt ante*. Firmo Eccleſiam ſancti Stephani, quæ poſita eſt in ſtrada, quam Rimecauſus Abbas à fundamentis ędificauit, & per ſuam chartulam, ipſam Eccleſiam cum omnibus ſuis pertinentibus Monaſterio s.Sophiæ tradidit; noſtra quoque poteſtas hæc omnia monaſterio s.Sophiæ firmauit, & conceſſit prædicto s.Sophiæ monaſterio de galo noſtro territorium, ſcilicet quod eſt ſupra ſanctum Stephanum vſque in aliam viam publicam, & per longam vſque in ſtradam maiorem quæ vadit in Tarentum. Et conceſſimus in nominato s.Sophiæ monaſterio condomam vnam in Canni, ideſt Ratolus cum vxore & filijs & cum omnibus ſibi pertinentibus. Quod præceptum oblationis, &c. *vt ante*.

Arichis de Come in Monte Virgineo.

In nomine Domini; *vt ante*. Offero coruem in Monte-Virgineo, per hos fines; de capite vſque ad finem Volanam de terra

de-

deſcendente per mediam aquam vſque in Pleſco ſubtus caſtello Petraſturminea; de alio vero latere vſque ad finem viæ publicæ & deſcendente vſque in aquam, & ſubtus eodem Pleſco qui pertinuit in agrum Lucerinum. Sed & eccleſiam ſancti Saluatoris, quam ędificauit in finibus Collinæ loco, vbi Adamazanus dicitur, condomas tres; caſa quæ regitur per Toremundum cum vxore & filijs & omnibus ſibi pertinentibus; caſa quæ regitur per Ioannem cum vxore & filijs & omnibus ſibi pertinentibus. Quod præceptum oblationis &c. *vt retro*.

B *Arichis de Corue in Campo Senarcuni*.

In nomine Domini; *vt ante*. Offero coruem qui videtur eſſe in campo Sinarcunis, quem Arichi filio comparauimus, ſecūdum textum chartulæ integrum s.Sophiæ monaſterio conceſſimus poſſidendum. Et inſuper in eodem monaſterio largiti ſumus in prædicto loco de galo noſtro, longitudinē milliarium trium, in latitudine vnum, qui fuit de ſubactione Faroaldi Mare. Quod præceptum oblationis, &c. *vt ante*.

Arichis de Caſis in Alpibus.

In nomine Domini; *vt ante*. Offero in Alpibus caſas duas ad ſalem laborandum; id eſt, caſam quæ regitur per Syrecauſum cum vxore & filijs & omnibus ſibi pertinentibus. Hæc omnia monaſtrio s. Sophiæ conceſſimus poſſidenda. Quod præceptum: &c.

Arichis de condomis in Seſſa.

In nomine Domini; *vt ante*. Offero condomas tres in finibus Seſſa, loco qui dicitur Vibunanus; caſam quæ regitur per Turtellum cum vxore & filijs & omnibus ſibi pertinentibus; in ponte Ractari, caſam quæ regitur per Mutulum cum vxore & filijs & omnibus ſibi pertinentibus: caſam quæ regitur per Beneruſum, cum vxore & filijs & omnibus ſibi pertinentibus. Sed & oliuetas, ſeu vineas in loco Stephanichi, quæ fuerunt Godefridi Notarij, quas propter multas chartulas falſas legibus perdidit, & ad noſtram venerunt poteſtatem; noſtra quidem poteſtas has condomas cum omnibus ſibi pertinentibus in monaſterio ſanctę Sophiæ donauit poſſidendas. Quod præceptum oblationis, &c. *vt retro*.

Arichis de Caſale in Luceriola.

In nomine Domini; *vt ante*. Firmo caſalam in Luceriola, quam prædicto monaſterio s.Sophię firmauimus perfruendam: Quod præceptum, &c.

Arichis de rebus in partibus Lucanicis.

In nomine Domini; *vt ante*. Offero Coruem, qui videtur eſſe in campo Sinarecunis, quem Arichi filio comparauimus, ſecūdum textum chartulæ integrum, s.Sophiæ monaſterio conceſſimus poſſidendum. Necnon omnia, quæ comparauimus ab Alpirando filio Allerithj, ſeruos & ancillas, caſas & vineas, territoria, campos, & ſyluas, prata, mobilia & immobilia, in partibus Lucanię, ſecundum textum chartulæ, integrum s.Sophiæ monaſterio conceſſimus poſſidenda. Quod vero præceptum, &c. *vt ante*.

Arichis de condomis in Siponto.

In nomine Domini; *vt ante*. Offero in Siponto condomas tres, loco qui dicitur Sapeſſe; caſam quæ regitur per Andeſuſum cum vxore & filijs & omnibus ſibi pertinētibus: caſam quæ regitur per Audoaldum, cum vxore & filijs & omnibus ſibi pertinētibus: caſam quæ regitur per Malonem cum vxore & filijs & omnibus ſibi pertinentibus; quæ fuerunt de ſubactione Remeriſſi Caſtaldi noſtri. Quod vero præceptum, &c.

Arichis de ſubſtantia Veratrij.

C In nomine Domini; *vt ante*. Offero ſubſtantiam Veratrij filij Auremonis, qui nouem homicidia abſcondite eſt auſus facere, & inſuper extra prouinciam in Neapolim fugere tentauit: vnde noſtra poteſtas, quia ſubſtantiam ad parentes occiſorum componere iuſſit, & noſtrum edictum ęquum afferimus, & quod reliquum fuit, & quia ſubſtantia pro ſua culpa ſecundum legem ad noſtram deuenit poteſtatem; noſtra vero poteſtas omnia, quæ reliqua fuerunt, monaſterio s.Sophiæ conceſſit poſſidenda. Quod vero præceptum, &c.

Arichis de ſubſtantia Euphemiæ.

D In nomine Domini; *vt ante*. Offero ſubſtantiam Euphemiæ filiæ Alchis, quæ ſe religionis habitu in Monaſterio s.Sophiæ tradidit cum omnibus ſuis facultatibus, tam paternam quam maternam omnem ſuam pecuniam, quantum illi ex parte ſua à ſororibus contigit, omnem ſuam portionem, mobilia & immobilia omnia, & in omnibus integrum in prædicto s.Sophiæ Monaſterio ſe tradidit; vnde & in hoc conceſſionis præcepto ex vniuerſis prædictæ Euphemię pecunijs, s. Sophiæ Monaſterio integrum conſtituimus firmari. Quod præceptum, &c.

Arichis

Arichis de Caſa in Papiano.

In nomine Domini; *vt ante*. Offero caſam in Papiano ſuper Trane, quæ fuit de ſeruis palatij noſtri, quam Ioannes Notarius per præceptum falſum poſſidebat; vnde legibus ad noſtram deuenit poteſtatem; noſtra vero poteſtas s.Sophiæ conceſſit. Super hæc largiti ſumus in eodem loco caſas ſex, quæ reguntur per Gagderiſum cum vxore & filijs & omnibus ſibi pertinentibus; caſam quæ regitur per Giroaldum cum vxore & filijs & omnibus ſibi pertinentibus: caſam quæ regitur per Anſoramum cum vxore & filijs & omnibus ſibi pertinentibus: caſam quæ regitur per Radecauſum cum vxore & filijs & omnibus ſibi pertinentibus: caſam quæ regitur per Firmum cum vxore & filijs & omnibus ſibi pertinentibus, quæ fuerunt de Iudiciaria Canoſina, de ſubactione Rodoriſchi Gaſtaldi noſtri. Quod præceptum, &c.

Arichis de Conſina.

In nomine Domini; *vt ante*. Offero coruem in fine Conſina, loco qui dicitur ad Monumentum, & condomas duodecim: caſam quæ regitur per Bodoaldum, & Felicem, cum vxore & filijs & omnibus ſibi pertinentibus: caſam quæ regitur per Canicellum cum vxore & filijs & omnibus ſibi pertinentibus: caſam quæ regitur per Malonem cum vxore & filijs & omnibus ſibi pertinentibus: caſam quæ regitur per Gaudionem cum vxore & filijs & omnibus ſibi pertinentibus: caſam quæ regitur per Fromecouſum cum vxore & filijs & omnibus ſibi pertinentibus: caſam quæ regitur per Fuſcum cum vxore & filijs & omnibus ſibi pertinentibus: caſam quæ regitur per Theuſpertum & Goaldum cum vxore & filijs & omnibus ſibi pertinentibus: caſam quæ regitur per caſulam cum vxore & filijs & omnibus ſibi pertinentibus: caſam quæ regitur per Gurulum cum vxore & filijs & omnibus ſibi pertinentibus: caſam quæ regitur per Albinum cum vxore & filijs & omnibus ſibi pertinentibus; qui fuerunt de ſubactione Vrſi Gaſtaldi noſtri. Quod præceptum, &c.

Arichis de rebus & ſeruis ad Aquam ſanctam.

In nomine Domini; *vt ante*. Offero ſeruos & ancillas, necnon & vineas & territoria, quantũ Munepaldus Presbyter apud eccleſiam s.Petri ad Aquam ſanctam habere viſus eſt, & ad noſtram pertinuit poteſtatem; vnde omnia & in omnibus s.Sophię Monaſterio conceſſimus poſſidenda. Sed & eccleſiam in galo noſtro s. Stephani Monaſterio quoque s. Sophiæ conceſſimus poſſidendam. Quod præceptum; *vt retro*.

Alphanus de S.Martino, tempore Arichis.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, eiuſque Sanctiſſimæ Genitricis, temporibus Domini viri glorioſiſſimi Arichis ſummi Ducis gentis Longobardorum, anno viceſimo quarto glorioſiſſimi Ducatus, qui menſe Martio Indictione quarta firmatus. Nos Dominus vir beatiſſimus huius ſanctiſſimæ ſanctæ Sedis Beneuentanæ Alphanus Reuerendiſsimus Epiſcopus, ob ſolutionem eccleſiæ ſancti Martini tibi Traſemundo Schuldachis, qualiter tu nominate Traſimunde ipſam ſæpius dictam Eccleſiam à nouo fundamine vſq; ad culmen conſecrationis perducere viſus es, in tuo proprio territorio, loco qui vocatur Monsbonionis, qui eſſe videtur in Bucte loco, Canonica ratione abſoluimus eã præd. non Presbyter, Diaconus vel Subdiaconus eccleſiã, vt habeat poteſtatẽ eam dare in [illegible] parte eſſe volueris, aut ſubtrahendã; per quem & titulũ, excepto Presbytero; quem tu nominate Traſimunde, vel tui hæredes per tempora ordinare volueris, ipſa iam facta Eccleſia nobis, vel à noſtris ſucceſſoribus in nominatam ſanctam ſedem noſtram peruenit conſecrandus, ſecundum Canonicam ſanctionem; nam aliam nullam rerum habeat poteſtatem dandi ea, neq; à me Alphano Domini gratia Epiſcopo, neque ex poſteris meis nunquam habeas aliquando aliquam requiſitionem, aut reprehenſionem de hac mea abſolutione; ſed ex nunc & vſque in perpetuis temporibus, qualiter ſuperius legitur, in ipſa ratione permanere valeat ipſa nominata Eccleſia. Quod monumentum abſolutionis tibi Nicolao Notario noſtro, vt ſcriberes præcepimus; & vt robur habeat, effigiem ſanctæ Crucis affiximus.

Actum Beneuenti in Epiſcopio, menſe, & Indictione nominatis feliciter.

Ego Maiorachi Presbyter me teſtem ſcripſi, ſtantibus Sacerdotibus noſtris, vel cuncto Clero.

Ego Aripaldus ſcribere me iuſſi, & teſtes aſcribere.

Romualdus de Caſale in Quimodecimo.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti; conceſſimus nos Dominus vir glorioſiſſimus Romualdus, ſummus Dux gentis Longobardorum tibi Zachariæ Abbati noſtro, Eccleſiam in loco qui nominatur Quintuſdecimus, cum caſa, vineis, territorijs, cultum & incultum, clauſuris, in quantum in ipſum locum Goaldus habere viſus fuit, tibique Zachariæ

con-

conceſſimus poſſidendum, quatenus ab hodierna die habeas & poſſideas ipſum Caſetum Zacharia, & quodcunq;exinde facere volueris in tua ſit poteſtate, & à nullo quopiam homine vllam habeas aliquando quæſtionem, aut reprehenſionem, ſed perpetuis temporibus per hoc noſtrum firmiſſimum præceptum ſecuriter, & firmiter ipſum iam nominatum caſale, cum omni quod ſuperius ſcriptum eſt, habere & poſſidere valeas. Quod vero præceptum conceſſionis ex iuſſione noſtræ poteſtatis, dictaui ego Perſus Vice-Dominus & Referendarius tibi Grauſoni Notario ſcribendum.

Actum erga mare ad S. Stephanum menſe Maio, per Indictionem quintam feliciter.

*Giſolphus de ſancto Bernardo * ad Xenodochium.*

* Bene-[illegible]

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Dum diuina Omnipotentis Domini Dei noſtri gratia deſuper inſpirante miſericordia, noſtri pijſſimi Domini Reges nos in noſtro ſolio reuocare dignati ſunt;firmamus, atque concedere prouidimus nos Dominus vir glorioſiſſimus Giſolphus ſummus Dux gentis Longobardorum, ea quæ in primordio Ducati noſtri per noſtrum præceptum vobis Zachariæ Reuerendiſſimo Abbati firmamus, ſecundum qualiter à bona recordatione Dominus Romualdus genitor noſter vobis ipſum præceprum concedere viſus eſt, hoc eſt, Xenodochium, vbi Monaſterium ſancti Benedicti Domino auxiliante tenere videris, tam domorum ædificia cum corue, & omnibus adpertinentibus, vel omnem cenſum quem ibidem prædeceſſores parentes noſtri conceſſerunt, & quidquid in eodem venerabili loco adpertinere videtur; vt omnia & in omnibus in tua ſit poteſtate; & quem tu ipſe in vita decreueris Abbatem poſt tuum diſceſſum, ipſe Abbas eſſe inueniatur; & nullius Epiſcoporum aliquando ſubiacebit ditioni, ſed in ſuo permanebit libero arbitrio, & ſub priuilegij roborea firmitate tenendus ad ſacram noſtram audientiam veniat. Et hoc vobis firmare præuidimus: vt neque filij, aut poſteri noſtri, neque Iudex vllus Palatij noſtri vnquam habeant licentiam vobis, aut poſteris veſtris quemlibet hominum in Xenodochio, niſi quem tu nominatus Zacharias, aut poſteri tui Abbates qui ibi præfuerint, & Monachi, ad habitandum ſpontanea voluntate ſuſceperitis; ſed ſecuriter per hoc noſtrum firmiſſimum renouationis præceptum in nominata priſca conceſſione ſtabiliter debeat permanere. Quod vero præceptum renouationis ex iuſſione nominatæ poteſtatis dictaui Emerius tibi Gratiano Notario ſcribendum.

Actum Beneuenti in Palatio menſe Nouembri per Indict. 11. feliciter.

Giſolphus de Condomis in Papiano.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Dominus vir glorioſiſſimus conceſſimus ego Giſolphus ſummus Dux gentis Longobardorum vobis Zachariæ ſanctiſsimo Abbati Patri noſtro condomam vnam nomine Pantione Caballario cum vxore, filijs & filiabus noſtris, & nepotes eorum, cum caſis, vineis & territorijs, peculijs, mobilibus & immobilibus, cum omnibus & in omnibus in quantum vſque nūc ad manum noſtræ poteſtatis deſeruierunt, qui habitare videntur in Papiano, & fuit de actione Conſina, quam & noſtra iuſſione per Gualdum vobis tradere fecimus iam nominatam condomam; quatenus amodo habeatis & poſſideatis, tam vos, qui ſuper, Zacharia, quam & poſteri tui, & quod exinde facere volueritis, in veſtra ſit poteſtate; & à nullo quopiam Gaſtaldo, aut actore, nulla vobis exinde ſubtrahantur, ſed noſtris feliciſſimis, atque perennibus temporibus hoc noſtrum donū omni tempore ſtabile debet permanere. Quod vero præceptum conceſſionis ex iuſſione noſtræ poteſtatis ſcripſi ego Gratianus Notarius.

Actum Beneuenti in Palatio, menſe Nouembri, per Ind. 12. feliciter.

Giſolphus de Sancto Nazzario, in Valle Alitana.

Dum in nomine Domini reſidentes nos Dominus vir glorioſiſsimus Leoprandus Dux Longobardorum, adſtantibus erga nos Engilbertone, & Ioanne Maleparo Seueris Iudicibus noſtris; tunc veniens in noſtram præſentiam Engilberta ancilla Domini Vra cum nepote ſuo, id eſt, Comis Presbytero, & Haliſco, altercandum aduerſum Mauritium Abbatem, dicendo: quia Eccleſiam s.Nazarij quam tu tenes in Valle-Alitana, genitor noſter & nos eam ædificauimus à fundamentis, & contra rationem nobis eam abſtuliſti, & per legem eam nobis reddere debes. Ad hæc reſpondit nominatus Mauritius Abbas: verum eſt, quod genitor veſter, & vos eam ædificaſtis, ſed nobis ex bona, & ſpontanea voluntate ipſam præfatam Eccleſiam, cum omnibus rebus ſuis obtuliſtis in Eccleſia ſancti Archangeli, & ſancti Benedicti in Xenodochio, & ecce offertio quam nobis exinde fecitis. Ideo nos per noſtram glorioſiſſimam poteſtatem, audita eorum altercatione, primo omnium fecimus legere ipſam offertionem in noſtra præſentia, & requiſiuimus teſtimo[illegible] quæ ibidem ſcripta erant, ſi in eor[illegible] præſentia ipſa iam nominata Engilberta Eccleſiam

S.Na-

s.Nazarij obtulit in ſancto Benedicto: Sed illi profeſsi ſunt nobis, quia in noſtris præſentijs ipſa offertio facta fuit, & quia ſupra Gentilis nos rogauit vt per earum rogationem manum iu charta poſuimus; propterea decreuimus inter eos per ipſa teſtimonia, vt præbeant ſacramenta, ſecundum partem Mauritij vt iurarent quinque Monachi, * quia ipſa Eccleſia s. Nazarij cum rebus ſuis aut Egildi cum Germana tua obtuli in s.Benedicti, & eſſet cauſa finita, quod eſt dein præſentes præbuerunt ipſa ſacramenta; ſed & Egildis vna cum nepote non voluerunt eam ſuſcipere. Proinde hoc noſtrum fieri voluimus, vt nullo adueniente tempore habeant vigorem Egildis aut Germana, vel nepos eiuſdem in ipſa Eccleſia aliquid quærendo, tantummodo ſi ipſa Sacramenta ſuſcipere voluerit, ſed perpetuis temporibus ſecundum hoc noſtrum edictũ ſecuriter & firmiter tam tu Mauritius Abbas, quam & poſteri tui ipſam nominatam Eccleſiam cum rebus ſuis habere & poſsidere valeatis. Quod vero indictum ex iuſsione nominatę poteſtatis ſcripſi ego Ioannes Notarius.

* Mendoſa.

Actum Beneuenti in Palatio, menſe Iunio, per Indictionem nonam feliciter.

Sicus de Porticu Millone nobis tollendo.

IN nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, Nos vir globioſiſſimus Sico Dei prouidentia Beneuentanæ Prouinciæ princeps, motu omnis poteſtatis noſtræ Radichio Referendario noſtro fidelis noſter, concedimus in Monaſterio B.Sophiæ vbi Artichiſa Abbatiſſa præeſſe videtur porticum quod ex ipſo Cœnobio per conſuetudinem de vino Arriſo vel omnibus alimonijs, vel quibuſlibet rebus dare debetis noſtris portarijs in ciuitate hac Beneuentana tam de dominicali quam etiam de ſeruis ipſius monaſterij, ſeu de liberis hominibus inibi pertinentibus, quibus in præfata noſtra ciuitate ſuas miſeramus cauſas, ita vt nec à Gaſtaldis noſtris neque portarijs aut qualibet perſona accipiant, ſed cuncta quæ annualiter * ex ipſo cœnobio in prædictam noſtram ciuitatem miſſa fuerint tanquam à liberis hominibus, ſicut ſupra ſtatuimus, ſine omni datione inibi habeantur, atque poſsideant; & à nullis ex noſtris Iudicibus, id eſt Comitibus Gaſtaldis, vel à quibuſcunque gentibus habeant requiſitionem Cuſtodes præfati Monaſterij, vel hi vel alibi, ſed amodo & præfatis [temporibus casa quæ nunc cōceſſimus] ibidem ſecuriter poſſideantur. Quod vero præceptum conceſſionis ex iuſsione nominatæ poteſtatis, ſcripſi ego Leo Notarius.

* Mendoſa.

Actum in Sabba quinto anno, menſe Auguſto Indict. 14. feliciter.

Sicardus de Atrichis in Liguria.

IN nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Conceſſimus nos vir glorioſiſsimus Sicardus Domini prouidentia Longobardorum gentis Princeps, motus Domini Omnipotentis miſericordia, pro redemptione animæ meæ, ſeu gentis & patriæ, ſuggerente poteſtati noſtræ viro Venerabili Baſeario Prępoſito Monaſterij ſanctæ Sophiæ ſiti intra hanc Beneuentanam ciuitatem noſtram, per rogum Godefridi Referendarij noſtri concedimus in præfato B.Sophiæ monaſterio, vbi Viletonia Abbatiſſa præeſſe videtur ipſas terras in * Geiutria, quas emptas habent per chartulam ipſi ſerui ſacri noſtri Palatij, qui habitauerũt in Maticomi, & alij fuerũt habitatorij ad nucē & alij vbi ad ſyluam nominatur, integrum ipſas terras in ipſarum chartula contentas per ſingula loca, in eodem Monaſterio ipſo conceſsimus; in ea videlicet ratione, vt amodo & deinceps per hoc noſtrum robur & præceptum, cuncta quæ prælegumtur, ſicut ipſi ſerui & eorum hæredes habere * valuerunt, ſicut in chartula eorum continetur; & à nullo ex noſtris Iudicibus, id eſt, Comitibus, Gaſtaldis, vel quibuſcunque gentibus habeatis aliquam requiſitionem perpetuis temporibus poſsidendam. Quod vero præceptũ Conceſsionis ex iuſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Theodoricus.

* Liguria.

* voluerunt.

Actum Beneuenti, ſecundo anno, menſe Aprilis Indict. 12. feliciter.

Sicardus de flumine longo.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, Nos vir glorioſiſſimus Sicardus Domini prouidentia, &c. *vt ante* Suggerente poteſtati noſtræ viro Venerabili Baſſario Præpoſito Monaſterio s. Sophiæ ſito infra hanc Beneuentanam noſtram ciuitatem per rogum Radelchiſi theſaurarij noſtri, concedimus in pręſato s.Sophiæ monaſterio, vbi Vileronia Abbatiſſa præeſſe videtur Piſcariam ſacri noſtri Palatij, quæ dicitur Flumen longum in integrum, & ab ipſo flumine intra Panatanum ſignatum & poſitum eſt, in longitudine milliarij vnius, & in latitudine paſſus ducenti erga ipſum flumen, & infra panatanum cum ripis & vijs ſuis, & infra firma terra modiorum quinquaginta, vbi habitatio de ipſis piſcatoribus eſt, & paſcuum in ipſa Inſula ad pecunia eorum qui ibi reſidentur, & de ipſo Panatano cannas & paleas tollendum quantum opus eſt, & ligna de ipſa Inſula tollenda quantum opus fuerit ad eorum vtilitatem in ipſo loco peragenda. Hæc omnia ſupradicta pertinuerunt de agro Luccrina iudiciria Azonis Gaſtaldi noſtri; Et con-

eo ncefsimus in eodem Monaſterio terram in finibus Apuliæ in territorio Viriſiano propinquo Ecclesię s.Decorentij modia trecenta, quæ fuerunt de quadam Gertrude relicta Viconis Gaſtaldi, cum caſa quæ ibidem ædificata eſt, & cum ſuperioribus & inferioribus ſuis integrum, qualiter ſecundum legem ad ſanctum noſtrum Palatium euenit, quæ pertinuit de iudiciaria ſupradicti Radelchi; in ea videlicet ratione, vt amodo & deinceps per hoc noſtrum robur & præceptum, cuncta quæ perleguntur, idem ipſum Monaſterium, & qui rectores ſecuro nomine habere & poſſidere & perfrui valeant, & à nullis ex noſtris Iudicibus, id eſt, Comitibus, Gaſtaldis, vel à quibuſcunque gentibus, habeant aliquam requiſitionem rectores præfati Monaſterij, ſed perpetuis temporibus ea quæ nunc conceſſimus, ibid. ſecuriter poſſidrãtur. Quod vero præceptũ conceſſionis, ex iuſſione nominatæ poteſtatis, ſcripſi ego Audoaldus Not.

Actum Beneuenti in ſacro Palatio anno tertio, menſe Martio.

Sicardus de Piſcatione in mari Sipuntino.

In nomine Domini, &c *vt ante*. Per rogum Roffridi Referendarij noſtri concedimus in præſato B.Sophiæ cœnobio, Piſcationem in mari Sipontino; per hos vero fines ſcilicet, paſſus ducentos ex vna parte vſque ad finem piſcationis s. Mariæ Beneuentanæ Eccleſiæ; ſed de alia parte vſque ad finem piſcationis, quem noſtræ ſeruamus poteſtati, & de terra Arina vſque ad finem Salzolam; in ea videlicet ratione, vt amodo & deinceps per hoc noſtrum robur & præceptum, ſupra nominatum Cœnobium, eiuſque rectores, integram ſupradictam piſcationem per iam dictos fines & menſuras habere & poſſidere atque piſcari valeatis, & à nullo ex noſtris Iudicibus, id eſt, Comitibus, Gaſtaldis, vel à quibuſcunque gentibus, habeatis aliquam requiſitionem, ſed perpetuis temporibus poſſideatis. Quod vero præceptum conceſſionis ex iuſſione nominatæ poteſtatis, ſcripſi ego Theodoricus Notarius.

Actum Beneuenti, ſecundo anno, menſe Aprilis, Indict. 13. feliciter.

Radelchis de rebus in Collina & in Venticano

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Nos vir glorioſiſſimus Radelchis Domini prouidentia gentis Longobardorum princeps, filius Domini bonæ recordationis Adelchis, ob ſalutem animæ noſtræ conceſſimus in Monaſterio S.Sophię, quod ædificatum eſſe videtur infra hanc noſtram Beneuentanam ciuitatẽ, integras res quæ fuerunt Leopardi, ex loco qui vocatur Collina, ſex integras res quæ fuerunt Gualprandi in loco Venticano; pro eo quod ſine hæredibus deceſſerunt, ſicut legibus ad ſacrum noſtrum Palatium deuenit; in ea videlicet ratione vt amodo & deinceps per hoc noſtrum robur & præceptum ſupra Palatium præfatum Monaſterium eiuſque rectores, iam dictas res integras habere & poſſidere valeatis, & à nullo ex noſtris Iudicibus, id eſt, Comitibus, Gaſtaldis, vel à quibuſcunque gentibus habeatis aliquam requiſitionem, ſed perpetuis temporibus poſſideatis. Quod vero præceptum conceſſionis ex iuſſione nominatæ poteſtatis, ſcripſi ego Petrus Notarius.

Actum Beneuenti primo anno, menſe Iannar. Indict. 14. feliciter.

Radelchis, de rebus in Collina.

In nomine Domini; *vt ante*. Conceſſimus per rogum Arnibergæ dictæ coniugis noſtræ, tibi Chriſcio Præpoſito Monaſteri s.Sophiæ, omnes res & ſubſtantias quæ fuerunt Gualprandi, & Malonis ſeu Adoaldi germani, quibus fuerunt defentis ſupradicti Monaſterij s Sophiæ in loco qui dicitur Collina, veluti legibus ad ſacrum noſtrum deuenit palatium; pro eo quod ſine hæredibus deceſſerunt; In ea videlicet ratione, vt amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum pręceptũ, ſupradictas omnes res, vti prælegitur, habere & poſsidere valeatis, & à nullis ex noſtris Iudicibus, &c. *vt ante*. Quod vero præceptũ conceſsionis, ex iuſsione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Petrus Not.

Actum Beneuenti, primo anno menſe Februarij Indict. 14. feliciter.

Radelchis de rebus & ſeruis in finibus Liguriæ.

In nomine Domini; *vt ante*. Conceſsimus omnes illas res & ſubſtantias prædicti Cœnobij, & ex finibus Liguriæ cum ſeruis & ancillis, omnibuſque ſuis pertinentijs, quas & Monachi monaſterij s. Benedicti tulerunt de poteſtate ipſius s.Sophiæ Monaſterij, & dederunt illas ad Neapolitanos; necnon & integras res illas iam dicti monaſterij s. Sophiæ ex finibus Aliſanis & ex finibus Caſtelli s.Ioannis ſeu ſingulis alijs locis, quas ſerui equidẽ Cœnobij ad liberos homines vel ad alios ſeruos dederunt, aut per venditionem, aut aliter quomodocunque, ita vt in extra poteſtates non ſit eis confirmatũ, aut per capitularem aut per aliquam repromiſſionẽ ſed liceat rectoribus præſati monaſterij ſupradictas res & famulos ſecure poſsidere; in ea videlicet ratione, vt amodo & deinceps præfatum Monaſterium s.Sophiæ & Rectores qui prædictas res & famulos habere & poſsidere valeat; per hoc noſtrum roboreũ præceptum à nullo ex noſtris Iudicibus, id eſt Comitibus, vel à quibuſcunque gentibus habeatis aliquam requiſitionem, ſed perpetuis temporibus poſſideatis. Quod vero præceptum conceſsionis, ex iuſſione nominatæ

natæ poteſtatis ſcripſi ego Petrus Notarius.

Actum Beneuenti primo anno, menſe Ianuarij Indictione decima quarta.

Radelchis de Vualdo.

In nomine Domini; *vt ante*. Concedimus Vualdũ quod eſt in eodem loco, quod & diſcurrere ſolet, id eſt, ab ipſo vado carrario ſubtus Eccleſiam s. Marciani vſque ad Caſani Vulterij integras ipſas inſulas ex eo fluuio pertinentes, vt annuè & ſemper homines de ipſa eccleſia in prædicto fluuio piſcationẽ faciant, & in ipſis inſulis omnes ſuas vtilitates peragant; in ea videlicet ratione vt amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum præceptum, ſub præfatum Monaſterium eiuſque rectores in iam nunc dicto fluuio & ipſis inſulis poteſtatem habere, & poſſidere valeatis, & à nullo ex noſtris Iudicibus, id eſt, Comitibus, Gaſtaldis, vel à quibuſcunque gentibus aliquam habeatis requiſitionem, ſed perpetuis temporibus poſsideatis. Quod vero præceptum Conceſsionis ex iuſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Erchemfrid Notarius.

Actum Beneuenti, primo anno, menſe Iulio Indict. 14. feliciter.

Radelchis Vuilerona Abbatiſſæ, de terra quæ dicitur Bubata.

In nomine Domini; *vt ante*. Nos vir glorioſiſsimus Radelchis, Domini prouidentia Longobardorum gentis Princeps, ob ſalutem animæ noſtræ per rogum Venerabilis Ioannis Abbatis noſtri, concedimus in Monaſterio B. Sophiæ, vbi Vuilerona religioſiſsima abbatiſſa præeſſe videtur, ſacri noſtri Palatij terram, quæ dicitur Bubata, quæ habet hos fines: de vno capite vſque ad Eccleſiam s. Petri, de alio quidem latere vſque ad viam aliam publicam, quæ vadit ad caſale Buccellati, integrum cum inferioribus & ſuperioribus, quantum ſupradicti fines diſtant, pertinent de actu Sipontino ea videlicet ratione vt amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum præceptum, ſupradictam terram, ſicut ſupra legitur, Rectores iam dicti Monaſterij ſecuro nomine habere & poſſidere valeant, & à nullo ex noſtris Iudicibus, id eſt, Comitibus, Gaſtaldis, vel à quibuſcunque gentibus habeãt aliquam requiſitionem rectores iam dicti Monaſterij; ſed perpetuis temporibus poſſideant. Quod vero præceptum oblationis ex iuſsione ſupraſcriptæ poteſtatis ſcripſi ego Audolphos Notarius.

Actum Beneuenti in ſacro Palatio, tertio anno, menſe Octobris Indict. 5 t.

De turre iuxta ſummam portam.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Conceſſimus nos vir glorioſiſsimus Adelchis Dei prouidentia Longobardorum gentis Princeps, per rogum Landemari fidelis noſtri, tibi Viſo fideli noſtro filio Petri, turrem illam ſacri noſtri Palatij intus noſtræ Beneuentanæ ciuitatis, iuxta noſtram portam ſummam, quam Audolphus notarius & Iudex ipſe Audolphus eam tenuit, ita & nos in noſtra detinemus poteſtate, & ad tuam tibi agendam vtilitatem: ſimulque & conceſsimus tibi prænominato omnes res & ſubſtantias, quæ fuerunt Stornini liberi hominis, id eſt, mobile & immobile, ſeruos & ancillas. omnia & in omnibus. qualiter ſecundum legem res ipſa ad noſtram deuenit poteſtatem; pro eo quod ſine hærede deceſſerat; In ea videlicet ratione, vt amodo & deinceps, per hoc noſtrum roboreum præceptum, omnia quæ deinceps leguntur ſuperius, tu & hæredes tui habere & poſsidere valeatis; & à nullo deinceps ex noſtris Iudicibus, id eſt, Comitibus & Gaſtaldis, vel à quibuſcunque gentibus habeatis aliquam requiſitionem, ſed perpetuis temporibus poſsideatis. Quod vero præceptũ cõceſsionis ex iuſſione ſuperius dictæ poteſtatis ſcripſi ego Erechemfridt Notarius.

Actũ Beneuenti, an. 5. menſe Mart. Ind. 6.

Adelchis, de penſione ſeruorum in finibus Campi baſſi.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Concedimus nos vir glorioſiſsimus Adelchis, Dei prouidentia Princeps gentis Longobardorum, per rogũ Malonis filij noſtri, in monaſterio s. Sophiæ, omnes illas dationes, vel penſiones quaſcunq; ſeruis prædicti Monaſterij s. Sophiæ ex finibus campi baſsi, & ex finibus Biſernenſibus ad Gaſtaldos, vel Iudices ex ipſis Caſtellis ſeu locis perſoluere debuerunt per malam conſuetudinem, ita vt nullus Gaſtaldus vel Iudex aliquam dationem ab eis tollant vel angariam faciant, aut quamcumque laborationem pro vtilitate ſua faciant, aut in hoſtem pergant; In ea videlicet ratione, vt amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum præceptum, omnia quę ſuperius leguntur, prędictum monaſterium alijque rectores habere & poſsidere valeant, & à nullo ex noſtris Iudicibus; id eſt, Comitibus, Gaſtaldis, vel à quibuſcunque gentibus habeãt aliquam requiſitionem, ſed perpetuis temporibus poſsideant. Quod vero præceptum conceſſionis ex iuſsione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Erchemfrid Notarius.

Actum Beneuenti, viceſimo quinto anno. menſe Maio Indict. 11.

Pandolphus de terris in finibus Ianienſis.

Nos Pandolphus Diuina ordinãte prouidẽtia Longobardorum gentis Princeps, notum facimus quia Godfrid Comes dilectus noſter noſtram obſecrauit Excellentiam, eo quod Leo venerabilis Abbas Monaſterij ſanctæ Sophiæ conſtantis intra ciuitatem Beneuentanam ſecundum legem dederat.

Sa-

Sadelfrido Iudici Capuaoo filio iotegras ipſas terras pertinentes præfato Monaſterio s. Sophiæ, quæ eſſe videntur in finibus Ianienſis in ipſo Gualdo qui oomioatur de Albatio ad tenendum, & donandum, vſque in anoos viginti nouem expletos, & remiſerat apud eum duas ſcriptiones, quæ continent iam dictas terras, vna ex ipſis exſcriptiooibus fuerat præceptum quod contiuebat, quomodo Dominus Arichis Princeps per idem præceptum ioter alias cauſas conceſſerat in præfato Monaſterio, integras ſuas portiooes de caſale, quas habueruot de ipſo Gualdo per hos fines; de vno latere ſcilicet ad aliud latus padule, de tertia parte terræ Palumbi Abbatis; ſed dum filij prædicti Sadelfridi Iudicis debuiſſent ipſas poſſidere annos quinque, & illi contra animam ooſtram cogitauerunt, conſiliauetuot, & cum noſtris inimicis ſe coniunxerunt, & nobis ſe periurauerunt; pro talibus ſupranominatis, territoria & omnes alias res, & ſubſtantias eorum, ad ſacri noſtri Palatij poteſtatem legibus deuenerunt. Proinde præfatus noſter obſecrauit ooſtram clemētiam, vt pro amore Omnipotentis Dei, & pro ſaluatione aoimæ noſtræ ſupranominata territoria coocederemus, & confirmaremus ipſa in præfato monaſterio; cuius preces nos pro Domini amore audientes, hos firmitatis apices in eodem ſancto Monaſterio exinde fieri iuſſimus, per quos omoes omnino ſancimus & perpetualiter habendum, & ex noſtris & futuris temporibus concrdimus, & confirmamus in eodem ſancto Monaſterio integra ipſa ſupranominata territoria, qualiter ipſi tenere debuerunt prædicti filij Sadelfridi Iudicis, vt amodo & in perpetuis temporibus ipſa firmiter habeat poſſidenda pars præfati monaſterij, & eius Abbates & Rectores, abſque contrarietate, cuiuſcunque perſonæ hominum.

Quod ſcripſi ego Adechiſius ſcriba ex iuſsione ſupradictæ poteſtatis, in anno 18. *Principatus, menſe Octobr. Indict.* 14. *Actum in ciuitate Capuana feliciter.*

Pandolphus & Landolphus, de Galefridi ſcriptionibus.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Nos vir glorioſiſſimus Pandolphus & Landolphus diuina ordioante Prouidentia Longobardorum gentis Principes. Cum principalis excellentia petitionibus dilectorum ſuorum omnibus iuſta petentibus clemeoter annuere debeat; Igitur nouerit omnium fidelium noſtrorum, omnium præſentium ſcilicet, ac futurorum ſagacitas, quia Grimualdus Comes dilectus noſter noſtram exorauit excelleotiam, vt pro amore Omoipotentis Dei concederemus in Monaſterio ſanctæ Sophiæ, ſito intra Beoeueotanam ciuitatem, vbi vir veoerabilis Azzo Abbas regimeo tenere videtur, omnes ſcriptiones, & monimenta quæ Sadelfrid Iudex filius Vuzelgari per conuenientiam habuit à præfato Monaſterio, vel quod id Monaſterium apud eum remiſit ad cauſandum pro ipſis terris, de finibus Ianienſis in ipſo gualdo qui nomioatur Dealbutum; ſed propter quod ipſi filij prædicti Sadelfridi contra animam noſtram cogitauerunt, conſiliauerunt, & cum noſtris inimicis ſe coniuoxeroot, & nobis ſe periurauerunt, & ipſæ ſcriptiones, & aliæ omnes res, & ſubſtaotię eorum ad poteſtatem noſtri ſacri Palatij deuenerunt; de quibus petijt ad noſtrā excellentiam, vt firmitatis apices in eodem sācto Monaſterio fieri iuberemus, cuius preces prædicti amore exandientes hos firmitatis apices ibidem fieri iuſſimus; per quos omnino ſancimus ad perpetualiter habendum noſtris, & futuris temporibus concedimus in præfato Monaſterio ſanctæ Sophiæ; vbi vir venerabilis Azzo Abbas regimen tenere videtor, & omoes ſcriptiones & monimenta illa quę oominatus Sadelfrid Iudex per conneoientiam habuit à præfato Monaſterio ſanctæ Sophiæ, vel quæ idem Monaſterium apud eum remiſit ad cauſandum, ſcilicet ipſa terra de finibus Ianienſis in ipſum Gualdum qui nominatur Dealbutum. Sed propter quod ipſi filij iam dicti Sadelfridi Iudicis contra animam cogitarunt, conſiliarunt, & cum noſtris inimicis ſe coniunxerunt, & nobis ſe periurauerunt, prædictæ ſcriptiones & aliæ omnes res, & ſubſtantiæ eorum ad ſacri noſtri Palatij poteſtatem deuenerunt. Nunc autem quemadmodum prædictæ terrę de iam d. Gualdo Dealbuto qualiter illas habere & detinere debueruot ſimul cum prædictis ſcriptionibus continentibus iam dictas terras, præd. filij iam dicti Sadelfridi Iudicis, in præſato Monaſterio ipſas integrum concedimus ad habendum & poſſidendum ipſas, pars præſati Monaſtrrij, eiuſque Abbates & Rectores, abſque omni contrarietate, & moleſtatione de prædictis filijs Sadelfredi Iudicis, vel de eorum hæredibus, vel à qualicunq; perſona. Quod ſi quiſpiam hanc noſtram conceſſionem, quomodocuoque violare præſumpſerit, tam filij prædicti Sadelfridi, vel hæredes eorum, ſciat ſe compoſiturum auri libras centum in præſato Monaſterio, vel ad eius Abbates & Rectores; & ſupradicta conceſſio, qualiter continet, firma permaneat ſemper. Vt autem hæc noſtra conceſſio verius obſeruetur, manu propria ſubſcripſimus, & ex annulo noſtro ſubter iuſſimus ſigillari.

† *Signum Domini Pandolphi glorioſiſſimi Principis.*

Ego Adelchis ſcriba ex iuſſione ſupradictæ poteſtatis ſcripſi.

Datum tertio nonas Decembris, anno decimo octauo, principatus Domini Pandolphi glo-

rioſiſſimi Principis, eiuſque filij anno ſecundo, Indictione 14. Actum in ciuitate Capuana feliciter.

Pandolphus & Landolphus, de rebus exfundatis infra rebus Monaſterij ſancta Sophiæ; & de liberis hominibus qui res proprias non habent, & in rebus equidem Monaſterij reſident ad laborandum, vt non cogantur in datione, & exactione ſeruitij publici.

In nomine Domini Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Domini Aeterni. Pandolphus & Landolphus diuina ordinante Prouidentia Longobardorum gentis Principes. Cum principalis excellentia petitionibus dilectorum ſuorum omnibus iuſte petentibus clementer faueat. Igitur nouerit omnium fidelium ſanctæ Eccleſiæ, præſentium ſcilicet, ac futurorum ſolertia, Azzonem venerabilem Abbatem Monaſterij s. Sophiæ per Landolphum Comitem dilectiſſimum Barbanũ noſtrum, noſtram adijſſe à Domino protegendam principalem dignitatem, deprecãs, vt per augmentum ſanctiſſimi ipſius loci, noſtræque patriæ ſaluationem, concederemus in eodem ſancto Monaſterio cuncta qualiter hic inferius declaratur, poſſidenda iure quinto, de quibus petijt à noſtra excellentia munitionem fieri in eodem Monaſterio; & ne religioſitati qui inaudiat fieret poſtulatio petitionis qui libenter aſſenſum præbentes hos noſtræ munitionis apices in eodem venerabili loco fieri iuſſimus, per quas omnino ſancimus, & per præſens hoc noſtrum roboreum præceptum perpetualiter concedimus in præfato Monaſterio ſanctæ Sophiæ omnes res fundatas, quantum infra in rebus eiuſdem Monaſterij fuerit, atque in ipſis rebus coniunctum; pariterq; concedimus, in prædicto Monaſterio omnes illos liberos homines, qui res proprias non habent, & in rebus equidem Monaſterij reſident ad laborandum, vel illos qui ſponte ibidem ad laborandum intrauerint & res proprias non habent, vt ſint defenſi ab omni datione & cuncto ſeruitio publico; ſimiliter concedimus in eodem Monaſterio omnes illas liberas fœminas, quæ ſeruos eiuſdem Monaſterij ſibi ſociauerint maritos, vel illas, quæ antea ex ipſis ſibi viros copulauerunt, pariterque & ipſos ſeruos cum filijs & filiabus illorum in ipſo Monaſterio concedimus, vt quomodo omnes legaliter ad noſtrum ſacrum deuenire debuerunt palatium, ſic illis in eodem Monaſterio deueniee ad ſeruiendum & dominandum. Hæc omnia, qualiter ſuperius legitur in eodem venerabili Monaſterio conceſſimus, qualiter amodo & deinceps pars præfati Monaſterij, eiuſque Rectores prædicta omnia qualiter dicta ſunt, habeant & poſſideant, ſine vllius Comitis ſeu Iudicis noſtri, vel cuiuſcunque perſonæ contrarietate: facientes inde omnia quæcunque voluerint, à nemine aliquid contrarium agente, ſed à præſenti & deinceps perpetuis temporibus illa omnia poſſidentes, ſine aliqua moleſtatione cuiuſcunque perſonæ. Porro vt hoc quod habemus atque concedimus, ab omnibus immobiliter obſeruetur, manu propria ſubſcripſimus, & annulis noſtris iuſſimus ſigillari.

† *Signum Domini Pandolphi glorioſiſſimi Principis.*

Adelmarius excellentiſſimus ſcriba, ex iuſſione ſupradictæ poteſtatis ſcripſit.

Datum 14. Kal. Auguſti, anno decimo octauo Principatus ſuperius dicti Dom. Pandolphi glorioſiſſimi Principis, & in primo anno Principatus ſupradicti Domini Landolphi excellentiſſimi Principis, Indict. 14. Actum in ſacratiſſimo Beneuentano Palatio.

Landolphus & Atenolphus, de ſeruis.

In nomine Domini Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Domini æterni. Landolphus & Atenolphus diuina ordinante Prouidentia Longobardorum gentis Principes. Cum principalis excellentia petitionibus dilectorum ſuorum omnibus iuſtè petentibus clementer faueat. Nouerit omnium fidelium noſtrorum, præſentium ac futurorum ſagacitas, quoniam diuina inſpiratione compulſi, ac pro mercede & redemptione animæ noſtræ conceſſimus nos Atenolphus Domini gratia Princeps Lõgobardorum ſanctæ Sophię, vbi nunc Rodelgarda religioſa Abbatiſſa regimen tenere videtur, quod conſtructum eſt intra veterem Beneuentanam ciuitatem non longe à ſacro noſtro Palatio; videlicet, omnes illas liberas fœminas, quæ ſeruos ipſius Monaſterij ſibi ſociauerunt viros, vel quæ antea noſtro tempore ſeruos ipſius Monaſterij ſibi in maritos ſociauerãt, vna cum ipſis ſeruis & cum filijs & filiabus illorum; qualiter ſecundum legem ad noſtrum ſacrũ deuenerunt palatium, vt habeat prædictas fœminas, & iam nominatos ſeruos, necnon & filios & filias, qui ex ijs geniti fuerunt, prædictum Monaſterium eiuſque Rectores, ſine vllius Comitis Gaſtaldi, ſeu Iudicis noſtri, vel cuiuſcunque perſonæ contradictione; vt nullus de prædictis omnibus fœminis, aut de iam fatis ſeruis, & de filijs, necnõ filiabus eorum inuaſiõnis, aut contrarietatis ingerere vllam violentiam præſumat, ſed perpetuis temporibus iam dictum Monaſterium, eiuſque Rectores per hanc noſtram principalem conceſſionem illos iam nominatos ſeruos & vxores præfatas, & filios ac filias illorum habeant & poſſideant, facientes exinde quod voluerint. Porro, vt hoc quod habemus, ab omnibus immobiliter obſer-

obſeruetur, manu propria ſcripſimus, & annulo noſtro iuſſimus ſigillari.

† *Signum D. Landolphi glorioſiſſ. Principis.*

Vrſus excellentiſſimus ſcriba ex iuſſione ſupradictæ poteſtatis ſcripſit.

Datum 15 Kalen. Iul. in anno 23. Principatus Domini noſtri Pandolphi glorioſiſsimi Principis, 13. anno Principatus Domini Landolphi.

Pandolphus & Landolphus, de territorijs exfundatis.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Christi æterni Dei, ac Patris, Pandolphus & Landolphus diuina ordinante Prouidentia Longobardorum gentis Principes. Cum principalis excellentia petitionibus dilectorum ſuorum omnibus iuſte petentibus clementer faueat. Igitur nouerit omnium fidelium noſtrorum præſentium ſcilicet ac futurorum ſagacitas, quia Azzo venerabilis Abbas Monaſterij ſanctæ Sophiæ exſtructi in Beneuentana ciuitate noſtra, petijt excellentiam noſtram pro amore Omnipotentis Dei, & ſaluatione animæ noſtræ, concederemus in eodem ſancto Monaſterio omnia territoria illa ex fundata pertinentia ſacro Palatio, quæ infra fines de terris pertinentibus ipſius Monaſterio coniuncta sũt, & vnde ipſum Monaſterium veraces ſcriptiones habuerit, vel oſtenderit; ſimulque concederemus in eodem ſancto venerabili loco omnes illos extraneos liberos homines qui in curte & terra ipſius Monaſterij habitauerint, de quibus petijt à noſtra excellentia, vt firmitatis apices in eodem ſancto Monaſterio fieri iuberemus; cuius petitionem exaudientes, hos firmitatis apices ibidem exinde fieri iuſſimus, per quos omnino ſancimus, & perpetualiter habendum noſtris, & futuris temporibus concedimus in eodem ſancto Monaſterio ad poſſeſſionem Rectorum omnia territoria exſundata pertinentia ſacro noſtro Palatio, quæ infra fines de terris pertinentibus ipſi Monaſterio coniuncta ſunt, vnde idem Monaſterium veraces ſcriptiones habuerit, vel oſtenderit; necnon & concedimus in eodem ſancto Monaſterio, vt nullum ſeruitium parti noſtræ publicè faciant illis liberis hominibus extraneis qui hæreditatem non habuerint & in curte, & in terris præfati Monaſterij habitauerint; ea videlicet ratione, ea omnia quæ ſuperius leguntur, qualiter ſacro noſtro Palatio pertinere videntur, In ſupradicto ſancto Monaſterio concedimus ad conceſſionem præfati Monaſterij, eiuſque Abbatum & Rectorum habendi, ac poſſidendi abſque contrarietate Comitis, Gaſtaldi, Iudicis, aut cuiuſcunque perſonæ contradictione, vel inquietudine, ſed perpetuis temporibus habeat poſſideatq; pars prædicti Monaſterij ea omnia, quæ ſuperius leguntur, faciendi exinde aliqua contraria ingerente. Vt autem hæc conceſſio verius obſeruetur, manu propria ſcripſimus, & ex annulo noſtro ſubter iuſſimus ſigillari.

† *Signum Domini Pandolphi glorioſiſſimi Principis.*

Petrus Notarius ex iuſſione ſupradictæ poteſtatis ſcripſit.

Datum 4. Non. Maij, anno vigeſimo tertio Principatus Domini Pandolphi, & anno octauo principatus Domini Landolphi glorioſiſsimi Principis, Indictione nona. Actum in ciuitate Capuana.

Pandolphus de monimminibus exſundatis, vt poſsint ea Abbates ſanctæ Sophiæ ad legem oſtendere.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Nos Pandolphus, diuina ordinante prouidentia Longobardorum gentis Princeps, per rogum Godifridi Comitis dilecti noſtri, & pro augmento ſanctæ Eccleſiæ, noſtræque patriæ ſaluatione, concedimus in venerabili Monaſterio ſanctæ Sophiæ, vbi nunc Domino fauente Dominus Azzo venerabilis Abbas regimen tenere videtur, omnia monimina exfundata, quæ pars ipſius Monaſterij habere videtur, quæ continent hæreditates illas quas tenere videtur, & dominare pars eiuſdem Cœnobij, & vnde nec offertiones, neque quemlibet ritulũ alienationis non habet pars eiuſdem Cœnobij, vt licentiam & poteſtatem habeant Rectores, vel pars eiuſdem Monaſterij, ipſa monimina ad legem oſtendere, & cum illis cauſare, & ipſam hæreditatem recolligere, & omnem diffinitionem exinde facere, per hanc noſtram principalem conceſſionem, veluti ſicut per chartulas offertionis, ſeu emptionis, vel venditionis, aut mutationis ipſa monimina in eodem Monaſterio data eſſent; in ea ſiquidem ratione per ſupradictam noſtram conceſſionem, concedimus in eundem venerabilem ſanctum locum, quatenus amodo & deinceps perpetuis temporibus ſecuriter illud habeant & poſſideant, atque omnia inde faciant pars præfati Monaſterij, quæ voluerint, ſine vllius Comitis, Gaſtaldi, ſeu Iudicis, vel Schuldarij noſtri, aut cuiuſcunque perſonæ contrarietate, à nemine exinde aliquod contrarium in partem ipſius Monaſterij in aliquo ingerente, ſed ſecuriter illud habeat & poſſideat.

Scripſi ego Tando Clericus, & ſcriba ex iuſſione ſupradictæ poteſtatis; in anno quinto principatus ſupradicti Domini Pandolphi glorioſiſsimi Principis, menſe Auguſti, Indictione decima quarta.

Pan-

Pandolphus & Landolphus, de tranſitu qui it retro Eccleſiam ſanctæ Sophiæ.

In nomine Domini Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Domini æterni. Pandolphus & Laudolphus diuina ordinante prouidentia Longobardorum gentis Principes. Cum principalis excellentia petitionibus dilectorum ſuorum omnibus iuſte petentibus clementer faueat. Quapropter nouerit omnium fidelium noſtrorum præſentium ſcilicet, ac futurorum ſagacitas, Azzonem venerabilem Abbatem Monaſterij ſanctæ Sophiæ, quod conſtitutum eſt intra hanc Beneuentanam ciuitatem iuxta ſacrum noſtrum palatium, per Iandolphum Comitem dilectiſſimum Barbanum noſtrum, noſtram protegendam principalem dignitatem deprecantem, vt per augmentum eiuſdem Monaſterij, noſtræque patriæ ſalnationem, concederemus in eodem Monaſterio cuncta qualiter hic inferius declarantur, de quibus petierunt in prædicto ſancto Monaſterio fieri munitionem à noſtra excellentia; & ne eiuſdem religioſitatis eius inaudita fieret poſtulatio, vſquequaq; aſſenſum præbentes hos noſtræ munitionis apices in eodem venerabili Monaſterio exinde fieri iuſſimus; per quos omnino ſancimus, & perpetualiter per præſens noſtrum roboreum præceptum concedimus in nominato Monaſterio ſanctæ Sophiæ ipſam traſendam, quæ vadit retro ipſam Eccleſiam, & quæ in parietibus eiuſdem Eccleſiæ coniuncta eſt, id eſt, à caſa Engelberti Calciolarij, & in ipſam plateam publicam quæ vadit ante Eccleſiam ſanctæ Mariæ ſub dicta Domini Saluatoris Capella noſtri Palatij; ita vt poteſtatem habeat pars eiuſdem Monaſterij eandem traſendam claudere, & ſuæ proprietati illam tenere & dominare. Denique & concedimus in eodem venerabili Monaſterio omnes illas liberas fœminas, quæ ſibi viros copulauerant ſeruos ipſius Monaſterij, vel quantæ amodo & antea ſibi viros copulauerint ſeruos eiuſdem Monaſterij, videlicet vna cum ipſis ſeruis & cum filijs & filiabus ſuis, veluti legibus ad ſacrum noſtrum euenire debuerunt Palatium. Pariterq; & concedimus in eodem ſancto Monaſterio, vt omnes illi liberi homines, qui in rebus eiuſdem Monaſterij reſident ad laborandum, vel illi qui antea ibidem fuerunt ſponte ordinati ad laborandum, & res proprias non habent, vt amodo & deinceps defenſi ſint ab omni datione & ſeruitio publico. Necnon & concedimus in prædicto Monaſterio omnes res illas exfundatas, quæ nunc cum rebus eiuſdem Monaſterij coniunctę ſunt, ea etenim ſanctione cuncta qualiter ſuperius leguntur eidem ſancto Monaſterio conceſſimus poſſidenda; quatenus amodo & deinceps idem ſanctum Monaſterium, eiuſque Abbates & Rectores omnia ſupraſcripta habeant & poſſideant ſine illius Comitis, Gaſtaldi, ſeu Iudicis, vel Sculcarij noſtri, aut cuiuſcunque perſonæ contrarietate, facientes inde omnia quæ voluerint, à nemine aliquid contrarium exinde in aliquo ingerente. Vt autem hæc noſtra conceſſio plenius in Dei nomine habeat vigorem, & ab omnibus inuiolabiliter ſeruetur, manu propria ſcripſimus, & annulis noſtris ſigillari iuſſimus

† *Signum Domini Pandolphi glorioſiſſimi Principis.*

Madelgrimus Clericus & Notarius atque ſcriba, ex iuſsione ſupradictæ poteſtatis ſcripſit.

Datum Kalend. Septemb. in anno viceſimo ſecundo Principatus Dom. Pandolphi glorioſiſſimi & in anno quinto Principatus Dom. Landolphi excellentiſsimi Principis, Indictione non. Actum in ſacratiſsimo Beneuentano Palatio.

Landolphus & Pandolphus, de omnibus rebus exfundatis de aquis, & fluuijs, atque caloribus.

In nomine Domini Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, Domini æterni. Landolphus & Pandolphus diuina ordinante prouidentia Longobardorum gentis Principes. Cum principalis excelientia petitionibus dilectorum ſnorum omnibus iuſte petentibus clementer faueat. Quapropter nouerit omnium fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ, noſtrorumq; præſentium ſcilicet, ac futurorum agnoſcat ſolertia, Biſantium venerabilem Abbatem Monaſterij s. Sophiæ, quod ædificatum eſt intus hanc noſtram Beneuentanam venerabilem ciuitatem propinqui noſtro ſacro Benenentano palatio, per Pandolphum Comitem noſtrum dilectiſſimum parentem, noſtram adijſſe à Deo protegendam principalem dignitatem, deprecans, vt pro augmento prædicti Monaſterij, noſtræque patriæ ſaluatione, concederemus, atque confirmaremus in præfato Monaſterio in quo ipſe regimen tenere videtur ad perpetualiter habendum cuncta qualiter hic inferius declarantur, iure quinto; de quibus etiam noſtrã petijt celſitudinem, vt in eod. ſacro Monaſterio pro perenni auctione vti mos eſt, anteceſſorum noſtrorum Principum fieri iuberemus munitionem. Quapropter ne qua inaudita fieret poſtulatio, equidem petitionibus vſquequaq; libenter aſſentientes ipſis omnibus petitionibus, in eodem hoc ſancto ven. Monaſterio hos noſtrę munitionis apices fieri præcepimus; per quos videlicet omnino ſancimus, & perpetualiter per præſens hoc noſtrum roboreum prę-ceptum concedimus, atque confirmamus in præfata Eccleſia ſanctæ Sophiæ, omnes res exfundatas, quæ fuerunt de hominibus

qui

qui ex hoc ſæculo abſque hærede migrauerunt, & quæ cum rebus prædicto Monaſterio ſunt pertinentes, vel infra fines de ipſis rebus eiuſdem Monaſterij eſſe videntur, totum & integrum illud concedimus in eundem venerabilem locum, ſicut ad noſtrum ſacrum Palatium pertinet, vnaque munimina ipſa inde pertinentia, ad ſemper eandem Eccleſiam, eiuſque Rectores illud habendum, & poſſidendum. Similiterque concedimus in prænominato Monaſterio, vt omnes liberos homines qui res proprias non habent, & in rebus ipſius monaſterij habitauerint ad laborandum ſua ſponte, ſemper defenſi ſint ab omni datione, & ſeruitio publico; ſed quicquid ad partem publicam perſoluere, & facere debent, præ omnibus cæteris illud faciant in eodem Monaſterio, eiuſque Rectoribus. Denique & concedimus in prædicto loco aquas & fluuios Sabbati quantum continent res equidem Monaſterij, & aquas de fluuio Caloris, ſimiliter quantum res eiuſdem Eccleſiæ continent cum ripis, ex varijsq; partibus ad laborandum & faciendum pars nominatæ Eccleſiæ eiuſq; Rectores omnia quæ voluerint. Necnon & concedimus in eodem venerabili Monaſterio viã illam publicam, quæ pergere videtur ad pontem ligneum ad fluuium Sabbati, atque coniunctam eum Iſcla eiuſdem Monaſterij, ab alueo illo qui deſcendit ad molina eiuſdem Monaſterij vſque in tertiam pilam de prædicto ponte ligneo, vt liceat parti eiuſdem Monaſterij, eiuſque Rectoribus in eadem via publica omnem laborem facere. Denique & concedimus in prædicto loco aquas & fluuios, qui illis vtiles & neceſſarij fuerint, ad omnia quæ voluerint faciendum; ſic tamen, vt prædictum laborem, & ædificium, quod in prædicta via fecerit pars eiuſdem Monaſterij, ſic illud facere debeat, vt non ſit contrarium ad carros oneratos, vel animalia, quæ exinde tranſitura ſunt; prædictas vero hæreditates, homines, vel viam, vel aquam, vel omnia per noſtrã conceſſionẽ, & omnia quæ ſupra diximus tibi eidem Bilantio Abbati, tuiſque ſucceſſoribus ad partem præd. Monaſterij illa omnia conceſſimus, & confirmamus ſemper habenda necnon poſſidẽda, & facienda omnia quæ voluerint, abſq; vllius Comitis, Gaſtaldi, ſeu Iudicis, vel Schultarij noſtri, vel cuiuſcunque hominum contrarietate, & vt nullus ex prædictis omnibus quippiam inuaſionis, aut contrarietatis in ſupradicta noſtra conceſſione, atque confirmatione parti eiuſdem Eccleſiæ vllo vnquam tempore agere præſumat. Vt autem hæc noſtra conceſſio, atque confirmatio plenius in Domini nomine habeat vigorem, & ab omnibus inuiolabiliter ſeruetur, manu propria ſcripſimus, & annulis noſtris iuſſimus ſigillari. Subſequenter concedimus in eundem venerabilem locum, vt de quanto continent ipſæ caſæ eiuſdem Monaſterij, quæ ædificatæ ſunt intus hanc veterem Beneuentanam ciuitatem iuxta plateã maiorem illam publicam, quæ aſcẽdit de porta Summa, & iuxta traſendam publicam, quæ olim pergere videbatur erga ipſum prædictum monaſterium, & ex vna prædicta platea, vt nullus ſit qui in eadem platea deſuper eandem iam dictam traſendam aliquod ædificium facere, aut laborem ſine voluntate Abbatum eiuſdem monaſterij, & ſpurcitias in eas iactare, aut letamen, ſed poſſit pars eiuſdem monaſterij pontes, atque ædificia facere iuxta illorum voluntatem. Si quis autem hanc noſtram conceſſionem irritam facere præſumat, ſciat ſe eſſe compoſiturum auri libram vnam in excellentiſſimo noſtro Palatio, & in edicto ipſius Cœnobij; & hæc noſtra conceſſio, vt prælegitur, firma permanebit ſemper.

Ioannes Clericus & ſcriba ex iuſſione prædicta poteſtatis necnon conceſſionis ſcripſit.

Datum à nobis menſe Iulio in anno quadrageſimo ſeptimo, Principatus Domini Landolphi glorioſiſſimi Principis, & vigeſimo tertio anno Principatus Domini Pandolphi magni Principis filij Indict. 1. Actum in ſacro Beneuentano Palatio.

Incipiunt Capita ſecundæ partis.

1 *Romiuialdus Zacharia Abbati de ſancta Sophia ad Ponticellum.*

2 *Romualdus de aqua ducta erga muros huius vrbis.*

3 *Romiuialdus de ſancta Sophia ad Ponticellum.*

4 *Romiuialdus de rebus in Ponticello.*

5 *Grimoaldus de ſeruis qui ducunt liberas fœminas.*

6 *Siſolphus de ſancta Sophia in Ponticello.*

7 *Siſolphus de ſancta Sophia ad Ponticellum.*

8 *Siſolphus de ſancta Sophia ad Ponticellum.*

9 *Siſolphus de iudicatu Fridichis Cellarij.*

10 *Siſolphus de ſubſtantia Auroaldi Cortiſani.*

11 *Siſolphus de Condoma Palumbi Piſcatoris.*

12 *Romiuialdus de ſubſtantia Antonij.*

13 *Siſolphus de Monaſterio ſanctæ Mariæ, & ſancti Petri apud Alitas in Maſſano.*

14 *Romiuialdus de Eccleſia ſancti Petri & ſanctæ Mariæ in Maſſano.*

15 *Atrichis, Mauritio Abbati de Condoma in prata iudicatum.*

16. *Radelchis de ſeruis in decimo quinto, vbi dicitur Pontilia, Antonio Præpoſito.*

Ra-

17 *Radelchis de ara intra Ecleſiam ſanctæ Sophiæ, & ſancti Benedicti ad Xenodochium.*

18 *Radelchis de terra, & vinea in loco qui dicitur, ad fabricam, Chriſio Prapoſito.*

19 *Siſolphus de ſylua & terra ſancti Stephani Protomartyris de Strata.*

20 *Siſolphus Rinecauſo Abbati, de S. Stephano in Strata.*

21 *Siconis Adelchiſa filia Atrichis, de caſa & curte infra hanc ciuitatem.*

22 *Adelchiſi de Aldionibus inceptis, vt nullo cogitur ad Rempublicam.*

Romualdus, Zachariæ Abbati de ſancta Sophia ad Ponticellum.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Firmauimus, atque conceſſimus nos vir glorioſiſsimus Romiuialdus ſummus Dux gentis Longobardorum in Eccleſia ſanctæ Sophiæ, quam Zacharias venerabilis Abbas noſter à fundamentis ædificare viſus eſt in loco, qui nominatur ad Ponticellum, qui fuit de quodam Vvaldulpho, omnia & in omnibus de quibus noſtra poteſtas prædicto Zaccharıæ Abbati conceſſit; vnde & noſtra habet firmata præcepta; id eſt, in primis caſas cum curtibus vel hortis, molino & balneo, clauſurias, vbi ipſa Eccleſia ædificata eſt, & tertia bucua quæ eſt trans riuum; & alius hortus qui eſſe videtur iuxta fluuium Sabbathum, qui fuit de quodam Traſoaldo, caſas, terras, vineas, prata & clauſurias, cultum vel incultum, omnia & in omnibus, in quantum & in eodem loco habere viſus fuit, ſimul & omnem ſubſtantiam quam Totonis tranſpadini caſas, terras, vineas, cultum vel incultum, mobilia & immobilia, qui habitare viſus fuit erga ſanctum Baientinum territorium in loco qui dicitur Salicto, de riuo qui deſcendit de monte Benedicti, & vſque fluuiũ Sangrũ, & de alio latere à riuo Sonolo, qui vergit de Caſtello Vrſi, & vſque in noſtrum fluuium Sangrum, & deſuper finem habet vnum in capite de ripa, & vſque in ipſum fluuium Sangrum; & omnem ſubſtantiam quæ fuit Aioaldi filij quondam Saioli, tam caſas intra Beneuentanam vrbem, quam caſale & domos cultas, vineas, terras cultum, & incultum, mobilia & immobilia; territorium in loco qui nominatur fluuium Laurij, quod Paulo dedit, & venerabilis Abbas habere viſus fuit, pecores cum mandris & paſtoribus ſuis, quæ fuerunt de Ioanne; & alios pecores cum mandris & paſtoribus ſuis, quæ fuerunt de Vigili; ammeſſarium vnum cum iumentis ſuis, caballos domitos capita quindecim de armentis de vaccis & bouibus domitis; carras ferratas, argentum, hæreditatem; & omnia quæcunque ipſe Abbas Zaccharias ſua, & ſpontanea voluntate in ipſum venerabilem locum Beatæ Sophiæ offerri voluit; in ea vero ratione de his omnibus in venerab. Eccleſia ſanctę Sophiæ noſtrum præceptum firmauimus, eo quod ab omni ſubiugatione hominum eam abſoluimus, vt neque à monaſterio ſubdatur, neque Synodochio defendatur, ſed Sacerdoti qui in eodem Monaſterio deſeruierit, abſoluta ſecuritas eiuſdem permaneat; excepto ad noſtrum ſacrum Palatium obedientiam habeat. Et ſi quis contra hoc præceptum firmationis atque offertionis tentate voluerit, habeat portionem cum Iuda traditore Domini noſtri Ieſu Chriſti; quatenus ab hodierna die ſit hoc noſtrum præceptum firmum, necnon ſtabile, & ab omni ſubiugatione ſolutum, & in perpetuis tẽporibus firmum & inuiolatum ſemper permaneat. Quod vero præceptum firmationis, atque offertionis ex iuſſione nominatę poteſtatis dictaui ego Perſus Vicedominus; & Referendarius tibi Theodoaldo Notario ſcribendum.

Actum Beneuenti in Palatio menſe Martio per Indict. 17. feliciter.

Romiuialdus Zachariæ Abbati de aqua ducta erga muros Beneuenti.

In nomine Domini Dei Saluatoris Ieſu Chriſti, conceſſimus nos vir glorioſiſſimus Romiuialdus dominus atque ſummus Dux gentis Longobardorum in Eccleſia beatæ ſanctiſſimæque virginis Sophiæ, quam Zacharias venerab. Abbas à fundamentis ædificauit; hoc eſt, de aqua ducta publica fiſtulam aquæ, quam erga murum feliciſſimæ huius ciuitatis noſtrę inſtruere viſus eſt, & vſque ad præfatam Eccleſiam comparauit; vt perennis temporibus ipſa fiſtula in ipſa Eccleſia ſine detentu currat, & præfatæ Eccleſiæ Sacerdotes ſibi eam priuatim defendant, & nullus habeat licentiam exinde ſine voluntate Sacerdotum ipſorum, quid implere, aut ibi facere inuaſionem, niſi qui ab eiuſdem loci ſeruientibus permiſſus fuerit; neque ad noſtri ſacri Palatij Iudicem aliquando ſubtrahatur. Simul etiam & conceſsimus in noſtrum venerabilem locum Vvaldum noſtrum de fluuio Calore, hoc eſt vſque vadum Carrarum ſancti Marciani, & vſque ſub caſa Valerij, vt annuè & ſemper homines de ipſa Eccleſia piſcationem faciant, & nullus ſine permiſſu Sacerdotis nominatæ Eccleſię in ipſum Vvaldum habeat licentiam introire ad piſcandum, ſed ſicuti hactenus ad noſtram manum defenſum eſt, ita & à ſæpenumero dicta Eccleſia defendatur, & à nullo quopiam homine numquam ab ipſo venerabili loco aliquando ſubtrahatur, ſed perpetuis temporibus iure ab antelata Eccleſia & à Zacharia

Abbate, vel ab eiuſdem Ordinis Sacerdotibus detineatur.

Quod vero præceptum conceſſionis ex iuſſione noſtra nominatæ poteſtatis dictaui ego Audelachis Vicedominus & Referendarius tibi Adelcho notario ſcribendum trado. Actum Beneuenti in Palatio noſtro menſe Nouemb. per Indict. 10. feliciter.

Romoaldus de S. Sophia ad Porticellum.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, Firmauimus atque conceſſimus nos vir glorioſiſſimus Dominus Romualdus ſummus Dux gentis Longobardorum Eccleſiæ B. Sophiæ, quã Zacharias Venerabilis Abbas noſter à fundamentis ædificare viſus eſt, in loco qui nominatur ad Ponticellum, qui fuit de quodam Vvandolpho, omnia & in omnibus, de quo noſtra poteſtas prædicto Zachariæ Abbati conceſſit; vnde & noſtra habet firmata præcepta, vel quodcunque antea conquiſiturus fuerit, & qui ſua ex ſpontanea voluntate in eodem ſancto loco offerre voluerit, integram eiſdem tribuimus poteſtatem: quia licet, & oportet omnem Chriſtiannm de ſuis facultatibus & ſubſtantia Domino offerre vnum, quia ipſe ſic ait: Primitia & decima mea ſunt, & omnipotenti Domino offerre ea; In ea vero ratione de his omnibus in Venerab. Eccleſia s. Sophiæ noſtrum præceptum firmauimus, eo quod ab omni ſubiugatione hominum eam abſoluimus, vt neque ab empto donetur, neque à Monaſterijs ſubdatur, neque à Xenodochio defendatur, ſed ſacerdos qui in eodem loco ſeruierit, abſoluta ſecuritas ei permaneat; excepto quod ad noſtrum ſacrum Palatium obedientiam habeat, & hoc tangimus, vt dum Dominus ſpatium Zachariæ Abbati viuendi conceſſerit, qui dum ſacrum locum à fundamentis ædificijs ad culmen perduxit, omnia & in omnibus in quidquid per huius ſeriem præcepti roborei eſt, in eo ſit poteſtas regendi, gubernandi, vel qualiter ipſi placuerit dominandi, quam & prædictam Eccleſiam in ſua habeat proprietate, & quemcunque voluerit eligere ſacerdotem, qui in eodem loco Domino perſoluat officium, integram habeat poteſtatem, quatenus ab hodierna die noſtra ſit firmatio ſeu abſolutio firma & ſtabilis, & ſicut ſuperius fixum eſt, neque ad emptum dominium, neque ad ſacerdorum potentiam, neque ad quampiam perſonam aliquando ipſam eccleſiam ſubingamus: ſed perpetuis temporibus omnia, & in omnibus quæcunque in præceptis continentur, quod nominato Zachariæ Abbati per fidele ſuum ſeruitium à nobis conceſſum fuit, & in eodem loco obtulit, firma & ſtabilia permaneant.

Quod vero præceptum firmitatis ſeu abſolutionis ex iuſſione nominatæ noſtræ poteſtatis

A

dictaui ego Perſus Vicedominus & referendarius tibi Theodoaldo notario ſcribendum. Actum Beneuenti in Palatio, menſe Februario per Indictionem ſextam feliciter.

Romualdus de rebus in Ponticello.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, Conceſſimus nos vir glorioſiſſimus Dominus Romualdus gentis Longobardorum ſummus Dux tibi Zachariæ Venerabili Abbati noſtro caſas ad Ponticellum in quantas ibidem Vvadulphus habere viſus fuerit, cum curtibus & hortis ſimul & clauſuris, quæ poſt ipſas caſas eſſe videntur, & terricellam vacuam quæ trans

B

riuum eſt; Denique molinum & balneum quod in nominato loco eſſe inuenitur; ſimul etiam & familiam nomine Albinus cũ vxore ſua nomine Candida, cum filijs & filiabus ſuis, omnia & in omnibus in quantũ iam nominatus ad Ponticellum Vvandolphus habere viſus fuerit, tibi ſupra dicto Zacharia Abbas, ea ratione vt à nullo quopiã homine nullam habeas aliquando aliquam quæſtionem aut reprehenſionem, ſed perpetuis temporibus, per hoc noſtrum firmiſſimum præceptum ſecuriter & firmiter habere & poſſidere valeas, & quicquid exinde facere volueris in tua ſit poteſtate.

Quod vero præceptum Conceſſionis ex iuſſione nominatæ poteſtatis dictaui ego Petrus Vicedominus & Referendarius tibi Theodoaldo Notario ſcribendum. Actum Beneuenti menſe Nouemb. in Palatio per Indict. 5.

C

Grimoaldus de ſeruis qui aſſociant ſibi liberas fœminas.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Nos vir glorioſiſſimus Grimoaldus Domini prouidentia, Beneuentanæ Prouinciæ princeps, motus Omnipotentis Domini prouidentia ac miſericordia, & pro redemptione animæ noſtræ, ſuggerente glorioſæ poteſtati noſtra Zeto Gaſtaldo fideli noſtro, concedimus in beatiſſimis Sophiæ & Euphemiæ Monaſterijs omnes ſeruos ipſarum eccleſiarum, qui liberas mulieres duxerunt vel duxerint eum ipſis ſuis vxoribus & eum filijs atque filiabus ſuis, ſicut ad noſtrum Palatiũ euenerunt vel euenerint; in ea videlicet ratione, vt amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum præceptum rector prædictarum eccleſiarum præfatas omnes familias, vt ſuperius legitur habere & poſſidere valeat, & à nullo ex noſtris Iudicibus, id eſt, Comitibus, Gaſtaldis, vel à quibuſcunque gentibus babeat aliquam requiſitionem, ſed perpetuis temporibus, quicquid ſuperius conceſſimus, poſſideat.

Quod vero præceptum conceſſionis ex iuſſione nominatæ poteſtatis, ſcripſi ego Leo notarius.

A *rius. Actum Beneuenti in ſacro Palatio, anno 2. menſe Ian. Indict. 1. feliciter.*

Giſolphus de S. Sophia in Ponticello.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, Firmamus atque concedimus, nos vir glorioſiſsimus Dominus Giſolphus ſummus Dux gentis Longobardorum in Eccleſia B. Sophiæ, quam Zacharias Venerabilis Abbas pater noſter à fundamentis ædificare viſus eſt, in loco qui nominatur ad Ponticellum qui fuit de quodam Vvandolpho, omnia & in omnibus de quibus Dominus bonæ memoriæ Romualdus genitor noſter, prædicto Zachariæ Abbati conceſ-
B ſit; vnde & præcepta poteſtatis firmata habere videtur, id eſt in primis caſas cum curtibus vel hortis, molinum & balneum clauſurias, vbi ipſa eccleſia ædificata eſt, & terram vacuam quæ eſt trans riuum, & alium hortum qui eſſe videtur iuxta fluuiũ Sabbathis, qui fuit de quodam Traſoaldo; ſimul & eam caſam quæ fuit in decimoquinto, quæ fuit de quodam Pergoaldo, ſimul cum terris, vineis, pratis ſeu clauſuris, cultum & incultum, omnia & in omnibus, quantum in eodem loco habere viſus fuit; ſimul & omnem ſubſtãtiam cuiuſdam quod totum trans tadini, caſas, terras, vineas, cultum & incultum, mobilia & immobilia, qui
C habitare viſus fuit erga ſanctum Valentinũ, ſimul etiam & omnẽ ſubſtantiam quæ fuit cuiuſdam Aioaldi filij cuiuſdam Seduli; tã caſas intra hanc Beneuentanam ciuitatem, quam & caſale & domum, cultas, vineas, territoria, cultum & incultum, mobilia atq; immobilia, & omnem ſubſtantiam cuiuſdam fiſculi caſarij caſas, vineas, territoria cultum & incultum, mobilia atque immobilia, ſeruos & ancillas, omnia & in omnibus de quantum nominato fiſculo pertinuit in ſubſtantia; ſimul etiam & terram in loco qui nominatur Lauri fluuius, quam Paulus, Deus dedit Venerabiles Abbates habere viſi ſunt per Dominum Zachariam; ſed &
D ſubſtantiam quę fuit cuiuſdam Iuliani, omnia & in omnibus quantum ei portio fuit, quod Deusdedit Abbas habere viſus eſt, ſimul greges pecorum cum mandris & paſcuis ſeu paſtoribus ſuis, quæ fuerunt de Corbulo Amaſſario tres cum iumentis ſuis caballos domitos, capita quindecim, armentum de Vaccis & bouibus domitis, carra ferrata, argentum, vel omnia quæcunque ipſe Abbas Zacharias ſua ſpontanea voluntate in ipſum Venerabilem locum B. Sophiæ offerre prouiderit; in ea vero ratione vt de his omnibus in eccleſia B. Sophiæ noſtrum præceptum firmemus, & quod ab omni ſubiugatione hominum eam abſoluimus, vt neque ad Epiſcopos donetur, neque à Xenodochijs defendatur, neque ab vllo Monaſterio, aut à quolibet eccleſiaſtico

A ordine ſubiugetur, ſed ſacerdos qui in eodem monaſterio deſeruierit abſoluta ſecuritas ei permaneat, excepto quod ad noſtrũ ſacrum Palatium obedientiam habeat. Et qui contra hoc præceptum offertionis atq; firmationis ire tentauerit, ſicut ſacrilegus ab altari repellatur, & in trecentorum & octo Patrum maneat anathemate, & cum Iuda traditore æterno mãcipetur ſupplicio; & ſic noſtra præſens definitio atque roborationis præceptum ſecundum præceptum genitoris noſtri, ex hoc & in perpetuis temporibus maneat roboratum.

Quod vero præceptum offertionis ex iuſſione nominatæ poteſtatis dictaui ego Audeſuſius
B *referendarius tibi Adelcho notario ſcribendum. Actum Beneuenti in Palatio, menſe Iul. per Indictionem 13. feliciter.*

Siſolphus Zachariæ Abbati de S. Sophia ad Ponticellum.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, Firmamus nos Dominus vir glorioſiſſimus Siſulphus ſummus Dux gẽtis Longobardorum in Monaſterio B. Sophiæ, cuius Baſilicam Domino auxiliante Zacharias Venerabilis Abbas in proprio iuris ſui ſolo nouiter conſtruere, atque monaſterium ibidem ſtruere atque Monaſteria-
C li definitione conſecrare omnia & in omnibus eidem nominato Zachariæ Abbati à bonæ memoriæ Domino Romoaldo genitore noſtro conceſſa ſunt, quantum ipſe Abbas in eodem Monaſterio offerri prouiderit atque conceſſerit, vel antea ex dono antelatæ poteſtatis, vel noſtræ, aut de quolibet conqueſtum obtulerit vel donauerit, ſit firmum & ſtabile, & à nullo quopiam homine, nullo quoque adueniente tempore ab eodem venerando loco aliquãdo ſubtrahatur, neque à nobis, neque à poſteris noſtris; & hoc firmamus, vt nulli Epiſcoporũ ſubiaceat aliquando idem Monaſterium, aut Abbas, qui diebus vitæ prædicti Zachariæ patris noſtri in eadem ſit poteſtate tam
D Abbas quam Monachi ſeu cuncta ſubſtantia, ſiue Abbatem quem voluerit ordinare, vel quidquid de rebus & monaſterio facere voluerit, in eius permaneat ditione; poſt vero obitum Abbatis ipſius Monaſterij in ſua ſit priuilegij poteſtate, & ad emptum quemlibet, neque ad Synodum nullum habeat audientiam, ſolummodo ad noſtrum ſacratiſsimum Palatium; & hoc firmamus, vt neque poſteris aut Iudicibus noſtris per nullam quamuis rationem, in ipſum monaſterium quamlibet perſonam ad habitandũ aut pro ora adplicandum quiſquam mittatur, niſi quem ſibi ſponte Abbas & monachi, ſiue ad habitandum, ſiue ad hoſpitandum ſuſcipere voluerint; & ab hodierna vſque die, & in perpetuo tempore ſit ipſe locus ab omni conditione ſolutus, & à ſæcu-

larium

A larium, & à quolibet eccleſiaſtico gradu: & ſi quis hoc ad infringendum tentauerit, nulla ei licentia tribuatur.

Quod vero præceptum firmationis ſeu priuilegij, ex iuſſu nominatæ poteſtatis dictaui ego Triſuſus Duddus & Referendarius tibi Adelpho Notario ſcribendum. Actum Beneuenti in Palatio, menſe Aug. per Indictionem 13. feliciter.

Giſolphus Abbati Zachariæ de S. Sophia ad Ponticellum.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, Firmamus atque concedimus B nos vir glorioſiſſimus Dominus Giſolphus ſummus Dux gentis Longobardorum in Eccleſia s. Sophiæ, quam Zacharias venerabilis Abbas à fundamentis ædificare viſus eſt, in loco qui nominatur ad Ponticellum, qui fuit cuiuſdam Vvandolphi, omnia & in omnibus quæ bonæ memor. Dominus Romualdus genitor noſter prædicto Zachariæ Abbati conceſſit, & per ſua roborauit præcepta; id eſt, In primis caſas cum curuibus & hortis, molino, balneo, ſeu clauſuris, omnia & in omnibus, quæ fuerunt de quodam Vvaldulpho, integrum ſicuti præceptum firmatum eſt à Domino genitore noſtro; ſimul & omnia quæcunque ipſe Ab- C bas Zacharias ſua ſpontanea voluntate ſuaque ſpontanea mente ipſum venerabilem locum B. Sophiæ offerri voluit; in ea vero ratione hæc omnia in ſæpeſata eccleſia ſanctæ Sophiæ per noſtrum præceptum denuo firmauimus, quod ab omni ſubiugatione hominum eam abſoluimus, eo, vt neque ab empto dominetur, neque vlli ſubeſſe debeat Monaſterio, neque à Xenodochio defendatur, ſed ſacerdoti qui in eodem monaſterio deſeruierit, abſoluta ſecuritas ei permaneat; excepto, quod ad noſtrum ſacrum palatium audientiam habeat; & dum Dominus ſupernotato Zachariæ ſpatium viuendi conceſſerit, in eius ſint poteſtate omnia. Et ſi quis contra hoc præceptum D firmationis atque offertionis tentare voluerit, habeat portionem cum Iuda traditore Domini noſtri Ieſu Chriſti; quatenus ab hodierna die ſit noſtrum præceptum firmũ & ſtabile, & ab omni abſolutione ſolutum, & in perpetuis temporibus firmum & inuiolatum permaneat.

Quod vero præceptum firmationis, atque offertionis ex iuſſione nominatæ poteſtatis dictaui ego Adeſuſus Duddus & Referendarius tibi Adelcho notario ſcribendum. Actum Beneuenti in Palatio, menſe Iulio per Indict. 13. bene atque feliciter.

Giſolphus de iudicatu Frederici Cellarij.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Firmamus nos Dominus vir glorioſiſſimus Giſolphus ſummus Dux gentis Longobardorum, vobis Zachariæ ſanctiſſimo Abbati noſtro iudicium ſeu iudicatum Domini genitoris noſtri bonæ memor. Domini Romualdi, de altercatione quam tecum habuit vxor cuiuſdam Friderici Cellarij de quodam Vvandulpho vna filiaſtro ſuo, qui genitori noſtro falſum præceptum oſtenderunt, quaſi vt eis poteſtatem conceſſiſſet, vt eis caſam ad Ponticellum, quæ poſita eſt ſecus viam, vbi prius ipſe habuit ſtationem; & dum vos qui ſupra Zacharias in præſentia genitoris noſtri præceptum ei oſtendiſtis quod continebat conceſſionem de prænominato Vvandulpho, integrum pertinentem ipſum locum, vbi continuo moratus eſt Dominus genitor noſter, quæ vobis Zachariæ Abbati omnia & in omnibus in eodem pertinentia loco ad Pōticellum antea conceſſerit, & ipſum præceptum firmauerit, & nulli alij cuiquã homini exinde aliquid aliquando donauerit; neque per eius iuſſionem eius præceptum firmatum eſt, ſed ſolummodo vobis, qui ſuper, Zachariæ continuo vobis ſuum firmiſſimum iudicatum fieri præcepit, vt nullo quoquo tempore adueniente nunquam habeat vigorem; vxor autem & filij, quondam Friderici, aut quælibet alia perſona, neque per poteſtatem, præceptum, neque per aliud quodlibet præceptum, aut chartulam de ipſo loco caſam aut terram de quodam Vvãdulpho requirendum, ſed perpetuis temporibus, ſicut per eius poteſtatis præceptum ſæpeſato Zachariæ conceſſum eſt, in eccleſia quam ipſe ædificauit, poſsidendum permaneat. Propterea noſtra, quæ ſupra, glorioſa poteſtas, dum Domini genitoris noſtri legere feciſſet iudicatum, ſtatim placuit nobis iuxta timorem Dei, per hoc noſtrum firmitatis præceptum, hoc iudicium & iudicatum renouare atque firmare, vt nullus aliquando habeat vigorem cauſare, quærere, aut prædictum Abbatem vel eius poſteros quoquomodo inquietare, neque per chartulam neque per præceptum, ſed ex hoc & in perpetuum ſecuriter & firmiter omnia & in omnibus, quantum Vvandulpho fuit, ad Ponticellum valeant poſſidere.

Quod vero præceptum firmitatis iudicati, ex iuſſione nominatæ poteſtatis, dictaui ego Andeſuſus Duddus & referendarius tibi Adelchiſio Notario ſcribendum.

Actum Beneuenti in Palatio, menſe Nouẽbri, per Indict. 14. feliciter.

Giſolphus Zachariæ Abbati de ſubſtantia Auroaldi Cortiſani.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Conceſsimus nos Dominus vir glorioſiſſimus Giſolphus ſummus Dux gentis Longobardorum, vobis Zachariæ Abbati ſanctiſsimo, Patrique noſtro, omnẽ

ſubſtantiam quæ Autoaldi fuit Curtiſani noſtri, tam caſas infra hanc Beneuentanam ciuitatem noſtram, quàm etiam & foras, domos cultas, condomas, ſeruos & ancillas, caſas, vineas, territoria, cultum & incultum, mobilia atque immobilia, ſimulque Muſolam cum filio ſuo Sabbatino & Franculo, quos ſine noſtræ iuſsione poteſtatis tibi ipſam ſubſtantiam poſt obitum Auroaldi cõceſſeramus curtiſanos de ipſis ſeruis qui fuerant; nunc denuo ipſam ſubſtantiam integram cum ipſis ſeruis conceſsimus, vt à nullo quopiam homine vnquam habeas aliquando aliquam quæſtionem aut reprehenſionem, ſed perpetuis temporibus ſecuriter & firmiter per hoc noſtrum firmiſsimum præceptum, ſicuti Auroaldi fuit, integrum habere & poſſidere valeatis, vel facere de eis quodcunque volueritis: Et ſi forſitan præceptum aut judicatum ſibi Sabbatinus
*Nov f. aut Franculus vel quiſpiã ex eis * fecit, inanis remaneat, & vos ſicut diximus, prædicta ſubſtantia frui valeatis.

Quod vero præceptum conceſſionis, ex iuſſione nominatæ poteſtatis dictaui ego Audefuſus Duddus & referendarius tibi Adelcho notario ſcribendum.

Actum Beneuenti in Palatio, menſe Ianuario, per Indictionem 4.

Giſolphus de Condoma Palumbi Piſcatoris.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, Conceſſimus nos vir glorioſiſſimus Dominus Giſolphus s ſummus Dux gentis Longobardorum, vobis Zachariæ ſanctiſſimo Abbati patri noſtro, condomã nomine Palumbus piſcator cum vxore, filijs & filiabus, & cum omnibus eorum pertinentijs, cum caſis, vineis, terris cultis & incultis, mobilibus, peculijs, cum quantum vſque modo ad manum noſtram deſeruire viſus fuit, integrum, qui habitare videtur ad pontem lapideum, & fuit de ſubactione ſecundi Gaſtaldi & Veſtarij noſtri, quatenus ab hac præſenti die, & in perpetuis temporibus vos qui ſupra, Zacharia, etiam & quod exinde facere volueris, in tua ſemper ſit poteſtate, & à nullo quopiam Gaſtaldo, vel actore vnquam vos in aliquo moleſtare præſumat de ea quam noſtra glorioſa conceſſit poteſtas, ſed ſecuriter & firmiter per hoc noſtrum præceptum nominatam condomam cum omnibus rebus ſuis habere & poſſidere valeatis.

Quod vero præceptum conceſſionis ex iuſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego nominati glorioſiſſimi Domini noſtri Giſolphi & dictaui ego Gratianus Notarius.

Actum in hoc noſtro ſacratiſſimo Beneuentano Palatio, menſe Iun. per Indictionem 12. feliciter.

Romualdus Zacharia Abbati de caſis, vineis, territorijs, & omni ſubſtantia cuiuſdam noſtri Totonis.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, Conceſſimus nos Dominus vir glorioſiſſimus Romualdus ſummus Dux gentis Longobardorum, tibi Zachariæ venerabili Abbati omnem portionem ſubſtantiæ quondam Totonis trans Spadini; hoc eſt, caſas, vineas, territoria, cultum & incultum, mobilia atque immobilia, omnia & in omnibus, quidquid nominato Totoni pertinuit portionis, & quod poſt ſuum reliquit diſceſſum tibi Zachariæ venerabili Abbati conceſsimus poſſidendum, qui ipſe Toto habitare videbatur ſub ſancto Valentino; quatenus ab hodierna die habeas & poſsideas ipſam ſubſtantiam tu, qui ſuper Zacharias venerabilis Abbas, & quodcunque exinde facere volueris in tua ſit ſemper poteſtate, & à nullo quopiam homine nullam habeas aliquando quæſtionem aut reprehenſionem, ſed perpetuis temporibus per hoc noſtrum firmiſsimum præceptum ſecuriter & firmiter ipſam iam nunc nominatam ſubſtantiam habere ac poſsidere ſemper valeas.

Quod vero præceptum conceſſionis ex iuſſione nominatæ poteſtatis dictaui ego Petrus Vice-dominus & referendarius tibi Grauſoni notario ſcribendum.

Actum Beneuenti in Palatio, menſe Aprili per Indict. 6. feliciter.

Giſolphus de Monaſterijs S. Mariæ & S. Petri apud Aliſas in loco Maſſano.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Humillum poſtulatio, quæ Diuiuum & diuturnum iudicum innoteſcit auditum, neceſſe eſt principaliter pro Dei amore eorum preces audire; ideoque firmamus nos vir glorioſiſsimus Giſolphus ſummus Dux gentis Longobardorum tibi Tuccuni Reuerendiſsimo, vt ſecundum petitionem tuam Monaſterium beatæ ſemperque Virginis Mariæ Dei Genitricis, & s. Petri Principis Apoſtolorum apud Aliſas poſitũ in loco qui dicitur Maſſana, quem tu ædificare viſus fuiſti in tuam credimus diſpoſitionem; propterea per hoc noſtrum præſens præceptum iubemus atque firmamus per rogum Tuccuni, ſeu Criſpinæ Abbatiſſæ, & Natalem Abbatem in eodem Monaſterio confirmata in tua poteſtate omnia iura Monaſterij ſubiaceant; ita videlicet, vt nullus Epiſcopus ſibi in id Monaſterium aliqua iura exhibeat, tantummodo ſub noſtri feliciſsimi Palatij diſpoſitione permaneat; & cum noſtra ordinatione Abbas quem ſibi Monachi de eodem Monaſterio elegerint ordinetur; & ſi quis ex Monachis de Monaſterio

ſterio ſancti Quirici ibidem voluerit quoquo tempore habitare, vt communi vita ſub Abbate & Regula ibidem ſubiaceat; & nullo quoquo tempore habeat aliquis vigorem aliquid exinde ſubtrahere, aut tentare, ſed in perpetuis temporibus tam tuNatalis, quam & poſteri ſecuriter, & firmiter in eodem venerabili loco deſeruire valeatis.

Quod vero præceptum firmitatis, ex iuſſione nominatæ poteſtatis, dictaui ego Areſuſus Duddus & referendarius tibi Godeperto Notario ſcribendum.

Actum Beneuenti in Palatio, menſ. Aug. per Indictionem vndecimam feliciter, ac firmiter.

Romualdus de Eccleſia ſanctæ Mariæ & ſancti Petri in Maſſano.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Magni eſt apud Dominum, qui ſanctorum commẽdationis obtinet meritũ: dum quis de ſuis proprijs rebus Domino Deo Creatori, ac Redemptori non offert munus, ſed ſibimetipſi in æternum præparat manſionem. Vna cum voluntate & iuſſione Domini viri glorioſiſſimi Romualdi ſummi Ducis gentis Longobardorum, ego Iuſtinianus vna cum coniuge mea Domila, & cum conſenſu filiorum noſtrorum Pillonis & Martini, offerimus in Monaſterio beatæ ſanctiſſimæque Virginis Mariæ, ſanctique Petri Apoſtolorum Principis, quod fundatum eſt in loco qui dicitur Maſſanum, omnes res noſtras quicquid habere viſi ſumus; id eſt, caſas, vineas, territoria, cultum & incultum, mobile & immobile, omnia & in omnibus, in ipſum venerabilem locum offerimus poſſidendum; pro eo quod nominatos filios noſtros in ipſum monaſteriũ Monachorũ Regulæ tradidimus ad deſeruiẽdum; ea vero ratione, vt ſi quoquo tempore nominati filij noſtri ſe de ipſo ſancto loco ſubtrahere voluerint, non habeant licentiam niſi vt ſuperius legitur cum omnibus rebus noſtris in prædictum Monaſterium ſicuti & alij Monachi deſeruiant. Vnde pro firmitate huius membrani nominatam poteſtatem poſtulauimus, & effigiem annuli ſui affigi præcepit.

Quod vero præceptum offertionis ex iuſſione nominatæ poteſtatis dictaui ego Vrſus referendarius tibi Vrbano Notario, ſcribendum.

Actum Beneuenti in Palatio, menſe Ian. per Indictionem ſecundam.

Indicatum Atrichi de Condoma, quæ habitare videtur in prata Mauritio Abbati ſancti Benedicti.

In Dei nomine, Coniunximus nos Dominus vir glorioſiſſimus Atrichus ſummus Dux gentis Longobardorum, in curte noſtra, quæ vocatur Mõtella, vbi vinens Mauritius venerab. Abbas, Monaſterium s. Benedicti, quod ſitum dignoſcitur eſſe intra ciuitatem noſtram Beneuentanam, vbi Xenodochium eſſe inuenitur, & ſuggeſſit nobis; eo quod condomam quam bonæ recordationis Domina Theoderada, cum Domino Giſolpho filio ſuo obtulerunt in prædicto monaſterio, quæ habitare videtur in prata Zacharias qui fuit Abbas cõtra Canonicam Regulam liberauit, ſicque modo ſe á ſuo ſeruitio ſubtrahere quærant. Nos quippe dum talia audiſſemus, continuo iuſſimus ante noſtra veſtigia ipſos homines, id eſt, Cœleſtinum, Lupum, & Vrſum, qui cauſam ſuam de germanis agebant, & inquiſiuimus eos pro qua ratione ſe á ſeruitio ipſius venerab. Monaſterij ſubtraherent? Qui adſerentes dixerunt: Certè verum eſt quia & nos á parentibus noſtris Domina Theoderada cum Domino Giſolpho Duce filio ſuo contulerunt in ipſo Monaſterio, & ſerui exinde fuimus ei; poſt ea Zacharias qui ibi Abbas fuit, liberos nos conſtituit per præcepta glorioſiſſimæ mem. Dom. Giſolphi iunioris, ſeu Godeſchalchi Ducum, & per legem qualiter liberi conſtituti ſumus, in noſtra libertate permanere debemus. Ad hæc reſpondebat nominatus Mauritius Abbas: verum eſt ſicut aſſeritis, quod vos quandoque Zacharias liberos conſtituit, ſed non ſicut ſecundum legem, & ſanctorum Patrum inſtitutionem, ſeu Canonicam ſanctionem; & ideo vobis ipſa libertas firma, & ſtabilis eſſe non debet, ſed qualiter ſecundum offertionem iſtam, quam ecce præ manibus teneo, vos nominata poteſtas conceſſit, ſeruire debetis. Tunc dum hæc omnia noſtra glorioſa poteſtas intellexiſſet, fecimus religi offertionem, quam Mauritius Abbas Mõnaſterij oſtendebat, & inſertum ibi inuenimus, qualiter Domina Theodorada cum Domino Giſolpho filio ſuo Duce ſupranominatas condomas ibidem conceſſerunt per ſuum firmiſſimum præceptum; deinde iuſſimus religi & præcepta alia, quæ Cæleſtinus cum nominatis parentibus ſuis de ſua libertate oſtendebat, vbi legebatur qualiter eos Dominus Giſolphus iunior Dux ſeu Godeſchalc qui fuerat Dux, per rogum quondam Zachariæ libertaſſent, ſed etiam & firmitatem de ipſis præceptis quam eis emiſerant Scauniperga cum Liuapraodo filio ſuo. Quibus relectis, & agnitis eorum altercationibus, præcepimus ſacros adduci Canones in noſtram præſentiam, quorum capitula, ita continentes inuenimus in ſanctorum Apoſtolorum, ſeu Niczno, necnon & Ancyrano, atque Syluestri Papæ Vrbis Romæ Concilijs: vt nullus Epiſcoporum, Presbyterorum, Diaconorum & Clericorũ, qui ſacris & venerabilibus locis præſſent, res Eccleſiæ diſtraherent, aut alienare præſumerent; & qui præſumerent, á pro-

prio

A prio gradu diſcederent. Poſt hæc, vt irreprehenſibiliter præſtante Domino iudicium dare poſſemus, iuſſimus adduci edictum gentis noſtræ Longobardorum, quod ſciſcitantes inuenimus, qualiter bonæ recordat. Dominus Luitprandus Rex iudicauit, & inſtituit vt præcepta facta, quæ anteriora eſſent, firmiora & ſtabiliora eſſent: ſicut voluimus vt noſtra præcepta ſemper robur obtineant; idcirco decreuimus atque ſtatuimus: vt nominati homines, id eſt, Cœleſtinus cum vxore & germanis ſuis, atque Lupus cum genitore, vxore & filijs ſuis, & nepotibus, id eſt, filijs Butte & Calbuli, ſed etiam & Gemulus cum vxore & filijs ſuis, qualiter ad poteſtatem prædicto iam Monaſterio ſunt conceſſi, obediant & deſeruiant B perpetuis temporibus in ipſo ſancto loco, & ipſius Cuſtodibus, cum omnibus rebus ſuis, & cum filijs & filiabus; quos & in præſentia ſæpius dicto Abbati Mauritio in manum tradere iuſſimus, & præcepta ipſorum ante noſtrum conſpectum caſſari fecimus; tantum de filijs Cœleſtini, pro cauſa pietatis & animæ noſtræ ſalute, quos aſſerebat de Atrimanatos eſſe, decreuimus, vt libera & abſoluta permaneret perſona corũ; vnde & eis præceptum fieri iuſſimus: ipſe vero Cæleſtinus cum coniuge ſua & omnibus rebus ſuis, ſeu fratre eius, & cuncti omnes ſuperius nominati cum rebus & filijs & filiabus ſuis, atque coniugibus, omni in C tempore eſſent ſerui iam nominati monaſterij ſancti Benedicti; ſicut & alij qui ibidem deſeruiunt. Vnde pro firmitate venerabilis loci, hoc noſtrum præceptum iudicatum fieri iuſſimus; vt nullo tempore præd. Cœleſtinus, Lupus, & Vrſus, vel eorum hæredes de ſua libertate agere præſumant, ſed ab hodierno die & perpetuis temporibus, tam tibi, qui ſupra, Mauritio, quàm & ſucceſſoribus tuis obediant & deſeruiant cum omnibus rebus ſuis, omni repetitione ceſſante, & in veſtra ſint poteſtate, faciendi ex eis Canonicè quidquid vobis placuerit.

D *Quod vero iudicatum definitionis, ex iuſſione nominatæ poteſtatis, dictaui ego Gaydemarius referendarius tibi Beato Notario ſcribendum.*

Actum in nominata Curte noſtra Montellari, menſe Auguſti per Indictionem decimam quintam feliciter.

Radelchis de ſeruis in Decimo quinto, vbi dicitur Pontilia.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Conceſſimus nos vir glorioſiſſimus Radelchis Domini prouidentia Lõgobardorum gentis Princeps, per rogum Nanatrij Comitis noſtri, & Antonij Præpoſiti in Monaſterio ſanctæ Sophiæ, quod ſitum eſt intra hanc Beneuentanam ciuitatem, Aldolum & Vualdiprandum germanos filij Mauriperti, & Leopardum ſeu Rugulum, cum vxoribus, filijs & filiabus, uxoribus, ſeruis atque ancillis, & omnibus rebus eorum mobilibus & immobilibus, & omnia eorum pertinentia; qui habitare videntur in Decimo quinto, loco qui Pontilia dicitur; veluti ob meritum culpæ illorum, eo quod à Sicenolpho fugerunt, & ad ſacrũ noſtrum Palatium euenerunt; in ea videlicet ratione, vt amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum præceptum, prædicta omnia quæ ſuperius legũtur, Rectores iam d. Cœnobij habere & poſſidere valeant, & à nullo ex noſtris Iudicibus, id eſt, Comitibus, Gaſtaldis, vel à quibuſcunque gentibus habeant aliquam requiſitionem, ſed cuncta quæ perleguntur, perpetuis temporibus poſſideant Rectores prænominati Monaſterij.

Quod vero præceptum conceſſionis ex iuſſione nominatæ poteſtatis, ſcripſi ego Audoaldus Notarius.

Actum Beneuenti in Palatio, anno decimo ſeptimo intrante menſe Iulio, Indict. 3. feliciter, ac proſpere.

Radelchis de Eccleſia ſanctæ Sophiæ, & de ſancto Badſeno, atque terra iuxta eam ipſam Eccleſiam.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Nos vir glorioſiſſimus Radelchis Dei Prouidentia Princeps gentis Longobardorum, filius Dom. bonæ recordationis Adelchi; ob ſalutem animæ noſtræ, conceſſimus in Monaſterio beatæ ſanctiſſimæque virginis Sophiæ, quod conſtructum eſſe dignoſcitur intra hanc noſtram Beneuẽtanam ciuitatem, quæ pertinuit hoſpitali ſacri noſtri palatij per hos fines; de duabus partibus, vſque terram prædicti Monaſterij ſanctiſſimæ virginis Sophiæ, de tertia parte vſque ad parietem ex caſa Monaſterij ſancti Benedicti quod vocatur Xenodochium, de quarta parte vſque ad traſendam publicam prædictæ noſtræ ciuitatis; in ea videlicet ratione, vt amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum præceptum, integram ſupradictam terram, ſanctæ Sophiæ Monaſterium, eiuſque Rectores habere & poſſidere valeant, & à nullo ex noſtris Iudicibus, id eſt, Comitibus, Gaſtaldis, vel à quibuſcunque gentibus habeant aliquam requiſitionem, ſed perpetuis temporibus poſſideant.

Quod vero præceptum conceſſionis ex iuſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Petrus Notarius.

Actum Beneuenti, ſecundo anno, menſe Februario Indict. 14. feliciter admodum.

Ra-

Radelchis de terra & vinea, in loco qui dicitur Fabrica.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Conceſſimus nos vir glorioſiſſimus Radelchis Domini prouidentia Longobardorum gentis Princeps, filius Domini bon. recordat. Adelchi, per rogum Aderici Abbatis noſtri, tibi Chriſſio Præpoſito Monaſterij ſanctæ Sophiæ, quod conſtructum eſſe videtur intra Beneuentanam ciuitatem noſtram, integram modicam terricellam cum integra vineola, quæ fuit Alachis liberi hominis, in loco qui Fabrica vocatur, in finibus Folianenſibus; velnti legibus ad ſacrum noſtrũ euenit Palatium, eo quod ſine hæredibus deceſſit; ea videlicet ratione, vt amodo & deinceps per hoc noſtrum roborenm præceptum, ſupradictam integram terricellã & vineolam, tu & poſteri tui habere & poſſidere valeatis, & à nullo ex noſtris Iudicibus, id eſt, Comitibus, & Gaſtaldis, vel à quibuſcunque gentibus habeatis aliquam requiſitionem, ſed perpetuis temporibus poſſideatis.

Quod vero præceptum conceſſionis, ex iuſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Petrus Notarius.

Actum Beneuenti, primo anno, menſe Iun. Indict. 14.

Giſolphus de ſylua, & ara ſancta.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Conceſſimus nos Dominus vir glorioſiſſimus Giſolphus ſummus Dux gentis Longobardorum, per rogũ Schaumpergæ glorioſiſſimæ, & dilectæ coniugis noſtræ, in Monaſterio ſancti Stephani Protomartyris, quod fundatum dignoſcitur eſſe in ſtrada, vbi Rimecauſus Reuerendiſſimus Abbas regimen tenere videtur, ſylnam cum terra vacna, quæ fuit de galo noſtro in nominata platea, id eſt, de via in viam, & de alio latere vſque in aliam ſtradam, quæ nominatur ſtrada maior, de tertio vero latere vſq; in prædictam Eccleſiam ſancti Stephani Martyris, qualiter nominata ſylua à Rotulo Gaſtaldo noſtro per noſtram inſſionem nobis tradita eſt, quæ fuit de actu nominati Rotuli; quatenus amodo & deinceps habeas ea, & poſſideas tam tu ſupranominate Rimecauſe, quam & poſteri tui, qui in nominato ſacratiſſimo Monaſterio ordinati fuerint; & nullus ex noſtris gaſtaldis, aut accionarijs, vel quiſquã homo contra noſtræ conceſſionem poteſtatis, quandoque tranſire præſumat, ſed noſtra conceſsio omni in tempore roborea perenniſque temporibus inuiolata permaneat ſemper.

Quod vero præceptum conceſſionis ex iuſſione nominatæ poteſtatis, & ex dictatu præd. Domini noſtri glorioſiſſimi Giſolphi, ſcripſi ego Petrus Notarius.

Actum in hoc ſacratiſsimo Beneuentano Palatio menſe Nouembri, per Indictionem quartam feliciter.

Giſolphus Rimecauſo Abbati de Monaſterio ſancti Stephani.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Conceſſimus nos Dominus vir glorioſiſſimus Giſolphus ſummus Dux gentis Longobardorum, per rogum Schanibergæ glorioſæ dilectæque coniugis noſtræ tibi Rimecauſo Abbati noſtro de Monaſterio ſancti Stephani Martyris glorioſiſſimi, quod fundatum eſt in Strada, pueros duos nomine Veſus & Ditentius vna cum vxoribns, filijs, ac filiabus ſuis pro homicidio quod perpetrauerunt, ſolummodo eorũ perſonæ, & fuerunt de actu Cauuſino, quem modo Gaſtaldus noſter tenere videtur; quatenus amodo, & deinceps habeas & in tuo ſeruitio detineas, tam tu ſupernominate Rimecauſe, & quidquid de eis facere volueris in tua ſint omnia poteſtate, & nullus ex noſtris gaſtaldis, aut accionarijs, nec quiſquam homo cõtra noſtram poteſtatem quandoque ire ſibi præſumat, verum noſtra conceſſio nunc & omni tempore firma ac roborata permaneat.

Quod vero præceptum conceſſionis ex iuſſu, & dictatu nominati glorioſiſſimi Domini Giſolphi ſcripſi ego Ioannes Notarius, data iuſſione in hoc noſtrum ſacratiſſimum Beneuentanum Palatium, menſe Mart. per Indict. 15. feliciter.

Sico Adelchiſæ filiæ Atrichi, de caſa, & curte infra hanc ciuitatem.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Conceſſimus nos vir glorioſiſſimus Sico Dei prouidentia Longobardorum gentis Princeps, per rogum Radelchis Gaſtaldi fidelis noſtri, vobis Adelchiſæ filiæ ſanctæ recordationis Domini Atrichis, integram caſam & curtem, intra hanc Beneuentanam ciuitatem, quæ dicitur Curtis minor; eſt enim in fine monaſterij s. Sophiæ, & vadit vſque ad plateam Marij; in ea videlicet ratione, vt amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum præceptum, prædictam caſam cum integris finibus ſuis, tu & hæredes tui habere, & quidquid de eadem iudicare, vel diſponere volueris, in tua ſit poteſtate indicandi qualiter tibi placuerit; & à nullo ex noſtris Iudicibus, id eſt Comitibns, Gaſtaldis, vel à quibuſcunque gentibns, habeatis aliquam requiſitionem, ſed perpetuis temporibus poſſideatis.

Quod vero præceptum conceſſionis ſcripſi ego Theodoricus Notarius.

Actum Beneuenti, primo anno, menſe Nouembri, per Ind. 11. feliciter.

Adel-

Adelchis de Aldionibus in Cepalone.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Conceſſimus nos vir glorioſiſſimus Adelchis Domini prouidentia Lõgobardorum gentis Princeps, per rogum Adeltrudæ dilectæ coniugis noſtræ, tibi venerab. Præpoſito & medico fideli noſtro Erinepertum & Ragenipertum, ſeu Ermenandum germani filij Mauri, & Leonem filium Ztuſari Aldionis Monaſterij s. Benedicti in Cepaloni, & pertinent ipſis ex miniſterio cuiuſdam Guaconis Marepalis, vt nullo in tempore dent penſionem, neque angariam faciant, neque hoſtes; in ea videlicet ratione, vt amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum præceptum prædicta omnia quæ perleguntur, firmiter habere & poſſidere valeatis, vos & Rectores prædicti Monaſterij, & à nullo ex noſtris Iudicibus, id eſt, Comitibus, Gaſtaldis vel à quibuſcunq; gẽtibus habeatis aliquam requiſitionem, veruntamen perpetuis temporibus firmiter poſſideatis.

Quod vero præceptum conceſſionis, ex iuſſione nominatæ poteſtatis, ſcripſi ego Thomas Abbas.

Actum Beneuenti, vigeſimo tertio anno, menſe Febr. Ind. 9. feliciter admodum.

Incipiunt Capita tertiæ partis.

1 *Romualdus de Condoma in Gracis.*
2 *Romualdus.*
3 *Giſolphus de Eccleſia ſancti Petri in Quinto decimo.*
4 *Giſolphus & Zacharias Abbas.*
5 *Giſolphus de caſa Ariuiodi.*
6 *Grimoaldus de facultatibus Graſolphi.*
7 *Siconis de Curte in Siniano.*
8 *Siconis.*
9 *Godeſcalchus de loco qui dicitur Fetilia.*
10 *Scauniperga & Luiprandus de S. Gregorio, quam Felicitas ædificauit.*
11 *Liutprandus de caſis & alijs rebus intra, necnon & extra hanc ciuitatem.*
12 *Sicardus de re Allonis, atque de caſtellis ſacri Palatij.*
13 *Sicardus de Curte in loco Folianeſe.*
14 *Sicardus de Furcle modiorum quindecim.*
15 *Sicardus de rebus in loco Folianeſe.*
16 *Radelchis de rebus in loco Folianeſe.*
17 *Radelcharius de rebus in Liturano & Curſano.*
18 *Radelchis de terricella intra hanc ciuitatem, iuxta caſam Petri Mariſchalchi.*
19 *Radelchiſus de ſubſtantijs Ragemprandi.*
20 *Radelchiſus de caſa, & terra intra ciuitatem, propinqua Eccleſia ſancti Benedicti.*

A 21 *Radelchiſus de terra intus hanc ciuitatem, propinqua Eccleſia S. Benedicti, & ſtabulo ſacri Palatij.*
22 *Radelchiſus de ſubſtantia Drogonis.*
23 *Atrichis de Eccleſia ſanctæ Mariæ, & ſancti Marciani in loco qui dicitur Adpleata.*
24 *Alonis de piſcatione in mari Sipontino.*
25 *Atrichis de rebus, & gipſarijs in Nuriano.*
26 *Scauniperga & Luitprandus.*
27 *Giſolphus de Condoma in loco qui dicitur Silecct.*
28 *Grimoaldus de loco qui dicitur Viriſano.*
29 *Grimoaldus de ſeruo nomine Prandulus.*
B 30 *Atrigiſus de duobus pueris qui fuerunt de acto Caſanienſe.*
31 *Godeſchalchus de caſale in Sapione.*
32 *Romualdus de Colombus in loco qui dicitur Gratiano.*
33 *Sicardus de Vualdo in finibus Apuliæ in loco qui dicitur Anglone maiore.*
34 *Radelchiſus de Curte in Matalone.*
35 *Radelchiſus de ſeruis ex loco Pareorano in finibus Cynitiro.*
36 *Radelchiſus de Vualdo in canali, & de alio Vualdo in loco qui dicitur Sappione.*
37 *Radelchiſus de Vualdo & ſeruo in finibus Larinenſibus.*
C 38 *Adelchiſus de ſeruis qui liberas fœminas duxerunt.*
39 *Adelchis de ſeruis ex loco Curteſano.*
40 *Pandolphus & Landolphus de ciuitate Atriuento, & caſtello Anglone, & Caccauone, & Canſalupo.*
41 *Landolphus & Atenolphus de curte in Cluſiano & in Candi, & ſancto Cirico.*
42 *Landolphus & Atenolphus de via publica qua pergit ad portam Ruſini in flumine Sabbato.*
43 *Pandolphus & Landolphus.*
44 *Landolphus de terris exfundatis in loco ſupra Matalum.*
D 45 *Landolphus & Pandolphus de terris foris portam ſummam, intra duas vias publicas.*
46 *Landolphus & Pandolphus de rebus exfundatis in finibus Furculants.*
47 *Landolphus & Pandolphus de Eccleſia Sancti Martiani, iuxta fluuium Calorum.*
48 *Pandolphus & Landolphus de aqua fluminis Caloris.*
49 *Pandolphus de Eccleſia ſancti Martiani iuxta Calorem.*
50 *Pandolphus & Landolphus de rebus in ponte Piano, necnon & in alijs propinquis locis.*
51 *Pandolphus & Landolphus de hoſpitali in S. Benedicto ad Xenodochium.*

Ro-

Romualdus de Condoma in Græci. A

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Conceſsimus nos Dominus vir glorioſiſsimus Romualdus ſummus Dux gentis Longobardorum, per rogum Iudelachis Gaſtaldi noſtri, tibi Vrſo Veſtarario noſtro condomam, nomine Ioannis cum vxore, filijs & filiabus, vel cum omnibus eorum pertinentibus, quæ fuerunt de Græçi, de ſubacto tuo Vrſe; quatenus ab hodierna die habeas & poſsideas, tam tu, quàm & filij filiorum tuorum, & à nullo quoquam hominum nunquam habeas aliquando aliquam quæſtionem aut reprehenſionem; ſed perpetuis temporibus ipſam iam nominatã B condomam cum caſa, vineis, territorio, cultum vel incultum, cum mobili & immobili, omnia & in omnibus habere ac poſſidere valeatis.

Quod vero præceptum conceſsionis ex iuſsione nominatæ poteſtatis dictæ ego Petrus Vice-Dominus & referendarius tibi Godeperto Notario ſcribendum.

Actum Beneuenti, in Palatio, menſe Aug. per Indict. 3. feliciter.

Romualdus.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri C Ieſu Chriſti. Firmamus nos vir glorioſiſſimus Romualdus ſummus Dux gentis Lõgobardorum, per rogum Vrſi Duddi & referendarij noſtri, vobis Ioanni & ſorori Tuetundilæ ſecundum qualiter ad noſtram poteſtatem poſtulatis, vt ſi tibi Ioanni Dominus donauerit ſpatium ad viuendum, ſimulque & ſorori tuæ dum venerit ei tempus vt ſibi virum ſociare debeas, tu Ioannes eam ordinare, & in omnibus dotem dare, ſicuti omnis diſponit ſororem ad viro ſociandum. Ad hæc poſtulatis noſtram poteſtatem, vt ſicuti haber caſus humanus, ſi tu Ioannes antequam tibi legitimam vxorem ſociare debeas, & ſine filio de legitima vxore mortuus fueris, vt omnia & in D omnibus portio ſubſtantiæ tuæ remaneat Tundilæ ſorori tuæ ad poſsidendum. Et iterum poſtulaſti, vt ſi, quod abſit, & vos Ioannes, & ſoror tua ſine filijs de hac luce tranſieritis, vt omnis portio ſubſtantiæ tuæ in poteſtate genitricis veſtræ remaneat, vt ipſa exinde pro ſalute animarum veſtrarum peragat.

Quam vero chartulam firmationis ex iuſſione nominatæ poteſtatis dictæ ego Vrſus Duddus & referendarius tibi Ioanni Notario ſcribendum.

Actum Beneuenti in Palatio menſe Iul. per Indict. 10.

Giſolphi Indictum de Eccleſia S. Petri in Decimo quinto Ediſſenio.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Firmamus nos Dominus vir glorioſiſſimus Giſolphus ſummus Dux gentis Longobardorum. In hoc noſtrum ſacratiſſimum Beneuentanum Palatium tunc venerunt in noſtram præſentiam Theodoricus Abbas Monaſterij s. Petri. ad altercandum aduerſus Benedictum presbyterũ, propter Eccleſiam s. Petri quæ ædificata eſt in Quintodecimo. Dicebat nominatus Theodoricus: quia prædicta eccleſia quam tu Benedicte ab ipſo Monaſterio quæris ſubtrahere, à tempore Domini Theodorici in ipſum ſanctum monaſterium per eius præceptum oblata fuit, & per legem ibidem audientiam habere debet. Ad hæc reſpondebat pars Benedicti Presbyteri: Verum eſt, quod tu Theodore Abbas ipſam eccleſiam à tempore Domini Theodorici tenuiſti, ſed ſemper per calciaria; nam antea ad s. Mariam in Quintodecimo pertinuit, & per legem ibidem pertinere debet; Demum noſtra glorioſa poteſtate, audita inter eos varia altercatione, & cognoſcentes certam veritatem, quod ipſe s. Petrus ad ſanctam Mariam pertinuit, fecimus venire ſanctos Canones & religi in noſtra præſentia, & ſic ibidem continebatur: vt Eccleſia vna ab altera non raperetur. Tunc noſtræ glorioſæ poteſtati iuſtum viſum eſt iudicare ſecundum præcepta Canonum, vt s. Petrus ad ſanctam Mariam pertinere debeat, propterea hoc noſtrum iuſſimus fieri iudicatum, vt nullo adueniente tempore aliquem habeant vigorem ipſe Theodoricus Abbas, vel poſteri eius de nominata Eccleſia B. Petri Apoſtolorum principis aliquid quærere; & ſi quærere tentauerint ſit quæſtio illorum vacua atque inanis.

Quod vero iudicatum definitionis ex dictatu & iuſsione nominati Domini noſtri viri glorioſiſſimi Giſolphi, per Ioannem Notarium ſcripſi ego Gachelapus notarius.

Data iuſsione in hoc noſtro ſacratiſsimo Beneuentano Palatio, menſe Maio per Indictionem 14. feliciter.

Giſolphus Dux, & Zacharias Abbas.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, Vna cum conſilio & iuſſione Domini glorioſiſsimi viri Giſolphi ſummi gentis Longobardorum. Ego Zacharias in Domini nomine abbas dono atque concedo tibi Lupo chariſsimo meo tertiam portionem de caſa intra hanc Beneuentanam ciuitatem, quæ mihi ex iuſsione poteſtatis euenit; Ideoque tibi Lupo prædicto ipſum tertiam portionem per hoc præceptum glorioſæ poteſtatis firmaui, quatenus amodo

& deinceps habeas tam tu qui ſupra Lupe, quàm & filij filiorũ tuorum, & nullus ex noſtris Gaſtaldis aut actionarijs, vel quiſquã homo contra ea quæ noſtra firmauit poteſtas, quandoque ire præſumat, ſed noſtra firmitas omni in tempore roborata permaneat. Vnde ego, qui ſupra Zacharias, pro confirmanda mea donatione, nominatam glorioſiſsimam petij poteſtatem, vt annulum ſuum affigi præciperet, quod & affixum eſt.

Quod præceptum donationis ex iuſsione & dictatu Domini noſtri viri glorioſiſsimi Giſolphi Propraſinus notarius ſcripſit, ego Albardus dictaui.

Data iuſsione in hoc ſacratiſsimo Beneuentano Palatio, menſe April. per Indict. 1. feliciter.

Giſolphus de Caſa Trimodi.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Firmamus atque concedimus nos Dominus vir glorioſiſſimus Giſolphus ſummus Dux gentis Longobardorum, per rogũ Vice-Domini & Petruli Gaſtaldi noſtri, tibi Aioni Iudici noſtro, caſam quæ fuit quondã Trimodi, quam habuit de Ioto, quæ coniuncta eſſe videtur cum caſa tua ſecundum qualiter tibi ipſam caſam iam antea conceſsimus; nunc autem noſtra, quæ ſupra, glorioſa poteſtas tibi exinde noſtrum firmauit præceptum, vt ab hodierno die habeas & poſsideas, tam tu qui ſupra Aion, quam & filij filiorum tuorum, & à nullo quopiam homine vnquam habeas aliquando aliquam quæſtionem aut reprehenſionem, ſed perpetuis temporibus ſecuriter atque firmiter per hoc noſtrum roboreum firmiſsimumque præceptum, ipſam iam nominatam caſam habere necnon poſsidere valeatis.

Quod vero præceptum firmitatis ac conceſſionis ex iuſsione nominatæ poteſtatis, dictanti ego Ioannes Gaſtaldeus & referendarius tibi Vvarnecauſo notario ſcribendum.

Actum Beneuenti in Palatio, menſe Febr. per Indict. 4. feliciter.

Grimoaldus de facultatibus Graſolphi.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Dominus vir glorioſiſsimus Grimoaldus, eximius & ſummus Princeps Domino dilectæ atque Catholicæ gentis Longobardorum, tibi Graſolpho filio quondam Rodetiſi. Quoniam obſecraſti clementiam noſtram per Mallonem Gaſtaldum noſtrum, quatenus tibi dare deberemus res facultatum tuarum, quæ pro merito culpæ tuæ ad noſtram ſunt deuolutæ eximietatẽ, pro quo extra prouinciam in finibus Græciæ fugam petere viſus es; noſtra vero celſitudo inclinauit aures noſtras, & veſtram obaudiuimus petitionem. Quamobrem conceſsimus tibi ſuperius nominato Graſolpho facultates tuas, quidquid nunc pręnes te habere viſus fueris, tam caſas, quam intrinſecus caſæ condomas, res & ancillas peculia, mobilia & immobilia, omnia & in omnibus, præter quod per ſingulos fideles noſtros, exinde à noſtra glorioſa conceſſum eſt, placuit excellentiæ noſtræ vt abſq; requiſitione tua qui ſupra Graſolphe, vel de tuis hæredibus ipſi ſecuro nomine habere valeant; in ea videlicet ratione vt amodo & deinceps habeas & poſsideas ſæpe numero dictas res, vt ſuperius legitur, tam tu qui ſupra Graſolphe quam & tui hæredes, & à nullo ex noſtris Iudicibus, id eſt, Comitibus, Gaſtaldis aut cuiuſuis loci à gẽtibus noſtris contra ea quæ noſtra conceſsit ſublimitas quandoque ire præſumat.

Quod vero præceptum conceſsionis ex iuſsione ſuperius dicti Domini noſtri in anno ſexto Domino propitio Principatus eius ſcripſi ego Theodualdus notarius.

Actum in Curte quæ dicitur Saba, menſe Auguſto per Indict. 1. feliciter.

Sico de Curte in Definiano.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Conceſſimus nos vir glorioſiſſimus Sico, Domini prouidentia Longobardorum gentis Princeps, per rogum Gutti venerabilis Abbatis noſtri, curtem in Definiano in integrum, quæ fuit Mollonis filij Tarſelonis cum ſeruis & ancillis, mobile & immobile inde pertinentibus, & quæ per eius culpę meritum legibus ad noſtram ęuenit poteſtatem, tibi eandem curtem cum ſupraſcriptis omnibus habendam conceſſimus; in ea videlicet ratione, vt amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum præceptum prædicta omnia, ſicut ſuperius legitur tu & hæredes tui habere, fruere & poſſidere valeatis, & à nullo ex noſtris Iudicibus, id eſt, Comitibus, Gaſtaldis, vel à quibuſcunque gentibus habeatis aliquam requiſitionem; ſed peepetuis temporibus poſſideatis.

Quod vero præceptum conceſſionis ex iuſsione nominatæ poteſtatis, ſcripſi ego Theodoricus notarius.

Actum Beneuenti, nono anno, menſe Iun. Indict. 14. feliciter.

Siconis Principis, anni Domini 821.

In nominę Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Conceſſimus nos vir glorioſiſſimus Sico, Dei prouidentia Beneuentanæ prouinciæ Princeps, per rogum Rodfridi theſaurarij noſtri, tibi Ioſepho Examinatori noſtro, terram & vineam modios viginti, Quam Leo Dauid Ioſeph Maurus Alloliphus liberi homines, ab Auculo Donato,

Vi-

A

Vitaliano, Lobone, Mandulo, Lutephano, Brettone, Maurino, Martino, Graphoaldo, Ioanne, Vrſo & Petro, ſeruis ſacri noſtri Palatij comparauerunt, iudiciaria dari Maripali noſtro; in ea videlicet ratione, vt amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreũ præceptum prædictam terram tu & hæredes tui habere & poſſidere valeatis, & à nullis ex noſtris Iudicibus, id eſt, Comitibus, Gaſtaldis, vel à quibuſcunque gentibus habeatis aliquam reprehenſionem, ſed perpetuis temporibus, vt ſuperius conceſſimus, tu prædictam terram & vineam poſſideas.

Quod vero præceptum conceſſionis ex iuſſione nominata poteſtatis ſcripſi ego Leo Notarius.

B

Actum Beneuenti in ſacro noſtro Palatio, quarto anno, menſe Iun. decima quarta Indictione, feliciter admodum.

Godeſchalg, de loco qui dicitur Fenilia.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Conceſſimus nos vir glorioſiſſimus Dominus Godeſchalg ſũmus Dux gentis Longobar. tibi Aufrid filio quondã Vrſi theſaurarij noſtri, puerum nomine Vrſum cum vxore, filijs & filiabus ſuis, qui in terra ad habitandum ſe collocauerunt in loco qui dicitur Fenilia, qui fuerunt de aſtu Sipontino de ſubactione Vvarnefrid, Gaſtaldi noſtri; quatenus ab hodierna die

C

habeas, & in tui iuris dominio vendices ac defendas tam tu qui ſupra Aufrid, quam & filij filiorum tuorum, & à nullo quoque tempore quopiam homine unquam habeas aliquando aliquam quæſtionem aut reprehenſionem, ſed perpetuis temporibus per hoc noſtrũ firmiſſimum præceptum ſecuriter & firmiter vos ſuperius nominati, ipſam prædictam Familiam habere & fruere valeatis.

Quod vero præceptum conceſſionis ex iuſſione nominata poteſtatis, ſcripſi ego Probatus notarius.

D

Actum in Siponto in Palatio menſe Mart. per Indict. 8.

Stauniperga & Liutprandus de S. Gregorio, quod templum Felicitas ædificauit.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Firmamus nos glorioſiſſima Domina Scauniperga, & Dominus vir glorioſiſſimus Luitprandus ſummi Duces gentis Longobardorum, vt Eccleſia B. Gregorij ſacerdotis ac Confeſſoris Domini noſtri Ieſu Chriſti, quam Felicitas ſamulo Domini à ſolidis fundamentis vſque ad noua faſtigia perducere præuidit, & culmen reſtaurationis fundauit petra, vbi Georgius Pres ... , vt ſit abſolu ... orum, & nullus epiſcopus licentiam habeat, aut quælibet lectio Sacerdotum vel Clericorum in præfata eccleſia, ſed ſacerdos qui ibi præeſſe inuenitur, aut poſteri, qui libero arbitrio, iuxta Domini præceptum, & Canonicam ſanctionem viuere valeant, & obaudiant ſacro Palatio noſtro; ita tamen vt cuncta quæ ibidem obtulit nominata Felicitas, aut inantea obtulerit, cuncta firma permaneant, quatenus amodo & in perpetuis temporibus firma ac roborata nominata tributa licentia permaneat, & nullus ex fidelibus noſtris quiſquam loci tenentibus aut quæuis perſona contra ea quæ noſtra firmauit poteſtas ire præſumat aut attentet.

Quod vero præceptum firmationis ex iuſſione nominata poteſtatis, ſcripſi ego Gaidemarius Duddus & Referendarius.

Actum Beneuenti in Palatio menſe Mart. per Indict. decimam tertiam feliciter admodũ

Liuprandus, de caſis & alijs rebus intra hanc vrbem

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Firmamus atque concedimus nos vir glorioſiſſimus Liuprandus ſummus Dux gentis Longobardorum, per rogum Auſonis Stolaſi noſtri, tibi Martiano Sartario noſtro, omnem ſubſtantiam quondam Cauſarij, tam caſas extra ciuitatem, quam etiam & intrinſecus caſas, domus incultas caſas, vineas, territoria, ſeruos & ancillas, peculia, mobilia & immobilia, omnia & in omnibus, quidquid ipſe Cauſarius in ſuo ordine in vita ſua habere ac poſſidere viſus fuit; pro eo quod filius tuus Leo filiam nomine Cauſeradam cum noſtra iuſſione ſibi in coniugium deſponſauit; tali tenore, vt ſi nominata Cauſerada tempore atque anno nuptiarum mortua fuerit, aut alium virum ſibi coniugio ſociare præſumpſerit, omnis eius ſubſtantia nominato Martiano & Leoni filio remaneat ad poſſidendum, & nullus ex noſtris Gaſtaldis, aut actionarijs, vel quiſquam homo contra ea quæ noſtra firmauit atque conceſſit poteſtas, quandoque ire præſumat, ſed omni in tempore noſtra firmitas roborata permaneat.

Quod autem præceptum firmitatis, necnon conceſſionis ex iuſſione nominata poteſtatis ſcripſi ego Antarius Notarius.

Actum Beneuenti in Palatio, menſe Febr. per Indict. 10. feliciter.

Sicardus de re Allonis, & de Caſtellis Palatij noſtri Beneuentani.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Conceſſimus nos vir glorioſiſſimus Sicardus Domini prouidentia Lõgobardorum gentis Princeps, per rogum

Allonis Stoleſij noſtri, tibi Antulo aurifici A
noſtro, omnem rem quam Allo comparauit à ſeruis noſtri Palatij vſque ad præceptũ de Foliolaneuſe, de Mari penſato Rodfrido, & caſellas noſtri Palatij quas tenuit Sarnipertus locolarius ſine præcepto; ipſe vero Sarnipertus defunctus eſt; in ea videlicet ratione, vt amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum præceptum prædicta omnia quæ ſuperius leguntur, tu & hæredes tui poſsideatis, & à nullo ex noſtris Iudicibus, id eſt, Comitibus, Gaſtaldis, vel à quibuſcunque gentibus habeatis aliquam requiſitionem, ſed perpetuis temporibus poſsideatis.

Quod vero præceptum conceſsionis ex iuſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Theodoricus notarius. B

Actum Beneuenti, ſecundo anno menſe Ianuario, prima Indictione.

Sicardus de Curte in loco Foliolanenſe.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Conceſsimus nos vir glorioſiſsimus Sicardus, Domini prouidentia Longobardorum gentis Princeps per rogũ Rodfridi Referendarij noſtri, tibi Malloni filio Tuſsilonis Curtem in loco Foliolanenſe cum ſeruis & ancillis, & omnibus pertinentibus ſuis, quæ per meritum culpæ tuæ ad ſacrum Palatium euenit, atque à bonæ C
memoriæ Domino & genitore noſtro Malloui filio Margiperti per præceptum conceſſa fuit; ſed quia iam dictus Mallo filius Margiperti extra prouinciam noſtram Neapolim fugit, prædicta Curtis ad noſtrum Palatium denuo rediit; ideo ipſam curtem integram cum ſeruis, & ancillis, & omnibus pertinentijs ſuis tibi præfato Malloni conceſſimus; in ea videlicet ratione, vt amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreũ præceptum tu & hæredes tui ſæpe dictam curtem cum pertinentijs ſuis, vt iam ea tenuiſti, habere atque poſsidere valeatis; & à nullo ex noſtris Iudicibus, id eſt, Comitibus, Gaſtaldis, vel à quibuſcunque gentibus habeatis aliquam requiſitionem, ſed D
perpetuis temporibus ipſa poſsideatis.

Quod vero præceptum conceſsionis ex iuſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Andoaldus notarius.

Actum Beneuenti, ſecundo anno, menſe Decemb Indict. 15. feliciter.

Sicardus de terra in Fulcre modiorum quindecim.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Conceſsimus nos vir glorioſiſſimus Sicardus Domini prouidentia Beneuentanæ Prouinciæ princeps, per rogum Radelchis theſaurarij noſtri tibi Actioni Gaſindio noſtro filio, terram vacuam in Furcle, modios quindecim, quod fuit ſacri noſtri Palatij, & pertinet ipſi curti Furculanæ, quæ habet hos fines; de vno latere & vno capite vſque ad terram tuam, & Piconis pergentem in viam publicam, de alio latere vſque ad terram quæ fuit Leonis, & pertinuit de iudiciaria Petri Gaſtaldi noſtri; in ea videlicet ratione, vt amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum præceptũ prædictam terram, vt ſuperius legitur, tu & hæredes tui habere, & poſsidere valeatis, & à nullis ex noſtris Iudicibus, id eſt, Comitibus, Gaſtaldis, vel à quibuſcunque gentibus habeatis aliquam requiſitionem, verum perpetuis temporibus ipſam terram poſsideatis.

Quod vero præceptum conceſsionis, ex iuſſione nominatæ poteſtatis, ſcripſi ego Leo notarius.

Actum Beneuenti in ſacro Palatio, primo anno, menſe Octob. Indict. 11.

Sicardus de rebus in loco Foliolanenſe.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Conceſsimus nos vir glorioſiſſimus Sicardus Dei prouidentia Longobardorũ gentis Princeps, per rogum Adelchitæ dilectæ coniugis noſtræ tibi Autulo aurifici noſtro res illas in Foliolanenſe, quas Allo liber homo in fiduciaras, aut in pignus tenuit à ſeruis noſtri Palatij ſacri, & Dominicus ſeruus noſtri Palatij cum vxore & filijs, cum ſuis ceſpitibus de Foliolanenſe de actu actionis Marepalis noſtri: in ea videlicet ratione, vt amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum præceptum præfata omnia quæ ſuperius leguntur, tu, & hæredes tui habere atque poſsidere valeatis, & à nullo ex noſtris Iudicibus, id eſt, Comitibus, Gaſtaldis, vel à quibuſcunque gentibus habeatis aliquam requiſitionem, ſed perpetuis temporibus poſsideatis.

Quod vero præceptum conceſsionis ex iuſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Theodoricus.

Actum Abellino, anno 1. menſe Ianuario Indict. 6.

Radelchis de rebus in Foliolanenſe loco.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Conceſſimus nos vir glorioſiſſimus Radelchis Domini prouidentia Longobardorum gentis Princeps, per rogum Garetrudæ dilectæ Coniugis noſtræ, tibi Autulo aurifici noſtro integras res quæ fuerunt Monduli & Bruli ſacri noſtri Palatij in Foliolanenſe, quas liberi homines ſine præcepto tenuerunt per annos quindecim, & ipſi ſerui defuncti ſunt, pertinet ex Mario Parſato prædictæ coniugis noſtræ, in ea videlicet ratione, vt amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum præceptum prædictas res tu, & hæredes tui

habe-

habere atque poſſidere valeatis, & à nullo ex noſtris Iudicibus, id eſt, Comitibus, Gaſtaldis, vel à quibuſcunque gentibus habeatis aliquam requiſitionem, ſed perpetuis temporibus poſſideatis.

Quod vero præceptum conceſſionis ex ſuperius dictæ poteſtatis iuſſione, vti prælegitur, ſcripſi ego Benedictus Notarius.

Actum Beneuenti, ſeptimo anno, menſe Octob. Indict. 19. feliciter.

Radelcharius de rebus in Biturano & Curſano, & Foliolanenſe.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Concedimus nos vir glorioſiſsimus Radelcharius, Domini prouidentia Longobardorum gentis Princeps, per rogum Taſſelgardæ dilectæ coniugis noſtræ, tibi Autulo Aurifici noſtro rem illam in Biturano & Curſano in finibus Foliolanenſibus, quæ fuit de ſeruis ſacri noſtri palatij, quam liberi homines per annos viginti ſine præcepto tennerunt; in ea videlicet ratione, vt amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum præceptum prædicta omnia, terricellam vt prælegitur, tu & hæredes tui habere & poſſidere valeatis.

Quod vero præceptum conceſſionis ex iuſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Benedictus Notarius.

Actum Beneuenti primo anno, menſe Nouemb. Indict. 14. feliciter admodum.

Radelchis de terricella infra hanc ciuitatem.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Conceſſimus nos vir glorioſiſſimus Radelchis Dei prouidentia Longobardorum gentis Princeps, per rogum Autonis Theſaurarij noſtri, tibi Audeluſo ſartori noſtro, modicam terricellam infra hanc Beneuentanam ciuitatem noſtram, quæ eſt iuxta caſam Petri, qui officio Mareſchalli functus eſt; de vna parte coniuncta eſt cum caſa Leopardi, & eſt in longitudine pedes decem & octo, in latitudine pedes quatuordecim: ipſam vero terricellam Adelchis ſine præcepto tenet; in ea videlicet ratione, vt amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum præceptum, prædictam terricellam, vt prælegitur tu vna cum hæredibus tuis habere, atque poſſidere valeatis, & à nullo ex noſtris Iudicibus, id eſt, Comitibus, Gaſtaldis, vel à quibuſcunque gentibus habeatis aliquam requiſitionem, verum perpetuis temporibus poſſideatis.

Scripſi ego Theodoricus Notarius.

Actum Beneuenti, 14. anno, menſe Septemb. Ind 6. feliciter.

A

B

C

D

Radelchis de ſubſtantijs Rangemprandi.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Conceſſimus nos vir glorioſiſſimus Radelchis, Domini prouidentia Longobardorum gentis Princeps filius Domini dulcis recordat. Adelchis, per rogum Traſilberti fidelis noſtri, tibi Petro Notario noſtro, filio Sabilonis, integras res, ſubſtantias, omneſque pertinentias, quæ fuerunt Ragemprādi, & de germanis filijs Garemarij in finibus Veturanis, & in curte Vualduli; pro eo quod ſine hæredibus deceſſerunt; in ea videlicet ratione, vt amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum præceptum, prædicta omnia quæ prælegūtur, in rebus, ſubſtantijs, omnibuſque pertinentijs, tu & hæredes tui habere atque poſſidere valeatis, & à nullo ex noſtris Iudicibus hoc eſt, Comitibus, Gaſtaldis, vel à quibuſcunque gentibus habeatis aliquam requiſitionem, veruntamen perpetuis temporibus poſſideatis.

Quod vero præceptum conceſſionis ex iuſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Ergemfridus Notarius.

Actum Beneuenti, ſecundo anno, menſe Iul. Indict. 15.

Radelchis de caſa & terra infra hanc ciuitatem, propinqua Eccleſiæ ſancti Benedicti.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Conceſſimus nos vir glorioſiſſimus Radelchis Domini prouidentia Longobardorum gentis Princeps, filius dulcis recordationis Domini Adelchis, per rogum Heroici fidelis noſtri tibi Aialbardo fideli noſtro filio Ragonaldi, integram caſam cum terra vacua intus hanc Beneuentanam ciuitatem propinqua Eccleſiæ ſanctiſſimi Benedicti, quæ fuit Engelperti liberi hominis filij Vrſi; pro eo quod abſque hæredibus mortuus eſt; in ea videlicet ratione, vt amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum præceptum prædictam caſam cum iam dicta terra tu & hæredes tui habere, atque poſſidere valeatis, & à nullo ex noſtris Iudicibus, id eſt, Comitibus, Gaſtaldis, vel à quibuſcunque gentibus habeatis aliquam requiſitionem, veruntamen perpetuis temporibus poſſideatis.

Quod vero præceptum conceſſionis ex iuſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Brachemfrid Notarius.

Actum Beneuenti primo anno, menſe Iul. Indict. 14.

Adel-

Adelchis de terra intus hanc ciuitatem, propinqua ſtabulo Palatij noſtri.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, octauo decimo anno Imperij Domini Ludouici, conceſſimus nos vir glorioſiſſimus Adelchis Domini prouidentia Longobardorum gentis Princeps, per rogum Ioannis Diaconi noſtri, tibi Adelperto Subdiacono noſtro filio Radiparti, modicam terram ſacri noſtri Palatij, vbi tempore Domini Grimoaldi horreum fuit; & habet terra ipſa in lõgitudinem paſſus quatuor, & quam Erchempardus ſine vllo prę cepto tenuit, & ipſe Erchempardus ad Saraccuos fugit; in ea videlicet ratione, vt amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum præceptum prædictam terram tu & hæredes tui habere valeatis, & à nullo ex Iudicibus, id eſt Comitibus, Gaſtaldis, vel à quibuſcunque gentibus habeatis aliquam requiſitionem, veruntamen perpetuis temporibus poſſideatis.

Quod vero præceptum conceſſionis ex iuſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Erchemfridus Notarius.

Actum Beneuenti, in Palatio primo anno, menſe Nouemb. Ind. 14.

Radelchis de ſubſtantia Drogonis.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, Conceſſimus nos vir glorioſiſſimus Adelchis Domini prouidentia Longobardorum gentis Princeps, per rogum Adelchis referendarij germani noſtri, tibi Ladegiſio item germano noſtro ipſam rerũ ſubſtantiam Dragonis ex genere Francorum orti liberi hominis, id eſt, mobile atq; immobile, ſicuti legibus ad noſtrum euenit Palatium; eo quod abſque hæredibus mortuus eſt; in ea videlicet ratione, vt amodo & deinceps per hoc noſtrũ roboreum præceptum, ea quæ ſuperius leguntur, tu & hę redes tui habere, atque poſſidere valeatis & à nullo ex noſtris Iudicibus, vel à quibuſcunque gentibus habeatis aliquam requiſitionem, veruntamen perpetuis temporibus poſſideatis.

Quod vero præceptum conceſſionis ex iuſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Erchemfrid Notarius.

Actum Beneuenti, nono anno, menſe Iun. Ind. 15 feliciter admodum.

Atrichis de Eccleſia ſancta Maria & ſancti Marciani, in loco qui dicitur Platea.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Firmamus nos Dominus vir glorioſiſſimus, atque ſummus Dux gentis

A Longobardorum, per rogum Arnoaldi Abbatis noſtri, abſolutionem Eccleſiæ ſanctiſſimæ Dei Genitricis Mariæ, & ſancti Marciani, quam quondam Garo in Abbas à nouo fundamine ædificare viſus fuit in loco, qui dicitur Platea, ſecundum qualiter per ſuum membranum firmitatis, & abſolutionis, quod Ioannes venerab. Epiſcopus ſanctæ Sedis Eccleſiæ noſtræ Beneuentanę prędicto Garolino ſuo annulo ſigillatum emiſit; noſtra quidem glorioſa poteſtas iuxta membranum ipſius Ioannis Epiſcopi in prædicta ſancta Eccleſia hoc noſtrum abſolutionis præceptum firmauit, in ea ratione; vt tantummodo ad ſacrum noſtrum Palatium audientiam habere debeat, licut & cætera noſtra monaſteria, in noſtra ſint

B ſemper poteſtate ordinandi in ipſa noſtra Eccleſia qualiter noſtræ eximitati placuerit, & à nullo Epiſcopo huius ſanctæ Sedis Eccleſiæ noſtræ Beneuentanæ, vel à quibuſcunque Sacerdotibus vnquam requiratur in ſua iuriſdictione; nec vllus ex noſtris gaſtaldis, aut actionarijs, vel quiſquam homo contra ea, quæ noſtra firmauit poteſtas agat, ſed perenniter in ſuæ arbitrio libertatis, qualiter noſtræ clementiæ placuerit, vel noſtris ſucceſſoribus, ipſe Sacerdos qui ibidem ordinatus fuerit, libero nomine viuere valeat.

Quod vero præceptum firmitatis & abſolutionis ex iuſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Emeriſſus Notarius.

C *Actum Beneuenti in palatio, menſe Aprili, per Indictionem ſeptimam.*

Aio de piſcatione in mari Sipontino.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Nos vir glorioſiſſimus Aio, Domini prouidentia Longobardorum gentis Princeps, per rogum Theodurici cognati Comitis noſtri, ob remedium terræ noſtræ, Monaſterio eiuſdem ſanctæ Sophiæ ad portam cœnobij habendam integram piſcationem illam in mari Sipontino, quæ fuit ſacri noſtri Palatij, & quam Abergiſo Princeps poſſeſſor noſter præceptum in eodem Monaſterio conceſſum fuit, concedimus; per hos vero fines & menſuras; hoc

D eſt, paſſus trecentos ex vna parte vſque ad piſcationem Monaſterij ſancti Vincentij, & de alia quidem parte ſimiliter vſque ad piſcationem Monaſterij s. Petri Apoſtoli; eo quod dixiſtis, vt præceptum illud ex ea piſcatione iam dicto monaſterio ab ipſo Atrichiſo Principe emiſſum perditum eſſet; in ea videlicet ratione, vt amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum præceptum, ſupra nominatum ſanctæ Sophiæ Monaſteriũ, eiuſque Rectores integram ſupradictam piſcationem, vti prælegitur, per iam dictos fines, & menſuras habere ac poſſidere, atq; dominare & piſcare valeatis, & à nullo ex

no-

noſtris Iudicibus, hoc eſt Comitibus, Gaſtaldis, vel à quibuſcunque gentibus habeatis aliquam requiſitionem, verumtamen perpetuis temporibus poſſideatis.

Quod vero præceptum conceſſionis ex iuſſione nominatæ poteſtatis, ſcripſi ego Petrus Notarius.

Actum Beneuenti, anno quinto, menſe Martio, Ind. 7. feliciter admodum.

Atriebis de rebus, & gipſarijs in Nuriano.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Dominus Atrichus pijſſimus atque excellentiſſimus Princeps gentis Longobardorum, diuina præmonitus manu, offero in Eccleſia ſanctiſſimæ Virginis Sophiæ, quam à fundamentis ædificaui, pro redemptione animæ meæ, ſeu pro ſalutatione gentis noſtræ & patriæ, ſubſtantiam Calendini & Cortiſani noſtri qui habitare viſus fuit in Nuriano, omnem integram; inſuper & gipſaria in nominato loco, qualiter ad noſtræ poteſtatis manum pertinuit, Monaſterio ſanctæ Sophiæ conceſſimus perfruendum.

Quod vero præceptum oblationis ex iuſſione & dictatu nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Lopoald Notarius.

Actum Beneuenti in feliciſſimo Palatio, anno decimo ſeptimo menſe Nouemb. per Ind. 13. feliciter admodum.

Scauniperga & Liutprandus.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Firmamus atq; conſtituimus nos Domina glorioſiſſima Scauniperga, & Dominus vir glorioſiſsimus Liutprandus ſummi Duces gentis Longobardorum, per rogum Rodoaldi Marepahis noſtri, libertatem tibi mulieri nomine Cundacum, & filię tuæ Liupergæ, quam de Anſprando Clerico procreatam habuiſti, vel ante procreaueras, ſicuti nos ipſe Anſprandus procreauit, & in noſtris tradidit manibus, vt nos iuxta ritum gentis Longobardorum liberam ſine conditione conſtitueremus; quam equidem audientes poſtulationem in præſentia fidelium ipſe Auſprandus in noſtris tradidit manibus, & nos eam tradidimus in manum Theautpaldi Duddi, & referendarij, & Theudpaldus tradidit in manum Ioannis, Ioannes tradidit in manum Rodoaldi noſtri, hoc eſt, in quarta manu tradidimus, qui te per noſtram iuſsionem in Vvitrepera in Galida & Giſil conſtituit vna cum filia tua, & in omni tua ſubſtantia hæreditatis; quatenus amodo & deinceps libera dominiorum noſtrorum hæres inueniaris, & nullus ex noſtris gaſtaldis, aut actionarijs, vel quiſquam homo contra ea quæ noſtra firmauit poteſtas quandoque ire præſumat, ſed noſtra firmitate roborata permaneant.

Quod vero libertatis, & firmitatis præceptum dictaui ego Theudpalaus, & referendarius tibi Radichiſio Notario ſcribendum.

Actum Roſito, menſe Decembri Indictione ſexta;

Giſolphus de Condoma in loco qui dicitur Selice.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Conceſſimus nos Dominus vir glorioſiſſimus Giſolphus, ſummus Dux gentis Longobardorum, tibi. Vrſo theſaurario noſtro condomam nomine Marichis, cum germanis ſuis cum vxore filijs & filiabus, & cum omnibus rebus ſuis, cum caſa, vineis, territorijs, cultum & incultum, mobilia & immobilia, ſicuti vſque hactenus ad manum poteſtatis noſtræ deſeruierunt, qui habitare videntur in Selice, de ſubactione Scauri noſtri qui nominatur Lupualdus, & eam ſibi ancillam in coniugem ſociauit, qui fuit de ſubactione traſarij, gaſtaldi, & veſtararij noſtri; quatenus ab hodierna die habeas & poſſideas tam tu qui ſupra, quàm & filij filiorum tuorum; & à nullo quopiam homine, vel vnquam habeas aliquando aliquam quæſtionem, aut reprehenſionem, ſed perpetuis temporibus ſecuriter, & firmiter per hoc noſtrum firmiſſimum præceptum, vos qui ſupra, ſuperius nominatam condomam cum omnibus rebus ſuis habere, necnon poſſidere valeatis.

Quod vero præceptum conceſſionis ex iuſſione nominatæ poteſtatis dictaui ego Audeſuſus Duddus & Referendarius tibi Adilebiſo Notario ſcribendum.

Actum Beneuenti in Palatio, menſe Septemb. Ind. 3.

Grimoaldus de loco qui dicitur Viriſano.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, Regnante Domino pijſſimo Carolo Magno Rege Francorum & Longobardorum, ſeu Patritio Romanorum, anno Regni illius 20. Firmamus nos Dominus vir glorioſiſſimus Grimoaldus ſummus & eximius Princeps gentis Longobardorum, per rogum Dauidis Reuerendiſſimi Epiſcopi ſanctæ noſtræ Beneuentanæ Eccleſiæ tibi Traſulpho filio quondam Ioannis, qui fuit conditor in Viriſano, omnes res ipſius genitoris tui, quicquid iuſto ordine poſſidere viſus fuerat, quam & quod tu legibus conquiſiſti, tam Principum conceſſione quam & emptione, donatione etiam & commutatione; hoc eſt, caſas, vineas, territoria, cultum & incultum, familiam, mobilia, atque immobilia omnia & in omnibus, ſeſeque mouentia, quæ vt dictum eſt, ipſe

tuus

titus genitor, & tu legibus acquiſiuiſtis, tibi ea per hoc noſtrum inuiolabile præceptum & ipſius noſtri Oratoris poſtulationem cõfirmauimus; in ea videlicet ratione, vt amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum firmitatis præceptum tu Traſulphe, & filij filiorum tuorum ſecuro nomine poſſideatis, & à nullis ex noſtris Iudicibus, hoc eſt, Comitibus, Gaſtaldis, vel à quibuſcunque gentibus habeatis aliquando aliquam requiſitionem, ſed perpetuis temporibus ſecuri, atque quieti valeatis poſſidere.

Quod vero præceptum firmitatis ex iuſſione nominati Domini noſtri viri glorioſiſſimi Grimoaldi, ſecundo anno Deo diſpenſante Principatus, ſcripſi ego Gedepertus Not.

Actum Beneuenti in ſacro noſtro Palatio, menſe Iun. per Indict. 12. feliciter admodum.

Grimoaldus de ſeruo nomine Prandulo.

In nomine Domini Dei Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti. Conceſſimus nos vir glorioſiſſimus Grimoaldus Domini prouidentia Beneuentanæ Prouinciæ Princeps, per rogum Adonis Diaconi noſtri, tibi Dondonę quæ fuiſti filia Baroaldi pnetum nomine Prandulum, qui fuit ſeruus tuus eum Enildi vxore ſua quæ fuit libera, qui puerorum neglectu ad noſtram ſunt deuoluti poteſtatem; in ea videlicet ratione, vt amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum præceptum prædictam familiam tu, & quem tibi hæredem facere volueris, habere necnon poſſidere valeatis, & quodcunque ex ipſa familia facere volueris in tua ſit ſemper poteſtate, & à nullo ex noſtris Iudicibus, id eſt, Comitibus, Gaſtaldis, vel à quibuſcunque gentibus habeatis aliquam requiſitionem, ſed perpetuis temporibus poſſideatis.

Quod vero præceptum conceſſionis ex iuſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Theodoricus Notarius.

Actum Beneuenti, ſecundo anno, menſe Septemb. per Indict. 7.

Atrichis de duobus pueris qui fuerant de actu Caſſianenſe.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Conceſſimus nos Dominus vir glorioſiſſimus Atrichis ſummus Dux gẽtis Longobardorum, per rogum Griſeriſci Stoleſari noſtri tibi Municulano Gaſtaldo noſtro, pueros duos, hoc eſt Ægyptum & Mauretanum ſolas eorum perſonas, quæ fuerunt de actu Caſſianenſe, quem modo Conaſius Gaſtaldus noſter tenere videtur; quatenus amodo & deinceps habeas, & in tuo detineas ſeruitio ipſos nominatos pueros tam tu qui ſuper Municulanus, quam etiam & filij filiorum tuorum, & nullus ex

A noſtris gaſtaldis, aut actionarijs, vel quiſquam homo contra ea quæ noſtra conceſſit poteſtas, quandoque ire quoquo modo aut ratione præſumat, ſed noſtra conceſſio omni in tempore roborata, atque inuiolata perennis temporibus permaneat.

Quod vero præceptum conceſſionis ex iuſſione nominatæ poteſtatis per Guidemarium referendarium ſcripſi ego Budoald Notarius.

Actum Beneuenti in Palatio, menſe Aug. per Indict. 5. feliciter.

Grodeſchalc de Caſale in Sapione.

Cum coniunximus nos vir glorioſiſſimus Dominus Godeſchalc ſummus Dux gentis Longobardorum in Vvaldo noceto, loco qui nominatur Vaſueũm, tunc venerunt

B Ringo eum partionarijs ſuis, & Reparatus cum germanis ſuis qui fuerunt de quodam Vvadulpho, & Rode, cum ſuis qui fuerunt de quodam Rodecauſo, ad altercandũ aduerſus venerabilem Abbatem ſancti Ioannis Monaſterij. Aſſerebat pars nominatorum Rinconis, Reparati, Leonis, & Rodonis, dicentes: eo quod caſales ibi reſidere videntur, id eſt, in Sophon loco qui nominatur Monumentum; ſeu & pro nobis à nominato Vvadulpho Domino noſtro, & à Domino Romualdo dati ſunt, & cum ipſis Caſalibus liberi dimiſſi ſumus tum in foro nono & in ordinata cum ſuperius nominatis Caſalibus, & firmata habemus exinde

C præcepta tam noſtræ libertatis, vel eorum conceſſionis, & per legem ſecuri poſſidere debemus tam libertatem Domini Romualdi, quàm & conceſſiones. Ad hæc reſpondebat pars Dominus Dedit Abbati dicens: Nonne ita quando vobis Vvaldulphus ſuperius dictus caſalem in Sapione idem nominatum & perennum dediſſe, ſed antequam Notarius Vvadulphus ad manum poteſtatis ipſam ſubſtantiam ſuam dediſſet, ſeptem greges ſui integrum cum paſtoribus de omni peculio in ipſa loca paſcuum abire viſi fuerunt, tam ipſe quam etiam & Tindo germani, qui & dum adueniſſet ad manum nominatæ poteſtatis, Dominus bonæ memorię Romualdus ſic exinde firmauit ſuum

D præceptum de integra portione nominati Vvadulphi in prædictis caſalibus, ſed tantummodo & exinde reſeruauit ad ſuam poteſtatem clauſariam, vt tactum eſt; namreliqua omnia nobis cõceſſit; vnde & actitet talem illicitam altercationem mecum habuiſtis, ſed dum ad aures aduenilles, tũc ipſius poteſtas deniſit ad iam fatas caſales Ropertum filium Radolphi qui vos exinde foras expulit, vos quidem veniſtis cum pręceptis veſtris, & mecum iudicium habuiſtis, tunc ille cognoſcens per teſtimoniũ iterum mihi exinde firmauit ſuum iudicatum, quod & præſens oſtendo & legibus poſſidere debeo ſecundum quod præceptum, & iudicatum

cum iam ſata territoria. Ideo noſtra, quæ ſupra glorioſa poteſtas, dum hæc talis altercatio ad noſtra pia veſtigia examinata fuiſſet, tunc fecimus relegi præceptum, & indictum Domini Romualdi, quod Dominus-Dedit firmatum habebat, ſimiliter & præcepta & chartulas libertatis de nominatis cauſidicis, vel de territorijs, & iuſtè prouidimus inter eos & decreuimus, vt præcipua tria, id eſt, Ronconis & Rotuli, ſeu Importuni, qui reſiderunt in Perno, vt ſibi habeant medietatem de ipſo caſale Perno, id eſt, vſque riuum qui vocatur Volurabrum, & riuum qui dicitur Vibente, & vſq; ad vallonem de falſa qui iacet, & deſcendit Vibente, qualiter ſigna poſita ſunt, nam amplius nullam licentiam habeant quærendi ipſe Rinco cum partionarijs ſuis; vnde & iterum pro ampliori agnoſcenda & certa veritate direximus in eundem locum Griſſum gaſtaldum & Portionem veſtararium, qui per gentes in eodem loco cognouerūt quod iuſta fuit noſtra definitio de caſale Perno. De Rodone autem & Reparato & Leone cum fratribus ſuis, præcepimus vt ſi haberent chartulas in eorum præſentiam adducerent, ſin minus, eſſent foris de caſale nominato; illi vero neque chartulas Vualdulphi, neque præcepta oſtendere potuerunt, ſed etiam quæ nobis in Noceto oſtenſa ſunt, falſa apparuerunt, qui reuerſi nunciauerunt nobis nominati Iudices, quod taliter agnouiſſent, & nulla oſtendere voluerunt, & per ſingulos dies dantes ſpatium neququam oſtenderunt; Placuit autem nobis vt eſſent de nominato caſale propterea hoc noſtrum iudicatum fieri iuſſimus, vt nullo quoquo tempore neque Rodo cum fratribus ſuis, neque Reparatus cum fratribus ſuis, neque Leo cum fratribus ſuis, neque Theoaldus, neque quælibet perſona vnquam habeat aliquem vigorem quærendum de iam dictis caſalibus, & præcepto ſuperius affiximus, ſed ex hodierno die, & in perpetuis temporibus tā tibi Dominus-Dedit Abbas, quā etiā & poſteris tuis qui in prædicto ſanctiſſimo loco deſeruierint, ſecuriter ac firmiter per hoc noſtrum firmiſſimum Indicatum ipſa territoria in integrum habere, atque poſſidere valeatis.

Quod vero Iudicatum definitionis ex iuſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Praſinus Notarius.

Actum Beneuenti in Palatio, menſe Febr. Ind. 10. feliciter.

Romualdus de Colonis in loco qui dicitur Gratino.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Conceſſimus nos Dominus vir glorioſiſſimus Romualdus ſummus Dux gentis Longobardorum, per rogum Aunu-

A mis Actionarij noſtri, tibi Theodorico venerab. Abbati noſtro, qui in ſancto Petro ad aquam ſancti Petiti deſeruire videris, filio quondam Ioannis Dalmatini, concedimus Zillonem & Vvarnecauſum Stephanum, ſeu & Therſeradum cum caſa & terrula, in quantum habere viſi ſunt qui fuerunt coloni noſtri de ſubactione nominati Aunumis actionarij noſtri, & habitare videntur in loco qui nominatur Gratiano; quatenus ab hodierno die habeas & poſſideas tam tu qui ſupra Theodorice Abbas, quā & poſteri tui qui in ipſo nominato venerabili loco deſeruierint; & à nullo quopiam homine vnquam habeatis aliquando

B aliquam quæſtionem, aut reprehenſionem, ſed perpetuis temporibus per hoc noſtrum firmiſſimum præceptum de ipſo iam dicto filio quondam Ioannis vna cum omni eorū pertinentia ſecuriter necnon & firmiter habere atq; poſſidere valeatis.

Quod vero præceptum conceſſionis ex iuſſione nominatæ poteſtatis dictaui ego Petrus Vice-dominus & referendarius tibi Vvarnecauſo ſcribendum qui officio notarij fungeris.

Actum in Borſaniano, menſe Maio, per Indictionem ſeptimam feliciter admodum.

Sicardus de Vualdo in finibus Apuliæ in loco qui dicitur Anglone maiore.

C

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, Conceſſimus nos Dominus vir glorioſiſſimus Sicardus, Domini prouidentia Longobardorum gentis Princeps, per rogum Radechiſi theſaurarij noſtri, tibi Rofrido referendario noſtro, Vualdum ſacri noſtri Palatij in finibus Apuliæ, loco qui nominatur Anglone maiore; habet autem hos fines; ab vna parte vſque ad fluuiū Latonteum, id eſt, vſque ad viam publicam, quæ vadit ad caſalem Patritij, inde qualiter finis diſcernit in Vualdo ſanctæ Mariæ Luceriæ ſedis Epiſcopalis, inde vſque ad finem de Bodoaldo, inde vſque ad fiuem de Loncarica, inde vſque ad vadum Pe-

D troſij, inde vſque fluuium Fertoteum reconiungente ſe iu proprio fine, tam quod ibi noſtrum Palatium tenuit, quam quod & inde Grauſoni Bulgarenſi à ſacro noſtro Palatio conceſſum fuit, & pro merito culpæ Graſolphi filij qui huc in noſtrum palatium euenit, integrum tibi cum ſuperius inferiuſque aquis & vijs conceſſimus; in ea videlicet ratione, vt amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum præceptum cuncta quæ ſuperius leguntur habere atq; poſſidere valeatis.

Quod vero præceptum conceſſionis ex iuſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Audoaldus notarius. Actum Beneuenti, ſecundo anno, menſe Octob. Ind. 12. feliciter admodum.

A *Radelchius, Gaidemardo Gaſtaldo, de curte in Matalone.*

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Conceſſimus nos vir glorioſiſſimus Radelchis Domini prouidentia Lõgobardorum gentis Princeps, per rogum Vrſi dilecti filij noſtri, vobis Gaidemardo, Gaſtaldo noſtro curtem ſacri noſtri Palatij in Matalone, quam ante hos dies Iandulpho conceſſam habuimus, prædicta vero curtis pro merito culpæ ad noſtras redijt poteſtates, & conceſſimus tibi præfato vineas, terras, ſeruos & ancillas, & cum omni ſua pertinentia; in ea videlicet ratione, vt a-
B modo & deinceps per hoc noſtrum roboreum præceptum prædictam curtem cum vineis & terris, ſeu ſeruis & ancillis, ſeu cum omnibus ſuis pertinentijs, integrum vos & hæredes veſtri habere atque poſſidere valeatis, & à nullo ex noſtris Iudicibus, id eſt, Comitibus, Gaſtaldis, vel à quibuſcunque gentibus habeatis aliquam requiſitionem, verum perpetuis temporibus poſſideatis.

Quod vero præceptum conceſſionis ex iuſſione nominatę poteſtatis ſcripſi ego Theodoricus.

Actum Beneuenti, ſecundo anno, menſe Ianuar. Indict. 15. feliciter.

C *Radelchis de ſeruis ex loco Parcorano in finibus Cimiterij deſeruientibus.*

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Conceſſimus nos vir ac Dominus glorioſiſſimus Radelchis Domini prouidentia Longobardorum gentis Princeps, per rogum Taſilonis Comitis noſtri, tibi Vvaldiperto fideli noſtro filio Graſolphi, hos famulos ſacri noſtri Palatij, Vrſipertum conductorem, Leopardum & Leonem, Vrſum, Lupum, necnon & Petrum Tranſimundum, Carolum Bonellum, alium Leonem Ermeriſſum, Iordanum Lupum &
D Palumbum ſeu Roppulum; hos omnes cum vxoribus filijs & filiabus, nuribus, ac nepotibus, & cum omnibus ceſpitibus, & cum omnibus eorum pertinentijs, qui eſſe videntur commorantes ex loco Parcorano ex finibus Cimiterij pertinentibus de actu Condenſe; in ea videlicet ratione, vt amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum præceptum prædicta omnia quæ ſuperius legũtur, tu & hæredes tui habere atque poſſidere valeatis, & à nullo ex noſtris Iudicibus, hoc eſt Comitibus, Gaſtaldis, vel à quibuſcunque gentibus habeatis aliquam requiſitionem aut reprehenſionem, ſed perpetuis temporibus poſſideatis.

Quod vero præceptum Conceſſionis ex iuſſione nominata poteſtatis ſcripſi ego Theodoricus Notarius.

Actum Beneuenti, ſecundo anno, menſe Maio Indict. 14. feliciter admodum.

Radelchis de Vvaldo in Canali, & de alio in Sappione.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Conceſſimus nos vir glorioſiſſimus Radelchis Domini prouidentia Longobardorum gentis Princeps, per rogum Garetrudæ glorioſæ ac dilectæ coniugis noſtræ, vobis Totoni theſaurario noſtro filio Sindelperti, integrum Vvaldum in Canali de fine in finem Vvaldi, id eſt, pertinentem de actu ſyluæ nigræ, & conceſſimus vobis nominatum Vvaldum in Sappione; Fines iſtius Vvaldi hi ſunt, de vna parte vſq; ad fluuium Sappione, de alia parte vſque ad mare, de tertia vero parte vſque ad Vvaldum Eccleſię S. Martini quę pertinet in pratа, de quarta parte vſque ad Crapolam; intra hos fines quantum ſacro noſtro Palatio pertinet vobis conceſſimus; iſte Vvaldus pertinet de actu Radani & ſiluæ nigræ; & conceſſimus vobis ſæpe dictum Malurinum ſeruum ſacri noſtri Palatij cum vxore ſua & vno filio, & ipſum filium qui cum vxore ſua & vno filio; & Scaperiſſum cum vxore ſua & vno filio, & ipſum filium qui cum vxore ſua & vno filio; ſimulque Tindonem cum vxore ſua & vno filio; iſti omnes cum omnibus pertinentijs fuerunt ſerui ſacri noſtri Palatij, pertinuerunt de actu ſyluæ nigræ; & conceſſimus vobis aliũ Tindonem ſeruum ſacri noſtri Palatij cum vxore ſua, & cum vno filio ſuo, & ipſum filium qui cum vxore ſua & cunctis pertinentijs eorum pertinet de actu Raiano, in ea videlicet ratione, vt amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum præceptum prædicta omnia quæ ſuperius leguntur, vos & veſtri hæredes habere atque poſſidere valeatis, & à nullo ex noſtris Iudicibus hoc eſt, Comitibus, Gaſtaldis, vel à quibuſcunq; gentibus habeatis aliquam requiſitionem, aut reprehenſionem, veruntamen perpetuis tẽporibus ſecuriter ac firmiter poſſideatis.

Quod vero præceptum conceſſimus ex iuſſione nominatæ poteſtatis, ſcripſi ego Audoaldus notarius.

Actum Beneuenti in ſacro Palatio primo anno, menſe Nouemb. per Indictionem decimam, feliciter.

Radelchis de Vvaldo & ſeruis in finibus Larinenſibus.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Conceſſimus nos vir glorioſiſſimus Radelchis Domini prouidentia Longobardorum gentis Princeps, per rogũ Radeleharij dilecti filij noſtri tibi Totoni theſaurario noſtro filio Sindelperti, integrum Vvaldum ſacri noſtri Palatij qui eſſe videtur in finibus Larinenſibus cum ſeruis

uis

A uis ac ancillis in eodem loco reſidentibus, cum ceſpitibus omnibuſque pertinentijs iã dictorum ſeruorum; hi pertinent ex Gaſtaldato decimo quinto, & cuncta quæ ibidem in actu Larinenſe ex ipſo quintodecimo Gaſtaldato pertinent; in ea videlicet ratione, vt amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum præceptũ prædicta omnia quæ ſuperius leguntur, tu & hæredes tui integrum habere atque poſſidere valeatis, & à nullo ex noſtris Iudicibus, id eſt, Comitibus, Gaſtaldis, vel à quibuſcunque gentibus habeatis aliquam requiſitionem, ſed perpetuis temporibus poſsideatis.

B *Quod vero præceptum conceſsionis, ex iuſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Audoaldus Notarius.*

Actum Beneuenti in ſacro Palatio, ſecundo anno, menſe Octobri, Indictione decima octaua, feliciter.

Adelchiſis de ſeruis qui liberas fœminas duxerunt.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Conceſſimus nos vir glorioſiſſimus Adelchis Domini prouidentia Longobardorum gentis Princeps, per rogum Eponis Comitis noſtri tibi Traſario fideli noſtro filio Lupi, omnes ſeruos tuos qui ſibi liberas fœminas tulerunt vel noſtro tempore tulerint vxores, cum ipſis ſuis vxoribus, & cum filijs & filiabus eorum, qualiter ſecundum legem ad noſtram euenerunt vel C euenerint poteſtatem, in ea videlicet ratione, vt amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum præceptum prædictam omnem illam familiam qualiter ſuperius legitur, tu & hæredes tui habere atque poſsidere valeatis, & à nullo ex noſtris Iudicibus, id eſt, Comitibus, Gaſtaldis, vel à quibuſcunque gentibus habeatis aliquam requiſitionem, veruntamen perpetuis temporis ſecuriter atque firmiter poſsideatis.

Quod autem præceptum conceſsionis ex iuſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Benedictus Notarius,

D *Actum Beneuenti ſecundo anno, menſe Maio Indict. 13. feliciter.*

Radelchis de ſeruis in loco Curteſano,

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Conceſsimus nos vir glorioſiſſimus Adelchis Domini prouidentia Lõgobardorum gentis Princeps filius Domini piæ memoriæ Adelchis, per rogum Thegis fidelis noſtri vobis Grimaulauo ſanctæ Religionis defenſori, Aioni & Vrſo filijs tuis Lamprandum ſeruum ſacri noſtri Palatij ex loco Curteſani filium Pertoaldi ſerui noſtri palatij cum vxore, filijs, filiabus ſuis, & cum omnibus ceſpitibus & pertinentijs ſuis, ſeu cum omnibus rebus, ſubſtantijs, quæ fuerunt Lupi, & Ermengarij ſeu Aideriſi liberorum hominum cũ omnibus pertinentijs eorum ex loco piſcatoris, hoc eſt mobilia atque immobilia, omnia in omnibus cum eorum pertinentijs; pro eo quod ſine hærede deceſſerunt; ſed & conceſsimus vobis omne illud portaticum quod per ſingulas portas & poſterulas huius ciuitatis Beneuentanæ annualiter dare debetis; vt exinde abſque vlla datione ſoluti ac liberi maneatis; ſed & conceſsimus vobis omnes ſeruos veſtros qui ſibi liberas fœminas tulerũt, vel qui antea tulerunt vxores, cum ipſis ſuis vxoribus, cum filijs, filiabus ſuis, & ſicut legibus ad noſtram euenerunt poteſtatem; in ea videlicet ratione, vt amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum præceptũ prædicta omnia quæ ſuperius leguntur vos & hæredes veſtri habere atque poſsidere valeatis, & à nullo ex noſtris Iudicibus hoc eſt Comitibus, Gaſtaldis, vel à quibuſcunque gentibus habeatis aliquam requiſitionem, veruntamen perpetuis temporibus poſsideatis.

Quod vero præceptum conceſſionis, ex iuſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Brehemfridus notarius,

Actum Beneuenti primo anno menſe Ianuario Indict. 14.

Pandolphus & Landolphus de ciuitate Triuentana.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Domini etenim Landolphus, & Pandolphus filius, qui Diuina prouidentia ordinante Longobardorũ gentis Princeps, Cũ principalis excellentia petitionibus dilectorum ſuorum iuſta petentibus clementer faueat. Igitur nouerit omnium fideliũ noſtrorum, præſentium ſcilicet ac futurorum ſagacitas, Randoiſium Comitem dilectum noſtrum fidelem ac filium Berardi Comitis per Rodfridum Comitem dilectum noſtrum fratrem, noſtram adijſſe à Domino protegendam principalem dignitatem, deprecans, vt concederemus ei cuncta qualiter hic inferius declarantur habendum iure quieto, de quibus petijt ſibi à noſtra excellentia, vt munitionis apices exinde ei fieri iuberemus; cuius petitioni vſquequaque libenter adſenſum præbentes hos noſtræ munitionis apices exinde ei fieri iuſſimus, per quos omnino ſancimus & perpetualiter per præſens hoc noſtrum roboreum præceptum concedimus tibi eidem Radoiſio Comiti, tuiſque hæredibus ciuitatem Triuentanam, ſic quomodo tu illã modo tenes & dominaris, & cum terris ſic quomodo tenent & dominantur homines, qui in prædicta ciuitate modo habitant, quam & Caſtellum Angelorum & Cacouonem & Cantalupum, ſic quomodo eas tenetis & dominatis, & prædictas terras ſic

quomodo tenuerunt & dominarunt, inter fluuinm Trinium & Sangrũ hominesquĩ in prædictis Caſtellis habitant, ea quidem functione ſupradictam noſtram conceſſionẽ tam tibi Radoiſio comiti, tuiſq; hæredibus illas conceſſimus ad perpetualiter habendum & poſſidendum ſecuriter, atque omnia exinde faciendi quemadmodum volueris, ſine vllius Comitis Gaſtaldi ſeu Iudicis vel Sculteti noſtri, aut cuiuſcunque perſonæ magnæ aut paruæ contradictione, qui ſub noſtra poteſtate habitant. Quod ſi per aliquam contrarietatem ſupradictam noſtram conceſſionem inuadere, aut vlla occaſione moleſtare quis præſumpſerit, ſciat ſe eſſe compoſiturum auri puriſſimi libras ducentas, medietatem ſacro noſtro Palatio, & alteram medietatem tibi ſupra dicto Rodoiſio Comiti, tuiſque hæredibus. Vt hæc autem ab omnibus immobiliter ſeruentur; manu propria ſcripſimus, & annulis noſtris iuſſimus ſubterſigillari. Ego Madelbertus ſcriba ex iuſſione ſupradictæ poteſtatis ſcripſi.

Datum vndecimo die inante menſe Aug. in anno vndecimo Principatus Domini Pandolphi glorioſiſſimi Principis, & ſexto anno Principatus Domini Landolphi magnifici Principis, Indict. 5. Actum in ſacratiſſimo Beneuentano Palatio, feliciter.

Pandolphus & Atenolphus de curte in Cluſiniano elocando, & de ſancto Cyrico.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Domini æterni, Landolphus ſeu & Atenolphus Diuina ordinante prouidentia Longobardorum gentis Princeps cum Principali excellentia petitionibus dilectorum ſuorum omnibus iuſtè petentibus clementer fauet. Quapropter nouerit omniũ fidelium noſtrorum, præſentium ſcilicet & futurorum ſagacitas, quoniam Theodoricus Gaſtaldus qui Mirandus vocatur fidelis noſter per Rodelpoatum Gaſtaldum dilectum noſtrum, noſtram obſecrauit excellentiam, vt concederemus ei integram ipſam Curtem de loco Cluſiniano & Caudi, quæ eſt de Capella S. Cyrici, pertinentiam ſacro noſtro Palatio cum omnibus eius pertinentijs, de quo petijt ſibi fieri munitionem à noſtra excellentia, cuius petitioni libenter adſenſum præbentes, hos noſtræ munitionis apices exinde fieri iuſſimus, per quos omnino ſancimus, & perpetualiter tibi prænominato Theodorico, & heredibus tuis cõcedimus per præſens hoc noſtrum roboreũ preceptum iam nominatam integram curtẽ de loco cirſiniano & claudi quę eſt de Capella S. Cytici pertinente ſacro noſtro palatio cum omnibus ad eam curtem pertinentibus, vt habeatis & poſſideatis illam ſine vllius Comitis Gaſtaldi ſeu Iudicis noſtri vel cuiuſcunque perſonæ contradictione, &

A vt nullus de prædicta curte integra, aut de omnibus ad eandem iam fatam curtẽ pertinentibus vobis inuaſionis aut contrarietatis ingerere vllam violentiam præſumat, ſed perpetuis temporibus tu præfate Theodorice, & tui hæredes per hanc noſtram principalem conceſſionem iam dictam integram curtem cum omnibus eius pertinentijs habeatis atque poſſideatis, facientes exinde quodcunque volueritis. Porro vt hoc quod mandamus ab omnibus immobiliter obſeruetur, manu propria nos ſcripſimus, & annulo noſtro ſubter iuſſimus ſigillari. Vrſus Clericus & ſcriba ex iuſſione ſupradictæ poteſtatis ſcripſit.

Data ſexto Idus menſis Nouembr. in anno B *viceſimo octauo Principatus Domini Landolphi glorioſiſsimi Principis, & triceſimo octauo anno Principatus Domini Atenolphi eximij Principis, & quinto anno Principatus Domini Atenolphi filij ſupradicti Domini Landolphi glorioſiſsimi Principis Indict. 11. Actum in ciuitate Beneuenti in ſacro noſtro Palatio, feliciter admodum.*

Landolphus & Atenolphus de via quæ pergit ad portam Rufini.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Domini æterni, Landolphus & Atenolphus Diuina ordinante prouidentia C Longobardorum gentis Princeps cum principali excellentia petitionibus dilectorum ſuorum omnibus iuſte petentibus clementer admodum fauent. Quapropter nouerit omniũ fidelium noſtrorum præſentium ſcilicet ac futurorum ſagacitas, quoniam Diego Gaſtaldus fidelis noſter per Rodelpotum Gaſtaldum chariſsimum parentem noſtrũ noſtram precatus eſt excellentiam, vt concederemus illi medietatem de omnibus rebus quæ fuerunt cuiuſdam Petri filij Radelandi, quam indicauit ſeruis & ancillis ſuis, & Guale hominis liberi, qui ſine hæredibus de hoc ſæculo deceſſerunt, & ideo res eorum legaliter ad ſacrum noſtrum deuenerunt D Palatium; necnon concederemus illi ſex pedes de terra in latitudinem de ipſa via publica quæ pergit à porta Rufini in ipſo flumine Sabbato, quæ pergit vſque ad ipſum flumen, & eſt lata ipſa via in vno capite pedes triginta octo, & in alio capite eſt lata pedes ſexaginta, & per ipſos ſex pedes quos ei exinde cõcedimus à terra quã pars ſacratiſsimi Epiſcopi illi dedit, & quomodo vadit in prædicto flumine, vt liceat inde ire ipſa aqua de ipſo molino eius abſque læſione de ipſa via, vt non noceat ipſa aqua hominibus qui per ipſam viam ambulant, ita tamen vt ille Drogo, & hæredes ſui ſemper talem pontem tranſire bene poſſint Radelchiſus & alij homines & illorum hæredes ad ipſa molina ſua cum ſuis vtilitatibus; de quibus petijt ſibi fieri munitionem à noſtra

excel-

excellentia, cuius petitioni libenter admodum adienſum præbentes, hos noſtræ municionis apices exinde ei fieri iuſſimus; per quos omnino ſancimus, & perpetualiter tibi Drogoni Gaſtaldo filio noſtro concedimus per præſens hoc noſtrum roboreũ præceptum iam dictam medietatem de omnibus rebus quæ fuerunt prædicti Petri filij Radelandi, quam iudicauit ſeruis & ancillis ſuis & Guale homini libero, qui ſine hæredibus de hoc ſæculo migrarunt ad cælestia, & ideo res illorum legaliter ad ſacrũ noſtrum deuenerunt palatium; ſimulque concedimus tibi ſex pedes de terra in latitudinem de prædicta via publica quæ pergit à porta Rufini in ipſo flumine Sabbato à terra quam tibi pars Epiſcopi dedit, abſque læſione de ipſa via, vt ſic ipſa aqua per ipſos ſex pedes decurrat, vt non exeat in ipſam viam vt noceat hominibus prætereuntibus, quique per ipſam viam quotidie ambulant, & vt ſemper facias tu & tui hæredes talem pontem vnde bene incedere poſſit Radelchiſus & alij homines & ipſi hæredes ad ipſa molina ſua cum ſuis vtilitatibus. Hæc autem omnia quæ tibi conceſsimus, habeas & poſſideas ſine vlla contradictione Comitis, Caſtaldi ſeu Iudicis noſtri, vel cuiuſcunque perſonæ, & vt nullus de prædictis omnibus inuaſionis aut contrarietatis vobis ingerere vllam violentiam præſumat, ſed perpetuis temporibus tu præfate Drogo tuique hæredes per hanc noſtram conceſsionem illa omnia habeatis atque poſſideatis, facientes exinde quodcunque vobis placuerit aut volueritis. Porro vt hoc quod iubemus ab omnibus inuiolabiliter obſeruetur, manu propria ſcripſimus, & annulo noſtro iuſſimus ſigillari. Vrſus Clericus & ſcriba ex iuſsione ſupradictæ poteſtatis ſcripſit.

Data quinto nonas menſis Iulij, in anno decimo ſeptimo Principatus Dominorum noſtrorum Landolphi & Atenolphi, Ind. 17. Actum in ciuitate Beneuenti, in Palatio noſtro feliciter admodum.

Pandolphus & Landolphus.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Domini æterni. Pandolphus & Landolphus Diuina ordinante prouidentia Longobardorum gentis Principes cum principali excellẽtia petitionibus dilectorũ omniũ iuſte petentibus clementer admodũ fauet. Quamobrem nouerit omniũ noſtrorum fidelium præſentium ſcilicet ac futurorum ſagacitas, quoniam Auſentius & Theodoricus Germani fideles ac filij quondam Aroaldi qui fuit habitator quondam in Caſtello Taeco per Dauferium Gaſtaldum dilectum fidelem noſtrum noſtram deprecauerunt excellentiam, vt concederemus atque confirmaremus eis cuncta qualiter hic

A
inferius declarantur iure quieto, de quibus petierunt ſibi munitionem fieri à noſtra excellentia; quorum petitioni vſquequaque libenter aſſenſum præbentes, hos noſtræ munitionis apices exinde fieri iuſsimus illis, per quos omnino ſancimus & perpetualiter per præſens hoc noſtrum roboreum præceptum concedimus atque cõfirmamus vobis Germanis Auſentio & Theodorico fidelibus noſtris, noſtriſque hæredibus omnes illos liberos homines tã extraneos quã & alios qui non ſunt ſeruitiales, in parte Reipublicæ, & in rebus noſtris reſideat, vel ſponte ad laborandum ordinati fuerint, vel in rebus noſtris ſeu illos liberos extraneos, ſeu qui ſeruitiales non ſunt, quos antea in rebus noſtris ad laborandum miſeritis, vt
B
de rebus veſtris in parte ad partem mandatum dederitis, vt omnes ipſi & filij ipſorum ſemper defenſos habeatis, vt ſint defenſi ſẽper ab omni exactione, & ab omni datione, quam qualitercunque in parte Reipublicæ dare debuerint, & ab omni ſeruitio publico, & qui ex ipſis abſque hærede deceſſerit & cauſam ſuam iniudicatam reliquerit, vt omnia illius ſit in tua & de tuis hæredibus eueniant proprietate faciendi omnia quæ volueritis; veluti legaliter ad noſtrum ſacrum venire debuerunt palatium; necnon & concedimus atque confirmamus vobis Germanis Auſentio & Theodorico & ad veſtros hæredes, omnes illas liberas fœminas
C
quę ſeruos veſtros ſibi in maritos ſociauerũt vel quantæ amodo, & in antea ſeruos veſtros ſibi viros copulauerunt, pariterque & cum ipſis ſeruis & cum filijs & filiabus illorum, ſicut omnes legibus ad noſtrum ſacrum euenire debuerunt palatium, ita vobis integras illorum perſonas concedimus atque confirmamus habendas; exceptamus illos quibus ſecuritas à vobis facta illis paruerit, vt iuxta noſtram ſecuritatẽ permanere debeant. Hæc autem omnia ſupradicta vobis ſuperius dictis Germanis veſtriſque hæredibus concedimus atque confirmamus, quatenus amodo & deinceps perpetuis temporibus illud habeatis atque poſſideatis, ſine vllius Comitis, Gaſtaldi ſeu Iudicis noſtri,
D
vel cuiuſcunque perſonæ contrarietate, facientes inde omnia quæ volueritis, à nemine aliquid contrarium exinde vobis ingerẽte in aliquo. Vt autem hæc noſtra conceſſio firmius veriuſque credatur, & ab omnibus immobiliter obſeruetur, manu propria ſcripſimus annuliſque noſtris ſubter iuſſimus ſigillari. Madelfrid Clericus & notarius atque ſcribà ex iuſsione ſupradictę poteſtatis ſcripſit.

Datum 15. Kal. Decembr. in anno triceſimo ſeptimo. Principatus Domini Pandolphi, & vndecimo anno Principatus Domini Landolphi excellentiſsimi Principis filij eius Ind. 8 Actum Beneuenti in ſanctiſsimo Palatio.

Iandolphus de terris exfundatis in Matiloni.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Nos Iandolphus diuina ordinante prouidentia Longobardorum gentis Princeps, per rogum Mallonis fidelis noſtri concedimus iuxta, & confirmamus vobis Gataforio, necnon & Mirolio, necnon & Marcanolio & Sicenolpho fratribus, qui & famuli noſtri aliquot abhinc annis fuerũt filijs Pindolis, terras ex fundamento fundatas, & quanti de ipſis dominicalibus fuerũt quæ eſſe videntur in loco ſupra Matalum propinquo ſanctaMaria ad ipſamCapellam vbi Grauciſuli vocatur, & in loco in quo Sautiliani nominatur, hoc eſt ab ipſa via ſicuti vocatur Beneuentana, & quomodo reuoluit & vadit vſque ad terram ſancti Lazari,& perrexit vſque ad terram Pandenolphi qui dicitur Areſaneca, & reuoluit & vadit vſque ad terram quæ nominatur, & dicitur de ſeruis Dominici, quam vobis conceſſimus, & de alio capite montis, infra hos fines conceſſimus vobis omnes territorias quantas in ſupradictis locis habuerunt & pertinuerunt Adelperio filio Bdelperti, & Renobati fratri Renobati de Faſſillano & Mattino, necnon & Martiniano & Malpuzolo, inſimul cum reliquis omnibus terris exfundatis quanti infra ſupradictis finibus, & in iam dictis locis inuenies deeſſe, ſupradicto Pindolo genitori veſtro à Domino Iandolpho glorioſo Principe genitore noſtro dictum fuit, & qualiter ille ipſas poſſedit, ſic vobis, qui ſuper germanis veſtriſq; hæredibus ea omnia concedimus habenda,atq; poſſidenda,ſine contrarietate Comitis,Gaſtaldi,Iudicis, aut cuiuſcunque perſonæ contradictione, vel inquietudine, veruntamen perpetuis temporibus vos vna cum hæredibus veſtris habeatis atq; poſſideatis ea omnia qualiter ſuperius legũtur, & faciatis exinde quæcunq; vobis placuerint, nemine exinde vobis in aliquo contraria ingerente.

Scripſi ego Petrus notarius ex iuſsione ſupradictæ poteſtatis in anno duodecimo Principatus ſui, menſe Septembr. Indict. 15. feliciter.

Actum in ciuitate Capuana, feliciter admodum.

Landolphus & Pandolphus de terra foris porta Summa, inter duas vias.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Landolphus & Pandolphus, diuina ordinante Prouidentia Longobardorum gentis Princeps, damus necnon & tibi Audiraldo dilecto Comiti noſtro, patrem necnon & filium Adelſerij, terram illam foris hanc Beneuentanam ciuitatem foras atque iuxta portam Summam quæ eſſe videtur inter duas vias publicas,vna quæ venit & intrat in eandem portam, & alia quæ deſcendit ad ipſum Ludicetum, & de alia quidem parte coniunctum eſt cum ipſo horto Cœnobij ſanctæ Sophiæ virginis; vt tam tu,quam & tui hæredes, & cui à te datum paruerit, & illorum hæredes poteſtatem habeatis in eandem terram infra prædictos fines, ædificum laborem omnem pro veſtra libertate ibidem peragere, quod vobis vtile ac neceſſe fuerit faciendum; ita tamen vt ædificium & laborem quem in prædicta terra feceritis non ſit contrarium ad carros,vel ad animalia quæ per eandem viam ſunt tranſitura; ea etenim ſanctione iam dictam terram infra prædictos fines noſtra conceſſione velut prælegitur, tam tu quam & tui hæredes,& cui vobis datum paruerit,& illorum hæredes amodo & perpetualiter habere & poſſidere valeatis, per hanc noſtram principalem conceſſionem faciendi exinde omnia quæcunq; volueritis, abſque vllius Comitis Gaſtaldi noſtri, ſeu Iudicis, vel Schulteti noſtri, aut cuiuſcunque perſonæ hominum contrarietate, vel inquietudine à nemine aliquid contrarium ingerente.

Scripſi ego Ioannes Clericus, & ſcriba ex iuſſione ſupradictæ poteſtatis in anno quadrageſimo ſecundo Principatus Dom. Landolphi glorioſiſſimi Principis, & decimo octauo anno Principatus Dom. Pandolphi magni Principis filij eius menſe Nouemb. Indictione duodecima feliciter.

Landolphus & Pandolphus de rebus in finibus Fertulis.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Domini æterni. Laudolphus & Pandolphus diuina ordinante prouidentia Longobardorum gentis Principes. Cum principalis excellentia petitionibus dilectorum ſuorum omnibus iuſta petentibus clementer faueat. Quamobrem nouerit omnium fidelium noſtrorum præſentium ſcilicet futurorum ſagacitas, quoniam Landolphus dilectus Gaſtaldus noſter & parens noſtri, ac filij bonæ mem. Patonis per Dauſerium Comitem hominem Barbanum noſtrum noſtram deprecatus eſt excellentiam, vt concederemus illi omnes res exfundatas de finibus Feradanis,quæ ad ſacrum noſtrum palatium pertinent, infra illos fines qui hic inferius declarantur, de quibus petijt ſibi fieri munitionem à noſtra excellentia; cuius petitioni vſquequaque aſſenſum præbentes, hos noſtræ munitionis apices exinde ei fieri iuſſimus,per quos omnino ſancimus & perpetualiter per præſens hoc noſtrum roboreum præceptum concedimus tibi ſuperius dicto Landolpho compatri

A petri noſtro, hæredibuſque tuis, & cui à vobis datum eſſe paruerit, integras omnes exfundatas de totis finibus Furculanis, quãtum quandoque ad ſacrum noſtrum palatium pertinet, infra hos fines quomodo incipit à foris pertinentia Eccleſiæ ſanctæ, quæ dicitur ad Cellum, & aſcendens per Cerram de monte qui dicitur Tariano, & ſicuti directum vadit per ſerra de monte, & redit in capite, & deinde directe in caſale Monaſterij ſancti Petri quod dicitur Villa magna, & ab inde deſcendente vſque ad caſale quod nominatur Carmiano, & deinde vſque ad montem qui dicitur Cota, & renoluente per pedem de eodem monte vſque in locum qui nominatur Finita, & ab inde trans ipſam ſtradam maiorem B directam per viam illam quæ deſcendit ad ipſas plancellas, & quomodo vadit per ipſas plancellas vſque in ſerram de monte qui dicitur Cancellum, & deinde directim vſque ad Eccleſiam ſancti Marciani de Tabernole, & inde directum in Borrane, & quomodo vadit in Meſolam, & rediente à foris pertinentia ipſius Eccleſiæ ſancti Angeli ad Cerrum prioris finis. Intra hos vero fines quantæ res exſundatæ ſunt, vel quantum, quandoque vndecunque vel qualitercunque ad ſacrum noſtrum Palatium pertinet, vt vna cum ſuperius & Inferius, & cum vijs, ſeu & cum ipſa munimina inde pertinentia, omnibuſque illorum C pertinentijs tibi eidem Landolpho hæredibuſque tuis, & cui à vobis datum eſſe paruerit, concedimus habendum; ea etenim ſanctione, quatenus amodo & deinceps vos & cui à vobis datum eſſe paruerit, ſupradictam noſtram conceſſionem integram habeatis, necnon & poſſideatis, ſine vllius Comitis, Gaſtaldi, ſeu Iudicis noſtri, vel cuiuſcunque perſonæ contrarietate, facientes inde omnia quæcunque volueritis, à nemine vobis inde aliquod contrarium ingerente. Porro vt hoc quod iubemus atque concedimus, ab omnibus immobiliter obſernetur, manu propria ſcripſimus, & annulis noſtris iuſſimus ſigillari.

Madelfrid Clericus & Notarius atque ſcriba ex iuſſione ſupradictæ poteſtatis ſcripſit. D

Datum 12. Kalend. Ianuar. in anno 20. Principatus Domini Landolphi glorioſiſſimi Principis, & in ſexto decimo anno principatus Domini Pandolphi eximij Principis, Indict. 2. Actum in ſacratiſſimo Beneuentano Palatio, feliciter admodum.

Landolphus & Pandolphus de Eccleſia ſancti Mariani Martyris iuxta flumen Calorem.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Domini æterni. Landolphus & Pandolphus diuina ordinante prouidentia Longobardorum gentis Principes. Cum A principalis excellentia petitionibus omnibus iuſta petentibus clementer faueat. Quãobrem nouerit omnium præſentium ſcilicet & futurorum ſagacitas, Leonem Sacerdotem & Monachum Iaquintum Sacerdotem ac filium cuiuſdam Maraldi per Landolphum Comitem dilectum noſtrum, noſtram adijſſe à Deo protegendam principalem dignitatem, deprecantes, vt concederemus illis Sacerdotibus cuncta qualiter hic inferius declarantur poſſidenda iure quieto, de quibus etiam petierunt ſibi à noſtra excellentia quatenus munitionis apices exinde fieri iuberemus; quorum petitionibus vſquequaq; libenter aſſenſum præbentes, hos noſtræ munitionis apices exinde fieri iubemus, B per quos omnino videlicet ſancimus, & perpetualiter per præſens hoc noſtrum roboreum præceptum damus, atque concedimus vobis prænominatis Leoni Sacerdoti, ac Monacho, & iam dicto Laquinto Preſbytero, hoc eſt integram Eccleſiam vocabulo ſancti Martiani quæ conſtructa eſſe videtur foris hanc Beneuentanam ciuitatem, iuxta ac erga flunium nomine Calorem, vna cum omnibus ornamentis & pertinentijs ad eandem Eccleſiam, quatenus amodo & deinceps diebus vitæ veſtræ iam dictam Eccleſiam cum omni ornatu, vel rebus pertinentibus ad eãdem Eccleſiam poteſtatem habeatis tenere, donare, & eandem Eccleſiam officiare & dare ad tenendum, ac do C minandum cuicunque vobis pro veſtro libero arbitrio placuerit, qui in eadem Eccleſia officiare debeat ſicut conſuetudo eſt, ſimul & poteſtatem habeatis tenere & dominare, & in eadem Eccleſia officiare, & Sacerdotes, necnon & Clericos ibidem conducere, & alios homines pro vtilitate prædictæ Eccleſiæ & veſtra, & tam vos quã & illi Sacerdotes, atque Clerici qui ibidem conducti fuerint, poteſtatem habere in eadem Eccleſia die nocteq; Monachicas, aut Canonicas horas, aut officium facere, iuxta veſtram, atque illorum poteſtatem, atq; voluntatem, & quidquid enim Dominus dederit in eadem Eccleſia per ſuos fideles, tantum ſit veſtræ dominationi faciendi D omnia quæ volueritis, ſi Dominus per ſuos fideles dederit in eadem Eccleſia aurum, vel argentum, pannos ſericos, ſindones, vel etiam coronas, vel aliquid ornatus ſit in eadem Eccleſia, ſimiliter & poteſtatem habeatis ipſas res tenere, dominare ac laborare, & dare ad tenendum & laborandum cui volueritis; frugum vero quod exinde exierit, totum ſit veſtræ dominationi faciẽdi inde omnia, quæcunque volueritis pro veſtra libertate; iterum poteſtatem habeatis in ipſis rebus prædictæ Eccleſiæ caſas, ac reditus facere, & ibidem habitare cum hominibus veſtris, & cauſam veſtram & omnem vtilitatem ibi peragere ſicut in cauſa veſtra, ſicut iuxta veſtram voluntatem vobis pla-

placuerit; ea etenim ſanctione cunctam
iam dictam Eccleſiam cum ſuis omnibus
qualiter ſuperius leguntur, vobis equidem
Leoni Sacerdoti & Monacho, & Iaquinto
Sacerdoti conceſſimus, vt amodo & dein-
ceps vos prænominati Sacerdotes prædicta
omnia habeatis, atque poſſideatis in ſupra-
dicta ratione, faciendi quodcunq; volueri-
tis, ſine vllius Comitis, Gaſtaldi, vel Scul-
teti noſtri, aut cuiuſcunque perſonæ homi-
num contrarietate, vel inquietudine, á ne-
mine aliquod contrarium in aliquo ingerẽ-
re, vel vt nullus in aliquo vobis quippiam
exinde moleſtationis vllo in tempore iu ali-
quo ingerere præſumat, ſed á præſenti &
deinceps perpetuis temporibus ſupradicta
omnia habeatis, atque poſſideatis; tantum
ſi tu ipſe Leo Sacerdos & Monachus, aut tu
ipſe Iaquinte Sacerdos qualis ex vobis
mortuus fuerit vnus alteri ſuccedere debeat
in eadem Eccleſia, in omnibus Abbas eſſe;
poſt vero veſtrum obitum, ſi ibidem neceſ-
ſarium fuerit Abbatem ordinare, ideo qua-
lem Eccleſiæ congregatio ſibi Abbatem ele-
gerit inter ſe, talem vna vobiſcum eligat at-
que conſtituat in eadem Eccleſia Abbatem.
Si quis vero hæc cuncta, quæ præleguntur
aliquo modo irrita facere præſumpſerit,
malumque in ea ingerere, ſciat ſe eſſe com-
poſiturum auri libras duas, medietatem vo-
bis, & aliam medietatem ſacro noſtro pa-
latio dabit. Abbas vero qui ibidem poſt
veſtrum obitum ordinatus fuerit, eandem
Eccleſiam cum omnibus ſuis pertinentijs &
quæ prædiximus, ſemper in ſua habeat po-
teſtate, ſicuti ſupra legitur. Vt autem hæc
noſtra conceſſio ab omnibus inuiolabiliter
obſeruetur, manu propria ſcripſimus, &
annulis noſtris ſubter iuſſimus ſigillari.

*Ioannes Clericus & ſcriba ex iuſſione ſu-
pradictæ poteſtatis ſcripſit.*

*Datum enim vobis in anno primo Princi-
patus Dom. Landolphi Principis glorioſiſſimi,
& decimo ſeptimo anno Principatus D. Pan-
dolphi magni Principis filij, menſe Aprilis In-
dict. 11 Actum Beneuenti in ſacro noſtro Pa-
latio, feliciter admodum.*

*Pandolphus & Landolphus de aqua fluminis
Caloris cum ripis, & ſolo ſuo, á loco vbi
intrat riuus Scarabolis vſque in
medijs pilis de Ponte-
ſtrato.*

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri
Ieſu Chriſti Domini æterni. Pandolphus &
Landolphus diuina ordinante prouidentia
Longobardorum gentis Principes cũ prin-
cipali excellentia petitionibus clementer
fauent dilectorum ſuorum. Quamobrem
nouerit omnium fidelium noſtrorum præ-
ſentium ſcilicet, ac futurorum ſagacitas,
quoniam Poteſrid & Ademarius germani
filij cuiuſdam Alderiſſi, per Aripotonem

A venerabilem Archidiaconum atque Abba-
tem ſacri noſtri Beneuentani Palatij, no-
ſtram adierunt á Deo protegendam princi-
palem excellentiam, atque dignitatem,
deprecantes, vt concederemus illis hæredi-
buſque eorum cuncta qualiter hic inferius
declarantur, habenda atque poſſidenda iu-
re quieto; de quibus etenim petierunt ſibi
á noſtra clementia atque excellentia, qua-
tenus ſicut mos eſt anteceſſorum noſtrorum
Principum munitionis apices inde illis fieri
iuberemus; quorum petitionibus vſquequa-
que libenter aſſenſum præbẽtes hos noſtræ
munitionis apices exinde illis fieri iuſſimus,
per quos videlicet omnino ſancimus & per-
B petualiter per præſens hoc noſtrum robo-
reum præceptum damus atque concedimus
vobis nominatis Poteſrid & Ademario ger-
manis, veſtriſque hæredibus, aquam flu-
minis Caloris cum ripis, atque ſolo ſuo, á
loco vbi in eundem fluuium intra Triuius
ille qui vocatur riuus Scarabaiolis in ſub-
tus vſque in medijs pilis fabricatis de Pon-
te-ſtrato, vna cum totis ædificijs, quæ ibi
modo habentur, ſeu cum cunctis piſcatio-
nibus inde vel aquatico; quatenus amodo,
& ſemper liceat vos veſtroſque hæredes aquã
ipſam á ſupradictis finibus, & ſuis ipſis ri-
pis, & loco & ſolo claudere atque ædifica-
re, quandocunque volueritis ſecundum ve-
C ſtram voluntatem, & laborem ibi ſecundum
veſtrum liberum arbitrium; & liceat vobis
veſtriſq; hæredibus aquam ipſam á ſupra-
dicto fine cum ipſis ſuis ripis, & ſolo ſuo
ad tenendum & dominandum, atque clau-
dendum & ædificandum & laborandum,
necnon atque piſcandum, dare cuicunque
volueritis, omnia & in omnibus, quodcun-
que ibi cultum fuerit, vel inde exierit, amo-
do & ſemper veſtræ, veſtrorumq; hæredum
ſit poteſtati faciendi, inde quodcunque vo-
lueritis; ea etenim ſanctione cunctam ſu-
pradictam noſtram conceſſionem, veluti
ſuperius legitur, vos veſtriq; hæredes amo-
do & ſemper illa omnia habeatis, & poſſi-
deatis, & ſecuriter inde & de cunctis ſuis
D pertinentijs omnia faciatis per hanc noſtrã
principalem conceſſionem quæcunque vo-
lueritis, ſine vllius Comitis, Gaſtaldi, ſeu
Iudicis, vel Sculteti noſtri, vel cuiuſcunq;
perſonæ hominum aliqua contrarietate, vel
moleſtatione. Vt autem hæc noſtra con-
ceſſio ab omnibus veriſſime credatur & im-
mobiliter obſeruetur, propria manu ea
ſubter confirmauimus. & annuli noſtri im-
preſſione iuſſimus ſigillari atque inſigniri.

*Carus Clericus necnon & Notarius, itque
ſcriba ex iuſſione ſupradictæ poteſtatis ſcri-
pſit, in anno quadrageſimo ſexto Principatus
Domini Pandolphi excellentiſſimi Principis,
& nono decimo anno Principatus Domini
Landolphi glorioſi Principis filij eius, & pri-
mo anno Principatus Domini Pandolphi ma-
gni Principis filij eiuſdem Domini Landolphi
glo-*

A *glorioſi Principis de menſe Martio, Indict. 10. Actum in ſacro Beneuentano Palatio feliciter admodum.*

Landolphus & Pandolphus de ſancto Marciano.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Dei æterni. Landolphus & Pandolphus Diuina ordinante prouidentia Longobardorum gētis Principes cum principali excellentia. petitionibus dilectorum ſuorum omnibus iuſte petentibus clemēter fauēt. Igitur noueris omnium fidelium noſtrorum præſentium ſcilicet, ac futurorum ſolertia, Laquinatem ſacerdotem, & Monachum, B Leonem ſacerdotem atq; Monachum per Landulphū Comitem dilectū noſtrum, noſtram adijſſe à Deo protegendā principalem dignitatem, deprecantes, vt concederemus illis cuncta qualiter hic inferius declarātur, habendum iure quieto, de quibus etenim petierunt ſibi à noſtra clementia, quatenus munitionis apices exinde illis fieri iuberemus; quorū petitionibus vſquequaq; libenter aſſenſum præbentes, hos noſtræ munitionis apices exinde illis fieri iuſſimus, per quos videlicet omnino ſancimus, & perpetualiter per præſens hoc noſtrum roboreum præceptum damus atq; concedimus vobis Laquinto & Leoni ſacerdotibus integrā C eccleſiam vocabulo S. Marciani quæ cōſtructa eſſe videtur foras hanc Beneuent. ciuitatem iuxta fluuium Calorē, vna cum omni ornatu & rebus, atq; pertinentijs ad eādem eccleſiā, vt amodo & diebus vitæ veſtræ eandē eccleſiā, cum ſuis omnibus pertinētijs quas modo habet, & quas in antea habitura eſt poteſtatem habeatis illa tenere, dominari, & eādem eccleſiam officiare, & dare ad tenendū, ac dominandum & regendum cui volueritis; omnē vero oblationem, vel ſepulturam, ſeu quicquid Dominus in eadem Eccleſia dederit per ſuos fideles, veſtræ ſint proprietatis, faciendi omnia quæ volueritis; exceptamus aurū, & argentum, findones vel coronas, aut cortinas, vel aliud quod pro ornatu D eiuſdem Eccleſiæ eſſe potuerit, ſi ibi oblatū fuerit, ſemper ſit proprietati eiuſdem Eccleſiæ; ſimiliter ipſas res poteſtatē habeatis dare ad laborandum cui volueritis & redita facere & habitare, quemadmodum vobis vtile & neceſſe fuerit; omne frumentum quodquod inde exierit, veſtræ ſit proprietati vel dominationi; ſimiliterque & concedimus in eundem ſanctum locum, vt poteſtatem habeant Rectores, à capite de ipſo ponte in eadem ſtrada vſquequo voluerint, ædificare, facere & habere & dare ad faciendum cui voluerint omne ſeruitium quod exinde ſoluere debuerint in parte publicæ ad partem eiuſdem eccleſiæ faciant & perſoluant his qui ibidem reſident, eiuſque Rectoribus; iterum & concedimus in eodem ſancto loco, vt nullum ſeruitium aut dationē, portaticum, vel plateaticū dent aut faciant in parte publica, niſi ad partem eiuſdem eccleſiæ his qui in eadem reſident eccleſia atq; habitauerint, & ſi tale malum aliquis ex ipſis fecerit vnde legibus ſerui, aut ancillæ cadere debeant, ſemper ad partem eiuſdem Eccleſiæ cadere debeat; ea etenim ſanctione per iam dictam noſtram conceſſionem, velut prælegitur, iam dictam Eccleſiam, ſicut prælegitur, cum ſuis omnibus, vobis prænominatis Laquinto & Leoni ſacerdotibus, veſtriſq; ſacerdotibus amodo & deinceps conceſſimus habēdam, ſicut ſuperius legitur, abſq; vllius Comitis, Gaſtaldi, Iudicis, vel Schulteti noſtri, aut cuiuſcunq; perſonæ hominum aliqua contrarietate, vel inquietudine, à nemine contrarium ingerente in aliquo. Vt autem hæc noſtra conceſſio ab omnibus inuiolabiliter obſeruetur, manu propria ſcripſimus, & annulis noſtris ſubter iuſſimus ſigillari.

Ioannes Clericus & Scriba ex iuſſione ſupradictæ poteſtatis ſcripſit.

Datum vobis in anno 41. Principatus Domini Landolphi glorioſi Principis, & decimo ſeptimo anno Principatus Dom. Pandolphi magni Principis filij, menſe Aprilis, 11. Indict. Actum in ſacro Beneuentano Palatio.

Pandolphus & Landolphus de rebus in ponte Piano.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Domini æterni. Pandolphus & Landolphus diuina ordinante prouidentia Longobardorum gentis Principes cum principali excellentia petitionibus dilectorum ſuorum iuſte petentibus clementer fauent. Quamobrem nouerit omnium fidelium noſtrorum præſentium ſcilicet, ac futurorū ſagacitas, agnoſcatq; ſolertia, Rodelpherium Clericū, noſtrumq; fidelem, ac filium cuiuſdam Iſi per Adelpherium Comitem dilectū noſtrum patētem, ac filium quondam Dauferij qui olim Comes fuit, noſtram adijſſe à Deo protegēdam principalem clementiam & dignitatem, deprecans, vt concederemus eidem Rodelpherio Clerico, ſuiſq; hęredibus cūcta qualiter hic inferius declarantur, habendum iure quieto; de quibus etenim petijt ſibi à noſtra clementia, quatenus munitionis apices exinde ei fieri iuberemus; cuius petitioni vſquequaque libenter aſſenſum præbentes, hos noſtræ munitionis apices exinde ei fieri præcepimus, per quos videlicet, & omnino ſancimus, & perpetualiter per hoc noſtrum roboreum præceptum concedimus tibi ſupradicto Rodelpherio Clerico, tuiſque hæredibus, integras res tuas quas pertinentes modo habetis, atque tenetis, atque dominatis deſuper ponte Piano, in loco vbi ſanctus Ianuatius, & ſanctus Nicolaus eſſe dici- tur

tur, & vbi ad ſanctum Stephanum dicitur, cum ipſis totis veſtris vineis, & terris, quæ modo ibidem tenetis, & dominium in ipſa toppula habetis, & in ipſas veterales, & in loco Agello, in integrum ipſas vineas, terras, ſyluas, aquas, viridaria, omneſque ſuas pertinentias, cum vijs & anditis ſuis, & cum inferioribus & ſuperioribus, & cum integris portionibus de ipſis Eccleſijs quas ſupra diximus quas ibidem habetis, & qualiter illud modo tenetis & dominatis, funditus illud vobis concedimus, ad ſemper illud habendum, & poſſidendum amodo, & ſemper faciendi exinde omnia, quæcunque volueritis, aut quæcunque vobis placuerint vna cum ipſa monimina, quanta & qualia exinde habetis & poſſidetis vos, & hæredes veſtri, per hanc noſtram principalem conceſſionem abſque vllius hominis inuaſione atque moleſtatione; iterumq; concedimus tibi eidem Rodelpherio Clerico, tuiſque hæredibus, vt quicunq; liber homo ſua ſpontanea voluntate in veſtris rebus reſederit, & ſuas proprias res non habuerit, omne ſeruitiũ quodcunq; in parte noſtra reipublicæ facere, aut perſoluere debuerit, omnia & in omnibus ea tibi eidem Rodelpherio Clerico, tuiſq; hæredibus faciant, atque perſoluant, & ſemper illos à parte Reipublicæ defenſos habeatis; ea etiam ratione cunctam ſupraſcriptam principalem noſtram conceſſionem, velut prælegitur, tibi eidem Radelpherio Clerico, tuiſque hæredibus conceſſimus ad ſemper illud habendum atq; poſſidendum, & ſecuriter & firmiter permanendum & faciendum exinde omnia, quæ volueritis vos, & hæredes veſtri, amodo & ſemper & perpetuis temporibus, abſq; vllius Comitis, Gaſtaldi, vel Iudicis, vel Schulteti noſtri, aut cuiuſcunque perſonæ hominum aliqua contrarietate. Et quicunque contra hanc noſtram principalem conceſſionem facere præſumpſerit, aut infringere tentauerit, ſciat ſe eſſe compoſiturum auri puriſſimi libras decem, medietatem tibi ſupradicto Rodelpherio Clerico & tuis hæredibus, & alteram ſacro noſtro Palatio; & vt tum hæc noſtra conceſſio, atque confirmatio plenius in nomine habeat vigorem, & ab omnibus immobiliter obſeruetur, manu propria ſcripſimus, & annulis noſtris ſubter iuſſimus ſigillari.

Iſius ſcriba ex iuſ. ſuprad. poteſtatis ſcripſit.

Datum enim vobis quinto nonas Maij, in anno triceſimo quarto principatus Domini Pandolphi glorioſiſſimi Principis, & ſeptimo anno principatus D. Landolphi glorioſi Principis filij, Ind. 13. Actum feliciter in ſacratiſſimo Beneuentano Palatio.

Pandolphus & Landolphus de S. Benedicto.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Domini æterni. Pandolphus & Landolphus diuina ordinante prouidentia Longobardorum gentis Principes, cum principali excellentia petitionibus dilectorum ſuorum omnibus iuſte petentibus clementer fauent. Quamobrem agnoſcat omnium fideliũ noſtrorum præſentium ſcilicet ac futurorum ſagacitas, quoniam inſpirãte, atq; protegente diuina Miſericordia incœpimus cogitare diẽ mortis noſtræ, & huius ſæculi fragilitatem, vt cum nos de hac inſtabili luce & ærumnoſa vita migrauerimus, hæc noſtra conceſſio pro noſtræ redemptione animæ, quã & pro ſaluatione noſtri principatus ante tribunal æternæ Maieſtatis ſit præparata; timẽdo, itaq; de die tremẽdi iudicij & retributione vniuſcuiuſq; ſecundũ opera ſua, quoniã Dominus noſter Ieſus Chriſtus, ac Redẽptor generis humani per ſemetipſum dignatus eſt dicere: Vigilate quia neſcitis diem neq; horam; ſed tamen nos vigilare & ſubtilius cogitare extremum diem oportet, vt cum Dominus nos de corpore vocari iuſſerit, vigilantes nos inueniat; ſicut ipſa per ſe veritas dicit: Beatus ille ſeruus quem cum venerit Dominus inuenerit, vigilantem. Non attendamus quid habemus, verum magis quid ſumus. Homo itaque ſicut fœnum dies eius, & ſicut flos agri ſic deflorebit; homo namque per natiuitatem viuit in carne, per mortem quoque redit in puluerem. Dum igitur hæc talia nos cogitantes, innoteſcimus, quia olim fuit hoſpitium Xenodochium hoſpitij ordine factum ad Eccleſiam vocabulo ſancti Benedicti, ſitam videlicet intus hanc Beneuentanam ciuitatem in loco vbi ad caballum dicitur; quæ vero Eccleſia fuit & eſt ſubiecta, & pertinet Monaſterio S. Sophiæ virginis, conſtructum videlicet Monaſteriũ ipſum propinquum ſacro noſtro palatio; ſed dum imminentibus peccatis à multis populis diſturbatum incultum atque in vacuũ redactum eſt multis temporibus hoſpitium & Xenodochiũ ipſum de præfata Eccleſia s. Benedicti, Iccirco pro amore omnipotentis, & remedio animæ noſtræ cunctique populi ſalute, cauſam recuperationis cogitare cœpimus, & concedimus, atq; firmamus ædificandum atq; faciendum Xenodochiũ & hoſpitium ad permanendũ ſemper in Eccleſia vocabulo s. Michaelis Archangeli, quæ conſtructa eſſe videtur foras hanc ciuitatem vltra portam auream trans ipſum ponticellũ propinqua eidem ponticello infra ipſis duabus vijs publicis; quæ vero Eccleſia ſubdita & pertinens eſt præfato noſtro Monaſterio; necnon & cõcedimus & confirmamus in præd. Eccleſia s. Michaelis Archangeli ad ſemper permanendum in ipſo hoſpitio quod iuxta eandem Eccleſiã conſtructũ eſſe videtur ad regimen & obſequium ipſorum peregrinorum, & aduenarũ qui in eodem hoſpitio aduenerint, & congregati fuerint; hoc eſt, integram ipſam vi-

neam

neam & terram ſecus eandem eccleſiam infra ipſis duabus vijs, quam Rodfrid Comes noſtri Palatij filius Madelfrid Comitis eiuſdem Palatij obtulit in præfato noſtro Monaſterio; ſed & integras alias res de loco Cuppuli, vbi caſale Rimuli vocatur in finibus Muniti, quas Granſo, qui modo eſt Monachus & filius Iſapi obtulit per ſuę redemptionem animæ in præfato Monaſterio, ſimulq; concedimus & confirmamus in eodē hoſpitio permanēdum, & licenter faciendū vnum molinum, quale de ipſis caſis voluerit, vbi ædificata molina prædictum moliuū ibiq; propinquo trans ipſam viam publicā. Hæc omnia, vt prælegitur, in eodem Xenodochio conceſſimus & confitmamus, vna cū inferius & ſuperius, cum vijs & anditis ſuis, & cū aquis & cū omnibus eorum pertinentijs ibidē permanendū; & concedimus in eodem Xenodochio omnes illos homines qui in eodem Xenodochio ſe cōmendauerint, aut obtulerint, vt ſint ſemper defenſi ab omni datione, & ſeruitio partis Reipublicæ; ea etenim ſanctione, omnia, ſicut prælegitur in præd. Xenodochio concedimus, atque confirmamus, vt amodo & quandiu Sinoolphus Presbyter & Monachus, & pręd. Granſo Monachus viui fuerint, poteſtatē habeant ipſi integrum illud, ſicut prælegitur, ſuæ poteſtatē tenere, dominari, regere, & gubernare, & laborare, & ad laborandū dare, & quodcunq; frugum ex ipſis rebus & molino Dominus dederit, ſeu quodcunque ibi oblatū fuerit, totū in eorum ſit poteſtate ad regendū, & dominandū exinde rationabiliter iuſto ordine aduenas illos & peregrinos & hoſpites qui in eodem xenodochio venerint & congregati fuerint: & poſt amborū ipſorum obitū, quicunq; item xenodochium ad gubernandū tenere videbitur, ſimiliter poteſtatem habeat omnia illa, quæ præleguntur tenere, dominari, & laborare, & ad laborandū dare, & de ipſis frugibus regere, & gubernare ipſos hoſpites, & peregrinos, ſicut prælegitur; tantū ſemper ſit idem xenodochium & præd. Eccleſia ſub poteſtate præfati Monaſterij. Et quicūq; ex hoc quod prælegitur quomodocunq; remouere, aut ſubtrahere, vel contradicere voluerit, & taliter vt dictū eſt ſemper non obſeruauerit, aut ſi aliquā virtutem ibidē iniecerit, certiſſime notū habeat, ſe eſſe compoſiturū ſolidos mille in eodem xenodochio, & inſuper habeat maledictionē à Patre & Filio & Spiritu ſancto, & anathematizatus cū Dathan & Abiron, & cū Iuda traditore Saluatoris noſtri Ieſu Chtiſti participet & coniungatur. Quamobrem vt hæc noſtra conceſſio atque confirmatio in præfato xenodochio plenius in nomine Domini habeat vigorem, ab omnibuſque immobiliter obſeruetur, manu propria ſcripſimus, annuliſque noſtris ſubter iuſſimus ſigillari. *Iſus ſcriba ex iuſſione ſupradictæ poteſtatis ſcripſit, in anno 40. principatus D. Pandolphi glorioſiſſimi Principis, menſe Iulio. Ind. 13.*

Ego Archipatus Diaconus & Abbas.

Actum in ſacratiſſ. Beneuent. Palatio.

Incipiunt Capita quartæ partis.

1 *Conceſſio Ottonis Imp. Romanorum Cœnobio S. Sophiæ facta Azzoni Abbati.*

2 *Conceſſio Ottonis Imp. Roman. Cœnobio S. Sophiæ facta Azzoni Abbati.*

3 *Conceſſio Ottonis Imp. Cœnobio S. Sophiæ facta Gregorio Abbati.*

4 *Conceſſio Henrici Imp. Cœnobio S. Sophiæ, facta Gregorio Abbati.*

5 *Conceſſio Conradi Imp. S. Gregorio, facta Bizanti Abbati.*

6 *Conceſſio Henrici Imp. S. Gregorio, facta Gregorio Abbati.*

7 *Conceſſio Ottonis Imp. de Sancta Sanctorum, facta Gregorio Abbati.*

Otto *Imperator Romanor. de omnibus rebus Cœnobio S. Sophiæ pertinentibus.*

In nomine Sanctæ Indiuiduęque Trinitatis ſanctiſſimæ. Otto, diuina ordinante prouidentia Imp. Romanor. ſemper Auguſtus. Ad hoc nos diuina potentia ad Imperialis culminis prouexit apicem, vt omnium, maxime diuinorum cultui mancipatorum frugibus conſulamus; quatenus ſeruorum Domini ibidem vigilantiū, & orantiū precatibus ſtatus Imperij noſtri, & Sedes trāquilla dirigatur, & poſt huius temporalis vitæ deceſſum felicitatis animæ contuberniū non denegetur. Quocirca nouerit omniū ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelium noſtrorū præſentium ſcilicet ac futurorū vniuerſitas, Hubertum venerab. Pariſienſis Eccleſiæ Epiſcopum & Archicancellatiū, necnon & Theodoricum vener. Meteuſem Epiſcopum, noſtros dilectiſſimos fideles, culminis noſtri ſublimitatē adijſſe, obnixe poſtulādo, quatenus pro Domini amore ſacinorumq; noſtrorū abſolutione Cœnobiū S. Sophiæ Eccleſiæ dedicatū, in loco qui nuncupatur Beneuentum ſitum, cui pręeſſe videtur Azzo vener. Abbas noſterq; chariſſimus fidelis, confirmare, & omnino corroborare dignaremur omnia quæ ab anteceſſoribus noſtris & cæteris hominibus Dominum timentibus eidem Cœnobio cōceſſa ſunt. & quæ idem Monaſteriū tenuit, ex quo fundatum eſt, tam præceptis Prædeceſſorū noſtrorum, ſeu etiam per præcipaṙia & offertiones & chartulas donationis, atq; per inueſtiturā & donationem, ſeu etiā per quæcunq; inſtrumenta chartarum, ſeu cuiuſcunq; ſcriptionis titulum. Nos quoq; tatam eorū petitionem conſiderantes, atq; fidelitatē & ſanctitatē præd. Azzonis Abbatis, animo inclinati precibus illorū per hoc noſtrum præceptū, prout iuſte, & legaliter poſſumus, confirmamus atq; corroboramus omnes res & proprietates ipſius monaſterij;

ſcilicet, in loco qui dicitur Pentano cum capella in honore S.Benedicti; aliam autem in honorem s.Vitalis cum omnibus pertinentijs ſuis, & in capellaria capella vna quæ eſt in honore ſanctæ Mariæ; & cortem de Colina, & cortem de Loriano in Petra ſtrumina, cum caſis & ſiluis, & cortem de Lapelo in Baro; in Corriano capellam in honore S.Petri, in Cereto capellam in honore s.Martini, cum omnibus pertinentijs eorum; cortem de Corteto in comitatu Capuenſi, in loco vbi dicitur Luniano, cum capella in honore ſanctæ Mariæ in Biuio, in Beletro fluuio infra ciuitatem Aſcolensē & deforis; in finibus vero Cannæ Eccleſiā quæ dicitur S.Iuliani; in Comitatu Tranenſi cortem Pazano cum olíueta ſua: in comitatu Sipontino piſcariam, & in comitatu Aleſinenſe Piſcariam; cortem de Lanienſe, cortem de Calara; ſeu etiam ſicut ſuperius legitur per quęcunque inſtrumenta chartarum, & cuiuſcunque ſcriptionis titulum, omnia integrum, vna cum terris & omnibus ædificijs ſupereſſe habeatis, vineis, pratis, campis, paſcuis, ſiluis, aquis, aquarumque decurſibus, molendinia, piſcationibus caſis, dominicatis, caſtellis, capellis, montibus, fontibus, planitiebus, inſulis, fraſcarijs, cultis & incultis, mobilibus & immobilibus, vtriuſque ſexus familijs, ſeruis & ancillis aldionis & aldiabus, cōmendaris eorumque ſupellectilibus cum omnibus pertinentijs & adiacentibus ad ius iam nominatæ S. Sophiæ Eccleſiæ iure & legitime pertinentibus vel aſpicientibus in integrū, cum omnibus ingreſſibus & egreſſibus, eorum ſuperioribus & inferioribus ſuis, tam infra Italicum regnum, quam etiam in finibus Apuliæ coniacentibus: præterea poſt hac nullus Imperator aut Rex, Dux, Marchio Comes aut etiam Vicecomes Schuldachus, Gaſtaldius, Decanus, aut aliquis Reipublicæ miniſter, ſeu qualibet magna paruaque perſona, de omnibus quæ ad præfatum Monaſterium pertinent, tam rebus quam famulis, ſe intromittere præſumat; veruntamen omnia iudicio & poteſtati Abbatis, qui pro tempore fuerit, reſeruentur atque ſubdantur, omnium hominum contradictione remota. Si quis igitur huic noſtro præcepto violando reſtiterit, ſciat ſe compoſiturum centum libras optimi auri, medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem præfato Azzoni, ſuiſque ſucceſſoribus. Quod vt verius credatur, diligentiaque ab omnibus obſeruetur; manu propria roborantes annuli noſtri impreſſionem inferius affigi præcepimus atque mandauimus.

Petrus Cancellarius ad vicē Huberti Epiſcopi & Archicancellarij recognouit ac ſcripſit.

Datum 10. Kal. Maij anno Dominicæ Incarnationis 972. Imperij autem Domini Ottonis ſereniſſimi vndecimo, Auguſti, decimaquinta Indictione. Actum Romæ,

A

Otto Imperator de rebus S.Sophiæ.

In nomine ſanctæ indiuiduæque Trinitatis. Otto Diuina fauente clementia Imperator Auguſtus. Si tantis ſanctorum Domini Eccleſijs inſiſtimus, ad noſtri Imperij prouectum venire non diffidimus. Quocirca omnium fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ noſtrorumque præſentium ac futurorum comperiat vniuerſitas, Dominum Dericum Epiſcopum, noſtrum ſeu per dilectum conſanguineum, culminis noſtri ſublimitatem adijſſe, obnixe poſtulando, quatenus pro Domini amore, facinorumque noſtrorum abſolutione vt Cœnobium in honore

B

ſanctiſſimæ Virginis Sophiæ Eccleſiæ dedicatum, in loco qui nuncupatur Beneuentū ſitum cui præeſſe videtur Azzo Venerabilis Abbas, iuxta ac noſter ſemper chariſſimus fidelis, confirmare, ac omnino corroborare dignaremur omnia quæ ab anteceſſoribus noſtris, ac anteceſſoribus hominibus, cæteriſque alijs Dominum Deum timentibus eidem Monaſterio conceſſa ſunt, atque idem monaſterium ex quo fundatum eſt tā per præcepta Prædeceſſorum noſtrorum, ſeu etiam per præcepta & oſſertiones ac chartulas donationis, atque per inueſtituram ac donationem, ſeu etiam per quæcūque inſtrumenta chartarum, ſiue cuiuſcun-

C

que ſcriptionis titulum. Nos quoque ratam eorum petitionem conſiderantes, atque fidelitatem ac ſanctitatem prædicti Azzonis Abbatis animo inclinato precibus illorum, per hoc noſtrum præceptum, prout iuſte & legaliter poſſumus, confirmamus atque corroboramus omnes res ac proprietates ipſius Monaſterij, ſcilicet, in loco qui dicitur Pantano cum Capella in honorem S.Benedicti; aliam vero in honorē s.Vitalis, cum omnibus pertinentijs ſuis; & in Pallora capellam vnam quæ eſt in honorem ſanctæ Mariæ; & cortem de Collina, & cortem de Loriano in petra ſtrumina caſis & ſiluis; & cortem de Lapelo in Boto, in Cottiano capellam in honorem S.Petri in

D

Cereto capellam in honorem s. Martiani cum pertinentijs eorum; cortem de corteto in comitatu Capuenſi in loco vbi dicitur Luniano, cum capella ſanctæ Virginis Mariæ in Biuio in Beletro fluuio infra ciuitatē Aſcolenſem ac deforis, in finibus vero Cannæ Eccleſiam quæ dicitur S.Iuliani, in comitatu Tranenſi, cortem Pazzano, cum olinetis ſuis; in comitatu Sipontino piſcariam, cortem de Lanienſe, cortem de Callaza ſancto Roleo deſeſſa cum territorijs ſuis ſancti Martini de Mattalum cum territorijs ſuis; in finibus Capuæ ſanctum Paulum & ſanctum Stephanum cum territorijs ſuis, in campo Marini in finibus Termonēſe ſanctum Saluatorem erga fluuium Vulturnum cum territorijs ſuis, in finibus Capuæ ad s.Stephanum de ſtrata cum territorijs ſuis:

ſuis, ſeu etiam ſicut ſupra legitur, per quæcunque inſtrumenta chartarum, atq; etiam cujuſcunque ſcriptionis titulum, omnia integrum, vna cum terris & omnibus ædificijs ſupra ſe habitis vineis, pratis, campis, paſcuis, ſiluis, aquis, aquarumque decurſibus, molendinis, piſcationibus, caſis dominicatis caſtellis, capellis, montibus, planitiebus, inſulis, fraſcarijs, cultis & incultis, mobilibus ac immobilibus, ac varij ſexus familijs ſeruis & ancillis, aldionis & aldiabus commendatis eorumque ſupellectilibus, cum omnibus pertinentijs & adiacentibus, ad ius iam nominatæ ſanctæ Sophiæ eccleſiæ iure ac legitime pertinentibus, ac aſpicientibus, in integrum cũ omnibus ingreſſibus eorum ſuperioribus & inferioribus ſuis, tam infra Italicum regnum, quàm etiam in finibus Apuliæ coniacentibus. Præterea poſthac nullus Imperator, aut Rex, Dux, Marchio, Comes, Viceccomes, Schuldaſius, Gaſtaldius, Decanus, aut aliquis Reipublicæ miniſter, ſeu quælibet magna paruaque perſona, de omnibus quæ ad præfatum monaſterium pertinent, tam rebus quam familijs ſe intromittere præſumat aut attentet, veruntamẽ omnia iudicio & poteſtati Abbatis, qui pro tempore fuerit, reſeruentur atque ſubdantur, omnium hominum contradictione remota. Si quis igitur huic noſtro præcepto ſe opponere attentauerit, ſciat ſe compoſiturum centum libras auri optimi, medietatem cameræ noſtræ, & medietatem præfato Azzoni Abbati ſuiſque ſucceſſoribus. Quod vt verius credatur, diligentiuſque ab omnibus obſeruetur; manu propria roborantes annuli noſtri impreſſione inferius affigi præcepimus.

Ioannes Cancellarius ad vicem Petri Epiſcopi & Archicancellarij cognouit ac ſcripſit.

Data 15. Kal. Nouemb. anno Dominicæ Incarnat. 997. Imperij vero Domini ſecundi Ottonis decimi quarti, Indict. 10. Actum in ciuitate Beneuentana in Palatio Regio in Domini nomine.

Otto Imperator de rebus S.Sophiæ.

In nomine ſanctiſſimæ indiuiduæque Trinitatis. Otto Diuina fauente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Si tantum ſanctorum Dei Eccleſijs omni diligentia inſiſtimus, ad noſtri Imperij prouectum venire haudquaquã diffidimus. Quocirca omnium fidelium ſanctæ Dei Eccleſię noſtrorumque præſentium ſcilicet ac futurorum ſolers agnoſcat Vniuerſitas, Gregorium venerandum Abbatem culminis noſtri ſublimitatem adijſſe, obnixe poſtulando, quatenus pro Domini amore facinorũque noſtrorum abſolutione, Cœnobio in honore s.Sophiæ Eccleſiæ dedicato in ciuitate quæ dicitur Beneuentum conſtructo, in
A quo ipſe præeſſe videtur Abbas, confirmare atque corroborare dignaremur omnia quæ ab anteceſſoribus noſtris ac hominibus cæteris Dominum colentibus eidem Monaſterio conceſſa ſunt, atque idem monaſterium tenuit ex quo fundatum eſt, tam per præcepta prædeceſſorum noſtrorum, ſeu etiam per precaria & oblationes, ac per inueſtituram, ſeu etiam per quæcunque inſtrumenta chartarũ ſiue cuiuſcunque ſcriptionis titulum. Nos quoque ratam illius petitionem conſiderantes, animo inclinato precibus ipſius per hoc noſtrum præceptum, prout iuſte & legaliter poſſumus, confirmamus atque corroboramus omnes res ac proprietates ipſius Monaſterij; ſcilicet,
B in loco qui dicitur Pentano cum capella in honore S.Benedicti, alia vero in honore s.Vitalis cum omnibus ſuis pertinentijs, alteram vero in honore ſancti Michaelis Archangeli, quæ dicitur ad oliuam, cum omnibus ſuis pertinentijs, & in Pallaria capellam vnam quæ eſt in honore S.Mariæ: ſed & Eccleſiam & curtem in Collina cum omnibus ſuis pertinentijs, & in Pallaria capellam vnam, quæ eſt in honorem s.Mariæ, ſed & eccleſiam & curtem de Muriano in petra ſtrumina caſis & ſiluis, & curtem de lapilo hæreditatem de Batulo, in Corriano capellam in honore ſancti Petri, in corte capellam in honore S.Martini cum
C pertinentijs ſuis, capellam in honorem ſancti Silueſtri de corneto in comitatu Capuano in loco Luriano cum capella in honore ſanctæ Mariæ in Biuine in Beletro flumine intra ciuitatem Aſculenſem Eccleſias & foris omnem hæreditatem in finibus canni, eccleſiam S.Iuliani in comitatu Tranenſi; cortem de parano cum oliuetis ſuis, in comitatu Sipontino piſcariam, in Comitatu Deleſinenſe piſcariam, cortem de Lanenſe, cortem de Calaza ſancto roſeo de Serra cũ territorijs ſuis, in finibus Capuę ad S.Paulũ, & s. Stephanum cum territorijs ſuis, in cãpo Marini in finibus Tremanenſe ad S. Adiutorem erga fluuium Vvlturinum cum terri-
D torijs ſuis, in partibus Capuæ ad ſanctũ Stephanum de Strada cum territorijs ſuis; ſed etiam, ſicut ſupra legitur, confirmamus eidem Monaſterio Eccleſiam S. Magni in Caſtello magno cum omnibus pertinentijs ſuis, & Eccleſiam s.Angeli in altiſſimo ſuper fluuium Biuernum in fluuijs atque finibus campi Motani cum eadem Eccleſia hæreditatem quæ eſt in longitudine milliaria duo, necnon Eccleſiam ſancti Ioannis cum omnibus rebus ſuis in cauſa Pollucis, & Eccleſiam S.Petri in finibus de Laureto cum omnibus pertinentijs ſuis, videlicet omnibus in integrum terris ædificijs ſupra ſe habentibus, vineis, pratis, campis, aquis aquarumue decurſibus, molendinis, piſcationibus, caſis dominicatis, Caſtellis, villis, capellis, ſeruis & ancillis, mon-

ri-

tibus & planitiebus, inſulis, fraſcarijs cul- A
tis & incultis, rebus mobilibus, & immobi-
libus, aldianis & aldiatis, commendatis eo-
rumque ſupellectilibus cum omnibus adia-
centijs ad huius etiam nominatæ Eccleſiæ
* S.Sophiæ iure ac legitime pertinentibus,
vel aſpicientibus integre tam infra Italicum
regnum, quàm infra Apuliæ fines. Præci-
pientes itaque iubemus, vt nullus Dux,
Marchio, Comes, princeps, Archiepiſco-
pus, Epiſcopus, ſeu vllus homo magnus ſi-
ue paruus de omnibus quæ ad præfatum
Monaſterium pertinere videntur, tam
rebus quam famulis, ſe intromittere, ca-
lumniari, aut moleſtare præſumat iam di- B
ctum Gregorium Abbatem aut ſuos ſucceſ-
ſores. Si quis vero hoc præceptum in ali-
quo violauerit, ſciat ſe eſſe compoſiturum
auri puriſſimi libras centum, medietatem
Cameræ noſtræ, & medietatem prædicto
Abbati aut ſuis ſucceſſoribus. Quod vt cer-
tum eſſe credatur, & ab omnibus obſerue-
tur, hanc paginam manu propria corrobo-
rantes ſigillari præcepimus.

* Mona-ſterium.

*Heribertus Cancellarius vice Petri Cu-
mani Epiſcopi cognouit.*

*Data 5. Id. Nouemb. anno Incarnationis
Domin. 999. Ind. 10. anno regnante Ottone
decimoquinto. Actum Beneuenti in Palatio.*

Henricus Imperator de rebus S.Sophia. C

In nomine ſanctæ indiuiduæque Trinita-
tis. Henricus Diuina fauente clementia
Romanorum Imperator ſemper Auguſtus.
Si tanto ſanctorum Dei Eccleſijs omnium
adniſu inſiſtimus, ad noſtri Imperij proue-
ctum venire non diffidimus. Quocirca om-
nium fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ, noſtro-
rumque ſolers agnoſcat vniuerſitas præſen-
tium ac futurorum, Henricum Venerabi-
lem Paremienſis Eccleſiæ Epiſcopum culmi-
nis noſtri ſublimitatem adiiſſe, obnixe po-
ſtulando, quatenus pro Dei amore facino-
rumque noſtrorum ſolutione Cœnobio in
honore S.Sophiæ Eccleſiæ dedicato, in ci-
uitate quæ dicitur Beneuentum conſtructo,
in quo Gregorius Venerabilis Abbas præ- D
eſſe videtur, confirmare ac omnino corro-
borare dignaremur omnia quæ ab anteceſ-
ſoribus noſtris, ac hominibus cæteris Do-
minum colentibus eidem Cœnobio conceſ-
ſa ſunt, atque idem Monaſterium tenuit ex
quo fundatum eſt, tam per præcepta
prædeceſſorum noſtrorum, ſeu etiam per
precaria & abſolutiones & oblationes, &
per inueſtituram, ſeu etiam per quæcunque
inſtrumenta chartarum, ſiue vniuſcuiuſque
ſcriptionis titulum. Nos quoque rata me-
te petitionem conſiderantes animo inclina-
to precibus ipſius, per hoc noſtrum præ-
ceptum, prout iuſte aut legaliter poſſumus,
confirmamus aut roboramus omnes res &
proprietates ipſius Monaſterij; ſcilicet, in lo-
co qui nominatur Pentano cum capella in
honore s.Benedicti, alia vero in honorem
ſanctis Vitalis cum omnibus ſuis pertinen-
tijs, altera vero in honore S. Michaelis Ar-
changeli quæ dicitur ad holibola cum om-
nibus ſuis pertinentijs, & in Pallaria capel-
la vna quæ eſt in honore s Mariæ; ſed & Ec-
cleſiam ſancti Bartholomæi in Collina; &
curtem de Nuriano in petra Furmina cum
caſis ac ſiluis; & curtem de Lapiſo hære-
ditatem; & eccleſiam s.Felicis de Burro; In
Cortiano capellam in honore ſancti Petri;
In Cerreto capellam in honore S. Martiani
cum pertinentijs ſuis; capellam in honore
S.Siluestri de Corneto; in comitatu Capua-
no in loco Iuliano cum capella in honore
s.Mariæ in Biuine in Beletro flumine, in ci-
uitate capellam in honore ſancti Martiui in-
fra ciuitatem Alculenſem Eccleſias & foris
omnem hæreditatem; in finibus canni Ec-
cleſiam S.Iuliani, in comitatu Tranenſi cor-
tem de Pazano cum oliuetis ſuis, in comi-
tatu Sipontino piſcariam, in comitatu Le-
ſinenſe piſcariam, cortem delanienſem, cor-
tem de Calaza, ſancto Roteo cum Seſſa &
territorijs ſuis in finibus Capuæ ad s.Paulum
& ſanctum Stephanum cum territorijs ſuis,
in campo Martini in finibus Tremonenſibus
ad S.Adiutorem erga flumen Vulturnum
cum territorijs ſuis, in partibus Capuæ ad
s.Stephanum de Strada cum territorijs ſuis.
Sed etiam, ſicut ſupra legitur, confirma-
mus eidem monaſterio Eccleſiam ſancti
Magni in Caſtello Magno cum pertinentijs
ſuis, Eccleſiam S.Angeli in altiſſimo ſuper
flumen Biſernum in finibus campi Morani
cum eadem Eccleſia hæreditatem, quæ eſt
in longitudine milliaria duo, latitudine mil-
liare vnum; necnon eccleſiam ſancti Ioan-
nis cum omnibus rebus ſuis in caſa Pollu-
cis, & Eccleſiam S.Petri in finibus de Lau-
reto cum omnibus pertinentijs ſuis, ſan-
ctum Angelum in palumbara cum omni-
bus pertinentijs ſuis, ſanctum Michaelem
de Seſſola cum omnibus pertinentijs ſuis,
ſanctam crucem intus in ciuitate Neapoli-
tana cum omnibus ſuis pertinentijs, in
campo Sinarcumi terram milliaria tria in
longitudine & vnum in latitudine; Eccle-
ſiam ſanctiſſimæ Trinitatis iuxta fluuium
Biſernum cum omnibus ſuis pertinentijs,
& eccleſiam s. Martiani in Caſtello Moſano
cum omnibus ſuis pertinentijs, & eccleſiam
ſancti Ioannis in monte Tabenna cum om-
nibus ſuis pertinentijs, necnon Eccleſiam
S.Bartholomæi quę eſt iuxta eccleſiam ſancti
Ioannis cum omnibus ſuis pertinentijs, &
cellam ſancti Angeli iuxta Vrbem Trianen-
ſem cum omnibus pertinentijs ſuis, & cel-
lam S.Gregorij in Comitatu Frigenſi cum
omnibus pertinentijs, & eccleſiam ſancti
Bitti in comitatu Vulturario, & Eccleſiam
ſancti Stephani protomartyris intus in ci-
uitate Luceri cum omnibus pertinentijs
ſuis, & eccleſiam S. Donati in Leone cu-
ban-

bantem cum omnibus ſuis pertinentijs, & Eccleſiam s. Crucis in Nola cum omnibus pertinentijs ſuis; videlicet cum omnibus in integrum, terris ædificijs ſub ſe habentibus vineis, pratis, campis, aquis aquarumque decurſibus, molendinis, piſcationibus, caſis, dominicatis, caſtellis villis & capellis, ſeruis & ancillis, montibus & planitiebus, Inſulis, ſraſcarijs, cultis & incultis, rebus mobilibus & immobilibus, aldionis & aldiabus, commendatis, eorumque ſupellectilibus cum omnibus adiacentijs ad iam nominatam Eccleſiam S. Sophiæ iure ac legitime pertinentibus vel aſpicientibus, integre, tam intra Italicum regnum, quam etiam in Apuliæ partibus. Præcipientes itaque iubemus, vt nullus Marchio, Dux, Princeps, Archiepiſcopus, Epiſcopus, Comes, ſeu vllus homo magnus ſiue paruus, de omnibus quæ pertinent ad præfatum Monaſterium & pertinere videntur, tam res quam familiæ ſe intromittere, calumniare aut moleſtare præſumat jam dictum Gregorium Abbatem aut ſuos ſucceſſores. Si quis vero hoc præceptum in aliquo violauerit, ſciat ſe compoſiturum auri libras centum mille ex auro puriſſimo, medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem prædicto Abbati, aut noſtris ſuiſque ſucceſſoribus. Quod vt certum eſſe credatur & ab omnibus obſeruetur, hanc paginam manu propria corroborantes ſigillari præcepimus.

Theodoricus Cancellarius vice Ebbardi Papa Bregienſis Eccleſiæ Epiſcopi, & Archicapellani notaui.

Data 6. id. Mart. anno Domin. Incarn. 1022. Indict. 15. anno Regni Domini Henrici duodecimo. Imperij vero anno . . . Actum Beneuenti feliciter.

Conradus Imperator de cunctis rebus Cœnobio S. Sophiæ pertinentibus.

In nomine ſanctæ indiuiduæque Trinitatis. Conradus, Diuina fauente clementia Romanorũ Imperator Auguſtus. Omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelium noſtrorũ præſentium ac futurorum ſolers agnoſcat vniuerſitas, Bizantium Venerabilem Abbatem noſtram adijſſe clementiam, obnixe orans, quatenus pro Domini amore ſuo Cœnobio in honore S. Sophiæ dedicato, in ciuitate quæ dicitur Beneuentum conſtructo, confirmare ac omnino corroborare dignaremur, omnia ſcilicet quæ ab anteceſſoribus & hominibus cæteris Dominum colentibus eidem Monaſterio conceſſa ſunt, atque idẽ monaſterium tenuit ex quo fundatum eſt, tam per præcepta prædeceſſorum noſtrorũ, quam etiam per precaria ac oblationes, ac per inueſtituram, ſeu per quæcunque inſtrumenta chartarum, ſiue cuiuſcunque ſcriptionis titulum. Nos quoque ratam eſſe petitionem conſiderantes precibus noſtræ dilectæ Contectalis, ſcilicet Giſnæ Imperatricis, ac Regis Henrici noſtri chariſſimi filij, per hoc præceptum, prout iuſte & legaliter poſſumus, confirmamus, necnon & corroboramus omnes res ipſius Monaſterij, necnon & proprietates complectentes; ſcilicet in loco qui nominatur Pantano cum capella in honorem S. Benedicti, aliam vero in honorem s. Vitalis cum omnibus ſuis pertinentijs, alteram vero in honorem ſancti Michaelis Archangeli quæ dicitur ad Holibola cum omnibus ſuis pertinentijs; & in pallaria capellam vnam quæ eſt in honore S. Mariæ; ſed & eccleſiam s. Bartholomæi Apoſtoli Chriſti in Collina, & curtem de Nuriano in petra ſlutmiſſa cum caſis & ſiluis, & curtem de Lapiſo hæreditatem, & Eccleſiam ſancti Felicis de Buto, in Cotiano capellam in honore S. Petri. Apoſtolorũ principis, in Cerreto capellam s. Martini cũ pertinentijs ſuis omnibus, capellam ſancti Silueſtri de Corneto in comitatu Capuano, in loco Luniano capellam S. Mariæ in Biuine in Beletro flumine; in ciuitate capellam in honore s. Martiani infra ciuitatem Aſculenſem Eccleſias & de foris omnem hæreditatem, in finibus Canui Eccleſiam ſancti Iuliani, in comitatu Tranenſi cortem de pantano cum oliuetis ſuis, in comitatu Coſtenenſi piſcariam, cortem de Lenienſe, cortem de Cazana, ſanto Roſio de Seſſa cum territorijs ſuis; in finibus Capuæ S. Paulum, & s. Stephanum de Strata cum territorijs ſuis in finibus Capuæ; Sed & ſicut ſupra legitur, confirmamus eidem Monaſterio ſancti Magni Eccleſiam in Caſtello Magno cum pertinentijs ſuis, Eccleſiam S. Angeli in altiſſimo ſuper fluuium Biſernum, in campo Morani cum eadem Eccleſia hæreditatem quę eſt in longitudine milliaria duo, & in latitudine milliarium vnum; necnon & eccleſiam s. Ioannis cum omnibus rebus ſuis in caſa pollucis, & Eccleſiam ſancti Petri in finibus de Laureto cum omnibus pertinentijs ſuis, ſanctum Angelum in palumbaro, ſanctum Michaelem Archangelum de Soſſola, ſanctam Crucem intus in ciuitate Neapolitana, vna cum omnibus ſuis pertinentijs, in campo Sinareuni, terrã miliarium trium in longitudine, & vnum in latitudine, Eccleſiam s. Trinitatis iuxta fluuium Biſernum cum omnibus pertinentijs, & Eccleſiam S. Martiani in Caſtello Moſano, Eccleſiam S. Ioannis in monte Tabenno, & Eccleſiam s. Bartholomæi martyris quæ eſt iuxta caſtellum ſancti Ioannis præcurſoris Domini noſtri Ieſu Chriſti, & cellam S. Angeli iuxta ciuitatem Trianenſẽ, & cellam s. Gregorij in comitatu Frigenti, & Eccleſiam ſancti Biti in comitatu Vulturatio, & Eccleſiam S. Stephani in ciuitate Luceri, & Eccleſiam s. Donati in Leone cubante, & Eccleſiam ſanctiſſimæ Crucis

in

in Nolam, & omnes res, necnon & poſſeſſiones de loco Muſſano, & de loco Padule, & in campo de Monache, & in patano, & in Serra, & in Vatiniano, & vbi dicitur trans riuum vbi Eccleſia Deſiderij ædificata fuit, aliaſque de monte Tancoaldi, & in loco Pazano & Inſuluni, & medietatem de iſtis caſtellis ſcilicet Sipinum Saſannorum, & quidquid idem Monaſterium habere ac tenere intra eandem ciuitatem Beneuentanā videtur, cum omnibus caſis & putegis infra mercatum in loco qui nominatur platea maior, & caſtellum quod dicitur Trenola, quod deſtructum modo eſt & ſolo æquatum, & caſtellum quod vocatur Serra, & campū de pizali, & tertiam partem ciuitatis de mare, & Eccleſiam S. Bennæ, & Eccleſiam S. Marciani & ſancti Angeli quæ conſtructæ ſunt in loco Faliolanenſe, & medietatem de curte quæ vocatur Affranea, & Eccleſiam S. Sophiæ in ciuitate Arols, & Eccleſiam S. Ioannis in loco qui dicitur ad Spuriaſino. Hæc omnia, ſcilicet eccleſias, curtes, caſtella, cellas, aliaque loca prædicta vna cum omnibus ſuis pertinentijs, videlicet terris, vineis, ædificijs, caſis, pratis, campis, aquis aquarumque decurſibus, molendinis, piſcationibus, ſeruis & ancillis, montibus & planitiebus, inſulis, aldionis & aldiatis, commendatis, eorum ſupellectilibus, cum omnibus adiacentijs ad idē Cœnobium iuſte & legaliter pertinentibus vel adſpicientibus, tam infra Italicum regnum, quam etiam in Apuliæ partibus per hoc præceptum confirmamus ac corroboramus. Præcipientes itaque iubemus, vt nullus Dux, Marchio, Princeps, Archiepiſcopus, Epiſcopus, Comes ſeu vllus homo magnus aut paruus de omnibus quæ ad præfatum Monaſterium pertinent, tam rebus quamque familijs, ſe intromittere, calumniari, ſe inueſtire, moleſtare præſumat iam dictum Biſanzium Abbatem, aut etiam ſuos ſucceſſores. Si quis vero hoc præceptum in aliquo violauerit, ſciat ſe compoſiturum auri puriſſimi libras mille, medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem præd. Abbati aut etiam ſuis ſucceſſoribus. Quod vt verius credatur & ab omnibus inuiolabiliter obſeruetur, manu propria hanc paginam roborantes ſigillari præcepimus.

Henricus Cancellarius vice Herimanni Archicancellarij regnauit.

Datum 8. Kal. Iun. anno Domin. Incarn. 1038. *Indict. 6. anno Domini Grimoaldi regnantis* 14. *Imperatoris* 13. *Actum Beneuenti feliciter.*

Henricus Imperator, de rebus S. Sophiæ.

In nomine ſanctæ indiuiduæque Trinitatis. Henricus Diuina fauente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Eccleſijs cultui Diuino conſtructis, ſeu etiam

A Monaſterijs Regulari diſciplina conſtrictis, ſi quam diligentiam aut curam impendimus Imperiale decus noſtrum hoc condecere æſtimamus; inſuper etiam Diuina præmia nos inde adipiſci ſperamus. Proinde omnibus Domini fidelibus, & noſtris tam præſentibus quam futuris notum fore cupimus: qualiter nos ob petitionem & caram dilectionem Abbatis noſtri Gregorij, monaſterio Beneuenti conſtituto, quod ad S. Sophiam nominatur, cui ipſe præeſſe videtur ex hioc & in futurum, concedimus, vt ipſi fratres inibi ſub Monachico habitu & obedientia conſtituti, hoc ipſo Abbate memorato Gregorio quandoque mortuo, ſeu alijs

B Abbatibus ſibi ſucceſſoribus eandem viam ingreſſis, eligent ſibi inter ſe Abbatem quē cumque voluerint, quemque dignitate, nec non honore dignum eſſe cognouerint. Quod ſi quandoque, quod abſit, talis inter eos inueniri nequit quem communis collectio fratrum dignum iudicauerit, liberam eis concedimus poteſtatem, vt ex alijs Monaſteriis ſpontaneè ſibi eligant Abbatem. Et vt hæc auctoritas noſtræ largitionis per cuncta futura ſæcula in Domini nomine obtineat ſtabilitatem, manu propria noſtra ſubter eam confirmauimus, & Sigilli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri.

Theodoricus Cancellarius vice Ebbardi Papæ Bergienſis Eccleſiæ Epiſcopi & Archi-

C *capellani notaui.*

Data 5. Id. April. Indict. 5, anno Domin. Incarn. 1072. *anno Domini Henrici regnantis ſecundi* 20. *Imperij vero* 8. *Actum Beneuenti feliciter.*

Otto Imperator, de omnibus rebus S. Sophiæ Virgini pertinentibus.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, & ſanctæ necnon indiuiduæ Trinitatis. Otto Diuina fauente clementia Romanorum Imperator. Notum ſit omnibus præſentibus ac futuris. Quatenus

D nos pro Domini amore noſtræque animæ remedio concedimus & confirmamus ſanctæ Sophiæ ſitæ in ſtraminea Beneuentanæ Vrbis quandam cortem poſitam in loco qui dicitur Luniano cum Eccleſia beatæ Dei Genitricis Mariæ poſita infra ipſos fines prope cortem Capnanam iuxta locum Lanienſem cum omnibus rebus ac proprietatibus quæ continentur in Iudicato, quod Pandolphus Princeps præfata Eccleſiæ ſcribere fecit, videlicet cum omnibus ſuis adiacentijs, qui vel de his omnibus rebus vnde ſcriptiones vel firmitates ex prædicta Eccleſia ſunt, per huius noſtri munimburdini paginam, largimur, atque Beatæ Sophiæ hæc omnia confirmamus & corroboramus. Præcipientes denique iubemus, vt nullus Princeps, Dux, Epiſcopus, Marchio, Comes, Vicecomes, Schuldaſius, Gaſtaldius, nul-

nullaque noſtri regni magna vel parua perſona prædictam Eccleſiam S.Sophiæ vel Abbates ibi pro tempore reſidentes moleſtare, inquietare de prænominata corte cum prænominata B. Mariæ Eccleſia & adiacentijs, & pertinentijs ſuis iuſte & legaliter ad præmemoratam corte pertinentibus ſiue legali indicio audeat aut præſumat. Si quis vero hoc noſtrum Mandburdium vel Iudicatum, quod prædictus Pandolphus Princeps prælibatæ Baſilicæ S.Mariæ conſcribere fecit & donauit, violare tentauerit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras centum, medietatem Cameræ noſtræ,& medietatem iam dictæ Eccleſiæ s. Sophiæ, aut Abbatibus ibidem deſeruientibus. Quod vt verius credatur, diligentiuſque ab omnibus obſeruetur, ſigillo noſtro hanc paginam ſigillare iuſſimus.

Adelbertus Cancellarius vice Petri Epiſcopi & Archicancellarij recognouit ac ſcripſit.

Data 3. non. Nou. anno Domin. Incarn. 983. Indict. 11. Regni vero Domini ſecundi Ottonis 26. Imperij quoque eius 16. Actum Capua.

Incipiunt Capita quintę partis.

1 *Priuilegium Benedicti Papæ.*
2 *Priuilegium Leonis IX. Papæ.*
3 *Priuilegium Gregorij VII. Papæ.*
4 *Priuilegium Vrbani II. Papæ.*
5 *Priuilegium Paſchalis II. Papæ.*
6 *Priuilegium Gelaſij II. Papæ.*
7 *Priuilegium Domini Petri Portuenſis Epiſcopi Cardinalis agentis vicem Domini Papæ Gelaſij cum alijs Cardinalibus Romanæ Eccleſiæ.*
8 *Priuilegium Anacleti II. Papæ.*
9 *Priuilegium Anacleti II. Papæ.*
10 *Priuilegium Anacleti II. Papæ.*
11 *Priuilegium Anacleti II. Papæ.*
12 *Priuilegium Anacleti II. Papæ.*
13 *Priuilegium Calliſti Papæ.*

Benedictus Papa Gregorio Abbati.

Benedictus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Gregorio Venerabili Abbati Monaſterij S.Sophiæ, quod permanet intra ciuitatem Beneuentanam, & in vrbe vetere, & poſt te in eodem Venerabili Monaſterio ſucceſſoribus tuis in perpetuum. Conuenit Apoſtolico moderamini pia religione pollentibus conuenienti compaſſione ſuccurrere,& poſcentibus animi alacri deuotione impertiri aſſenſum. Ex hoc enim lucro potiſſimum apud conditorem omnium Dominum veniam promeremur, ſi venerabilia ſanctorum loca opportune ordinata ad meliorem fuerint ſtatum perducta. Igitur quia tua religioſitas noſtro Apoſtolatui humiliter poſtulauit,quatenus concederemus & confirmaremus tibi tuiſque ſucceſſoribus prædictum Monaſterium S.Sophiæ cum Eccleſijs, curtis, villis & caſalibus, vineis quoque & terris, ſeruis & ancillis, omnibuſque rebus mobilibus ac immobilibus, priuilegijs Sedis Apoſtolicæ ac infulis decoretur, vt ſub iuriſdictione ſanctę Sedis Apoſtolicæ, cui Domino auctore deſeruimus Eccleſiæ conſtitutum, nullius alterius Iuriſdictionibus ſubmittatur; inclinati precibus tuis, per huius noſtri Apoſtolici priuilegij tenorem concedimus, ac confirmamus tibi & ſucceſſoribus tuis in perpetuum præfatum monaſterium cum omnibus rebus ſuis quas nunc habet aut habiturum eſt in perpetuum,ne id videlicet alicui Patri aut Domino niſi Romano Pontifici ſubiugatũ, ſed ſemper ab omni ſubactione & conditione Caſinenſis Monaſterij maneat, quam fecit Vrſo Abbas s.Sophiæ liber omnino,iuxta manifeſtationem Magilperti Abbatis ſancti Benedicti Caſinenſis Monaſterij, quam fecit Vrſo Abbas S.Sophiæ in præſentia Principum Iandolphi ac Pandolphi filij,quin & magnatorum ac Iudicum eorum; necnon & multis poſtmodum annis ſe manifeſtauit Ioannes Abbas prædicti Monaſterij Caſinenſis tibi Gregorio Abbati s.Sophiæ; quẽadmodum & Magelpotus Abbas prædictus Vrſo Abbati; ſtatuentes Apoſtolicam cenſuram ſub Diuini iudicij obteſtatione & anathematis interdictionibus, vt nulli Chriſtianorum viuentium, cuiuſcunque ſit dignitatis vel potentiæ, liceat contra hoc noſtrum Apoſtolicum Priuilegium venire aut inſurgere, vel de rebus & poſſeſſionibus eiuſdem Monaſterij aliquo modo vel aliquo ingenio auferre vel vſurpare, vt profecto iuxta id quod ſubiectum eodem loco Apoſtolicæ conſtitutionis atque Priuilegij conſiſtit inconcuſſè dotandum permaneat: Et liceat eiſdẽ Monachis de ipſa Congregatione Abbas ſemper eligere; & non ſit licitum alieni Epiſcopo ibid. Miſſam facere aut canere, aut etiam ordinationem facere, niſi quem Abbas eiuſdem Monaſterij prouocauerit. Si quæ temerario auſu contra hanc noſtram Apoſtolicam præceptionem venire tentauerit,vel definitiones quas prędicti Abbates inter ſe fecerunt quoquomodo irritas facere voluerit aut contenderit; vel etiam ſi aliqua perſona hominum res ſuas in eodem monaſterio vel Eccleſijs illis ſubiectis offerre vel dare voluerit, & aliqua perſona hominum ſubtrahere illud voluerit, ſit à Deo Patre & Filio & Spiritu Sancto excommunicatus & maledictus, & à beato Petro & Paulo Apoſtolis Domini noſtri Ieſu Chriſti anathematizatus & condemnatus; in die vero iudicij cum Diabolo & Angelis eius præcipitetur in gehennam æternam ſine fine arſurus.

A Qui vero cuſtos & aſſeruator in omnibus huius Apoſtolicæ præceptionis noſtræ ſalutaribus conſtitutis extiterit, omni benedictione repleatur per omnia ſęcula ſæculorum Amen.

Scriptum per manum Stephani Notarij regionarij & ſcriniarij S.R.E. in menſe Mart. Indict. 5.

Leo Papa Sicenolpho Abbati.

Leo Epiſcopus ſeruus ſeruorum Domini, Sicenolpho dilecto noſtro in Chriſto filio, & Abbati venerabilis Cœnobij almæ, & coæternæ Domino Patri Sophiæ intra Beneuentum in loco nuncupato Vrbe-Vetere conſtructi, & poſt te in eodem Cœnobio
B tuis ſucceſſoribus canonice promouendis in perpetuum. Ad hoc in Sacerdotali culmine conſtituti ſumus, vt euellamus necnon & deſtruamus, & ædificemus iuxta ac plantemus in nomine eius. Debito officij noſtri exigente optimum duximus diebus noſtris, prout ſuperna gratia conceſſerit, obuia quæque nobis illicita falſæ Eccleſiaſticæ diſciplinæ dimittere, & licitis copiam fructificandi paſſim ſuppeditare. Quamobrem poſt nimiam calamitatem Beneuentanorum quam pertulerunt iuſte ob iniuriam, & ſuperbiam Romanorum Pontificum & Dominum Imperatorem, poſtque eorum miſerabilem & luctuoſam
C ſatisfactionem, tibi iam dicto Sicenolpho, quem loco illius deiecti, ac ſcelerati, Gregorij Abbatis immerito dicti, nec iam dicendi, ordinauimus, iuxta petitionis tuæ tenorem, confirmamus ex integro præfatam Abbatiam ſanctæ Sophiæ, cum Eccleſijs, cortibus, villis, caſalibus, vineis, terris, ſeruis ac ancillis, omnibuſque mobilibus, vel immobilibus ad ſe iuſte pertinentibus, tam ea quæ hactenus acquirere potuit, quam quæ deinceps liberalitate, collatione ſine conceſſione quorumlibet religioſorum hominum poterit adipiſci, atq; prorſus, quæcunque conceſſa ſunt illi corroborata piorum Imperatorum, vel Principum præceptis, aut chirographis. Præ-
D terea auctoritate Apoſtolicæ Sedis Romanæ concedimus ac confirmamus tibi, tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum omnes in integrum oblationes viuorum, ac defunctorum, quæ amodo & deinceps ipſi Monaſterio, vel Eccleſijs illi ſubiectis à quibuſcunque perſonis datæ fuerint: liceat quoque ipſis Monachis ex eadem congregatione eligere Abbatem ſibi, ſi inibi idoneum ad hoc officium inuenerint: ſin alias, vndecunque poſſunt dignum Rectorem ſibi eligant; & perpetuo maneat iam ſæpefatum Cœnobium ſub tutela, ſeu iure Sanctæ Romanæ Eccleſiæ liberum, & immune ab omni ſubiectione, ac iugo Caſinenſis Monaſterij; ita vt nec vox calumniatorum ſuper hoc recipiatur aliqua, ſed penitus habeatur friuola & irrita, ſitq; rata controuerſiæ illius manifeſtæ ac publicæ facta definitio à Religionis Principibus Iandolpho, ac Pandolpho Magnatibus, ac Ducibus eorum, quando prius Maleportus, deinde Ioannes Caſſinenſes Abbates, aduerſus Vrſum, ac Gregorium Abbatiæ Sanctæ Sophiæ Rectores ſuper hæc litem ſuſcepere. Obtineat ergo & poſſideat ſemper libertatem, anteceſſorum noſtrorum priuilegijs & Imperatorum præceptis hactenus ſibi conceſſam & confirmatam; ita vt nullus deinceps Imperatorum, Regum, Ducum, vel Principum aut Marchionum, nec vlla cuiuſcunque dignitatis perſona contra hanc noſtram auctoritatem, aut conditionem priuilegiorum venire audeat, aut de bonis eiuſdem Abbatiæ; per quos aut quoſcunque conceſſis, vſurpare, minuere, aut alienare quicquam quocunque modo, aut ingenio præſumat; ne ſub iudicio diſtricti anathematis decidat. Porro quia ab aliquibus Epiſcopis ſolent Cœnobia grauamina ſuſtinere, nos vero alicui præiudicium nec volumus, nec debemus facere, hoc tandem concedimus tibi hac noſtra auctoritate, vt ſi ab Epiſcopo in cuius Diœceſi conſiſtis, nequiueris Eccleſiaſticas ordinationes gratis, & canonicè acquirere, licentiam habeas à quocunque tibi tuiſque acquirendi eas iuſte. Huius noſtri priuilegij ſtatura infringere, & caſſare nullus aliquando quacunq; arte præſumat, ne damnationem ab iuirio à ſanctis Patribus promulgatam pro ſacrilegio incurrat. Nam quiſquis hæc pio diuinitatis reſpectu reuerenter obſeruauerit, confidimus quia à ſancta Trinitate benedictionem habebit, & ſortem nanciſcetur cum eis, qui præcepta Dominica ſeruauerunt, & ad cæleſtes theſauros terrena patrimonia tranſtulerunt.

Data 12. Kal. Iunij Per manus Frederici Diaconus S.R.E Bibliothecarij, necnon & Cancellarij Vice-domini Hermanni Archicancellarij & Colonienſis Archiepiſcopi, anno Domini Leonis Papæ quarto, Ind. 15.

Gregorius Papa qui & Ildebrandus, Madelmo Abbati orto de Beneuento.

Gregorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Domini. Madelmo dilecto noſtro in Chriſto filio & Abbati venerab. Cœnobij almæ & coæternæ Dom. Patri Sophiæ intra Beneuentum in loco nuncupato Vrbe-vetere extructi, ſuiſq; ſucceſſoribus regulariter in eodem Cœnobio promouendis in perpetuum. Cum officium ſit Apoſtolicum, omnium eccleſiarum Domini vtilitatibus, in quantum poſſibilitas datur, ſalubriter prouidere, cultui tamen venerab. locorum, atq; Domino deuote militantium, propenſiorem curam

piæ

piæ ſolicitudinis indeficienti vigilantia de- A
bemus adhibere. Quocirca excellentiſſime
fili, quia ſanctæ deuotionis affectu petijſti à
nobis vt præfatum Monaſterium tuum ſub
Apoſtolicæ deſenſionis tutela admitteremus
atque ſuſciperemus, & in eadem Eccleſia
quidquid moderno tempore iuſte habere
videtur, aut in futuro etiam poterit acqui-
rere tempore, perpetualiter per noſtri pri-
uilegij paginam confirmaremus; petitioni-
bus tuis libenter admodum annuimus, quã-
doquidem iuſtis poſtulationibus facilis de-
betur aſſenſus, & pijs deſiderijs promptus
pro poſſe affectus. Vnde per huius noſtræ
conſtitutionis decretũ, & Apoſtolicæ libe-
ralitatis edictum, ſecundum Prædeceſſorum B
noſtrorum priuilegia, prænominato mona-
ſterio s. Sophiæ virginis, tibiq; prænomina-
to Amande fili, tuiſq; ſucceſſoribus regula-
riter, iuſteq; promouendis concedimus &
confirmamus, atq; in perpetuũ corrobora-
mus, omnia quæ prædicta Eccleſia venerab.
tui Monaſterij ad præſens habere, aut dein-
ceps iuſte Diuinis, humaniſq; legibus in per-
petuũ acquiſierit, tam in Eccleſijs, caſis, ter-
ris, vineis, hortis, oliuetis, pratis, campis, ſyl-
uis, curtibus, vel caſtellis, quamq; in ſeruis
& ancillis, & in omnibus rebus & poſſeſ-
ſionibus ſuis mobilibus & immobilibus, ſe-
ſeq; mouentibus, & quæ liberalitate, ſeu col-
latione ſiue conceſſione religioſorũ homi- C
num legaliter & laudabili ſtudio acquiſiuit,
aut acquirere poterit, & prorſus quę conceſ-
ſa ſunt illi & corroborata piorum Impera-
torum, aut principum præceptis. Quamquam
vero iſtam in Pantano capellam quæ voca-
tur ſancti Benedicti, & aliam S. Vitalis cum
omnib. pertinentijs ſuis; & aliã s. Michaelis
Archangeli quæ dicitur ad Oliuolã vna cum
omnibus ſuis pertinentijs; & in Paletria ca-
pellam vnam S. Mariæ, Eccl. S. Bartholomæi
Apoſtoli & Martyris, & curtem in collina, &
curtẽ de Mariano, in Petra ſtrumina caſas,
& ſyluas, & curtem de Lapillo, hæreditatẽ
de Bato, in Curtiano capellam in honore
s. Petri Apoſtolorum Principis, in Cereto
capellam S. Martini Epiſcopi cum omnibus D
pertinentijs ſuis; capellam S Syluestri Con-
feſſoris de Corneto in comitatu Capuano
in loco Biniano capellam S. Mariæ virginis,
matriſq; Domini Dei noſtri in Bibino eccle-
ſiam s. Marciani in Beletro flumine inſta ci-
uitatem Aſcolenſem eccleſiam s. Deſiderij,
& foris omnem hæreditatem, in finibus
Cannæ eccleſiam s. Iuliani, in comitatu Tra-
nenſi, curtem de Pazano cum omnibus oli-
uetis ſuis, in Comitatu Sipõtino piſcariam,
in Comitatu Leſinenſi piſcatiam, Caiazo
curtem in molino, Lanlenſem curtem vnam
Sanctum Roſeum de Seſſa cum curtibus
ſuis omnibus, in finibus Capuæ Sanctum
Reinerum, & ſanctum Robertum cum terri-
torijs ſuis, in campo Marini in finibus Tre-
mouenſibus ſanctum Adiutorem erga flu-

A uium Vvlturnum cum terris ſuis, in fini-
bus Capuę ſanctum Stephanum de ſtrada
cum territorijs ſuis; ſed etiam in Caſtello
magno Eccleſiam ſancti Magni cum omni-
bus ſuis territorijs, & Eccleſiam S. Angeli in
Altiſſimo ſuper fluuium Biuernum in fini-
bus campi Morani cum eiuſdem Eccleſiæ
hæreditate quæ eſt in longitudine milliariũ
duo, necnon Eccleſiam s. Ioannis cum om-
nibus pertinentijs ſuis in caſa Pollucis, &
eccleſiam s. Petri in finibus de Laureto vna
cum omnibus ſuis pertinentijs, caſtello qui
vocatur Beeclo cum eccleſia s. Marciani &
Nicolai Epiſcopi, & ſanctum Maurum, in
Curſiano villam quæ nominatur Leo cobã-
B te, in ciuitate Aliſe Eccleſiam s. Mercurij
cum alijs Eccleſijs ſibi pertinentibus, ripe
longe in ciuitate Arole eccleſiam s. Mercu-
rij, & s. Petrum ad Mortitam cum omnibus
pertinentibus ſuis, s. Stephanum de Lucore,
& s. Stephanum de Fromari, & s. Angelum
in Pleſco, & s. Angelum de Atriano, & ſan-
ctum Angelum in Palumbara, & s. Gregoriũ
de Leſcle, & s. Martinum de Venteccano, &
s. Petrum, & s. Mariam de Aliperga, & s. Ni-
colaum de Pazano, s. Marcellum in Tomma-
no, ſanctam Mariam in Caliſi, s. Mariam
de Regina cum omnibus eorum pertinen-
tijs, in Eliceto s. Effrem cum territorijs ſuis,
ſanctum Marcianum de Pariculi, & ſanctam
C Mariam de Sableta, & s. Mariam in caſale
Geldoni cum omnibus eorum pertinentijs.
Præterea auctoritate ſanctæ Romanæ & A-
poſtolicæ Sedis concedimus, atque confir-
mamus tibi ac tuis ſucceſſoribus omnes in
integrum oblationes viuorum ac defuncto-
rum, quæ ipſi Monaſterio per teſtamentum,
aut etiam ſine teſtamento iure acceſſerint;
& perpetuo maneat iam ipſum ſatum Mo-
naſterium ſub tutela, ditione, ſeu iure ſan-
ctæ Romanæ Eccleſiæ liberum & immune
ab omni ſubiectione alterius Eccleſiæ, & ab
omni iure immoleſtatum. Statuimus etiam
vt ſint Monachi tui ab omni ſæcularis offi-
cij infeſtatione ſecuri, & omni prægraua-
mine mundanæ oppreſſionis remoti, in
D ſanctæ Regulæ obſeruatione quieti, nulli
alij niſi Romanæ & Apoſtolicæ Sedi, cuius
iuris eſt, aliqua teneantur occaſione eſſe
ſubiecti, qui de ſuis ſibi qualem voluerint
ſecundum B. Benedicti Regulam, Abbatem
eligant: ſi vero ex eis idoneus defuerit, ab
alijs vtilem & religioſum cum conſilio Ro-
mani Pontificis accipiant, ab eodem bene-
dicendum & cõſecrandum. Conſecrationes
etiam Eccleſiarum, & ordinationes Mona-
chor. ſiue Clericorũ ſuprad. Cœnobio per-
tinentiũ, ab Epiſcopis, in quorũ Diœceſib.
ſunt, accipiunt; ſi tamen Epiſcopi canonicè
ordinati fuerint, & ordinationem gratis fe-
cerint: ſi autem horũ aliquid obſtiterit, Ab-
bas cum licentia & auctoritate Rom. Pont.
ad qualemcunq; Catholicum Epiſc. placue-
rit, cauſa conſecrationis & ordinat. tam lo-

Vu 2 corum

A menta percipere. Tibi vero, quem propenſiore charitate complectimur, ex Apoſtolicæ Sedis peculiari benignitate id muneris perſonaliter indulgemus, vt per annum quinquies, id eſt, in die ſanctæ Reſurrectionis, & Pentecoſtes, & Natalis Domini noſtri Saluatoriſque Ieſu Chriſti ſolemnitatiſque duodecim ſanctorum Fratrum, necnon & S.Martyris Mercurij, ad Miſſarum tantum ſolemnia chirothecis, atque etiam campagis vtaris. Sane ſi quis in craſtinum Archiepiſcopus, aut Epiſcopus, Imperator aut Rex, Princeps aut Dux, Comes aut Vicecomes, Iudex, aut perſona qualibet magna aut parua, potens aut etiam impotens, iuris noſtri priuilegij paginam ſciens contra eam venire temere, aut B primariamente tentauerit, ſecundo tertioue commonitus atq; adhortatus, ſi nõ ſatisfactione congrua emendauerit, eundem honoris ſui & officij periculo ſubiacere, necnon & ſubmouere decreuimus, & à Chriſti atq; Eccleſiæ corpore auctoritate Apoſtolicæ poteſtatis ſegregamus: conſeruantibus autem ea pax à Domino & miſericordia præſentibus & futuris ſæculis conſeruetur Amen. Bene valete.

Datum Anagniæ per manus Ioannis ſanctæ Romanæ Sedis Diaconi, prid. Id. Mart. Indict. 15. Anno Pontificatus Domini maximi Vrbani II. Papæ quinto, Incarnationis C *autem Domini noſtri, Patriſque æterni Ieſu Chriſti anno 1092.*

Paſchalis Papa Madelmo Abbati.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Domini æterni. Paſchalis Papa Epiſcopus ſeruus ſeruorum Domini, Dilecto in Chriſto filio Madelmo Abbati monaſterij venerab. ſanctæ Sophiæ intra Beneuentum ſiti, eiuſque ſucceſſoribus regulariter promouendis in perpetuum. Pia poſtulatio voluntatis affectu debet proſequente compleri, quatenus & deuotionis ſinceritas laudabiliter eniteſcat, & vtilitas poſtu- D lata vires indubitanter aſſumat. Vnde nos tuis fili humaniſſime Madelme pijs poſtulationibus annuentes, ſanctæ Sophiæ Cœnobium, cui Domino auctore præſidere cognoſceris, ſub tutelam & iuriſdictionem Sedis Apoſtolicæ, ſicut hactenus manſit, perpetuo permanere præſentis paginæ auctoritate ſancimus, vt ſoli Romanæ Eccleſiæ ſubditum ab omnium Eccleſiarum necnon perſonarum iugo liberum habeatur; cuncta etiam quæ prædeceſſoribus tuis, vel tibi ad eiuſdem Monaſterij immunitatem, vel poſſeſſionem, noſtrorum prædeceſſorum ſunt priuilegijs attributa, nos quoque tibi iuxta, ac ſucceſſoribus tuis regulariter promouendis præſenti priuilegio cõtribuimus; Cellas prætera, vel Eccleſias, vel Villas, quæ prædeceſſorum tuorum, vel tua induſtria prædicto videntur Cœnobio iuſte, ac rationabiliter adquiſitæ, poſſidendas in perpetuum confirmamus; id eſt, Eccleſiam S.Benedicti quæ dicitur Xenodochium, ſancti Ioannis Præcurſoris Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſanctæ Euphemiæ virginis, S.Petri quæ dicitur Tonſuri, ſanctæ Mariæ Rotundæ intra ipſam ciuitatem Beneuentanã, Eccleſiam ſanctæ Mariæ Genitricis ſemperque Virginis ac Matris Ieſu Chriſti, Eccleſiam ſancti Petri Apoſtolorum Principis, Eccleſiam ſancti Nicolai Epiſcopi, S.Eraſmi Confeſſoris, ſancti Marriani Martyris, ſanctæ Sophiæ virginis, ſancti Angeli foras eãdem ciuitatem Beneuentanam, in Pantano Eccleſiam ſancti Benedicti, ſancti Vitalis Martyris, ſancti Mercurii apud Oliuolam ſancti Angeli, ſanctæ Mariæ de Scolcatura, cum ſuis omnibus pertinentijs, in vado Azara ſancti Benedicti, in Faſſone ſancti Valentiniani, apud Votum Eccleſiam ſancti Felicis vna cum terris ſuis, in Corneto ſancti Sylueſtri, in duabus riuis ſanctæ Mariæ, in Partitulo ſancti Marciani, in Venticano ſancti Martini, in Cucciano S.Petri Apoſtolorum Principis, in Pazano S.Nicolai, item Beneuenti S.Stephani, in Palearia ſanctæ Mariæ de Lucernara, & curtes duas, ſancta Maria in Sableta, & ſancta Maria in Templana in ciuitate quæ nominatur Triana, Eccleſiam ſancti Angeli cum cellis ſuis, ſancti Stephani in Fronari, ſancti Gregorij in Eſcle, ſancti Angeli in Peſclo in Alipergo, Eccleſiam ſanctæ Mariæ Virginis, Eccleſiã ſancti Angeli, ſancti Petri Apoſtolorum Principis, ſancti Marci, ſancti Ioannis, ſancti Laurentij Martyris fortiſſimi, ſanctæ Luciæ virginis, in Caſale aluulo ſanctæ Mariæ, ſancti quoque Ioannis Præcurſoris Domini, in Aſcoli ſancti Petri Apoſtoli, ſancti Deſiderij in Iliceto, S.Effrem in Morteto, ſancti Petri apud Aſolam, ſancti Mercurij apud Bioinum, ſancti Martini Epiſcopi in Biſerno, Monaſterium ſancti Angeli cum cellis ſuis, in Petra ſancti Angeli, S. Trinitatis in Patara Frindi S. Agnelli, ſancti Petri in Balneo in Valle luparia, ſanctæ Crucis in Linoſano, ſancti Martini in Mitale, s.Mareiani, ſancti Iſtonis Archangeli, ſancti Stephani Protomartyris in via Tarentina, in viaterria S.Angeli in Aliſis, ſancti Mercurij, ſanctæ Mariæ, ſancti Marci, ſancti Syueſtri, ſanctæ Mariæ Garoini Abbatis apud ſanctã Agatham S.Adiutoris, in Treuento apud Monaſterium S.Adiutoris, ſancti Laurentij apud Luceriam, ſancti Stephani apud Matalonem S. Martini in Palmæ S. Aldegundia Virginis in galo Fechine ſancti Mercurij, ſanctæ Reparatæ, ſancti Stephani in galo noceto S.Magni Heliæ ad ſanctum Stephanum Martyrem inuincibilem, ſanctæ Crucis ſancti Martini, ſancti Simeonis in galo Pollucis, ſancti Ioannis in finibus Lanienſis, ſanctæ Mariæ in galo eſſere, ſancti Archangeli

geli in Olicino ſanctæ Mariæ in Melanica,
ſanctæ Mariæ in ciuitate Dragonara, ſancti
Benedicti apud Cannas, ſancti Iuliani in
Abellino, ſancti Germani, ſanctæ Mariæ in
Bellola in Candijs, ſancti Angeli cum Cel-
lis, in ciuitate Neapolitana ſanctæ Crucis in
Seſſula, ſancti Michaelis Archangeli in Toc-
co, s.Angeli in monte Foliolanenſi, ſanctæ
Bennæ vnacum omnibus Eccleſijs ſuis, ſan-
cti Marciani, & ſancti Angeli in Petra ſtru-
miri, caſas & ſyluas & curtem de Lapillo &
Eccleſiam s. Bartholomæi Apoſtoli in Col-
lina, ſancti Matthæi, & curtem Denoriano,
ſancti Petri de magna luce apud Redetium,
s.Martini in Alarino, ſanctæ Mariæ in Gil-
done in monte Malo, s.Felicis in Sertore,
s.Viti in Sertote; ad Balbam apud montes
s.Marci Euangeliſtæ, in Foſſa cæca s.Stepha-
ni Protomartyris, ad Furculas Caudinas
ſancti Ieremiæ, in monte vici s. Foſſij, in
territorio Campi læti Eccleſiam ſanctæ Lu-
ciæ Martyris, iuxta ciuitatem Florentinam
monaſterium ſancti Salnatoris vnacum alijs
quamplurimis Eccleſijs ad idem pertinen-
tibus; videlicet, s.Leonis infra prædictam
ciuitatem Florentinam, & s.Petri Apoſto-
lorum Principis de Vitiano, & s. Stephani
Protomartyris cum villa, quæ nominatur
Franciſca, monaſterium s.Nicolai Epiſco-
pi in monte Felico vna cum alijs Eccleſijs
ad idem pertinentibus, id eſt eccleſiam ſan-
cti Petri foras ciuitatem veſtram, & Eccle-
ſiam s.Martini intra Canuetum, & s.Grego-
rij extra ipſum Cannetum, in territorio Ro-
denſi ſanctæ Barbaræ virginis, in ciuitate
veteri Sepina monaſterium ſanctæ Mariæ
cum cellis ſuis, id eſt, ſanctæ Mariæ extra
ipſam vrbem, in ciuitate Neapolitana mo-
naſterium s.Gertrudis, s.Cōſtantini, ſanctæ
Eliſabethæ, ſanctæ Annæ, s.Iacobi, s.Adin-
toris cum omnibus ſuis pertinentibus, nec-
non & medietatē s.Syluestri, Eccleſiam ſan-
cti Gregorij apud Vaccantiam, monaſteriū
s.Aroncij cum cellis & pertinentijs ſuis, in
Sambuceto ſanctæ Mariæ, apud Arolam
s.Nicolai, item apud Vaccariciam mona-
ſterium s.Benedicti, in caſali Petræfictæ ſan-
cti Ioannis, in Butticella in portula s.Biti,
caſtellum Boticellum cum Eccleſijs, villis,
atque omnibus pertinentibus ſuis, in Cerri-
to s.Martini Epiſcopi, in Tuſculano s.Chri-
ſtophori, caſtellum Pharneti cum Eccleſijs,
necnon & omnibus pertinentibus ſuis, vil-
lam dictam Locouana cum eccleſia s.Do-
nati ſecundum auctoritatem Angeli cum
omnibus pertinentijs eorum, cum eccleſia
s.Marciani vna cum omnibus ſuis pertinen-
tibus. Vrbanum cum omnibus pertinentijs
ſuis, Ripas longas cum eccleſia ſanctæ Ma-
riæ, Caſtellum vetus, & eccleſiam s.Nicolai
Epiſcopi, villam Leo cubantis, & eccleſiam
s.Donati vna cum omnibus, nec non & vni-
uerſis eorum pertinentibus, Heremitarium
s.Onuphrij, eccleſiam s.Michaelis Archan-

A geli vna cum omnibus ſuis pertinentijs, cum
mobilibus atque immobilibus. Præſentis
itaque noſtri priuilegij pagina Apoſtolica
auctoritate ſtatuimus, vt quæcunque idem
Cœnobium iuſte poſſider, quæque in cra-
ſtinum conceſſione Pontificum, liberalitate
Principum, vel oblatione fidelium iuſte
atque canonice poterit adipiſci, firma tibi,
tuiſq; ſucceſſoribus & illibata permaneant.
Decreuimus ergo, vt nulli omnino hominū
liceat idem Cœnobium temere perturbare,
atque deſtruere, aut etiam ei vllas poſſeſſio-
nes auferre, vel ablatas retinere, minuere,
vel temerarijs vexationibus fatigare, aut
quoquo modo moleſtare, verum omnia in-
tegre perſeuerent, atq; conſeruentur eorum
B pro quorum ſubſtantia, aut ſuſtentatione,
ac gubernatione conceſſa ſunt vſibus com-
modis profutura. Obeunte te nunc eius lo-
ci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſo-
rum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtu-
tia, vel violentia præponatur, niſi quem
fratres communi conſenſu, vel fratrum pars
conſilij ſanioris elegerint: electus à Roma-
no Pontifice conſecretur; Chriſma, Oleum
ſanctum, conſecrationes Altarium ſiue Ba-
ſilicarū, ordinationes Monachorum qui ad
ſacros ſunt Ordines promouendi, ab Epiſco-
pis, in quorum Diœceſibus eſtis, accipie-
tis; ſi quidem gratiam & communionem
Apoſtolicæ Sedis habuerint, & ſi gratis ea
C & ſine prauitate impenderint: Si quid vero
horum obſtiterit, liceat vobis à quocunq;
volueritis Catholico Epiſcopo, quæ ſupra
nominata ſunt ſacramenta percipere.
Si qua vero eccleſiaſtica, ſæculariſue per-
ſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam
ſciens, temere contra eam venire attenta-
uerit, ſecundo tertioue commonita, ſi non
ſatisfactione congrua emendauerit, pote-
ſtatis honoriſque ſui dignitate careat, ream-
que ſe diuino Iudicio exiſtere de perpetra-
ta iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo
Corpore & Sanguine Dei ac Domini Re-
demptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat,
atque in extremo examine diſtrictæ vltioni
ſubiaceat: cunctis autem eidem loco bene
D ſeruantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chri-
ſti; quatenus & hic fructum bonæ actionis
percipiant, & apud æternum Iudicem præ-
mia æternæ pacis, ac mercedis inueniant;
Ameu, Bene valcat.

*Ego Paſchalis ſancta Catholica Eccleſia
Epiſcopus ſubſcripſi.*

*Datum Capuæ per manum Ioannis S.R.E.
Diaconi Cardinalis, 6. Kalen. Nouemb. Ind.* 11.
Incarn. Dom. anno 1102. *Pontificatus autem
Domini Paſchalis II. Papæ tertio.*

Con-

A *Conceſſio veneranda memoriæ Domini Gelaſij Papæ, Bernardo Abbati de molendinis in fluuio Calore iuxta Ponticellum.*

In nomine Domini. Gelaſius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Domini. Dilecto filio Bernardo Abbati venerab. Monaſterij ſanctę Sophiæ, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Religioſa loca temporibus noſtris propter peccata communia, multis videmus anguſtijs, atque tribulationibus iactari, necuon anguſtari. Ea propter oportere atque neceſſarium eſſe duximus eorundem locorum neceſſitatibus ſecundum datam B diuinitus facultatem Apoſtolicæ Sedis gratia benignius ac mitius ſubuenire. Tuis igitur dilecte in Chriſto fili Abbas Bernarde petitionibus annuentes, concedimus tibi, vt deinceps tibi, tuiſque ſucceſſoribus liceat de fluuio Caloris aquam per cœptum ædificium noſtrum accipere, & pro duobus molendinis, vel alijs monaſterij vtilitatibus per terram murum vſque in eundem Caloris fluuium perducere. Si autem oportuerit, licentiam habeatis accipiendi eandem aquam ſupra videlicet, & infra prædictum ædificium, quantum nimirum terra veſtra & aqua eſt. Quod ſi neceſſitate vrgente pro eodem de aquæductu de terra viæ inferio- C ris, quæ iuxta eſt, acceperitis, vobiſque eandem pro veſtra voluntate, veſtroque libero arbitrio vobis in æternum aſcribatis, nulla altercatione à quauis perſona hominum magna ſiue parua poſſideatis, & accipiatis tantundem de terra veſtra, & partem alteram reſtauretis; ſane concambium quod in eodem loco de interiacenti terra feciſtis, atque fieri curaſtis habemus ratum, & cognitum.

Ego Gelaſius ſeruus ſeruorum Domini, atque Eccleſiæ Cathol. Epiſc. ſcripſi.
Signum manus meæ propria.
Dominus in loco ſancto ſuo.
Ego Petrus Portuenſis Epiſcopus conſenſi, D *nec non & propria mea manu ſubſcripſi.*
Ego Hugo Cardinalis Presbyter tit. Apoſtolorum conſenſi libera voluntate, ac arbitrio & ſubſcripſi.
Ego Petrus Cardinalis Presbyter tituli ſanctiſſimæ virginis Suſannæ, Monaſterij promiſor ſubſcripſi, atque conſenſum & voluntatem meam tradidi.

Datum Capuæ per manum Conſtantini Chriſogoni S.R.E. Diaconi & Card. 14. Kalend. Maij, Ind. 11. Anno Dom. Incarn. 1118. pontificatus autem Domini Gelaſij II.. Papæ, anno primo.

Conceſſio Romanorum Cardinalium vice Papæ Gelaſij de molendinis in ponte marmoreo, Bernardo Abbati.

Nos Domini gratia Epiſcopi & Cardinales, Vincentius Sauinenſis, Petrus Portuenſis, Vitalis Albanenſis, Ioannes Cardinalis tituli ſanctæ Cæciliæ, Reinerus tituli ſanctorum Marcellini & Reineri atque Petri, Deſiderius tituli ſanctæ Praxedis Dilecto fratri Bernardo venerab. Abbati Monaſterij ſanctæ Sophiæ, eiuſque venerandæ Congregationi, ſalutem. Audiuimus quod Anſo quærat vendere molendina duo, ex illis quatuor, quæ Dominus noſter beatę memoriæ Papa Paſchalis ſibi reddidit, ſuiſque hæredibus, & ad ſemper habendum Apoſtolico priuilegio confirmauit, vel ad faciendum exinde quidquid ſibi placuiſſet: innotuit etiam nobis, te ea velle emere, eo maxime quia contigua ſunt & congrua molendinis monaſterij tui. In qua cauſa poſtulaſti licentiam præſtari tibi à Romana Curia. Verumtamen, quia Dominus noſter ſanctiſſimus Papa abſens eſt, communicato omnium noſtrorum conſilio, præſentibus literis in vice domini Papæ ſanctiſſimi dabimus, tibique tradimus, & concedimus tibi auctoritatem & licentiam integram illa emendi & perpetualiter habendi, & omnia inde agendi ad vtilitatem monaſterij tui quæcunque volueris, aut quæ tibi placuerit pro tua voluntate, ſine aliqua inquietudine ac moleſtia.

Et vt noſtra conceſsio permiſsioque robur, nec non & firmum præceptum atque legem habeat, ſigillo Dom. Petri Portuenſis Epiſcopi qui vice Domini Papæ Gelaſij fungitur, eam ſignari fecimus.

Ego Hugo Cardinalis tituli Apoſtolorum Promiſor Beneuentanæ Curiæ conſenſi, atque ſubſcripſi propria manu mea.
Ego Stephanus Diaconus Beneuentanus Rector, aſſenſum voluntatemque præbui ac ſubſcripſi.
Actum Beneuenti Kalend. Ianuar. Ind. 12. feliciter admodum.

Anacleti II. Papæ priuilegium.

Anacletus ſeruus ſeruorum Domini. Dilectiſſimo in Domino filio Franconi Abbati monaſterij ſanctæ Sophiæ quod intra Beneuentanam ciuitatem intra ſacrum noſtrū Palatium ſitum eſt, eiuſque ſucceſſoribus regulariter promouendis in perpetuum. Ex commiſſo nobis incumbit officio vt religioſa loca quæ prædeceſſores noſtri fouere & exaltare ſumma cum attentione ſtuduerunt, nos quoque eorum ſequentes veſtigia honorare, & ſuis neceſſitatibus ſuccurrere

A curtere propenſius debeamus. Quamobrem dilecte in Chriſto fili Franco Abbas monaſterij ſanctæ Sophiæ quod in Beneuentana ciuitate iuxta ſacrum Palatium ſitum eſt, tuis petitionibus clementer annuentes, cõcedimus atque damus tibi, & per te monaſterio ſanctæ Sophiæ, cui auctore Domino præeſſe dignoſceris, & fratribus illic Domino ſeruientibus, & ſeruituris in perpetuum; vnum videlicet hortum quem Curia noſtra habere dignoſcitur in loco qui nominatur ad Ponticellum; affines cuius hi ſunt: Ab vno latere prædictus Ponticellus, à ſecundo latere foſſatum molendini eiuſdem monaſterij, ab alio latere ſiue via. Hunc ſupradictum hortum vna cum omnibus pertinentijs ſuis concedimus, atque donamus ſuprascripto monaſterio in perpetuum, vt ab hac hora in antea poteſtatem habeatis intraudi, poſſidendi, vtendi, vel quicquid
B exinde vobis facere placuerit. Si quando in futurum Eccleſiaſtica ſæculariſue perſona hanc noſtrę conceſſionis, & donationis paginam ſciens, contra eandem temere venire tentauerit, ſecundo, tertione commonita, ſi non ſatisſactione congrua emendauerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe diuino Iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, atq; in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat: cunctis autem eidem monaſterio iuſta ſeruantibus ſit pax & tranquillitas Domini
C noſtri Ieſu Chriſti; quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Iudicem pręmia æternæ perpetuæque pacis inueniant atque accipiant. Amen, Amen, Amen.

Ego Anacletus Catholicæ Religionis Epiſcopus.
Ego Petrus Cardinalis Presbyter, ad ſanctam Mariam & Suſannam virginem.
Ego Creſcentius Cardinalis Presbyter & ad ſanctum Marcellum prouiſor.
Ego Matthæus Cardinalis & presbyter.
Ego Syluius Diaconus Cardinalis.
Ego Romanus Cardinalis & Diaconus.

D *Datum Beneuenti per manum Saxonis S.R.E. presbyteri & Cardinalis, nonis Decemb. Ind. 9. Amen.*

Anacletus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Domini. Dilecto filio Franconi monaſterij ſanctæ Sophiæ quod intra Beneuentanam vrbem ſitum eſt, Abbati, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Pro amore & dilectione quam in monaſterium ſanctæ Sophiæ virginis habemus, & pro ſeruitio quod Romanæ Eccleſiæ propenſius exhibuiſti, concedimus tibi tuiſque ſucceſſoribus, vt in eadem domo ad Ponticellum, in qua duo molendina in præſentia habetis, liceat vobis tertium, ſine noſtra & Curiæ noſtræ, vel alicuius contradictione, quando vultis conſtruere, atque amouere valeatis.

Ego Anacletus Epiſcopus.
Ego Petrus Piſanus Cardinalis.
Ego Matthæus Cardinalis & presb.

Datum Capuæ per manum Saxonis S.R.E. presbyteri Cardinalis & Cancellarij 4. Id. Nouemb. Indict. 18. Anno Incarnat. Domini noſtri Ieſu Chriſti 1139. pontificatus autem Dom. Anacleti Papæ II. anno primo.

Anacletus ſeruus ſeruorum Domini. Dilecto admodum filio Franconi Monaſterij ſanctæ Sophiæ quod infra Beneuentanam ciuitatem ſitum eſſe videtur Abbati, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Pro amore ac dilectione qua in Monaſterium ſanctæ Sophiæ tenemur, & pro ſeruitio quod Romanæ Eccleſiæ propenſius exhibuiſti, concedimus tibi, ac tuis ſucceſſoribus, vt in eadem domo ad Ponticellum in quo duo molendina in præſentia habetis, liceat vobis ædificare aliud ad locum marmoreum pro veſtro libero arbitrio ac voluntate.

Anacletus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Domini. Chariſſimo in Chriſto filio Abbati monaſterij ſanctæ Sophiæ, ſalutem nec non Apoſtolicam benedictionem. Officij noſtri nos hortatur auctoritas ad commiſerationem Eccleſiarum vt ab eorũ augmentum Religioſorum virorum preces aduniamur, & quieti eorum, quantum auxiliante Domino poſſumus, prouidere. Proinde nos dilecte in Domino fili Franco Abbas venerab. monaſterij ſanctæ Sophiæ virginis, tuas & Congregationis commiſſæ eiuſdem ſacri monaſterij preces fratrum, de filiorum noſtrorum conſilio libenter admittimus, & vos pro quibus in Domini gratia poſſumus, ſuſtentare curamus. Quamobrem apothecarum illarum & tabularum quæ iuxta eas conſtituuntur in platea publica ad locum vbi tabulæ pictæ vocãtur, octoginta ſcilicet denarios, quos Beneuentanæ curiæ ſingulis annis perſoluere debebatis, vobis atque Eccleſiæ veſtræ ad luminaria accendenda remittimus atq; damus, & apothecas eaſdem ab omni datione liberas vobis volumus integras ac inuiolatas manere, ita vt nec noſtris, nec ſucceſſorum noſtrorum temporibus de ijs quicquam Curię perſoluatis, aut grauamen vllum ab eadem ſuſtineatis.

Ego Anacletus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Matthæus presbyter ac Card.
Ego Adeſiſus Cardinalis S. Agathæ.
Datum Beneuenti 6. Id. Mart.

Ana-

Anacletus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Domini, Dilecto in Domino filio Franconi Abbati monaſterij ſanctæ Sophiæ intra Beneuentanam ciuitatem, eiuſque ſucceſſoribus regulariter promouendis in omnem perpetuitatem. Omnium quidem fidelium noſtrorum, verumtamen eorum ſpecialius admittere preces, nec non & petitiones debemus, qui Sedis Apoſtolicæ, cuius curam & rationem, Domino diſponente, atque fauente ſuſcepimus, familiarius, & tanquam iure proprio ſubiecti eſſe noſcuntur, necnon & ſunt. Quamobrem dilectiſſime, atque amantiſſime in Chriſto fili Franco Abbas, petitionibus tuis haud immerito annuendū cenſuimus atque duximus, vt venerabile ſanctæ Sophiæ Cœnobium, cui, auctore Domino, præſides iuxta ac vices agis, ad ſpeculum ſeu ad exemplar noſtrorum Prædeceſſorum ſanctæ recordat. Pontificumque Romanorum, Leonis IX. Papæ, Vrbani, Paſchalis & Calliſti, in B. Petri Apoſtolorum Principis tutelam noſtramque defruſionem ſuſciperemus, ac auctoritatis noſtræ robore muniremus; per præſentem noſtri priuilegij paginam Apoſtolica auctoritate ſancimus, & confirmamus, vt idem Cœnobiū ſoli Romanæ Eccleſiæ ſubditum, ab omnium Eccleſiarum, aut perſonarum iugo liberum habeatur, & quæ prædeceſſores noſtri eidem templo tribuerunt, nos quoque præſenti decreto noſtro tribuimus. Vt autem orationum quæ illic aſſidue Domino Deo offeruntur, eſſe participes nos mereamur, mitram ac chirothecas tam tibi dilectiſſime fili Franco Abbas, quam ſucceſſoribus tuis in eodem monaſterio Domino Deo noſtro ſeruientibus in perpetuum habere, ac poſſidere concedimus; Dalmaticæ quoque vſum, ac ſemicincti his diebus tantum qui inferius prænominantur, tibi tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum Apoſtolicæ Sedis liberalitate concedimus ac tribuimus, id eſt, Natali Domini, ſanctiſſimiq; Stephani Protomartyris, Epiphania, s.Benedicti, itemque in Ramis palmarum, Cœna Domini, in Paſchate, & proxima ſecunda feria, s.Angeli, ſanctiſſimæque Crucis, Aſcenſione, Pentecoſte, s. Ioan. Baptiſtæ, Sancti Petri, in omnibus feſtiuitatibus ſanctæ Mariæ, ſancti Mercurij, in feſtiuitate omnium Sanctorum duodecim millium Martyrum, Dedicatione Eccleſiæ, Commemoratione Sāctorum omnium. Cellas præterea & villas, vel Eccleſias, quæ prædeceſſorum tuorum ſtudio, ſine tuo, iuſte vel Canonice iam dicto monaſterio ſunt acquiſita, poſſidendas vobis perpetuo confirmamus; hoc eſt, Eccleſiam s.Benedicti quæ nominatur Xenodochium, s.Ioannis, ſanctæ Euphemiæ, s.Petri quæ nominatur Traſari, ſanctæ Mariæ Rotundæ intra ipſam ciuitatem Beneuentanam, eccleſiam ſanctæ Mariæ, S.Petri, S.Nicolai, ſancti Eraſmi, S. Marciani, ſanctæ Sophiæ virginis, s.Angeli foras eandem ciuitatem Beneuentanam, in Pantano eccleſiam s.Benedicti Patris, ac Confeſſoris, s.Vitalis, s.quoque Mercurij apud Oliuolam, s.Angeli, ſanctæ Mariæ de Scoleaturo vna cum pertinētijs ſuis omnibus, in Vado Azanim s.Benedicti, in Faffone s.Valentiniani, apud Votum eccleſiam s.Felicis vna cum terris ſuis omnib. in Cornetо, s.Silueſtri, in duob. rinis s Mariæ in Paritulo, S.Marciani in Vetereno, s.Martini in Cocciano, S. Petri Apoſtolorum principis in Pazano, s.Nicolai Epiſcopi, item in ciuitate Beneuentana ſanctum Stephanum Protomartyrem in Paltaria, ſanctæ Mariæ de Lucernaria, & duas curtes ſanctæ Mariæ in Becellaria, ſanctæ Mariæ in Templana in ciuitate quæ nominatur Ariana, s.Angeli cum cellis ſuis, s.Stephani in Fromaria, s.Gregorij in Eſde, s.Angeli in Peſclo Nalibergo, eccleſias ſanctæ Mariæ, s.Ioannis in Caliſi, ſanctæ Mariæ in territorio Tamari, s.Marcelli, apud Regnum ſanctæ Mariæ in Tuſculano, s.Mauri, s.Ioannis in Aſculo, s.Petri, s.Deſiderij, s.Archāgeli in Eliceto, ſanctum Effrem in Mottcto s.Petri apud Troiam s. Mercurij, apud Biuinum, s.Martini Epiſcopi, In Biferno monaſterium s.Angeli vna cum cellis ſuis omnibus, in Petra s.Angeli, s.Trinitatis in Petra Findi, s.Agnelli, s.Conſtantini, s. Eliſabethæ, ſanctæ Annæ, s.Ioannis, s. Petri in balneo in valle Luparia, ſanctæ Crucis in Limoſana s. Martini in Mutale, s.Marciani in Teſtonis, s. Archangeli, s. quoque Onuphrij vna cum omnibus ſuis pertinentijs, in Materia s.Angnetæ, in Aliſis s.Mercurij, s.Angeli, ſanctæ Mariæ, s.Marci, ſanctæ Annæ, s.quoque Silueſtri, ſanctæ Mariæ Garoini Abbatis, apud ſanctam Agatham, s.Adiutoris, apud montem Virgineum, ſancti quoq; Adiutoris in Treuento, s.Laurentij apud Micerium, s.Stephani apud Matulonam, ſancti Martini in palumbe, s.Abundini in galo Stedine, s. Mercurij, ſanctæ Reparatæ, s.Stephani in galo Noceto, s.Magni, ſanctæ Helenæ, s.Stephani, ſanctæ Crucis, s Martini, s.Simronis, s. Pollucis in galo, ſanctæ Ioannæ in finibus Canienſibus, ſanctæ Mariæ in galo Aſic, s.Ioannis, s.Michaelis Archangeli in Olicino ſanctæ Mariæ in Melanica, ſanctæ Mariæ in ciuitate Dragonarica, s.Benedicti apud Cannas, s. Iuliani in Auellino, s.Iuliani, s.Germani, s. Henrici, s.Theodori, s.Hermanni, s.Lutgeri, s.Aroſtarij, s.Cōſtantini, s.Roberti, s.Bartholomæi, ſanctæ mariæ in Bellula in Caudis, ſancti Angeli in Palumbaria, monaſterium s.Angeli cum cellis ſuis, omnibuſque pertinentibus, in ciuitate Neapolitana, ſanctæ Crucis in Seſſula, s. michaelis Archangeli in Toccula, s.Raphaelis Archangeli in monaſterio Foliolanenſi, ſanctæ Bennæ cum

Eccleſijs ſuis, omnibuſque pertinentijs, in petra ſturmini caſas & ſiluas vineas & territoria, curtemque de Lapillo & eccleſiam S. Bartholomæi in Collino s. Bartholomæi & curtem de Noriano, ſancti Petri Apoſtoli de luce magna, apud Roderium S. Martini in Alarino, s. Mariæ in Galdione, & in monte malo ſancti Felicis, in pettore ſancti Viti, ad Balbam apud montes s. Marci in foſſa cæca, ſancti Stephani ad Furculas caudinas S. Foſſi in Hieruſalem, in territorio campi læti Eccleſiam s. Luciæ Virginis, ſancti Marci, iuxta ciuitatem Florentinam Monaſterium S. Saluatoris cum alijs Eccleſijs ad idem Monaſterium pertinentibus, videlicet, S. Leonis inter prædictam ciuitatem & s. Petri de Vitiano & ſancti Stephani cum villa quæ nominatur Franeiſca, Monaſterium S. Nicolai Epiſcopi in monte Filine vna cum alijs Eccleſijs ad idem Monaſterium pertinentibus, in territorio Rodenſi s. Barbaræ Virginis, in ciuitate Veteri Sepina Monaſterium ſanctæ Mariæ vna cum omnibus cellis ſuis, apud Vaccatarias Monaſterium ſancti Antonij cum cellis ſuis & omnibus pertinentijs frattum & ſancti Benedicti in Sambuceto ſanctæ Mariæ, in Caſali Petrifiate ſancti Ioannis in portula S. Viti, in Caretro S. Auguſtini; in pontino s. Maximini, in Corteto ſancti Mauritij in Luceto, ſancti Martini in Cauſano s. Chriſtofori in Aliſa ſancti Petri Apoſtoli in Certia, in Minori S. Angeli, in Luniperto s. Laurentij in Luniparia ſanctæ Luciæ in Ferreria S. Hermanni in panno s. Bartholomæi, item Caſtellum Fori, Cantalupi Caſtellum vetus Butticella, Fanetum, Obianum, Ripas longas, Villã Leonis cubantis vna cum Eccleſijs atque earum omnibus pertinentijs. Auctoritate præterea Apoſtolicæ Sedis omnes in integrum oblationes viuorum ſimul ac defunctorum, quas hodie habet, vel in futurum idem Monaſterium conceſſione Pontificum liberalitate principum, oblatione fideliũ legitime cum cellis ſuis ſibi ſubiectis poterit adipiſci, firma tibi tuiſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. Obeunte te nunc eius loci Abbate, vel etiam tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia aut etiam violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu vel pars fratrum conſilij ſanioris ſecundum Dei Dominique timorem, & B. Benedicti regulam prouiderit eligendum, à Romanorum ſemper Pontifice conſecrandum; chriſma, oleum ſanctum, conſecrationeſque altarium ſiue Baſilicarum, ordinationes Monachorum qui ad ſacros ſunt ordines promouendi ab Epiſcopis in quorum Diœceſibus eſtis, accipiatis, ſi gratiam atque communionem Apoſtolicæ Sedis habuerint, & ſi ea gratis & abſque grauitate aliqua impenderint; alias liceat vobis quem volueritis adire põtificẽ, & ab eo conſecrationem & ſacramẽta accipere. Decreuimus igitur, vt nulli omnino hominum liceat idem Monaſteriũ perturbare temere, aut ei vllas etiam poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere vel temerarijs vexationibus fatigare atque moleſtare, veruntamen omnia integra conſeruentur, eorum pro quorum ſuſtentatione ac gubernatione conceſſa ſunt vſibus omnimodè profutura. Si quis autem in craſtinum Archiepiſcopus, Epiſcopus, Imperator, Rex, Dux, Marchio, Princeps Comes, Baro, Vicecomes, Stratigotus, Iudex, Caſtaldio, aut Eccleſiaſtica vel etiã ſæcularis perſona hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens cõtra eam quoquo modo temere, vllo modo aut ratione temerare auſus fuerit, ſecundo tertioue commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendauerit, poteſtatis honoriſue ſui dignitate careat, reamque ſe Diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo Sanguine, & corpore Dei & Domini Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti aliena abeat, atque in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat: Cunctis autem hæc iuſte ſeruantibus ſit pax & tranquillitas Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & ibi apud diſtrictum Iudicem præmium necnon mercedem æternæ pacis inueniant. Amen.

Ego Anacletus Catholicæ Religionis Epiſcopus.
Ego Gregorius Presbyter & Cardinalis.
Ego Aderiſcius Cardinalis.
Ego Siluius Cardinalis.
Ego Matthæus Cardinalis & Diaconus SS. Coſmæ & Damiani infra templum Romuli.
Ego Pandolphus Cardinalis Diaconus SS. Coſmæ & Damiani Martyrum.

Datum Beneuenti per manum Saxonis, Põtificatus anno Domini Anacleti ſecundi Papæ.

Anacletus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Domini.

Dilecto in Chriſto filio Franconi Abbati Monaſterij S. Sophiæ, quod intra Beneuentanam vrbem ſitum eſt, eiuſque ſucceſſoribus regulariter promouendis in perpetuũ. Si perſeueranti culpæ debetur iure vindicta, ita fidelibus qui puro corde deſeruiunt, omni modo eſt adhibenda cautela. Conſtat ſiquidem Godefridum quondam Rodfridi Comitis pizzica dæmonis filium per huius noſtræ Beneuentanæ ciuitatis proditorem aduerſus Matrem ſuam ſanctam Romanam Eccleſiam & perſonam noſtram, cuius fidelitatem iurauerat, & ligneum hominem fecerat, adeo nequiter & peſſime deliquiſſe, quod iudicio noſtro filijque magnifici Regis Romanum quoque iudicium no-

noſtrum Iandolphus Danferius & Benedicti, aliorumque noſtrorum fidelium plurimorum, ac totius Curiæ ſententia de perſona ſua & omnibus rebus tam mobilibus quam immobilibus Apoſtolicæ Sedi deciderit, & omnis actio, omniſque ratio quæ ei in aliquo competebat legitima ad nos tranſactione deuenerit: Qui videlicet Godefridus quadringentos Romanatos Monaſterio ſanctæ Virginis Sophiæ accommodauerit, vnde duo molendina ipſius Monaſterij quæ ſunt ad pontem qui nominatur leproſus, & vnam inſulam quæ eſt ſecus pontem maiorem, & hortum foris prope portam aureã cum chartis ac munimẽtis earũdem hæreditatem in pignore detinebat, quæ vtique molendina, inſula & hortus vna cum omnibus alijs pertinentijs prædicti Godefridi tam mobilibus quam immobilibus, propter periuria & proditionem quam cõmiſerat iuſte & legitime ad manus noſtras venerunt. Nos itaque hæreditatem Monaſterij nequaquam alienari volentes, chariſſimos filios noſtros Franconem Abbatem & Azzonem præpoſitum & Ioannem Decanum cæteroſque eiuſdem cœnobij fratres per perſonam noſtram, alioſque fideles noſtros benigne conuenimus, quatenus quadringentos Romanatos quos eis poſteria accomodauerat nobis perſoluerent, & pignus ſuum, prædicta videlicet molendina, inſulam & hortum ad opus Monaſterij colligerent; quod cum illis graue ac difficile admodum videretur; & perficere ſtudioſius omnibuſque modis ſubterfugerent, in plena aduerſus eos Curia clamauimus atque clamari præcepimus, & ſecundum terræ conſuetudinem fecimus pignorari; ipſi tandem nequaquam rationi atque iuſtitiæ contraire valentes, tam in noſtra, quam & in Iudicum ſe obtulerunt præſentia, quod ratio iubet executari. audita itaque petitione noſtra qua nos quadringentos Romanos ab eis, qui vice Goſridi ſicut prælibatũ eſt vna cum omnibus rebus & actionibus ſuis nobis deciderũt; legitime reperebamus & ipſi inficiari minime poſſent, concordantibus & conſentientibus fere omnibus maioribus ac nobilioribus ciuitatis iudicauerunt Iudices, quod Abbas & fratres molendina monaſteriorum iſclam & horteum quæ erant in pignore recolligerent, & quadringentos Romanatos abſque aliqua notabili ambiguitate perſoluerent; quod vtique iudicium & monaſterium à nobis effectui mancipatum eſt; nam illi iam dictam nobis pecuniam perſoluerunt, & nos eis molendina iſclam & hortum, quæ obpignorata tenebantur, ex integro reſtituimus nullam in eis nobis aut etiam ſucceſſoribus noſtris ſeu alicui perſonæ querimoniam reſeruantes. Decernimus itaque, vt nec Godefrido nec illius hæredibus, vel alicui perſonæ ab eis ſubmiſſæ vel aliquo modo ſubſtituat, neque per ipſarum chartarum exhibitionem, neque per repræſentandos teſtes, neque alio quocunque modo pecuniã ipſam vel pignus ob ea n datum repetere, vel aliquam inde Monaſterio litem vel infeſtationem inferre liceat. Sin vero quiſpiam contra hoc ſecuritatis decretum à nobis emiſſum quicquam facere attentauerit, centum libras denariorum Papienſium bonæ monetæ componat, medietatem vero ſacro Palatio noſtro, & medietatem ipſi Monaſterio; & hoc noſtrum tutationis decretum firmum ſemper illibatumque permaneat. Ad hæc vero Apoſtolica auctoritate interdicimus, & perpetua ſanctione firmamus, vt nullus omnino Abbas Præpoſitus, ſiue Decanus, vel aliqua Eccleſiaſtica ſæculariſue perſona hæc quæ reddimus molendina, vel illa quæ idem monaſterium habete in Ponticello ſeu apud aquam longam in pletum ponere vel oppignorare præſumat, & nullus Princeps, nullus rector, nullus Comes ſeu Vicecomes, ciuis, ſeu etiam Oppidanus ſeu ruſticus prædicta omnia molendina vel quæ intra ea ſunt, aliquo modo auferre aut pignorare audeat, niſi nos & ſucceſſores noſtri proprio ore iuſſerimus. Quicunque igitur præſcriptis mandati violator extiterit, ſit anathema, & ignis illi præparetur in æternum. Conſeruatoribus autem ſit pax & quies Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiãt & apud diſtrictum Iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen.

Ego Anacletus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Creſcentius Presbyter & Cardinalis.
Ego Benedictus Presbyter & Cardinalis.
Ego Amandus Cardinalis necnon & Preſbyter ſanctæ Eccleſiæ Sabinæ.
Ego Siluius Presbyter & Cardinalis.
Ego Hormannus Cardinalis.
Ego Rochus SS. Adriani & Marij Cardinalis atque Diaconus.
Ego Pandulphus Diaconus Cardinalis SS. Martyrum Coſmæ & Damiani.
Ego Ioannes Iudex Dauferius.
Ego Quirinus Benedictus Iudex.

Datum Beneuenti, per manum Matthæi Cardinalis ac Presbyteri & Cancellarij. 12. Kal. April. Pontificatus Domini noſtri Anacleti ſecundi Papæ, anno . . .

Officium Domini Roberti.

In nomine Domini. Anno milleſimo nonageſimo ſecundo ab Incarnatione Domini Dei Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti, & ſecundo anno Pontificatus Domini Vrbani ſecundi papæ menſe Decembri, Indict. 15 Ego Robertus qui dicor de Principatu, filius quondam Triſtapni, declarò me

poſſidere & habere vnum caſtellum quod A
nominatur Torum; nunc autem pro ſalua-
tione & remedio animæ meæ & præfati ge-
nitoris mei congruum meum eſt totum-
ipſum Caſtellum cum omnibus ſuis homi-
nibus, & omnibus ipſius Caſtelli pertinen-
tijs & territorijs offero Deo in Monaſterio
S.Sophiæ de ciuitate Beneuentana, vbi Do-
mino fauente Madelmus Venerabilis Ab-
bas præeſt. Quamobrem bona mea volun-
tate in præſentia Ioannis & Iandolphi Iu-
dicum, & ratione generaliter Domini Ami-
nadab, & Ioannis Guarnij, & Roberti de
Monte Virello, & aliorum bonorum homi-
num per librum quem manu accepi, obtu-
li Domino, & in prædicto Monaſterio ſu- B
per altare B Mercurij Mart. pro ſalute animæ
meæ & præfati genitoris mei, totum illud
caſtellum vna cum omnibus hominibus &
omnibus ſuis pertinentijs ac territorijs, ea
ratione, vt amodo & in perpetuis tempori-
bus Abbas ſupra nominatus & ſui ſucceſſo-
res, & pars ipſius Monaſterij totum illud
Caſtellum cum cunctis hominibus, & om-
nibus eiuſdem Caſtelli, & territorijs perti-
nentibus, habeat atque poſſideat, facien-
do quodcunque voluerit, ſiue contradictio-
ne mea & meorum amicorum aut ſangui-
ne iunctorum, & ſine cuiuſcunque requiſi-
tione, & per noſtram defenſionem ab om-
nibus hominibus: Quod ſi autem taliter vo- C
bis defendere haud quaquam poterimus;
aut ſi aliquo tempore per quamlibet inuen-
tam rationem cauſari vel contendere præ-
ſumpſerimus quærendo illud vel exinde vo-
bis tollere, aut contra, ſeu minuere, vel ſi
hoc remouere quæſierimus, centum libras
puri auri, me aut meus hæres ad Patrem-
ipſius Monaſterij pro pœna componere o-
bligaui, & inantea omni tempore aduer-
ſus illud inuiti taciti & contenti maneamus
atque inuiti illud adimpleamus iuxta illius,
Cardinalis textum, & per eandem obliga-
ram pœnam ſuper etiam ex parte Domini
Dei omniumq; ſanctorum, ego qui ſupra no-
minatus Robertus, ſtatuo atque confirmo:
Vt ſi quis contra hanc noſtram firmiſſimam D
oblationem agere aut infringere tentaue-
rit, aut de dominio præfati Monaſterij il-
lud Caſtellum, vel de cunctis quæ pertinent
tollere aut ſubtrahere, vinculis excommu-
nicationis & anathematis perpetuo ligatus
permaneat, & cum Iuda Domini Dei tra-
ditore die nouiſſimo condemnetur, donec
ad dignam veramque perueniat ſatis-
factionem: Seruantibus autem, & hanc
Oblationem cuſtodientibus, Diuina illis
gratia corde, necnon & corpore ſubueniat.
Sciendum eſt autem, quia ſupradictus ge-
ner meus Reo, necnon & prænominati Ba-
rones in hanc meam à me factam oblatio-
nem vnanimi ſimul omnes ſententia con-
ſenſerunt. Et obtuli atque tradidi in præ-
nominato Monaſterio Caſtrum illud vna-
cum omnibus vijs atque anditis ſuis, &
vna cum molinis, & aquis, paſcuis, cultis
& incultis, ſiluis, pratis, & vna cum om-
nibus eius pertinentijs. Fines vero prædi-
cti caſtri Tori ſunt hi: Primum incipit à
flumine quod nominatur Tēde, quod diui-
dit territorium Caſtri Catelli & territoriū
dictum Caſtelli Tore, & deſcendit inter
idem territorium Teri, & territorium-
Caſtri Archipresbyteri, vt poſtmodum-
aſcendit inter nominatum territorium Ca-
ſtri Tori & territorium S.Ioannis in Gual-
do vſque ad Vallonem qui nominatur Pi-
zuli, & prænominatus Vallo aſcendit inter
prædictum territorium Tori & Caſtrum-
s.Ioannis præcurſoris Chriſti in gualdo
vſque ad aliud gualdum quod nominatur
Toſcorara, & aſcendit inter idem territo-
rium Tori & caſtrum quod dicitur in cam-
po Siuarcuno vſque ad ſerram vbi eſt via-
lata, & ipſa via lata diuidit deſcenſum ter-
ritorij prænominati Caſtri campi Sinarcu-
ni & Caſtrum Tori, & territorium campi
de perra, & deſcendit inter idem territo-
rium Tori & aſcendit vſque ad Eccleſiam-
campi Sabini, & ab ipſa vero Eccleſia ſan-
cti Sabini deſcendit vſque ad Vallonem-:
qui nominatur ſons Sicaonis; prænomina-
tus autem Vallo diuidit ſupra nominata-
territoria vſque ad terram quæ eſt inter
S.Martinum & ſanctum clericum, & à
prædicta ſerra deſcendit vſque ad collem,
ab altera autem parte, vt nonnulli volunt,
dicitur eſſe ſtrada aut platea publica, &
ipſa autem ſtrada deſcendit per collem ſan-
ctæ Crucis vſque ad collem s. Ioannis præ-
curſoris Domini Dei Seruatoris noſtri Ieſu
Chriſti de Gennario, tendit autem vſque-
ad vallonem, qui nominatur Felicen, ipſe
autem vallo deſcendit vſque ad fluuium Ca-
pinium, & deſcendit per ipſum fluuium-
Tappinium vſque ad vallonem qui nomina-
tur Garata, & ipſe autem vallo deſcendit
inter nominatum territorium Tori & terri-
torium Ciuitelle vſque ad quendam riuulū,
qui riuulus diuidit atque ipſum territoriū
Tori, & territorium autem quod vulgo no-
minatur aut ab omnibus appellari ſolet Ti-
bice, aſcendendo vero ad ſtradam necnon
plateam quæ nominatur plerumque ſtrada
Capiniana, & ipſa autem ſtrada dicitur
quondam maiorumque noſtrorum tempo-
re fuiſſe inter ipſum ſupranominatum ter-
ritorium Tori, territorium autem Tibice-
dicitur, vt nonnulli volunt, aſcendendo ire-
vſque ad territorium quod nominatur Ca-
ſtrum Catalupi, & vadit vſque ad ipſum
territorium Capitelle, Capitella autem eſt
Eccleſia ſecundum multorum hominum
ſententiam atque opinionem Eccleſia quæ
nominatur ad s.Mariam in Ranula, & de-
ſcendit ad ipſum riuulum qui nominatur
Ranula, & ipſe riuulus deſcendit inter idem
Territorium Tori & territorium quod no-
mi-

minatur (vt omninm fere gentium moderno tempore viram agentium eſt opinio) Ripitelle, quod deſcendere videtur vſque ad collem Pizatum qui eſt iuxta Pizata, & vadit (vt videre omnibus licet) vſque ad petram cruciatam, & ab ipſa autem petra deſcendere videtur vſque ad ipſum Cannitum quod eſſe dicitur in capite ipſius riuuli Veruarielj, prædictus vero riuulus diuidit propemodum ipſum riuulum territorij Tori, & territorium quod nominari videtur Ripitellum deſcendit vſque ad prænominatum fluuinm Tappinum, & à Tappino fluuio aſcendit per ipſum collem caualcum & vadit ad illam ſerram quæ nominatur collis de Ciraſiano, & ab ipſa ſerra pergit vſque ad prædictum flumen.

Ego Talcon Notarius & Scriba ſacri Beneuētani Palatij taliter ſeribere præcepi. Actum intra idem Monaſterium feliciter.

Incipiunt hic Capita ſextæ partis.

1 *Ioannes Epiſcopus Beneuentanus ac Sipontinus, de Eccleſia S. Martini.*
2 *Landolphus Epiſcopus atque Archiepiſcopus Beneuentanus, de Eccleſia ſancti Mennæ.*
3 *Vldaricus Archiepiſcopus Beneuentanus, de Eccleſia S. Mariæ in Olcino.*
4 *Milo Archiepiſcopus Beneuentanus de S. Maria & S. Benedicto.*
5 *Roffrid Archiepiſcopus Beneuentanus de S. Benedicto in Muricone.*
6 *Iandolphus Epiſcopus Beneuentanus de Monaſterio S. Onophrij.*
7 *Angelus Epiſcopus Troianus de Eccleſia S. Sophiæ in Troia.*
8 *Arderamus Epiſcopus Vulturarienſis de S. Stephano foris Caſtello magno.*
9 *Mainardus Epiſcopus Arianenſis, de Eccleſia S. Angeli in Ioriano.*
10 *Robertus Dux, de Caſtello nouo quod nominatur Ripe longa*
11 *Robertus Dux, de Eccleſia S. Angeli in Peſclo.*
12 *Roggerius Dux, de Plateatico nobis tollendo.*
13 *Gerardus Comes de Eccleſia in Alipergo & in Mutrone ſita.*
14 *Eribertus Comes, de Caſtello quod nominatur Fornito & Totonis.*
15 *Eribertus Comes vt nemo Baronum ſuorum noſtros homines recipiat.*
16 *Iordanus Comes de Eccleſia S. Angeli in Ioniano cū ſuis Eccleſijs & pertinētijs.*
17 *Iordanus Comes de vineis, terris, iſtis & Eccleſijs S. Marciani cum reliquis ſuis pertinentijs omnibus iuxta Leo cubante.*
18 *Iordanus, Comes de Monaſterio S. Onophrij.*
19 *Vgo Comes Bulanenſis, Madelmo Abbati de caſtello quod nominatur Neclo.*
20 *Simon Comes Dulanenſis Bernardo Abbati de caſtello Neclo & S. Marci in Sepino.*
21 *Robertus Comes de lignis incidendis in Monte Dragone creſcentibus.*
22 *Robertus Comes de Laurinello, de Eccleſia S Saluatoris de Florentino.*
23 *Henricus Comes de Eccleſia S. Nicolai in Fililo & Saluatoris de Florentino.*
24 *Stephanus Schuldais de platea publica; vbi modo dormitorium eſſe dicitur.*
25 *Pandolphus Princeps de molendinis in monte qui nominatur Leproſus.*
26 *Petrus Epiſcopus Portuenſis de rebus Petri Tianenſis.*
27 *Pandolphus Princeps de commutatione inter S. Sophiæ Monaſterium,*
28 *Hubertus Comes de loco Pantano.*
29 *Sicardus Comes de Vida & loco Pātano.*

Ioannes Epiſcopus Beneuentanus ac Sipontinus de Eccleſia S. Martini.

In nomine Domini Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti; Anno quinto decimo Imperij diuorum noſtrorum Romanorum Conſtantini ac Chriſtophori magnorum Imperatorū & duodecimo anno Domini Iandolphi antipati Patritij & Principis, & Domini Atenolphi eximij Principis menſe Februario, prima Indictione, necnon duodecimo anno Domini Ioannis Venerabilis Epiſcopi quādo fauente Deo Beneuentanæ ac Sipontinæ Eccleſiæ Antiſtes conſecratus eſt. Nos Ioannes in præfata ſanctę Dei Genitricis Mariæ ſede Pontificis prælatus, Declaramus quoniam tu Petre Clerice habitator ciuitatis Biuinenſis filius Rodelfridi ædificaſti Eccleſiam nomine Martini in eadem ciuitate Biuina in proprio territorio tuo, & deprecatus es nos, vt eandem tibi liberam atque ſolutam conſtitueremus ab omni conditione noſtræ Sedis; Nos vero audiuimus deprecationem tuam, & recordato ritu anteceſſorum noſtrorum cum conſenſu Sacerdotū ac Leuitarum, omniumque ordinum Clericorum, per hoc noſtrum roboreum firmitatiſque præceptum, præfatam ſupradictāq; Eccleſiam liberam eſſe cōſtituimus tibi atque hæredibus tuis ab omni conditione noſtræ Sedis ſupra nominatæ, amodo & deinceps, vt nec Presbyteri, nec Archipreſbyteri, nec quilibet noſtrorū Clericorum aliquam poteſtatem aut donationem, vel etiam actionem habeat vel minimam in eadem Eccleſia, veruntamen perpetuis temporibus habeas tu illam & hæredes tui in veſtra diſpoſitione & dominatione, ſicut veſtra fuerit voluntas; excepto, ſi Presbyter fuerit defunctus qui eandem Eccleſiam regere videbitur, ſemper ibi Sacerdos ordinetur qualem volueris tu, & hæredes tui, cum conſenſu quidem noſtro, vel ſucceſſorum noſtrum. Et vt hæc ab omnibus incunctanter ſeruentur, annulis ſanctæ Genitricis figu-

figurantibus in vna parte ſignum ſanctæ Crucis cum arcu in vtroque crucis latere, cum duabus columbis aſtantibus, atque in altera parte nomen ſanctæ Mariæ in cruce affixum depinximus roboratum. Quod videlicet præceptum tibi Leoni Diacono, ac Subdiacono ſcribere iniunximus, necnon & Sacerdotes proprijs manibus, reliquoſq; Cleros noſtros ſeſe ſubſcribere iuſſimus, & per confirmationem ſupradictorũ omnium ſecundum conſuetudinem præceptorum manu noſtra ſubſcripſimus.

Actum Beneuenti in ſacratiſſimo Epiſcopio.

Ego Ioannes Archipresbyter ex iuſſione Ioannis Epiſcopi me ſubſcripſi.
Ego Ioannes presbyter & Abbas ex iuſſione Domini Ioannis Epiſcopi me ſubſc.
Ego Seildatus Diaconus atque presbyter me ex iuſſione Superiorum ſubſcr.
Ego Mageleardus Subdiaconus me ſubſcripſi.
Ego Engelgardus Clericus me ſubſcr.

Landolphus Archiepiſcopus Beneuentanus de Eccleſia S. Menna.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Domini æterni. Anno trigeſimo ſecundo principatus Dom. Pandolphi eximij principis, & ſexto decimo anno principatus Dom. Landolphi glorioſi principis filij, menſe Martio, tertia Indictione, necnon & ſexto anno Dom. Landolphi vener. Epiſcopi, quo, Domino fauente, Beneuentanæ, ac Sipontinæ Eccleſiæ Archiepiſcopus ordinatus eſt. Landolphus in præfata ſanctę Dei Genitricis ſede Archiepiſcopus prę latus. Dum vos Auxenti, & Theodorice filij cuiuſdam Aroaldi habitatores Caſtri, quod Toceum dicitur in finibus eiuſdem Caſtri Eccleſiam, à nouo conſtruxiſtis fundamine, in proprio vero territorio, in honore s. Mennę in loco qui ſub eius nomine appellatur, & de ea ſecuritatem à nobis habere quæſiuiſtis; ideoque recordato ritu anteceſſorum noſtrorum, cum conſenſu Sacerdotum ac Leuitarum omniumque ordinum Clericorum, per hoc noſtrum roboreum præceptum conceſſimus & tribuimus vobis veſtriſque hæredibus firmiſſimam de ea libertatem, ſcilicet, vt amodo & deinceps vos, & veſtri hæredes libere, ſecuriterque illam perpetuis temporibus poſſideatis & ordinetis ſecundum veſtram voluntatem, abſque contradictione noſtra, ſucceſſorumque noſtrorum, ſeu Archipresbyteri, ſeu cuiuſlibet noſtri ordinis requiſitione: & quando in præfata Eccleſia presbyter ordinandus erit, à vobis & à veſtris hæredibus ordinetur; & quidquid in ea Dominus qualitercunque dederit, veſtræ veſtrorumque hęredum ſit poteſtati, vt diximus, abſque noſtra poteſtatumque noſtrorum, vel aliculus noſtri Ordinis contrarietate; & à nullo ex noſtris hoc remoueri ſucceſſoribus per Dominum Omnipotentem, ſanctoſque eius omnes adiuramus: Et vt ab eis incunctanter credatur, annulis ſanctæ Dei Genitricis figurantibus in vna parte ſignum ſanctæ Crucis cum arcu in alteroq; crucis latere duabus columbis aſtantibus, & in altera parte nomen ſanctæ Mariæ in cruce depictum affiximus roboratum. Quod videlicet præceptum tibi Aioni ſcribere dictauimus atque etiam præcepimus, necnon & proprijs manibus Sacerdotes, reliquoſque Cleros noſtros ſe ſubſcribere iuſſimus; & pro confirmatione ſupradictorum omnium ſecundũ conſuetudinem præceptorum manu noſtra ſubſcripſimus.

Actum Beneuenti in ſacratiſſimo Epiſcopio feliciter.

Ego Leo Presbyter ex iuſſione Dom. Landolphi Archiepiſcopi me ſubſcr.
Ego Rodegarius presbyter, & Abbas me ſubſcripſi.
Ego Maielpatus Diaconus me ſubſcr.
Ego Adelpharius Diaconus me ſubſcr.
Ego Petrus Clericus me ſubſcr.
Ego Henricus Clericus me ſubſcr.
Ego Bernardus Clericus me ſubſcr.
Ego Paulus Clericus me ſubſcr.

Vdalricus Archiepiſcopus de ſancta Maria in Oliuina, & de ſancto Benedicto.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Domini æterni, & in nomine ſanctæ Indiuiduæque Trinitatis. Ego Vdalricus Domini gratia ſanctæ Beneuentanæ ſedis Archiepiſcopus, notum facimus omnibus fidelibus Catholicæ Eccleſiæ in noſtra reſidentibus præſentia, cunctiſque in gremio Eccleſiæ manentibus: quoniam dum in ſancta Eccleſia Catholica Dei Genitricis & Virginis Mariæ noſtri Epiſcopatus reſediſſem ſimul cum Dodone Epiſcopo, ac Vicario Domini noſtri Summi Pontificis & vniuerſalis Papæ noſtri ſanctiſſimi nomine Nicolai, & Bernardo Coepiſcopo, & Cancellario prædicti Domini Papæ glorioſiſſimi, ibique reſidentibus cæteris Epiſcopis, ſcilicet Ciuitatenſe, Florentinenſe, Larinenſe, Montecorbinenſe, Bubianenſe, necnon & Teleſinenſe, & Aliſinenſe, Bibinenſe, Frequentinenſe, cum Abbatibus, Sacerdotibus cæteriſque gradibus Eccleſiæ ſimul cum aliquibus Laicis, ibique perficientibus ad ſanctam Synodum, inter cætera quæ in eadem Synodo dicta & emendata ſunt, Dominus Amicus Abbas monaſterij ſanctæ Sophiæ ſurrexit de ſede ſua, proſtratuſque humi humiliter, & reuerenter cœpit reclamare, & quæſtionem facere aduerſus Leonem Epiſcopum Dragonarienſem, quatenus

tenus ipſe contra Catholicam auctoritatem tenere duas Eccleſias: vnam quæ nominatur ad ſanctam Mariam conſtructam in loco qui Nolicino nominatur: aliam quæ vocatur ad ſanctum Benedictum conſtructam intra mœnia eiuſdem ciuitatis Dragonenſis, vna cum iuribus ac poſſeſſionibus earum eccleſiarum; quoniam ipſas Eccleſias dicebat eſſe pertinentes iam nunc nominato monaſterio. Tunc ipſe Leo conuocatus, humiliter & patienter adorauit eandem ſanctam Synodum; interrogatuſq; quid inde diceret? Ipſe Leo Epiſcopus cœpit maniſeſtare & dicere, quatenus prænominatas Eccleſias cum omnibus illarum iuribus legaliter & iuſte prænominatum monaſterium ſanctæ Sophiæ debet tenere & poſſidere, & recte debent eſſe ſubiectæ præfato monaſterio, & ſibi Leoni Epiſcopo, & Dragonariæ Eccleſiæ dicebat nequaquam pertinere debere, nec ipſe inde quicquam tollere; nec vllam inuaſionem contra præfatum ſanctæ Sophiæ Monaſterium aliquando vel vllo tempore ipſe feciſſet, ſed ab alijs inuaſoribus, atque raptoribus hoc nefarium facinus atque ſacrilegium operatum eſſe. Hoc audito, placuit nobis & ſanctæ Synodo, vt ipſe Leo Epiſcopus per paſtoralem pedum, quod ille ſuis proprijs tenebat manibus, renueret prædicto Abbati ad partem prædicti monaſterij iam dictas eccleſias cū omnibus rebus, ac poſſeſſionibus ipſis eccleſijs pertinentibus; & mox ſecundum noſtrum & ſanctæ Synodi præceptum præfatas per paſtoralem baculum renuit eccleſias, vna cum omnibus illarū pertinentijs, & dicens manifeſtauit ſe: vt neq; Leo Epiſcopus neque ſui ſucceſſores, neque pars ipſius iam d. Epiſcopi aliquāto tempore de iā d. eccleſijs, & de illarum rebus ac pertinentijs cum parte iam dicti monaſterij non cauſarent atque contenderent per nullam quamlibet inuentam rationem: verumtamen amodo & perpetuis temporibus, tam ipſe Amicus Abbas, quam eius ſucceſſores, ſeu & pars iam d. monaſterij iā nominatas eccleſias cum omnibus earum poſſeſſionibus, & rebus, tam quæ modo habere, & poſſidere videntur, ſeu quam & omnia illa quæ inantea Dominus per illos & ſuos fideles in ipſis Eccleſijs dederit, firmiter habeāt, nec non & poſſideant, iuxta textū de nomine illius monaſterij, & de iam dictarum eccleſiarum continentijs, & pertinentijs, vna cum inferius, & atq; ſuperius cum aquis & cum vijs & anditis omnibuſque ſuis pertinentijs, ſine aliqua contradictione iam nūc d. Leonis Epiſcopi eiuſq; ſucceſſorū, ſeu à parte iā d. ſui Epiſcopi, ſed ſine cuiuſlibet requiſitione ab illorum partibus. Propterea per conſenſum omnium qui in ipſa ſancta Synodo reſederunt, confirmauimus iuxta inſtitutionem Sanctorum Canonum iam dictas eccleſias cum omnibus earum rebus, & pertinentijs, vt præfatum ſanctæ Sophię monaſterium habeat, atque poſſideat, nulla violentia ab aliquo ſibi ingerenda. Et vt cuncta quæ ſuperius leguntur in perpetuū recordentur & conſeruentur, annulo noſtro hoc præceptum inſigniri iuſſimus, noſtriſq; manibus ibidem annotauimus & ſubſcripſimus.

Datum per manus Ioannis Clerici, in anno ab Incar. Domini noſtri Ieſu Chriſti 1061. & nono anno pontificatus Dom. Vdalrici pijſſimi Pontificis, menſe Iunio Indict. 14. feliciter admodum.

Ego qui ſupra Vdalricus Archiepiſc.
Ego qui ſupra Dodo Roſellanus Epiſcopus interfui, conſenſi, nec non & ſubſcripſi.

Milo Archiepiſcopus de ſancta Maria & S. Benedicto.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, Domini æterni, & in nomine ſanctæ & Indiuiduæ Trinitatis, anno Dominicæ Incarn. 1075. Dom. Gregorio VII. Summo Pontifice Romanæ Sedis, ſecundo anno pontificatus ſui feliciter præſidente. Cum ego Milo Domini nutu Beneuentanæ prouincię Archiepiſcopus primo anno noſtri Præſulatus more eccleſiaſtico ſolemniter Synodali auctoritate in Baſilica ſanctæ Dei Genitricis & Virginis Mariæ agerem vna cum Godefrido Teruſano Epiſcopo, ſeu cum Coepiſcopis & Abbatibus ad noſtram Diœceſin pertinentibus pariter nobiſcum venerabiliter reſidentibus, ſcilicet Bernardo Agathenſi, Alberto Bouianenſi, Petro Gardienſi, Rutgero Ciuitatenſi, Gilberto Teleſino, Ruberto Florentinenſi, Nicolao Termulenſi, Azzo Lucerino, Vvillhelmo Larinenſi, Manardo Trianenſi, Ioanne noſtræ Eccleſiæ Archipresbytero, Alberto Abbate ſancti Modeſti, Laurentio Neapolitano, Sauino Abbate ſancti Lupi, necnon Domino Iandolpho Principe, & Stephano Schuldachis, cæteriſque nobilibus Beneuentanis, cum pluribus pondus teſtimonij habentibus; inter alia vero quæ hinc inde agebantur & reſeruabantur, Madelmus Cœnobij ſanctę Sophiæ Abbas ſurrexit in medio Cōuentus, & proclamauit ſuper Epiſcopum Draconarij nomine Campo pro duabus eccleſijs ad prædictum Monaſterium s. Sophiæ pertinentibus, quarum altera dicitur ſancta Maria in Allicino, altera vero s. Benedicti in eadē ciuitate ſita. Ad hæc Epiſcopus Campo de hoc negotio requiſitus, reſpondit: olim quidem maiorumque noſtrorum tempore illas prędictas eccleſias duas ad pręfatum monaſterium vere pertinuiſſe per quædam munimina; ſed poſtea furata fuiſſe, & taliter iam dictas eccleſias ad ſuum ius redactas fuiſſe, & vſque modo iure tenuiſſe.

Tunc

Tunc prędictus Abbas protulit pręceptum A ſigillatum, in quo continebatur quomodo à noſtro prædeceſſore beatę pięque memoriæ Vdalrico Archiepiſcopo confirmatum & teſtatum fuiſſet de illis duabus ecclesijs ad prædictum Monaſterium ſanctę Sophiæ, ipſius Monaſterij Abbate Amico, noſtræ aduerſus Leonem tunc temporis Diaconariæ Eccleſiæ Pręſidentem, in præſentia quidem Archiepiſcopi Vdalrici, & Dodonis Roſellani Episco[illegible], ſed & Bernardi Epiſcopi & Cancellarij ſanctę Romanę Sedis Domini Nicolai Papæ Legatorum, aliorumque Epiſcoporum, ſeu Abbatum, qui Synodali tunc Conuentui inter[illegible]rant. Cumque præceptum perlegeretur, M[illegible]ardus Trianenſis Epiſcopus, & Adel[illegible]herius B Archidiaconus, & Roffridus Diaconus, & Bibliothecarius noſtræ eccleſię, ſed & plures alij boni teſtimonij viri reſponderunt, & conſ.nſerunt & confirmarunt in pręſentia noſtra, ita verum eſſe quemadmodum in principio legebatur, eo quod ſalua fide ſine vlla falſitate ita feliciter reminiſcerentur eſſe. Itaq; Epiſcopus iam ſępedictus Campo pręter [illegible]uam exiſtimationem audiens, atque intel[illegible]igens veritatem & ſcriptis, & bonorum virorum teſtimonijs, nolens alia pro alijs obijcere, maximè in tali Conuentu, & quod non decet Epiſcopum, vel aliquem Catholicum virum in re vera angulos vbi non ſunt quærere, vltra nihil habens C quod reſponderet, cunctis audientibus, ſicut iuſtitia dicebat, retinuit, ea ſe deinceps extorrem fieri pręcepit, atque promiſit nunquam ſe amplius inde agere cum prędicto Abbate & ſucceſſoribus, tantum reſeruata ſibi Canonica & Parochiali auctoritate. Propterea ego noſtra beneuolentia omnibus quidem obnoxia, ſed maximè Dominum timentibus & domeſticis fidei comes in te mota, decreuit in eadem Synodo cum omnium aſſenſu ſecundum Canonum auctoritatem fieri pręceptum ad partem prędicti monaſterij, & noſtro ſigillo corroborari, ac propria manu ſignari, ac confirmari, ſimul cum prędictis Epiſcopis & Abba- D tibus, omnique Synodali Conuentu; ita vt in poſterum ſine vlla contradictione pręſentium, vel etiam futurorum habeat ac poſſideat prędictus Abbas cum ſuis ſequacibus iure perpetuo prędictas ec[illegible]leſias cum omnibus hodie earum pertinentijs & deinceps in futuro, iuxta textum & auctoritatem pręcepti à noſtro prędeceſſore bonæ recordat. Vdalrico Archiepiſcopo de ijs Eccleſijs ad idem monaſterium Canonico iure confirmati; nulla ratione Campo ſępedicto Epiſcopo, vel ſucceſsoribus ſuis, vel quibuſlibet perſonis calumniantibus deinceps vel refragantibus.

Scriptum autem per manus Ioannis Clerici & Cantoris noſtra Eccleſiæ, menſe Martio, Indict. 14.

Datum vero per manus ſupradicti Rofridi Diaconi atque Bibliothecarij; die videlicet Kalendarum Aprilium.

Signum † Milonis Archiepiſc.

Ego qui ſupra Godefridus Teruſanus Antiſtes.
Ego qui ſupra Bernardus Agathenſis Epiſcopus.
Ego qui ſupra Albertus Bouianenſis Epiſcopus.
Ego Meinardus Trianenſis Epiſcopus.
Signum crucis factum per manum ſuprad. Petri Guardienſis Epiſc.
Ego qui ſupra Ioannes Archipresb.
Ego Sabinus Abbas.
Ego Rutgerus Ciuitatenſis Epiſc.
Signum crucis factum per manus ſuprad. Gilberti Teleſini Epiſc.
Ego Robertus Florentinus Epiſc.
Ego Nicol[illegible]us Termolenſis Epiſc.
Ego Azzo Lucerinus Epiſc.
Ego Vvillelmus Larinenſis ſubſcr.
Signum crucis factum per manus Lepaldi Abbatis monaſterij Domini Saluatoris de Teleſia.
Signum crucis factum per manus ſuprad. Alberici Abbatis.

Roffridus Archiepiſcopus de ſancto Benedicto.

In nomine ſanctæ & indiuiduę Trinitatis. Nos Roffridus humilis Archiepiſcopus huius S. Beneuentanę ſedis. Noſtrę ſedis exigit auctoritas nos de eccleſiarū ſtatu ſollicitos eſse; quę praua atque obſcœna ſunt emendare; quæ autem recta & iuſta ſunt cō firmare. Conſtat igitur, Comitem Gerardum in præſentia Dom. Meynardi Tiranenſis Epiſcopi, & Herberti ac Roberti filiorū eius, vnam Eccleſiam vocabulo s. Benedicti, quę intra noſtram Diœceſim ſita eſt, non longe à ciuitate Maona, pro redemptione animæ ſuę parentumque ſuorum in monaſterio ſanctæ Sophię obtuliſſe, in quo monaſterio Madelmus venerab. Abbas pręeſse videtur. Nos autem prouidentes quod melius ipſa eccleſia quam hactenus proficiat, ideo placuit nobis per hoc noſtrum roboreum præceptum, eandem eccleſiam cum omnibus pertinentijs ſuis, quam iam dictus Comes obtulit, in pręfato Monaſterio concedere atque confirmare; ea ratione, vt amodo & deinceps, & in perpetuis tēporibus ipſe ven. Abbas eiuſdē monaſterij, & eius ſucceſsores poteſtatem habeant iam dictam eccleſiam vna cum omnibus ſuis pertinentijs tenere & dominari, & Rectores ibidem ordinare & amouere, & omnia ibidem agere quęcunque voluerint ad commodum & profectum ſiue vtilitatem ipſius monaſterij & pręfatę Eccleſiæ, abſque mea

vel

vel meorum ſucceſſorum, aliorumque hominum aliqua contrarietate. Si quis autem hanc noſtram conceſſionem irritam facere voluerit, volendo ipſam eccleſiam, vel de eius pertinentijs ex eodem Monaſterio ſubtrahere, eundem anathemate condemnamus, quatenus in futuro iudicio æternæ pœnæ ſubiaceat: & in eodem Cœnobio ſacro bonum facienti, iuſtus Iudex æternæ vitæ prҽmia largiatur. Et vt hoc perpetualiter firmum & ſtabile permaneat, & ab omnibus obſeruetur immobiliter, noſmetipſi propria manu ſubſcribendo ſigno ſanctæ Crucis illud corroborauimus, & ſigilli noſtri impreſſione inſigniri præcepimus & demandauimus, & ſigillo noſtra inſignia appendi voluimus. ac tibi Ioanni Clerico & Notario atq; aduocatori ſanctæ noſtræ ſedis ſcribere ego quamuis indignus Archiepiſcopus Roffridus taliter iuſſimus.

In anno ſcilicet Domini Incarn 1078. & ſecundo Pontificatus mei anno, & 7. Id. Ian. Indict. 15.

Ego qui ſupra nominatus Roffridus Archiepiſcopus feliciter admodum.

Landolphus Beneuentanus Archiepiſcopus de Monaſterio ſancti Onuphrij.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, Domini æterni, cunctis omnibuſque Catholicis viris Beneuentanæ Diœceſis, Landolphus diuina concedente miſericordia Beneuentanæ prouinciæ ciuitatiſque Archiepiſcopus, benedictionem. Nouerit omnium veſtrum dilectio, fratrem venerabilem honoreque dignum Abbatem Prioremque monaſterij B. Onuphrij quod ſitum eſt in loco Valdo de Mazocca vna cum confratribus ſuis eiuſdem loci, per licentiam à nobis acceptam ac conſecutam pro auctione atq; defenſione ipſius monaſterij obtuliſſe Domino in monaſterio ſanctæ Sophiæ quod locatum atque ſitum eſt intra ciuitatem noſtram Beneuentanam quodammodo gubernāre Domino, quod & regere necnon moderare videtur Bernardus Abbas venerab. Integrum videlicet monaſterium ipſum B. Onuphrij, pariter & cum Eccleſia ſancti Michaelis Archangeli ibi propinque ſita, vna cum omnibus tam Eccleſiarum quam & aliarum rerum, mobilium ac immobilium, ad ſupra nominatum locum pertinentibus, nec non & hominibus in eodem loco morantibus & manentibus, ſecundum textum ſcriptæ oblationis, quam præfatus Abbas inde habet. Itaque ad rogum eiuſdem venerab. Abbatis & Religioſorum Fratrum præfati monaſterij ſanctæ Sophiæ virginis per præſentis ſcripti paginam (ſalua liquidem noſtræ ſedis reuerentia) concedimus & confirmamus in eodem venerab. monaſterio ſanctæ Sophiæ, integram oblationem præfati Prioris cum omnibus ſuis adiacentijs; ea videlicet ſanctione, vt amodo & deinceps omni tempore tam tu ipſe prænominate Abbas, quam & tui ſucceſſores eandem oblationem iam nominati Prioris integram habeatis & poſſideatis in omnib. ſecundū ſcripti oblationis continentiā, ſine vlla inquietudine noſtra, vel noſtrorū ſucceſſorū (in hoc Beneuen. ſanctæ Antiſtitis ſaluata ſemper reuerentia) verūtamen ſtatuimus, vt omni tempore venerabilis ille locus in ea religione & habitu Fratrum ſemper conſeruetur ac permaneat, quemadmodū moderno tempore cuſtoditur. Defuncto etiā Priore, de confratribus eiuſdem Monaſterij, ac loci quem Fratres ſibi voluerint, Priorem habeant. Quod ſi autem in eadem Congregatione talis qui dignus ſit non inueniatur, tunc de Confratribus ſanctæ Sophiæ Prior ibidem ordinetur. Sic tamen, vt eundem habitum eandemque religionem ac ſtatum ſuſcipiat. Si qua vero Eccleſiaſtica ſæculariſue perſona contra hoc noſtrum roboreum firmitatis præceptum egerit aut agere attentauerit, à Chriſtianorum fidelium Congregatione ſegregetur: conſeruantibus autem ſit pax & tranquillitas Domini ac Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti.

Quod Tranſoni Clerico nec non & Notario noſtro ſcribere iuſſimus; anno Dom. Incarn. 1113. Pontificatus noſtri Dom. Papæ anno decimo quinto, Præſulatus autem noſtri anno ſexto, menſe Iun. Ind 6.

Ego Landolphus Beneuentanus Archiepiſcopus ſubſc.
Ego Roffridus Diaconus, nec non & Bibliothecarius & Archipresbyter.
Ego Ioannes Cardinalis.
Ego Conſtantinus Cardinalis.
Ego Hermannus Cardinalis.
Ego Ioannes Primicerius.

Angelus Epiſcopus Troianus.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, Domini æterni, anno 1037. necnō & quarto anno regnante D. Michaele ſanctiſſimo Imperatore noſtro; menſe Febr. Indict. 5. Ego Angelus gratia Domini opitulante Præſul ſanctæ Eccleſiæ Dei Genitricis Virginis Mariæ, & totius Diœceſeos ciuitatis prouinciæque Troianæ, anno Præſulatus mei ſiue conſecrationis nono: declaro atque clare facio ego quidem præfatus Præſul: quoniam annuente Domino Dominus Bizzantius venerab. nec non & Reuerendiſſimus Abbas vocabulo Cœnobij ac monaſterij ſanctæ Sophiæ, quod ſitum ac locatum eſſe dignoſcitur intra murum ciuitatis Beneuentanæ, idem prædictus venerab. Abbas intus prædictam ciuitatem Troianam iuxta murum & in parte Orien-

tali ædificauitEccleſiam vocabulo S.Sophiæ
iu proprio territorio ſuo à nouo fũdamine.
Quamobrẽ tu qui ſupra nominatus Abbas,
cœpiſti me præfatum præſulem deprecari
atque à me quærere, vt quemadmodum ab
alijs Epiſcopis de cæteris ciuitatibus Italiæ
extant Eccleſiæ liberæ per ſcriptum obla-
tionis atque conceſſionis eorum,ita & ego
firmatem tibi prædicto Abbati ſtabilitatẽ
& liberationem de ipſa prænominata noua
Eccleſia Troiana à te conſtructa , a præno-
minato Præſule dedicata: Qui eiſdem pe-
titionibus exauditis , diſpoſui tuum velle
haudquaquãdifferre,reminiſcens ea quæ de
Eccleſiatũ conſtructoribus D.Zacharias Pa-
B pa præfixit iuCõcilio:vt Eccleſia vel Cœno
biũ canonice exſtructũ à dominio conſtru-
ctorũ inuite haudquaquã auferatur,liceatq;
illi Presbytero cui voluerit pro ſacro offi-
cio illiusDioceſeos & bonæ auctoritatis di-
miſſorie cum conſenſu Epiſcopi, ne malus
exiſtat , commendari , ita vt ad præfatam
iuſtam reuerentiam ac placitum ipſius Epi-
ſcopi Sacerdos recurrat . Quamobrem per
rogum Ioannis Galiardi & Imperiali Em-
proſopo quod poſcis & precatu tuo aut cæ-
terorum Venerabilium, necnon & fidelium
fratrum conuenientium nos deſiderium ve-
ſtrum ouanter triumphanterque implemus
atque perficimus ; veruntamen nunc ante-
C ceſſorum noſtrorum totius Italiæ epiſcopo-
rum recordato ritu & exemplo eorum qui
nunc præſunt Epiſcopi , vna cum Aduoca-
tore ac auctore dilectiſſimo filio Ioanne Ar-
chipresbytero , vel cum conſenſu illius Ar-
chipresbyteri Ioannis. & Archidiaconi no-
mine Grimij , vel primicerio Fulconis Preſ-
byteri , ſeu & aliorum Sacerdotum ac Le-
uitarum , omniumque ordinum Clericorũ ,
per hoc noſtrum roboreum præceptum ,
necnon & per Baiulum noſtræ manus tibi
Venerabili præſcripto Abbati tradidi in
præſentia Ioannis Iudicis filij Vrſi Dia-
coni , & Adonis Iudicis & per bacu-
lum in noſtra manu tenentem. prænomina-
tam Eccleſiam S.Sophiæ , quæ eſt conſtru-
D cta iu iam dicta ciuitate Troiana , qua
ſuperius pateſecimus vobis pertinentem
eſſe , cum omnibus quæ ibidem Dominus
per ſuos famulos dederit in iam nominata
Eccleſia , ſemper omnique tempore habea-
tis poteſtatem ſonare more monaſtico cã-
panas , ſicut ſolet in eodem Monaſterio , &
ſemper liberam eam eſſe concedimus ab
omni conditione , contradictione , requi-
ſitione & qualibet moleſtatione noſtra , vel
poſterorum ſeu ſucceſſorum noſtrorum ;
quam & cogente nos Canonica & regulari
inſtitutione colligamus atque obligamus
nos noſtroſque ſucceſſores & poſteros per-
ſtare indiſſolubiliter atque manere ſemper
in ſtatutis necnon & ſanctionibus per præ-
ceptum iſtius libertatis corroboratum at-
que confirmatum à me , & nullam condi-

A tionis requiſitionis poteſtatem habeamus;
tam in iam dicta Eccleſia,quam & in omni-
bus quæ à fidelibus ibidem data fuerint.
Quin & etiam hoc vobis concedimus : vt
omni anno ſemper in cœna Domini habea-
tis à me munera quæ firmata dicuntur , &
à meis poſterioribus vel ſucceſſoribus ; &
ſi dare noluerimus , anathematis vinculo
constricti Canonicam ſubeamus pœnam.
Ea videlicet ſanctione hæc omnia quæ ſu-
perius ſcripta ſunt confirmauimus , atque
hanc libertatis firmiſſimam munitionem
conceſſimus vobis in tutelam , vt amodo
& ſemper atque in perpetuis temporibus
tibi prædicto Abbati vel poſteris vel ſucceſ-
B ſoribus tuis , vel omnibus qui à vobis fue-
rint ordinati de quocunque gradu,ordine,
vel officio fuerint, habeatis abſque cõtradi-
ctione mea,omniũq; poſterorum vel ſucceſ-
ſorum noſtrorum prędictam Eccleſiam,cum
omnibus quæ à fidelibus ibidem data aut
oblata fuerint, à nullo ex noſtris hoc remo-
ueri aut tolli ſucceſſoribus & poſteris , per
Dominũ Omnipotentem trinum & vnum,
eiuſque ſanctos cæliteſque omnes adiura-
mus . Et vt ab eis incunctanter credatur,
ſigillum figuræ vbi depicta eſt ſanctæ Dei
Genitricis cum Saluatore in vlnis imago ,
& circum in giro legitur : *Virgineis mem-
bris genuit quem geſtat in vlnis* ; & ab a-
C lio latere legitur nomen S. Mariæ . Si quis
autem , quod abſit , neſario auſu hanc no-
ſtram libertatem irritam facere voluerit at-
que præſumpſerit , anathematis vinculo re-
ligetur in perpetuis temporibus ; aperiatur
terra & deglutiat eum ſicuti Chore,Datam
& Abiton , alligatus anathemate trecento-
rum decem & octo ſanctorum Patrum ; &
cum Iuda traditore Domini noſtri Ieſu
Chriſti æternis ſit incendijs exurendus .

*Quod videlicet præceptum libertatis Franco
Notario ſcribere iniunximus , necnon & pro-
prijs manibus ſacerdotes reliquoſque Cleros
ſubſcribere iuſſimus ; & per confirmationem
ſupradictorum omnium ſecundum conſuetu-
dinem præceptorum manu noſtra ſubſcripſi-*
D *mus .*

*Actum in ciuitate Troiana in ſacro Epi-
ſcopio noſtro , feliciter admodum .*

Ego Angelus Epiſcopus .
Ego Iohannes Archipresbyter .
Ego Rodelgrinus Archileuita .
Ego Laurentius Cardinalis .
Ego Conſtantinus Cardinalis .
Ego Hermannus Cardinalis Camerarius .

*Arderadus Epiſcopus Vulturarienſis de S Ste-
phano Martyre primo .*

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri
Ieſu Chriſti Domini æterni . Anno trige-
ſimo ſecundo Principatus Domini Pardol-
phi glorioſiſſimi principis, & viceſimo ſep-
timo

timo anno Principatus Domini Landolphi A
magni principis filij, & ſecundo anno Prin-
cipatus Domini Pandolphi eximij Princi-
pis filij ſupradicti Domini Landolphi, nec-
non & tertio anno EpiſcopatusDomini Ar-
deradi Venerabilis Epiſcopi, qui Domino
fauente in Eccleſia S.Michaelis Archangeli
ſanctæ Sedis Vulturarienſis Antiſtes conſe-
cratus menſe Dec. Indict. 11. Nos præno-
minatus Arderadus in præfata Eccleſia
S.Michaelis Archangeli Sedis Pontifex prę-
latus clarefacimus: Quoniã tu Petrus preſ-
byter & Petrus filius Ioannis in Caſtello
magno habitantes, à nouo fundamine con-
ſtruxiſtis Eccleſiã in honore S. Stephani fo-
riſprædicto Caſtello magno, iuxta Eccleſiã
S.Crucis. Veruntamen quoniã ſecundũ Ca- B
nonicã Conſtitutionẽ omnes Eccleſiæ om-
niaq; Monaſteriaq; cõſtructa ſunt, aut quę
conſtruuntur in eiuſdem Epiſcopi poteſtate
conſiſtunt, in cuius diœceſi vel territorio
conſtituta ſunt. Quamobrem petijſtis à no-
bis, tu qui ſupra dictus Presbyter & Petrus
filius Ioannis, quatenus prædictam Eccle-
ſiam vobis liberam conſtitueremus ab om-
ni conditione præfatæ noſtræ Sedis. Verum
quoniam concedenda ſunt ea quæ rationa-
bilia ſunt congruis deſiderijs, inclinati pre-
cibus veſtris vna cum conſenſu Sacerdotum
ac Leuitarum, cæterorumque ordine Cleri-
corum, per hoc noſtrum præceptum liber-
tatis a nobis qui ſupra Arderado Venera- C
bili Epiſcopo prænominatæ Eccleſiæ S. Mi-
chaelis Archangeli tibi prædicto Petro preſ-
bytero & Petro filio Ioannis, vel veſtris
hæredibus, aut cui per vos paruerit, da-
tam libertatem conceſſimus, vobiſque præ-
dictam Eccleſiam vocabulo ſancti Stephani
Protomartyris ab omni conditione præfa-
tæ Sedis noſtræ tradimus; ea ſcilicet ratio-
ne, vt amodo & deinceps in perpetuiſque
temporibus eam ſecuriter ac firmiter ha-
beatis ad noſtram poteſtatem, dominationẽ
& licentiam, atque poteſtatem habeatis vos
& veſtri hæredes, & cui vobis paruerit da-
re, in prænominata Eccleſia S. Stephani
Martyris omni tempore quandocunque D
vobis neceſſum fuerit, Sacerdotem ordina-
re ad ipſam Eccleſiam regendam iuxta ri-
tum Sacerdotij, & omnem ornatum, obla-
tionem, atque ceram, vel ſepulturas, vota-
tiones, necnon & eleemoſynas, & quod-
cunque in ipſa Eccleſia per ſuos famulos
dederit Dominus, totum damus veſtræ po-
teſtati, ſine contradictione mea vel ſucceſ-
ſorum noſtrorum, vel à parte Epiſcopi cõ-
tradictione; & neque à nobis qui ſupra Ar-
derado Venerabili Epiſcopo, vel ſucceſſori-
bus noſtris, neque Archipresbyteris, ne-
que aliquibus noſtri Epiſcopij ditio habea-
tur aliqua in eadem Eccleſia S. Stephani: ve-
runtamen libera atque abſoluta permaneat
in veſtra libertate atq; poteſtate & de veſtris
hæredibus perpetuis temporibus ab omni
iure conditionis vel donationis cuiuſcun-
que, & ſine aliqua læſione plebium noſtra-
rum Eccleſiarum; quam & conceſſionem
monitarem à nullo ex noſtris remoueri ſuc-
ceſſoribus per Dominum Omnipotentem
trinum & vnum, eiuſque omnes ſanctos ac
cælites adiuramus. Et vt ab eis incunctan-
ter credatur, ſignum S.Crucis annulo ſan-
cti Michaelis figuratum affiximus robora-
tum.

*Quod videlicet præceptum libertatis à te En-
gelberto Notario ſcribere rogauimus, necnon
& proprijs manibus Sacerdotes, reliquoſque
Cleros noſtros ſe ſubſcribere iuſſimus; pro cõ-
firmatione omnium ſupradictorum ſecundum
conſuetudinem manu noſtra ſubſcripſimus.*

*Actum in Caſtello Magno feliciter, decima
Indictione.*

Ego Arderadus Epiſcopus.
Ego Endolphus Diaconus.
Ego Theodoricus Subdiaconus.
Ego Martinus Epiſcopus.
Ego Henricus Cardinalis.
Ego Leonardus Cardinalis.
Ego Publius Cardinalis.

Meinardus Epiſcopus Arianenſis, de S.Angelo in Atriano.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri
Ieſu Chriſti, Domini æterni. Anno ab In-
carnat. Domini noſtri Ieſu Chriſti 1080. &
octauo anno Pontificatus Domini noſtri
Gregorij ſeptimi & vniuerſalis Papæ; men-
ſe Nou. Indict. 4. Ego Meinardus gratia Do-
mini Arianenſis Epiſcopus cõfiteor, quoniã
improbe & ſine qualibet prædeceſſorum
meorum auctoritate, immo contra mores
eiuſdem Eccleſiæ S. Angeli quam Monaſte-
rium S Sophiæ de Beneuento legibus perti-
nentem habet foris ciuitatem Arianam vbi
dicitur ad ipſa renolta, à rectoribus plura
irrogaui incommoda, exigendo ibi inſoli-
ta ſeruitia & data, ipſi Eccleſiæ ſcilicet &
rectoribus atque familijs eius. Nunc ergo
quia recognoſco & ſcio quod in tam illici-
tis actibus grauiter deliqui, verendo ne
aliquis ſucceſſorum hoc nefandum exem-
plum à me capiat, & ad ea ingerendum per
eandem viam incedat, & ipſe peccans mi-
hi culpæ huius ad augeat cumulum, ob a-
morem Domini & ſancti Mercurij cuncto-
rumque Sanctorum qui in prænominato
Monaſterio requieſcunt, (cum iuſtum ſit
ab iniquitate recedere, & ad emendationem
tendere) obligo me & meos ſequentes or-
dine quidem conuenientiæ ſecundum le-
gem per hoc ſcriptum, præſentia ſubſcrip-
torum teſtium, tibi Petro Longobardo fi-
lio quondam Gerhardi ad partem & vicem

præſcripti Monaſterij S.Sophiæ, quatenus abhinc in antea nullam ſeruitia, nulla xenia, nullaque data prædictæ Eccleſiæ s. Angeli quæ dicitur ad ipſa reuolta, quærere debeamus aliquo titulo vel modo. Si igitur vnquam ego vel mei ſucceſſores ad hanc iniquitatem redire niſi fuerimus, quærendo aliqua ſeruitia, xenia vel data prædictæ Eccleſiæ ſancti Angeli, vt diripiamus inde aliquid, vel vt ad quidquam nobis perſoluendum quoſdam de rectoribus, ſeu & de familia prænominatę Eccleſiæ inquietemus & compellamus, in Domino per eandem conuenientiam ſecundum legem obligo me & meos ſucceſſores tibi eidem Petro tuiſque hæredibus, & hoc ſcripto in cauſationem offendenti & oſtendenti dicā potius ad partem eiuſdem Monaſterij pro pœna mille ſolidos conſtantinatos componere. Quod tibi Ioanni Notario taliter ſcribere mandauimus.

Actum intra Clauſtra ſupranominati Monaſterij, feliciter admodum.

Ego Meinardus Epiſcopus.
Ego Ioannes Epiſcopus.
Ego Philippus Diaconus.
Ego Lambertus Cardinalis.
Ego Adolphus Cardinalis.
Ego Henricus Cardinalis nos ſubſcripſimus.

Robertus Dux de Caſtello nouo quod nominatur Ripa longa.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Domini æterni, nono anno regnante Domino Roberto Comite, necnon Duce Italiæ, Calabriæ & Siciliæ, menſe Martio, tertia Indictione. Ego Robertus Dux declaro necnon & pronuncio, quoniam habeo Caſtellum nouum quod fecit Mello in ipſa ſilua quæ nominatur ab omnibus moderno tempore Ripa longa, quod mihi eſt pertinens, & per inſpirationem Domini Omnipotentis atq; Angelorū Chriſto Seruatori aſtantium, idem Caſtellum nouum qualiter fecit nominatus Mello congruum mihi eſt illud pro anima mea necnon pro anima parentum meorum iam defunctorum offero in Monaſterio S.Sophię de ciuitate Beneuentanorum, vt in futura vita requiem ego & parentes mei inuenire poſſimus & manſionem apud altiſſimum Dominū accipere necnon conſequi valeamus. Quamobrem ego qui ſupra nominatus Robertus Dux, dum mihi congruum, & aptum videretur, bona etenim mea voluntate ac libera mente ante Ioannem Iudicem atque filium Loponis Presbyteri, alioſque ſubſcriptos teſtes per hanc offertionis chartulam bona quippe mea voluntate ac arbitrio, offero ipſum iam nominatum Caſtellum nouum vna cum omnibus hominibus ac pertinentijs ſuis in iam dictum Monaſterium s.Sophiæ de ciuitate Beneuentana, vbi iam Domino fauente Amicus meus indiuiduus Venerabilis Abbas præeſſe videtur; ac pro vice eiuſdem Monaſterij ipſum Caſtellum recipit à me Dominus Pando Monachus, cum territorijs omnibus, per hos ſequentes fines; incipiendo per pedē montis de Caſtello Gripho, & per medium planum vadit in viam quæ venit de s.Vito, ac vadit ad iam dictum Caſtellum nouum, & abinde vadit per ſuam viam vſque in Vallonem Cupum, & directum trans ipſum Vallonem vadit vſque ad fontanam frigidam de ſpinis, & trans ipſam fontanam qualiter vadit in ipſam ſtradam de Græci, & ipſa ſtrada vadit vſque ad cirzam peduculoſam, & ab inde voluit & vadit in viam quæ vadit ad montem acutum, & ab inde per ipſam viam vadit vſque ad Iamam de monte Caluello, & ab inde voluit & vadit per medium montem Caluellum & vadit ad duos Certios fratres, & ab inde in riuum merdarum, & per ipſum vallonem in ipſum Viuarium vſque in fluuium Sondorem, & trans ipſum fluuium recte vadit in vallonem de Morrone, & per ipſum vallonem ſalit in ipſum vallonem qui deſcendit ab ipſa mediolana vnde per tempus Verni aqua decurrit, & vadit ad ripam albam, & in ipſum fluuium Sandorem, & trans ipſum fluuium vadit & coniungitur vnde fines incœpti atque inchoati ſunt & originem duxerunt. Per omnes autem ſupradictos fines cum planis & montibus, cū terris, ſiluis atque aquis & cum omnibus infra ipſos fines habentibus, atque vna cum omnibus alijs ſuis pertinētijs tranſactiuum in ipſum Caſtellum, in eodem Monaſterio obtuli ad ſemper illud habendum & poſſidendum Abbates & Præpoſiti eiuſdem Monaſterij iure quieto vſque in ſempiternum. Et quicunque huius noſtræ oblationis violator extiterit, volumus atque iure obligamus, vt nonaginta aureos ſciphatos eidem Monaſterio & Curiæ noſtræ componat. Et hæc noſtra oblatio firma maneat in omni tempore & in perpetuum. Et te Ioannem Notarium filium cuiuſdam nomine Franconi, taliter hacque methodo ſcribere & in album referre rogaui.

Actum in vrbe nobiliſſima Troiana, feliciter admodum.

Signum Crucis proprijs manibus ſupra nominati Roberti Ducis datoris.

Ego Stephanus ſanctæ Troianæ prouinciæ Epiſcopus interfui & ſcripſi.
Ego qui ſupra Ioannes Dux ſubſcripſi.
Ego Paulus Epiſcopus.

Ego

Ego Henricus Cardinalis.
Ego Bernardus Cardinalis.
Ego Ioannes Cardinalis ſubſcripſi.

Robertus Dux de S.Angelo.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Domini æterni, anno 1075. ab Incarnat. Domini ac Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, menſe Aprili, Indictione 15. Quamobrem ego Robertus Dux clareſacio atque ſignifico me habere & poſſidere vnam Eccleſiam vocabulo S. Angeli, vbi ad Peſclō nominatur in finibus de Frequentlo intus in eadem in mea, modo vero compulſus atque inſtigatus ſum pro remedio ac ſaluatione animæ meæ, quam & pro ſaluatione animarum & genitorum ac parentum, omniumque amicorum meorum congruum habeo prædictam Eccleſiam cum parte de ipſa te offerre omnipotenti Domino, necnon & præfatæ Eccleſiæ vocabulo s. Sophiæ quæ ædificata eſt intus eadem ciuitate veteri Beneuentana in honore ac nomine Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Dominique æterni. Quamobrem ego qui ſupra nominatus Robertus Dux Domino dum mihi congruū eſſe videtur bona etenim mea voluntate, ſimiliter mecum habendo Henricum Vice-Comitem meum, & Ioannem Iudicem, & alios bonos probitateque perſpicuos homines ac viros de ciuitate nomine Frequentina ſubſcriptos teſtes per hanc videlicet chartulam, pro ſalute ac remedio animæ meæ, quam & pro ſaluatione animarum genitorum & parentum omniumque amicorum ac cognatorum, obtuli Domino & in præfata Eccleſia ſanctæ Sophiæ nominata ipſam iam nominatam rem cum ſupradicta Eccleſia S. Angeli quæ videtur eſſe intus eadem re quam ſuperius pateſecimus ac manifeſtauimus pertinentem habere in ſupranominato loco vbi ad s. Angelum in Peſclo dicitur; & eadem res cum prædicta Eccleſia quam vnanimiter obtulimus, videtur eſſe per hos fines: In primis de vna parte vſque in medium ipſum fluuium Arbium, atque aſcendit per medium ipſum Vallonem & aquam ductam quam faciunt ipſæ fontanæ, atq; deſcendit per medias iam nominatas fontanas, & vadit ad ipſū terminum qui poſitus eſt in directum ſuper ipſas fontanas in ipſa ſerra, & reuoluit per medios ipſos terminos qui ſtare videtur in ipſa iam nominata ſerra, & vadit in ipſum vſque territorium qui ſtare videtur in ipſa coniunctura, de ipſa tria riuum quod facit ipſa tria riuola, & vadit vſque in medium ipſum flumen ſupranominatum Arbium, vnde incœpimus, necnon & inchoauimus fines proprios. Per hos vero fines qui prælegūtur, ex ea re cum prænominata

A Eccleſia quam obtulimus Domino omnipotenti & in prænominata ſancta Eccleſia, atque de ipſa iam dicta noſtra oblatione, quemadmodum prælegitur, nec nobis nedum ad hæredes noſtros, nec cuiquam alteri homini exinde reſeruauimus aliquid habendum aut remanendum, veruntamen totum atque integrum illud, quemadmodum ſupra prælegitur vna cum inferius ac ſuperius cum vijs & anditis ſuis, cum aquis & paſcuis ſuis, cum arboribus fructiferis atque infructiferis, atque cum circumfluētibus aquis, omnibuſque ſuis pertinentijs tranſactiuo illud in eodem ſancto necnon venerabili loco ipſas iam dictas res cum

B ſupradicta Eccleſia vocabulo ſancti Angeli, ego ſupra nominatus Robertus Dux per ſanctam orationem atque interceſſionem quod viam ac locū intercedit apud Dominum Deum Saluatorem ac Redemptorem noſtrum Dominus Saxo venerabilis Abbas ac Sacerdos & monachus atque exinde rector & præpoſitus obtulit habendum eiuſque rectores poſſidendum; ea ratione vt amodo & deinceps pars eiuſdem Eccleſiæ vocabulo S. Sophiæ eiuſque Abbates necnon rectores prædictam meam oblationem in integrum illam ſicut prælegitur, habere ac poſſidere valeant, ſecuriter ac firmiter rectores loci illius, faciendo ex illa quæcunque voluerint, ſine noſtra vel de noſtris

C hæredibus contradictione, ac ſine cuiuſlibet requiſitione. Et quicunque de iam dicta noſtra oblatione, quam in ſupradicta ſancta Eccleſia obtulimus, aliquid tollere vel ſubtrahere atque comminuere, aut in minimo quicquam remouere aut ſubmouere præſumpſerit, habeat partem cum Iuda traditore Domini Omnipotentis noſtri qui per multa mala ſua ſalſe tradidit Omnipotentem Dominum noſtrū Ieſum Chriſtum, atque cum Core, Daran, & Abiron quos terra igniſque infernalis abſorbuit atque deglutiuit. Qua de cauſa obligo me qui ſupra nominatus Robertus, ac meos obligo hæredes ad partem eiuſdem ſanctæ

D Eccleſiæ & ad eius rectores, prænominatæ meæ obligationi vti prælegitur amodo & ſemper antiſtare ac defendere ab omnibus hominibus ab omnibuſque partibus iuxta Longobardorum legem ac ritum. Quod ſi taliter ad partem eiuſdem Eccleſiæ, & ad eius rectores non defenderimus, aut ſi hoc remouere non quæſierimus octoginta ſolidos conſtantinatos aureos bonos ego qui ſupra nominatus Robertus Dux atque mei hæredes ad partem eiuſdem Eccleſiæ, & ad eius rectores componere obligamus, & in antea omni apparatu exinde ad partem eius Eccleſiæ eiuſque rectores licet inuiti taciti & contenti ſemper maneamus per eādem obligatam pœnam. Et hanc chartulam quam obtuli ego prænominatus Robertus Dux in ſancta, ac iamdicta venerabi-

bili Eccleſia omni à parte ſit firma ſtabiliſque ſemper permaneat, quemadmodum tibi Ioanni Clerico & Notario ſcribere praeceptum.

Ego qui ſupra Ioannes.
Ego Vrbanus Clericus.
Ego Vrſus Clericus ſubſcripſimus.

Rogerius Dux de Plateatico nobis auferendo.

In nomine Domini Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, Domini æterni, ac in nomine ſanctæ ac indiuiduæ Trinitatis. Rogerius Diuina fauente clementia Roberti magnifici Ducis Dux, hæres & filius. Conuenit omnes in regimine conſtitutos Dominicis obedire ac obtemperare præceptis, atque ei per quem regnant colla ſubijcere, vt regni illius mereantur eſſe participes quod fine caret, quod ſemper ſine iactura fineque mœrore durabit. Ob amorem igitur Regis cæleſtis, per quem ſubſiſtimus ac regnamus propter redemptionem etiam animarum ſupradicti patris mei, & matris meæ mihi amantiſſimæ, pro ſalute quoque mea, necnon Vvilhelmi filij mei dilectiſſimi, concedimus in Monaſterio S. Sophiæ in Beneuentana ciuitate, & Domino Bernardo ipſius Monaſterij Abbati Venerabili, eiuſque in eodem Monaſterio ſucceſſoribus, vt de omnibus Monaſterij animalibus per totam terram meam nemo herbaticum tollat, vel qualemcunque rem vllo modo, ſed ſecuriter eandem regant atque paſcantur ſine vllius hominis contradictione aut contrarietate. Concedimus quoque, vt de Saumerijs ipſius Monaſterij, de quibuſcunque rebus pro vtilitate iam dicti Monaſterij onerati venerint, nullus in tota terra mea plateaticum tollat, vndecunque venerint, veruntamen abſque omni contrarietate permittantur abire. Tanta itaque hac auctoritate hoc noſtræ Ducalis auctoritatis præceptum ac mandatum præcepimus obſeruandum, vt nullus aliquando hæredum meorum vel ſucceſſorum, nullus ſtratigatus, Iudex, Vicecomes, vel quilibet Reipublicæ actor, nulla qualibet magna paruaque perſona violare ea vel vlla conditione & modo repetere præſumat. Si quis autem legalium decretorum immemor, huius noſtræ præceptionis apices in aliquo offendere aut violare quocunque tempore præſumpſerit, ſciat ſe compoſiturum nobis auri puriſſimi libras tres, abſque huius noſtræ paginæ qualibet infirmatione.

Quod vt firmius habeatur & in omni tempore inuiolabiliter obſeruetur, Ioanni noſtro **A** *Notario ſcribere, necnon in album referre præcepimus ac mandauimus, atque manu propria ſubſcripſimus, & ſigilli noſtri iuſſimus impreſſione ſignari, anno Domini Incar. 1110. Ducatus autem noſtri viceſimo quinto, menſe Iulio, Indict. 3. feliciter admodum.*

Ego Rogerius Dux me ſubſcripſi.
Ego Balthaſar Dux interfui.
Ego Engelbertus Clericus.
Ego Gaſparus Epiſcopus.
Ego Petrus Cardinalis.
Ego Ioannes Cardinalis.
Ego Vvilhelmus Cardinalis ſubſcripſi.

B

Gerardus Comes de Eccleſia in Alipo atque in Morcone nominata.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Domini æterni, & in nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Nos Gerardus Comes, & Adelina Comitiſſa, & Robertus qui ſumus germani ac Comites, Diuina inſpirante clementia, pro remedio & ſalutatione animarum noſtrarum, coram Domino Meinardo Epiſcopo & alijs noſtris militibus, obtulimus Domino in Monaſterio s. Sophiæ quod ædificatum eſt intra **C** mœnia Beneuentanæ ciuitatis, Eccleſiam ſancti Laurentij Martyris, & Eccleſiam ſanctæ Luciæ, & Eccleſiam s. Marci, & templum ſanctæ Mariæ, ædificatæ ſcilicet hæ Eccleſiæ foris prope Caſtellum noſtrum, quod nominatur ab omnibus moderno tēpore hominibus Alipergo, & Monaſterium noſtrum vocabulo S. Benedicti quod ſitum eſt foras, & non multum longe à ciuitate noſtra quæ nominatur Murcone; ideo ipſæ prænominatæ eccleſiæ cum omnibus earum beneficijs necnon & pertinentijs, & ipſum Monaſterium s. Benedicti cum omnibus rebus poſſeſſis atque pertinentibus **D** ſibi, in eodem ſacro Monaſterio obtulimus vt amodo & deinceps ſemper poteſtatem habeat Dominus Madelmus Abbas eiuſdem Monaſterij, illiuſque ſucceſſores & pars ipſius Monaſterij eaſdem eccleſias cū omnibus rebus quas modo habere & poſſidere videntur, & quas in antea ibi Domini per ſuos famulos atque famulas dederit, & ipſum præfatum Monaſterium ſancti Benedicti cum omnibus rebus ſuis quæ modo habere ac poſſidere videtur, & quæ in ante ibidem oblata fuerint tam à noſtris, quam & ab alienis hominibus, poſſidere & ordinare & regere & gubernare ſecundum illorum voluntatem. Tantum non liceat hominibus noſtris terras aut vineas aut immobiles dare res ſine noſtro conſilio aut voluntate, excepto ſi Monachus effici voluerit, poteſtatem habeat cū om-

omnibus rebus ſuis intrare, & manere in eodem monaſterio ſine aliqua noſtra, vel de noſtris hominibus contrarietate. Simulq; concedimus & confirmamus in prędicto ſacto Cœnobio s. Sophiæ integra noſtra pertinentia de exenijs quę nobis ſoliti ſunt dare homines qui ſunt manentes in rebus eiuſdē Cœnobij de loco qui nominatur ab omnibus fere hominibus Leo cubante; vt amodo & deinceps omnia, quæ ex ipſis rebus ad noſtram ditionem veniebant ſint in poteſtate Abbatis, vel de eius ſucceſſoribus, & parti illius monaſterij requirenda & habenda, & faciendum exinde quodcunque voluerint, ſine noſtra, vel de noſtris hominibus, aut poſteris contradictione, & requiſitione. Et confirmamus in eodem ſacto Cœnobio duas partes de terris pertinentibus eidem monaſterio in eodem loco, quas vſque nunc quidam Drago, & eius filij à noſtra parte tenuerūt cum alijs terris; vt amodo & deinceps neq; à nobis, neq; à noſtris hominibus neq; à noſtris poſteris vllum terraticum aut ſeruitium inde requiratur, ſed ad proprietatem ipſius Cœnobij omnia & in omnibus permaneant, ſine aliqua à noſtro vel noſtris hominibus contrarietate. Hæc omnia vti à noſtra parte præleguntur, egimus nos pro animabus noſtris in anno millesimo ſeptuageſimo octauo ab Incarnatione Domini, atque Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, & ſexto anno pontificatus Domini noſtri Septimi Gregorij Summi Pontificis, menſe Ianuario, Indictione ſecunda. Et te Ioannem ac Clericum taliter ſcribere & in album referre rogauimus.

Actum in ſupranominato caſtello Alipergo.

Ego qui ſupra Gerardus Comes.
Ego Heribertus Comes.
Ego Robertus epiſcopus.
Ego Laurentius epiſcopus.
Ego *Bernardus Cardinalis.*
Ego *Benedictus Cardinalis ſubſcr.*

Erebertus de caſtello Fortio quod nominatur Toſonus.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri IeſuChriſti Domini æterni, & in nomine Indiuiduæ Trinitatis. Ego Erebertus Domini Omnipotentis prouidente gratia inclytus Comes filius olim magnæ memoriæ Girardi Comitis, declaro: quoniam intra pertinentiam mei Comitatus habeo vnum caſtellum quod vocatur Farnitum Totonis; nunc autem inſpirante me diuina clementia congruum mihi eſt pro remedio ac ſaluatione animæ meæ, quam & pro ſaluatione animarum ſupradictarum Gerardi Comitis genitoris mei, & Theodoræ genitricis meæ, & Octauiani germani mei, & omnium meorum parētum & amicorum hocce caſtellum cum ipſis hominibus, necnon

A & cum omnibus eius pertinentijs offerre Domino, & in venerab. Monaſterio ſanctæ Sophiæ quod ſitum eſſe videtur intra Beneuentanam ciuitatem, vbi nunc Domino fauente Madelmus egregius Abbas præeſſe videtur. Quamobrem ego qui ſupra Erebertus Comes ideo dum mihi congruum eſſe videtur bona etenim mea voluntate ante Rupertum Stratigotem noſtrum & alios quamplurimos milites meos, ac reliquos ſubſcriptos teſtes per hoc quidem roboreum præceptum; atque per vnum cultrū quē manu mea propria tenebam, dedi atq; tradidi tibi ſupranominato Madelmo Abbati religioſo ad partem ſupranominati monaſterij totum ac integrum caſtellum ſupra nominatum quod vocatur Farnitum
B Totonis vna cum omnibus ſuis ibique pertinentijs; ea quidem ratione, vt amodo & ſemper tu ipſe Madelmus venerab. Abbas, & tui ſucceſſores eandem meam oblationem habere & poſſidere ad partem eiuſdē monaſterij valeatis ſecuriter exinde faciendum ex eis quæcunque volueritis ad opus atque vtilitatem ipſius monaſterii, ſine contradictione mea, ac meorum hæredum, ac ſine cuiuſcunque requiſitione. Vnde obligo me ego idem Erebertus Comes, meoſq; obligo hæredes & Vicarios tibi eidem Madelmo egregio Abbati, tuiſque ſucceſſoribus nos vobis amodo & ſemper antiſtare & defendere eandem meam oblationem ab omnibus hominibus, ab omnibuſque
C partibus; quam ſi taliter vobis non defenſauerimus, aut ſi aliquo tempore ego, vel mei hæredes tecum, aut cum tuis ſucceſſoribus ex eadem mea oblatione per quamcunque inuentam rationem cauſare, vel contendere præſumpſerimus, volendo vobis inde aliquid tollere, vel contraire, vel minuere, aut hoc vel illud remouere quæſierimus, decem millia ſolidos conſtantin. in pœnam me meoſque hæredes & Vicarios tibi, tuiſque ſucceſſoribus componere obligamus, & antea omni à parte exinde aduerſus vos taciti maneamus per eandem obligatam pœnam, atque inuiti defendamus illud vobis ſicut prælegitur per eandem obligatam pœnam. Tantum hic ſubter ſtatuto, vt Domina Adeltruda ma-
D ter mea poteſtatem habeat cunctis diebus vitæ ſuæ tenere & dominari fruendi nomine integram medietatem eiuſdem Caſtelli, deque eius pertinentijs; poſt obitum vero eius, integra mea oblatio eadem, ſit in proprietate eiuſdem monaſterij, ſicut ſuperius dictum eſt. Porro vt hæc mea oblatio firma & ſtabilis ſemper permaneat, noſtro ſigillo hoc præceptum proprijs manibus impreſſimus, noſtrumque nomen ſubſcribi iuſſimus. Tibi Franſorio Clerico, ac Notario taliter illud ſcribere præcepimus in anno Dominicæ Incarnat. 1099. menſe Februar. Indict. 8.

Actum

Actum Beneuenti feliciter.
Signum crucis proprijs manibus Hereberti Comitis.
Signum crucis, Iordani filius.
Signum crucis, Robertus fecit.
Renerus Epiſcopus et Cancellarius.
Ferdinandus Cardinalis.
Paulus Cardinalis.
Conſtantinus Cardinalis ſubſcripſerunt manu.

Herebertus Comes, Vt nemo homines noſtros in domum recipiat.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Domini æterni, anno ab Incartione eiuſdem 1124. die Decembris nona Indictione. Ego Herebertus Domini gratia inclytus Comes, filius Gerhardi magni Comitis, præcipimus atque iubemus: vt amodo & deinceps nullus Baronum, vel aliorum noſtrorũ hominum recipiat apud ſuum dominium aliquos de hominibus de dominio Domini Madelmi Abbatis Reuerendiſſimi monaſterij ſanctæ Sophiæ atque ſuorum ſucceſſorum. Si qua vero perſona contra hanc noſtram iuſſionem egerit, noſtræ Curiæ pœnam legaliter perſoluat.

Iordanus Comes de ſancto Angelo in Atriano cum ſuis Eccleſijs & pertinentijs.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Ego Iordanus, Domini annuente clementia Comes filius bonæ mem. Herberti Comitis, Domini amore & timore compunctus pro ſaluatione ac remedio eiuſdem genitoris mei & mea, atque Rogerij filij mei, quatenus Omnipotens Dominus ſua pietate indulta venia noſtrorum delictorum in æterna beatitudine nec non & gremio cæleſtis Ieruſalem nos collocare dignetur, atque orationes, nec non petitiones diuturnæ fratrum Monaſterij ſanctæ Sophiæ virginis quod in Beneuento eſt, nobis proficiant ad ſalutem, etiam hortatu necnon obſecratione Ioannis venerab. Archipresbyteri conſortatus, eccleſiam vocabulo ſancti Angeli, quæ ſita eſſe dignoſcitur intra ciuitatem Troianam, quæ ſubdita atque pertinens eſt eidem Cœnobio ſanctæ Sophiæ, & quam idem Archipresbyter hactenus à nobis tenuit, & quam idem genitor meus iniuſte ac incongruè ſub ditione & dominio Canonicorum ac Clericorum ordinauit, & ego nunc vſque ſimiliter ordinaui per fuſtem quem in manu mea tenebam, coram atq; præſente Benedicto Commiſſario meo, & Pagano filio Adonis & Salomone filio Petronis, alijſque ſubſcriptis teſtibus, reſtituo ac concedo eidem Cœnobio ſanctæ Sophiæ, in quo moderno tempore Bernardus venerab. Abbas præeſt, totam prænominatam Eccleſiam vna cum omnibus ſuis pertinentijs, necnon & Eccleſijs ſubiectis; ſcilicet, eccleſiam B. Benedicti quæ ſupra fluuium conſtructa eſt, qui fluuius ab omnibus Arbius nominari ſolet; vna cum vineis & terris ac aſpris ſuis, & eccleſiam ſancti Gregorij, ac eccleſiam ſancti Nicolai Epiſcopi quæ nominatur ad Celſes, vna cum omnibus eorum pertinentijs, quemadmodum munimina prædictarum eccleſiarum continent, & vna cum portionibus & de alijs Eccleſijs quæ ſunt intra fines, atque ſpectant ad prænominatam ciuitatem Traianenſem, quemadmodum munimina eiuſdem Eccleſiæ ſancti Angeli continent, & cum molendino eiuſq; omnibus ordinibus, & pertinentijs quod ædificatum eſt in eodẽ fluuio Arbio, atque cum integra medietate de alio molendino, quod eſt in fluuio Anete, & cum alio molendino quod eſt in riuo Albulo vna cum caſis ac caſalinis, & villanis ſibi pertinentibus, nec non & cum vineis ac terris, ſyluis, campis, ſeu aſpris paſcuis, campis, hortis & padulis, & aquis ſuis ac vallonibus, & alueis & ripis ſuis, & arboribus fructuoſis, atque infructuoſis, & cum vineis & anditis ſuis & cum muniminibus proprijs, & portibus de communiminibus, & cum hominibus inde pertinentibus, & cum omnibus ornamentis ſuis atq; cum omnibus alijs ſuis pertinentibus, mobilibus, ac immobilibus ſuis, ſicut munimina ſupradictarum eccleſiarum continent, & ea quæ nunc vſque iuxta legem nec non & conſuetudinem prænominatæ ciuitatis Troianæ ipſæ Eccleſiæ tenuerunt, & hactenus tenent; ea videlicet ratione vt amodo & deinceps perpetuis temporibus prænominatus Bernardus, & eius ſucceſſores pars prædicti monaſterij ſanctæ Sophiæ integram eãdem reſtitutionem ſcilicet, nec non & integram prænominatam Eccleſiam ſancti Angeli vna cum ipſis prædictis alijs Eccleſijs, atque cum omnibus pertinentijs eorum, ſicut ſupra firmiter atque ſecuriter habeant & poſſideant, & faciant exinde omnia quæcunque voluerint, quodue illis placuerit ſine vlla contradictione mea vel meorum hæredum, atque amicorum; vel cuiuſcunque cognati, & ſine vllius requiſitione; & per noſtram defenſionem omni tempore ab omnibus hominibus, ab omnibuſque partibus. Quod ſi quis contra hanc noſtram requiſitionem auſu temerario agere præſumpſerit, quærendo illam quolibet modo irritam facere, excommunicatus & anathematizatus, & ab Eccleſia ſegregatus permaneat, atque in futuro examine cum Iuda traditore Magiſtri, ac Domini ſui, & cæteris damnatis perpetuis cruciatibus damnetur ac mancipetur. *Vnde pro confirmanda hac noſtra reſtitutione tibi Leoni Notario noſtro taliter ſcribere iuſſimus, & ex proprio ſigillo noſtro ſignari fecimus*

mus in anno 1150. ab Incarn. Domini noſtri Ieſu Chriſti, menſe Septemb. 13. Indict.

Ego Iordanus Comes ſignum crucis proprijs manibus poſui.
Ego Robertus filius Ricardi ſignum crucis proprijs manibus poſui.
Ego Ricardus de Amandia.
Ego Amandus Cardinalis.
Ego Lodouuicus Cardinalis.
Ego Bernardus Cardinalis manu mea ſubſcripſi.

Iordanus Comes de vineis, iſelis, & Eccleſia ſancti Marciani.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Domini æterni. Ego Iordanus Comes filius Heriberti Comitis pro remedio atque ſaluatione animæ meæ, eiuſdemque genitoris mei, Concedo, ac confirmo in monaſterio ſanctæ Sophiæ, in quo Dominus Bernardus Domini gratia religioſus Abbas præeſſe videtur, totas atque integras res ſicuti ſunt vineæ, terræ, atque iſelæ ſecus locum vbi Leo cubans dicitur, intra quæ ſunt ædificatæ tres Eccleſiæ; vna quæ eſt ędificata in honore ſancti Marciani cui tota ipſa res appendentia dicitur; aliæ vero duæ in honore ſancti Petri ac s. Caſiani, & aliquantos villanos vna cũ rebus eorum, & alias res quæ ſunt Saliceta & aqua fluuij Caloris cum ripis & alueis ſuis; quæ veró omnes res ſunt intra meum dominiũ, & mea pertinentia: de quibus autem iam nunc dictis rebus, cum eas omnes tenerent iuxta eorũ poſſeſſionem Robertus & Vvillelmus filius cuiuſdam Dragonis gener filij, quod Drago aliquantulum dederat & tradiderat ad proprietatem & poſſeſſionem eiuſdem monaſterij, ſicut in omnibus ratio eiuſdẽ monaſterij continet, & ſicut idẽ monaſterium poſſidere videtur; reliquum autem totũ ac integrũ de prædictis rebus ego poſtmodum, tandemque commotus dedi Roberto patruo meo filio Gerardi Comitis magnifici, atque glorioſiſſimi, & ipſe Robertus poſtmodum ad partem & commodum eiuſdem monaſterij eidem Abbati obtulit ac dedit, per chartam quam ſcripſit Gulielmus Clericus, nec non Notarius prouinciæ ac ciuitatis noſtræ; in qua autem chartula pro maiori firmitate propria mea manu alijs aſtantibus teſtibus notaui, & appoſui ſignum crucis; ea autem ratione, ſeu conditione, vt amodo & ſemper tu ſupranominate Domine Bernarde Abbas vna cum tuis ſucceſſoribus, ac pars prædicti monaſterij, & quibus datum à vobis paruerit, & ad illorum hæredum, omnes iam nunc ſupranominatæ res ſecuriter ac firmiter habere ac poſſidere valeatis perpetuis temporibus ac quieto iure, & ſine contradictione, vel requiſitione mea meorumque hæredum, & ſine cuiuſcunque hominum contrarietate, & per noſtram defenſionem, fortiſſimumq; animum quo illis fortiter, ac conſtanter reſiſtimus omni tempore ab omnib. hominibus, ab omnibuſq; partibus. Sed ſi quis mortaliũ cuiuſcunq; etiã conditionis, magnæ aut paruę perſonæ, hanc noſtrã conceſſionem, & hoc noſtrũ firmiſſimũ præceptum irritum facere, aut vllo modo ac ratione violare præſumpſerit, vel auſu improbo ac audacia quadam vel perfrictæ frontis contumacia aliquid inde demere, aut detrahere, vel ſeiungere præſumpſerit ac attentauerit, primo omnium quinquaginta millia ſolidorum auri puriſſimi ſe ad partem noſtram & iam nunc nominatum monaſterium, atque Cœnobium ſciat ſe pro certo compoſiturum ac daturum; inſuper à ſocietate omnium Chriſti fidelium ſit ſegregatus, atque perpetuo anathemate iaculatus cum Iuda traditore Domini Omnipotentis ac Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, cæteriſque reprobis, ac traditoribus perpetuis ignibus, atque cruciatibus exurendus, ac in perpetuum in igne æterno affligendus, & vna cum illis in ſæcula ſæculorum collocatus ſit. Et pro hac mea conceſſione accepi à prædicto Abbate & Fratribus benedictionem centum ſolidos romanatos. Denique & pro ſecuritate, atque defenſione eidem monaſterio, & quibus à Patre eiuſdem monaſterij datum apparuerit, & ad illorum hæredes. Et vt hæc mea conceſſio firma ac ſtabilis in perpetuum, omnique in tempore permaneat, meo proprio ſigillo eandem inſigniri fecimus atque mandauimus: & Leoni Clerico noſtro ac Notario taliter ſcribere præcepimus.

Scripſit nimirum hanc noſtram firmiſſimã ac roboratam conceſſionem in anno 1115. ab Incar. Dom. Omnipotentis noſtri Ieſu Chriſti Domini æterni, menſe, Ianuario, 18. Ind. ſcripſit feliciter admodum.

Signum crucis proprijs manibus appoſuerunt ſupranominati Domini, nimirum
Dominus Iordanus Comes generoſiſſimus.
Robertus filius Ricardi.
Ricardus de Amandia.
Hermannus Epiſcopus.
Laurentius Cardinalis.
Amandus Cardinalis.
Bernardinus Cardinalis:

Iordanus Comes de ſancto Onuphrio.

In nomine Domini Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Domini æterni, atq; Indiuiduæ Trinitatis. Ego Iordanus Domini prouidentia ac gratia Comes & filius quondam Heriberti Comitis generoſiſſimi, pro ſaluatione animæ meæ & præfati genitoris mei, in omnibus quantum ad laicam poteſtatem mihi pertinet per præſentem ſcripſi pagi-

nam, concedo ac confirmo in monaſterio ſanctæ Sophiæ, in quo, Domino tuente, Dominus Bernardus religioſus Abbas præeſt nunc, videlicet monaſterium B. Onuphrij de loco Valdo de Mazocca vna cum Eccleſia ſancti Michaelis Archangeli ibi propinque ſita, pariterque cum hominibus omnibus in eodem loco manentibus ac morantibus, atque vna cum omnibus prætati monaſterij ac cœnobij, & prænominatæ eccleſiæ pertinentijs, quemadmodum in præteritis diebus Dominus Adam venerab. eiuſdem loci Prior illud ipſum obtulit in eodem monaſterio; ea nimirum ſanctione, vt amodo & ſemper tam tuipſe venerab. Abbas, quam & tui ſucceſſores, & pars eiuſdem veſtri Monaſterij, integrum præfatum Monaſterium, & prædictam eccleſiam cum omni bus eorum pertinentijs firmiter ac ſecuriter habeatis & poſſideatis, ſine aliqua inquietatione mea, & meorum hæredum amicorum omnium, vel Vicariorum, & ſine alicuius noſtri hominis perturbatione, aut etiam moleſtatione. Si qua autem perſona contra hanc noſtram conceſſionem firmiſſimã ac roboratam agere quicquam, aut facere attentauerit, vel præſumpſerit, notũ habeat ſe ad partem noſtram, & Ipſius Monaſterij quingentorum ſolidorum auri puriſſimi pœnam ſoluturum, & de præſenti eccleſia ſegregandum ſciat, ac in futuro diſtricti Iudicis examine damnandum cum impijs. Quicunque autem ad conſeruandum adiutor extiterit, cum electis Domini præmia digna percipiat. Et vt hæc noſtra conceſſio in futurum firma necnon & ſtabilis ſemper omnique in tempore permaneat, manu propria noſtra Domini Omnipotentis, ac Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti ſignum crucis ſubter fecimus, & noſtro ſigillo hoc ſcriptum roborari necnon confirmari fecimus: & tibi Franſoni Clerico ſeu & Notario taliter perfiniri iuſſimus.

Datum apud ſanctum Senerum, anno Domini Incar. 1114. pontificatus autem Domini Papæ Paſchalis II. anno decimo quinto, menſe Iulio, Indict. 7.

Signum crucis proprijs manibus fecerunt.
Iordanus Comes.
Gerhardus Frederici filius.
Robertus Dominus de caſtello Stuſo.
Ioannes Clericus.
Bernardinus Epiſcopus.
Georgius Epiſcopus.
Gaſparus Cardinalis.
Leonardus Cardinalis.
Arnoldus Cardinalis.

Hugo Comes Boianenſis, Madelmo Abbati de Caſtello quod nominatur Veccla.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Domini æterni, & in nomine

A indiuiduæ Trinitatis, anno milleſimo nonageſimo quinto ab Incarnatione Domini Omnipotentis noſtri Ieſu Chriſti, menſe Ian. Ind. 2. Nos Vgo Domini gratia Bouianenſis Comes, & Rogerius filius Dominĩ Rodolphi Comitis, notum facimus omnibus noſtris fidelibus, præſentibus ſcilicet, ac futuris: quia per hoc ſcriptum damus, ac concedimus, atque firmamus per manum Domini Oberti Epiſcopi Bouianenſis Domino Madelmo venerab. Abbati de Monaſterio ſanctæ Sophiæ, quod conſtructum eſſe videtur in Benenentana, ſcilicet caſtrũ quod nominatur Betere cum omnibus hominibus habitantibus, ac viuentibus in eodem loco ac caſtro; quemadmodum Pater noſter Rodolphus Comes ei conceſſit habere, ita & nos ei confirmamus in perpetuum, vt amodo & ſemper omni tempore

B ipſe prænominatus Abbas, & ſui ſucceſſores & pars ipſius prænominati Monaſterij iam dictum caſtrum cum hominibus, necnõ & pertinentijs eiuſdem caſtri habeant, ac poſſideant, & omnia exinde faciant quæcunque voluerint, illiſque placuerit, ſine noſtra, noſtrorumque hæredum, aliorumque hominum, amicorum, ac cognatorum, & Vicecomitum aliqua contrarietate, vel moleſtatione: Et nos prænominati Vgo Comes & Rogerius filius prædicti Rodolphi Comitis obligamus nos, noſtroſq; obligamus hæredes præfatæ Eccleſiæ, & tibi Domino Madelmo Abbati, tuiſq; ſucceſſoribus iam

C dicta noſtra conceſſione amodo & ſemper, in perpetuis quoque temporibus, & omni tempore antiſtare, ac defendere ab omnibus hominibus ab omnibuſque partibus ac periculis. Quod ſi vero aliquis temerarius hanc conceſſionem noſtram firmiſſimam roborenmque præceptum infirmare, necnon & alio modo & ratione deſtruere, ac perdere præſumpſerit, ſeu etiam attentauerit, iudicio coactus componat centum atq; quinquaginta vncias auri puriſſimi in ſupranominato Monaſterio, & inſuper per initum tacitus maneat, necnon & anathematis vinculo ſubiaceat damnatus cum Iuda traditore falſiſſimo Omnipotentis Do-

D mini noſtri Ieſu Chriſti, donec reſipiſcat: iuxta ac hanc noſtram conceſſionem hoc noſtrum firmiſſimum præceptum confirmauimus in præfato Monaſterio pro anima noſtra, omniumque noſtrorum parentum, amicorum, cognatorum, vt firma, necnon ſtabilis permaneat in perpetuum, omnique in tempore.

Et ego Emergerius Notarius ciuitatis Boiani rogatus fere ab omnibus ſcripſi feliciter admodum.
Ego Obertus Bouianenſis Epiſc.
Ego Lambertus Comes.
Ego Ioannes Epiſcopus.
Ego Bernardus Epiſcopus.

Ego

Ego Melchior Epiſcopus.
Ego Philippus Cardinalis.
Ego Carolus Cardinalis.
Ego Mauritius Cardinalis.
Ego Robertus filius Chriſtiani ſubſcripſi; noſque omnes ſupradicti ſignum crucis ſigillumque in fidem appoſuimus, atque affiximus.

Simon Comes *Bernardo Abbati de ſancta Maria in Sipontino.*

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, anno Dominicæ Incarn. 1113. menſe Iunio ſexta Indictione. Ego Simon Dom. gratia Balonenſis Comes, filius quõdam Vgonis bonæ piæque memoriæ Comitis, notum facimus omnibus noſtris fidelibus præſentibus ſcilicet, atque futuris: quia per hoc ſcriptum concedo, atque confirmo in Monaſterio ſanctæ Sophiæ quod conſtructum eſſe videtur in veteri Beneuentana ciuitate, & in manu D. Bernardi vener. Abbatis, ſcilicet caſtrum quod vocatur Vetus, vna cũ omnibus hominib. habitãtibus ac morantibus in eodem caſtro, & cum omnibus pertinentijs ſuis, ſicut auus meus Rao bonæ memoriæ, ac recordationis, vt ſupra nominatus pater meus amantiſſimus mihique chariſſimus conceſſerunt habere. Itemque concedo ego ſtabilique iure confirmo in monaſterio ſanctæ Sophiæ & in manus Bernardi vener. Abbatis, nimirum Monaſterium ſanctæ Dei Genitricis Mariæ Virginis quod conſtructum eſt in veteri ciuitate Sepini cũ omnibus ſuis pertinentijs; vna cum inferius & ſuperius, & cũ omnibus ſuis pertinentijs & Eccleſiã vocabulo s. Mariæ, quæ eſt extra, & prope prænominatam ciuitatem Sepinam cũ omnibus ſuis pertinentijs; & Eccleſiam ſancti Iacobi Apoſtoli quæ non longe diſtat à riuo Saraceno cũ omnibus ſuis; & eccleſiam vocabulo ſancti Saluatoris iuxta prenominatum riuum vna cum omnibus ſuis pertinentijs; & medietatem Eccleſiæ ſancti Silueſtri, quæ eſt ſita iuxta fluuium Tapponem in via publica prope ciuitatem Beneuentanam cum omnibus ſuis pertinentijs; & eccleſiam s. Gregorij, quæ eſt ſita ex alia parte & prope eũdem fluuium vna cum omnibus ſuis pertinentijs. Hæc omnia ſupranominata nimirum caſtrum illud quod nominatur caſtrũ Vetus cũ omnibus hominibus habitantib. & morantibus in eodem caſtro, ac cũ omnibus pertinentijs ſuis, videlicet & cũ terris, & vineis, & cũ aquis & anditis vna cũ ſyluis & montib. & eccleſiã ſanctæ præd. Dei Genitricis, atq; Virginis Mariæ cum omnibus iã dictis Eccleſijs, & cum omnibus illarum pertinentijs, ego qui ſupra Simon Comes pro redemptione animæ meæ, & genitoris & genitricis meæ, omniumque amicorum, ſeu cognatorum meorum, & pro omnium parentum meorum tam viuorum, quam defunctorum ſalute, conceſſi atque confirmaui in iam nominato s. Sophiæ virg. monaſterio, in quo videntur requieſcere quadraginta corpora Sanctorum, & in manus Domini prænominati Bernardi venerabilis abbatis eiuſdem Monaſterij ſanctæ Sophiæ, ſicut pater meus qui ſupra, & auus meus dederunt, & conceſſerunt; ita vt deinceps, & in antea omnique tempore firmiter, ac ſecuriter præfatum Monaſterium teneat, & poſſideat prænominatum caſtrum & præfatas Eccleſias vna cum omnibus ſuis pertinentijs, mobilibus ac immobilibus, ſine contradictione noſtra, & hæredum noſtrorum, omniumque aliorum hominum, & Vicecomitum aliqua contrarietate, vel moleſtatione. Et ego prænominatus Simon Comes filius ſupranominati bonæ piæque memoriæ necnon recordationis Vgonis Comitis obligo me, meoſque hæredes prænominatæ Eccleſiæ ſanctæ Sophiæ, tibi quoq; Domino Bernardo venerabili Abbati eiuſdem Monaſterij, tuiſque ſucceſſoribus iam dictam ſuperiuſque nominatam meam conceſſionem, ſeu promiſſionem, caſtrum nimirum quod nominatur ab omnibus caſtrũ Vetus, vna cum omnibus ſupranominatis pertinẽtijs, atque Eccleſiam ſanctæ Dei Genitricis Virginiſque Mariæ, vna cum alijs Eccleſijs, & omnibus ad ſe pertinentijs, amodo & ſemper omni tempore antiſtare ac defendere ab omnibus hominibus, ab omnibuſque partibus, periculis, aduerſis, ab omnibus quoque rebus quæ aduerſus eã aſſurrexerint. Quod ſi autem nonnullus temerarius hanc noſtram conceſſionem infirmare, violare atque contemnere, & in nihilũ redigere præſumpſerit, ſeu attentauerit, reus ſit, & iudicio coactus componat centum quinquaginta libras auri puriſſimi in prænominato Monaſterio, & inſuper inuitus tacitus permaneat, & anathematis vinculo damnatus cum Iuda traditore Omnipotentis Domini ac Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti donec reſipiſcat, ſubiaceat: & hanc chartã noſtræ conceſſionis, ac confirmationis in omnibus quæ continent, quemadmodum ſupra taxatum eſt, volo quoque vt perpetuis temporibus ad partem prænominati Monaſterij firmiter ac inuiolabiliter conſtet per ſupradictam eandem obligatam pœnam.

Et ego Petrus Notarius Domini noſtri Simonis Comitis rogatus, atque deprecatus ab omnibus ſcripſi ab eodem feliciter.
Teſtamur igitur nos ſubſcripti omnes, imprimis.
Ego Robertus Conſtabilis.
Ego Robertus de Molinis.
Ego Robertus de Moliſio.
Ego Giroaldus filius Guayferij.
Ego Paganus de Rigo de Vvaldo.
Vgo de ſancto Maximo.

Adelchis de ara in Cnmano.

In nomine Domini Dei Salnatoris noſtri Ieſu Chriſti Domiui æterni. Conceſſimus nos Dominus vir glorioſiſſimus Princeps, ac Comes Adelchis ſummus Dux per rogũ dilectæ coniugis noſtræ in Monaſterio ſancti Laurentij, qnod ædificatum eſſe animaduertitur in ſtrada vbi Rimecauſus Abbas dilectus noſter regimen, audientiamque tenere videtur, agrum, ſyluamque cum terra vacua, quæ fuit in ſupranominata platea hoc eſt, de via in viam, & de alio latere, vſque in aliam plateã, quæ nominatur platea Moriana, de altero vero latere; vſque in prædictam Eccleſiam ſancti Stephani, qualiter nominata ſylua per noſtram iuſſionem nobis elargita eſt, quæ fuit de actu nominati Aroaldi; qnatenus amodo & in perpetuis habeas tam tu nominate Rimecauſe, quam & poſteri tui qui in nominato Monaſterio ordinati fuerint; & nullus ex noſtris gaſtaldis, aut actionarijs, vel quiſquam mortalium contra noſtram poſſeſſionem poteſtatis, quandoque tranſire, aut præire vllo modo vllaque ratione præſumat, aut attentet, verumtamen noſtra conceſſio omni in tempore roborea perenniſque temporibus firma atque inuiolata permaneat.

Quod autem praceptum conceſſionis ex iuſſione nominata poteſtatis prænominati Domini noſtri glorioſiſſimi Adelchis in album retuli ego Petrus Longobardus Notarius.

Actum ex iuſiione petitioneque aliorum hominum in ſacratiſſimo Beneuentanorum Palatio, menſe Ianuar. per Ind. 15. feliciter admodum.

Giſolphus Hermanno Abbati de Monaſterio ſancti Martini.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Dominique æterni, atque indiuiduæ Trinitatis, concedimus nos Dominus vir glorioſiſſimus Giſolphus ſummus Comes gentis Lõgobardorum per rogum glorioſiſſimæ coniugis noſtræ, tibi Hermanno Abbati noſtro de Monaſterio ſancti Martini Epiſcopi quod fundatum dicitur in ſtrada Pontina, territorium illud, nempe Syluas, vineas, prata, territoria, culta & inculta, mobilia atque immobilia, quæ moderno tempore gaſtaldius noſter tenere ac poſſidere videtur; quatenus amodo & in perpetuis temporibus habeas, necnon in tuo ſeruitio ſemper pro tuo libero arbitrio habeas ac in tuo ſeruitio detineas tam tu ſupranominate Hermanne, & quidcunque de eis facere atque parare volueris in tua ſint omnia poteſtate, & nullus ex noſtris hæredibus, id eſt, amicis, cognatis atque parentibus, nec quiſquam homo contra noſtram poteſtatem atque firmatum propoſitum ire atque quicquam attentare præſumat, aſt noſtra conceſſio nunc omnique in tempore firma ac roborata permaneat.

Quod autem praceptum conceſtionis ex iuſſu & dictatu nominati glorioſiſſimi Domini Giſolphi ſcripſi ego Lambertus Not.

Datum ex iuſsione in hoc noſtro ſacratiſs. Beneuentano Palatio, menſe Iun. per Ind. 18. feliciter admodum.

Atrichus filius Adelchiſa de caſa, & curte infra hanc vrbem.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Domini æterni. Concedimus nos vir glorioſiſsimus Atrichus Domini prouidentia Comes ac Princeps, per rogũ fidelis noſtri Alberti filij ſanctæ recordationis Domini Atrichis, integtam curtem ac caſam intra hanc Beneuentanam ciuitatem, quæ nominatur Curtis minor; eſt autem in fine Monaſterij ſancti Ioannis Præcurſoris Omnipotentis Domini noſtri Ieſu Chriſti; in ea nimirum ratione vt amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum firmitatiſque præceptum prænominatam terram vna cum integris finibus ſuis tu & hæredes tui habere ac poſſidere valeatis, & quicquid de eadem agere, aut diſponere volueritis in tua ſit poteſtate iudicandi qualiter tibi placuerit, ac volueris, & à nullo ex noſtris Iudicibus, id eſt, Comitibus, aut etiam cuiuſcunq; gentibus habeas aliquam requiſitionem, veruntamen perpetuis temporibus poſſideatis.

Quod vero praceptum conceſſionis ex iuſſione nominata poteſtatis ſcripſi ego Odoardus Notarius.

Actum Beneuenti primo anno, menſe Octob. per Ind. 11. feliciter admodum.

Adrianus de Cephalone.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Domini æterni, ac indiuiduæ Trinitatis. Conceſſimus nos vir glorioſiſſimus Adrianus Domini Omnipotẽtis prouidente gratia Lõgobardorum gentis Princeps, per rogum Adeltrudæ dilectæ coniugis noſtræ tibi Ioanni venerabili noſtro præpoſito ac conſori noſtro fideli, & prouiſori Monaſterij S. Gertrudis, quæ in Sepino habitare videntur, vt nullo in tempore dent pœnam, aut tributum, vel vlla moleſtia à ſuperioribus, id eſt, Comitibus, Baronibus, Principibus, nobilibus, ac ignobilibus aut cuiuſcunque perſonæ ſint moleſtentur, moleſtiaque illis in minima etiam re inferatur, veruntamen illas immoleſtatas liberas, abſque omni moleſtia occupatas habere omnibus modis omni tempore volumus. Si autem aliquis contra hoc noſtrum roboreum, firmiſſimumque præceptum aliquid in minimo agere, aut attentare

tate præſumpſerit, ſit anathemate, vinculoque excommunicationis obligatus, & cũ Iuda traditore Omnipotentis Domini noſtri Ieſu Chriſti, æternis pœnis, æterniſque cruciatibus ligetur, nec abſoluatur ab vllo Epiſcopo, Cardinali, aut vllo Sacerdote, niſi à Summo noſtro Pontifice, qui ligandi ac ſoluendi vim & poteſtatem in hoc orbe terrarum habet; tandem vero ſit ſolutus ab omni excommunicatione & vinculo.

Robertus de Condoma in Fecle.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, concedimus atque permittimus nos Dominus vir excellẽtiſſimus ſummus Comes gentis Longobardorum, per rogum Adelchis gaſtaldij noſtri tibi Lamperto hortulano noſtro condomam nomine palumbeam, vna cum filijs, vxore, ac filiabus, vel vna cum omnibus eorum pertinentijs, quæ fuerunt de Henrico procuratore noſtro; pro eo quia cauſam noſtram contra Bernardum Florentinorum nuncium male, atque falſe egit, cum & nos putaremus illum breui cauſam noſtram finiturum, tandem nobis ab alijs relatum, eundem contra nos agere, & partem cauſamque noſtram in multo peiorem ſtatum reddere, ac deducere. Quamobrem concedimus tibi, vt ſupra diximus, omnia bona ſua, condomam, territoria, vineas, prata, cãpos, ſyluas, omnes quoque ſuas res, mobilia & immobilia, magna & parua, quẽadmodum ad noſtram poteſtatem legaliter deuenerunt. Si autem aliquis in minimo ſeſe opponere vllo modo necnon ratione voluerit atque tentauerit, anathema ſit, & auctoritate Apoſtolica excommunicatus denuncietur, nihilque ipſe cum Chriſti fidelibus agendum habeat, & cum Iuda traditore Omnipotentis Domini noſtri Ieſu Chriſti conditionem habeat, æterniſque pœnis ac cruciatibus multetur, donec à ſpirituali iudicio abſoluatur necnon liberetur.

Actum in ſacratiſſima Beneuentanorum ciuitate, per Indictionem decimam octauam, menſe Febr. an. 1114 in ſacro noſtro Palatio, feliciter & proſpere admodum.

Anacletus de Rogo ante ciuitatem.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Domini æterni, & indiuiduæ Trinitatis. Concedimus nos vir glorioſiſſimus Anacletus ſeruus ſeruorum Domini Epiſcopus & ſummus Dux Princeps ac Comes, per rogum Referendarij noſtri, qualiter ad noſtram poteſtatem appellatis, vt ſi tibi Dominico Deus Dominuſque omnipotens donauerit, atque elargitus fuerit ſpatium, tempuſque ad diuturnam vitam agendam, ſeu perfruendam, ſimulque & fratri tuo amantiſſimo, donec veniat illi tempus quo ingenium, ſapientiamque ſuã propriam adhibere, ſeu vti poſſit, & vt ſibi mulierem ſponſamque ſociare poſſit; ad hæc petitis, poſtulatiſque noſtram clementiam, vt quemadmodum habet textus ſeu caſus humanus, ſi tu priuſquam legitimam fœminam ducere debeas, & ſine hærede de legitima tua muliere mortuus fueris, extremumque claudere diem debueris, vt omnia & in omnibus, mobilia & immobilia, id eſt, terra, vineæ, prata, campi, horti, domus, pecora, territoria, ſimilliмaque omnia & in omnibus, forori tuæ tibi amantiſſimæ inuiolata ſemper permaneant. Et denuo poſtulaſti, & feruenter à nobis omnibus Præpoſitis rogaſti; vt ſi aliquod ſit obſtaculum, aut etiam in aliqua re ſit vllum impedimentum, nimirum, vt tu, & ſoror tua de hac luce, aut mundo hoc ærumnoſo abiueris, æternamque patriam petiueris, vt omnia tua bona mobilia, & immobilia, quemadmodum ſupra nominatum eſt, in ſubſtantia & poteſtate matris nec non genitricis veſtræ permaneant, vt aliquando de anno, aut etiam ſingulis quoque menſibus, vel quomodocunque placuerit, pro ſalute animarum veſtrarum miſerrimarum, quæ forte per aliquod delictum quod in hac vita commiſerunt ſcienter, vel ignoranter, faciat aliquod opus bonum.

Quam autem chartulam firmationis ex iuſſione ac precepto, ſeu mandato nominatæ poteſtatis, dictaui ego Paulus Notarius necnon & Referendarius tibi Conſtantino Notario Curiæ noſtræ Beneuent. ſcribendum.

Factum autem in Beneuentano noſtro ſacro Palatio, menſe Nouemb. ann. ...... per ind. ......feliciter admodum.

Preceptum Grimoaldi de Ecclesia ſancti Lodouici.

In nomine Domini Dei Omnipotentis, ac Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Domini æterni, & indiuiduæ Trinitatis. Concedimus nos Dominus, ac vir glorioſiſſimus Grimoaldus ſummus Dux gentis Longobardorum. *Reliqua deſunt; nam quæ ſequuntur non cohærent.*

Adelchis de templo S. Ioannis.

Adelchis Longobardorum ſummus Dux Comes atque Princeps. In hanc noſtram ſacratiſſimam Beneuentanam curiam, (quãdo & nos omnes aderamus qui præſumus Curiæ Beneuentanęque ciuitati) præſentiamque venerunt Henricus Abbas Mõtis S. Ioannis, contendendum contra Bernardum presbyterum, propter templum S. Ioannis Pręcurſoris Chriſti Seruatoris noſtri

ſti quod ædificatum eſſe dignoſcitur iuxta ciuitatem illam Florentinam. Dicebat nominatus Henricus: Quoniam prænominata Eccleſia quam tu Bernarde presbyter ab eodem Monaſterio queris ſeiungere atq; ſubtrahere, quæ à tempore Domini noſtri Prioris in ipſum Monaſterium ab hominibus Chriſti fidelibus oblata necnon donata fuit, vt ſecundum legem ac præceptum ibidem audientiam ac poteſtatem habere debeat. Ad hæc reſpondebat: Scimus quod tu Abbas ipſam Eccleſiam abhine aliquot annis ſine lege ac præcepto tenuiſti, antea enim ad s. Magdalenam in Pontiano pertinuit, & ſi iuſte agatur, in ſupra nominato loco denuo pertinere debebit. Quamobrẽ per hanc contentionem & altercationem feruentiſſimam cognouimus atque percepimus proculdubio certam veritatem; propter quod ſupra nominatum Monaſterium ad ſanctam Mariam Magdalenam pertinere iudicauimus; necnon præcepimus accerſiri ſanctos Canones, & relegerunt in noſtra omniumque cæterorum hominum præſentia, & ſic textus habebat; vt nullo modo nullaque ratione vna Eccleſia ab altera ſeiungeretur, & haudquaquã ſepararetur. His peractis, tandem animaduerterunt ſeu cognouerunt, quiſnam rectum haberet, & vtra pars iudicanda & condemnãda eſſet; ſic poſtmodum Eccleſiam illam ad S. Mariam Magdalenam pertinere dimãdarunt & præceperunt. Quamobrem hoc noſtrum curauimus fieri iudicatum, vt nullo etiam aduenientε tempore habeat poteſtatem Ipſe ſupranominatus Abbas vel etiã poſteri eius, id eſt, amici, cognati, parenteſque de nominata eccleſia controuerſiam aliquam quærere aut prætendere: Et ſi quærere aliqua ratione aut modo tentauerint, ſit quæſtio illorum vacua necnon inanis.

Quod autem mandatum diffinitionis ex dictatu & iuſſione nominati Domini noſtri viri glorioſiſſimi per Ioannem Notarium ciuitatis noſtræ Beneuentanæ ſcripſi ego Lambertus Notarius ſacri noſtri Palatij ciuitatis Beneuentanæ; data iuſſione in hoc noſtrum ſacratiſſimum Beneuentanorum Palatium, menſe Nouembri per Indictionem 15. anno . . . . Principatus Domini noſtri Adelchis anno quinto.

Ego Petrus Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Bernardus Cardinalis ſigillum meum propria manu appoſui.

Gregorius de loco necnon facultatibus quas Adelchis poſſidet.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Domini æterni. Ego Gregorius vir glorioſiſſimus Princeps ac Comes ſummus & eximius Domino amantiſſimæ

A gentis Catholicorum ſeu Chriſtianorum, tibi Petro filio quondam maiorumque noſtrorum tempore Rodolphi. Quoniam petiſti ſumma cum feruentia noſtram dignitatem & clementiam per Lambertum pictorem noſtrum, quatenus tibi deberemus dare ac denuo concedere res facultatum tuarum, quæ ob pœnam tuam, quam haud immerito promeritus es, ad noſtram deuenere legaliter ac iure poteſtatem; quam ob cauſam extra ius noſtrum in ciuitatẽ Neapolitanam auſugiſti ſine vlla licentia mandatoque Superiorum; noſtra autem magnanimitas conceſſit vt veſtram inaudiremus petitionem, quodnam eſſet quod prætenderetis aut proponere velitis. Quamob-

B rem conceſſimus tibi ſupranominato Petro bona tua quæ tibi à parentibus, ab amicis aut alijs quibuſuis hominibus fideli modo obuenerunt, tam caſas, quam condomas, tam ſeruos, quam ancillas, mobilia & immobilia, omnia & in omnibus, quæ per ſingulos fide dignos noſtros aliquando à noſtra Curia, ſenatu, alijſque hominibus probitate perſpicuis conceſſa ſunt; ea nimirum ratione, vt amodo & in perpetuis temporibus habeas ac poſſideas ſupranominatas quam ſæpiſſime res, tam tu quã ſupra nominate, quam & hæredes tui; & à nullo ex noſtris Iudicibus, hoc eſt Comitibus, aut etiam à quibuſcunque gentibus noſtris contra ea quæ noſtra conceſſit mã-

C ſuetudo, quandoque ire, aut vlla ratione quidquam ſubmouere aut ſeiungere præſumat.

Quod autem præceptum mandatumque conceſſionis ſeu permiſſionis ex iuſſione ſupranominata poteſtatis ſcripſi ego Theodoricus Notarius.

Actum in Beneuentanorum Palatio, menſi Auguſto, per Indict. 15.

Radelchis de ſilua in Curiana.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Domini æterni, ac indiui-

D duæ Trinitatis. Concedimus nos Dominus vir glorioſiſſimus Dominus Adelchis Dei Omnipotentis prouidentia Longobardorum gentis Princeps, per rogum Tauri Venerabilis Abbatis noſtri tibi Vvernero Domini noſtri ſiluam in Deſino in integrũ, quæ fuit Attonis filij, vna cum ancillis & ſeruis, mobile ac immobile, territorijs cultis & incultis inde ſpectantibus, & quæ per eius culpam iure merito ad noſtram venerunt poteſtatem; tibi eandem ſiluam vna cum ſupraſcriptis omnibus habendam conceſſimus; in ea videlicet ratione, vt amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreũ firmiſſimumque præceptum prænominata omnia tu & hæredes tui habere ac poſſidere valeatis, & à nemine ex noſtris Iudicibus, hoc eſt Comitibus, vel à quibuſcunq;

gen-

gentibus habeatis aliquam requiſitionem, aliquod faſtidium, aut aliquam moleſtiam; veruntamen omni in tempore perpetuiſque temporibus eandem habeatis atque poſſideatis.

Quod autem præceptum ſeu mandatum cõceſſionis ex iuſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Theodorus Notarius.

Actum Beneuenti nono anno, decima quinta Indict. feliciter admodum.

Princeps Totonius, de vinea ſua.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, Concedimus nos vir glorioſiſſimus Princeps Totonius, Domini Omnipotentis Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Dominique æterni prouidentia ac miſericordia gentis Longobardorum Princeps, per rogum vineatoris noſtri, tibi Franciſco Magiſtro noſtro vineam & terram, modios viginti, quam à ſeruis ſacri noſtri Palatij comparauerunt illi homines libertati donati, tribunalia ac iudicaria quotannis dari Marepali noſtro, in ea quippe ratione, vt amodo ac deinceps per hoc noſtrum roboreum præceptum ſupranominatam terram necnon & vineam, tu & hæredes tui, amici ac familiares habere in poſterum omnique tempore poſſidere in pace & proſperitate ſine vlla moleſtia ac faſtidio habere valeatis, à nullo autem ex noſtris Iudicibus hoc eſt, Comitibus, Gaſtaldijs, vel etiam à quibuſcunque gentibus habeatis in minima etiam re aliquam requiſitionem, verumtamen perpetuis temporibus pacifice, ac in maxima tranquillitate ſeu & vnione poſſideatis.

Quod autem præceptum mandatumque conceſſionis ex iuſſione nominatæ poteſtatis ſeu conceſſionis ſcripſi ego Leonardus Notarius.

Actum in ciuitate Beneuentana, anno decimo ſeptimo, menſe Ianuar. decima ſeptima Indictione, feliciter necnon & proſpere admodum.

Ioannis donatio familiæ.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Domini æterni, & in nomine indiuiduæ Trinitatis. Concedimus nos Dominus vir glorioſiſſimus Ioannes Domini gratia gentis Lõgobardorum ſummus Comes ac Princeps ſeu Dux, tibi Adolpho filio quondam Arnoldi piſtori noſtro puerũ nomine Laurentium, vna cum vxore, filijs ſeu filiabus ſuis qui in terra noſtra ſe ad habitandum collocarunt ſine licentia ac mandato Conſulis ac Iudicis noſtri, omniũque Senatorum noſtrorum, verumtamen inſcijs alijs omnibus hominibus ſe de nocte cõtulerunt, habitationemque illic facere incœperunt in loco qui nominari ſolet Tilea, quia olim maiorumque noſtrorum tẽpore in eodem loco tiliæ arbores altitudinis immenſæ ſtare ſolebant, quæ autem bello Pœnorũ ſublatæ & extirpatæ ſunt. Illas autem ſupra nominatas res, quatenus ab hodierna die ad noſtram deuenerunt poteſtatem, tu ſupra nominate habeas in tui iuris dominio ſeu poteſtate defendas ac tuearis tam qui ſupra nominate, quam & filij filiorum tuorum, & à nullo quoquo tempore quopiã homine vnquam habeas aliquãdo in minima re aliquam quæſtionem aut reprehenſionem, verumtamen perpetuis tẽporibus omnique in tempore non habeas aliquam requiſitionem, ſed per hoc noſtrũ firmiſſimum præceptum ſecuriter ac firmiter vos ſuperius nominati eaſdem res habere ac poſſidere valeatis.

Quod autem præceptum cõceſſionis ex iuſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Lambertus notarius.

Actum in Sipontino in Palatio noſtro menſe Octobri; per Indict. 19.

Luitprandus de S. Gregorio.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Domini æterni, Confirmo ego Dominus Luitprandus ſummus Dux ac Imperator gentis Longobardorum, vt templum illud S. Gregorij Confeſſoris ac Sacerdotis Domini noſtri Ieſu Chriſti, concedo vt templũ illud ſit abſolutum ab omni vinculo moleſtationis, vectigalis, tribunalis, vel quicquid ſimili modo inferri poſſit, & ſit abſolutum ab omni conditione ac moleſtia, nulluſque Epiſcopus licentiam habeat aut quælibet lectio Sacerdotum vel Clericorum in ſupranominata Eccleſia, verumtamen ſolummodo Sacerdos qui illuc præeſſe inueniatur, & poſteri qui iuxta Domini mandatum & Canonicam ſanctionem viſi fuerint viuere, ita vero, vt omnia quæ ibidem obtulit ſupradicta illa perſona ſancta aut in poſterum obtulerit, cuncta illa firmiter permaneant, ſicuti amodo & deinceps ac in perpetuis temporibus firma ſeu roborata permaneant; & nullus vnquam homo aut quæuis perſona contra illa quæ noſtra ſanxiuit poteſtas, ire præſumat aut attentet.

Quod autem præceptum firmitatis ex iuſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Duddus referendarius.

Actum Beneuenti in Palatio noſtro ſacratiſſimo, menſe Martio, per Indict. 13. feliciter admodum.

Pandolphus de caſis intra hanc Vrbem Beneuentanam.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Domini æterni. Firmamus ac concedimus nos vir glorioſiſſimus, ſummus Dux gentis Longobardorum, per rogum

gumMattiul piſcatoris noſtri tibi Franciſco referendario noſtro, omnes tes quondã Turſonij tam caſas extra mœnia quam etiam & intrinſecas caſas, domus, cultas & incultas, vineas, territoria, ſeruos & ancillas, mobilia ac immobilia, omnia & in omnibus quæcunque ipſe Cauſarius habere ac poſſidere viſus fuerit; pro eo quod filius tuus Bernardus filiam aliquam abſque voluntate parentum, amicorum, omniumque cognatorum pro ſua voluntate ac libero arbitrio duxit, ſibique in coniugem deſponſauit; tali conditione, vt ſi nominata ſoror illius extremum diem clauſerit, atque alium maritum ſibi in virum ſociare præſumpſerit; omnis illius ſubſtantia nominato Maneiano filioque in hac vita temporaria manente, illi poſſidendum omnique in tempore perfruendum remaneat. Aſt nullus ex noſtris actionarijs aut vllus gentiũ contra illa quæ noſtra confirmauit ſeu permiſit poteſtas, quandoque ire præſumat, verumtamen omni in tempore noſtrum præceptum firmum ac roboratum ſemper permaneat.

Quod autem præceptum firmitatis necnon conceſſionis ex iuſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Antonius Notarius.

Actum Beneuenti in Palatio, menſe Februario, per Indict. 19. feliciter admodum.

Ricardus de Caſtello Beneuentano in ſacro noſtro Palatio.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Domini æterni, ac indiuiduæ Trinitatis. Conceſſimus nos Dominus vir glorioſiſſimus Ricardus Domini prouidentia Longobardorom gentis Princeps, per rogum Antonij, tibi Iodoco Aurifici noſtro omnem rem quam Allo comparauit à famulis ſacri noſtri Palatij donec ad mandatum de Caſtello quod tenuit Remigius ſine præcepto ac mandato; ipſe autem Remigius vitam vna cum morte commutauit migrauitque ex hoc ærumnoſo mundo: in ea nimirum ratione, vt amodo ac deinceps per hoc noſtrom firmiſſimum decretum ac mandatum prænominata omnia quæ, vt ſupra dictum, lectitantur ſeu leguntur, tu vna cum omnibus hæredibus tuis, amicis ac parentibus poſſideatis ac habeatis, & à neioine ex noſtris Senatuſconſultis aut Iudicibus ſiue Comitibus vel à quibuſcunque gentibus habeatis aliquam in minima te requiſitionem aut moleſtiam, ſed perpetuis temporibus poſſideatis ac habeatis.

Quod autem præceptum conceſſionis ex iuſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Antonius.

Actum in ciuitate noſtra Beneuentana, ſecundo anno, menſe Aprili, Indict. 3. feliciter admodum.

A

Pandolphus de Curte.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Domini æterni, & in nomine ſanctæ ac indiuiduæ Trinitatis. Conceſsimus nos vir glorioſiſsimus Pandolphus Domini Omnipotentiſque Dei gratia Longobardorum gentis Princeps, per rogum Referendarij noſtri tibi Gerhardo Malloni filio ſutoris, curtẽ in loco qui nominatur Terrẽſe cũ ſeruis ac ancillis ſeu vna cũ omnibus pertinentijs, quæ ob culpã ſceluſq; ſuũ commiſsũ ad noſtrũ ſacrum Palatiũ & Curiam noſtram deuenit, atq; à Domino noſtro permiſſum fuit; veruntamen quia iam nominatus filius extra Prouinciam noſtram, in- B ſcio Iudice ac Senatoribus omnibus, Neapolim clam occulteque aufugit, prænominata Curtis ad Sacrum Beneuentanum Palatium noſtrum deuenit. Quamobrem integram curtem vna cum famulis ſeu ancillis ac omnibus pertinentijs ſuis tibi donanimus ac conceſsimus; in ea nimirum conditione, vt amodo & deinceps, & in perpetuis temporibus per hoc noſtrum roboreũ præceptum tu & hæredes tui ſæpe nominatam curtem vna cum omnibus pertinentijs ſuis, vt hactenus eam tenuiſti, habere atque poſsidere valeatis, & à nullo ex noſtris Iudicibus, eſt Comitibus, Gaſtaldis, vel à quibuſcunoque gentibus habeatis aliquam requiſitionem aut moleſtiam; veruntamen omni in tempore perpetuiſque temporibus C illas ipſas poſsideatis.

Quod autem præceptum conceſtionis ex iuſſione ſupradictæ poteſtatis ſcripſi ego Audoaldus Notarius.

Actum Beneuenti, ſecundo anno, menſe Martio Indict. 16.

Gerhardus de fulche ac terrá ſua.

In nomine Domini Dei Omnipotentiſq; Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Domini æterni, & in nomine & honore ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Firmamus nos Dominus vir glorioſiſsimus Gerhardus Domini gratia, necnon & prouidentia gentis Lõgobar- D dorum Princeps, per rogum Landolphi, tibi Aioni terram vacuam ac fulcle modios vndecim, quæ ſpectauit hactenus ad ſacrũ noſtrum Beneuentanum Palatium, quæ habet hos terminos: de vno latere & vno capite vſque ad terram tuam, de alia autem parte vſque ad terram quæ fuit Simonis & pertinuit de iudicari Nicolaiſea nempe auctoritate atque conditione, vt amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum præceptum prænominatam terram, vt ſuperius legere omnibus hominibus licet, tu vna cum hæredibus amicis & cognatis, habere & poſſidere valeatis, & à nullo ex noſtris Iudici-

bus

bus, hoc eſt, Comitibus; Gaſtaldis, vel à quibuſcunqne gentibus habeatis aliquam moleſtiam aut requiſitionem, verumtamen omni in tempore perpetuiſque temporibus eandem quam ſæpiſſime ſupra nominatam terram poſſideatis.

Quod autem præceptum conceſsionis ex iuſſione nominata poteſtatis ſcripſi ego Leo Notarius.

Actum Beneuenti primo anno.

Landolphus de rebus ſuis in loco Medianenſe.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Firmauimus ac conceſſimus nos vir glorioſiſſimus Landolphus Domini Omnipotentis gratia Beneuentanorum gentis Princeps, per rogum Gertrudæ amantiſſimæ coniugis noſtræ tibi Bernardo aurifabro noſtro res illas in loco Medianenſe quas Rens libertati donatus homo pro pignore tenuit ab ancillis noſtræ ciuitatis Beneuentanæ, noſtrique ſacri Palatij; in ea nimirum ratione, vt amodo & deinceps in perpetuiſque temporibus, per hoc noſtrum firmitatis præceptum prænominata omnia quæ ſuperius leguntur, tu vna cum hæredibus & amicis cognatiſque habere, ac in perpetuum poſſidere valeatis; atque à nullo ex noſtris Iudicibus, hoc eſt, Comitibus, vel à quibuſcunque gentibus habeatis in minima etiam re aliquam requiſitionem aut reprehenſionem, veruntamen perpetuis temporibus omnique tempore habeatis ac poſſideatis.

Quod autem præceptum conceſsionis ex iuſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Theodoricus Notarius ciuitatis ac Palatij Beneuẽtani.

Actum Beneuenti primo anno, menſe Ianuario, Indict. 15. feliciter admodum.

Landolphus de rebus in Curia.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Domini æterni, & in nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Firmamus nos vir glorioſiſsimus Landolphus Domini gratia ſummus Dux & Princeps gentis Beneuentanorum, per rogum chariſſimæ cõiugis noſtræ tibi Arnoldo lirarau illam in curſu quæ ſpectauit ad famulos ſacri noſtri Palatij, quam homines libertate donati vltra duodecim annos abſque vllo præcepto tenuerunt; in ea nimirum conditione, vt amodo & ſemper hoc noſtrum ab omnibus Senatoribus confirmatum mandatum prænominata omnia tu vna cũ hæredibus tuis habere ac poſſidere valeatis.

Quod autem præceptum conceſsionis ex iuſſu nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Benedictus Notarius ciuitatis Beneuentanæ.

Actum Beneuenti, tertiodecimo anno, menſe Septembri, Indict. 19. feliciter necnon proſpere admodum.

Robertus Comes, de lignis incidendis in monte nomine Dragonis.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti & in nomine ſanctæ ac indiuiduæ Trinitatis, Robertus Diuina ordinante necnon diſponente prouidentia ac clementia S. Agathæ, quamplurimarumque ciuitatum Comes atque Princeps, cum Comitiali excellentia petitioni dilecti ſui petẽtis, omnibuſque iuſte petentibus in Domino clementer fauet. Quamobrem nouerit omnium ſcilicet fidelium ac futurorũ noſtrorum præſentium quoque ſagacitas, qualiter ob redemptionem animæ patris ac matris meæ, omniumque parentum meorum, per interuentum quoque Domini Madelmi Abbatis Monaſterij s. Sophiæ Beneuẽtanæ, ego Robertus Domini Omnipotẽtis gratia Comes prænominatus, & filius bonæ recordationis Domini Randolphi Comitis dono, cõcedo, confirmo, & offero in Monaſterio prænominato S. Sophiæ intus ſupra nominatam ciuitatem Beneuentanam. ſcilicet, vt Dominus Madelmus prænominatus venerabilis Abbas, ac illius ſucceſſores, & pars prænominati Monaſterij habeant firmã licentiam ſeu poteſtatẽ manendi & accipiẽdi omni in tempore de eadem ſilua de monte Drago in finibus Toccenſis lignum ad opus prænominati Monaſterij pro foco decẽ ſomerios oneratos vna cum hominibus eiuſdẽ Eccleſiæ ad comprehendendum atque incidendum ligna prænominatæ ſiluæ, ſine mea meorumque ſuccedentium, vel cuiuſcunq; hominum perſonæ magnæ ſeu paruæ contrarietate vel moleſtatione aut requiſitione. Quod ſi autem quilibet hominum magnus ſeu etiam paruus, cuiuſcunq; etiam conditionis ac auctoritatis ſit contra hanc noſtram dationem, conceſſionem atq; oblationem in quomodocunq; agere præſumpſerit ſeu attentauerit, aut violator fieri vlla ratione necnon modo attentauerit, ſciat ſe compoſiturum aureos ſolidos bonos mille, medietatem prænominato Monaſterio, & alteram medietatem noſtræ Cameræ; & ſoluta compoſitione hoc noſtrum roboreum mandatum firmum ſeu etiam ſtabile maneat in perpetuum omniq; in tempore. Vt autem firmius credatur ac obſeruetur, manu noſtra propria ſubterſcripſimus, necnon ſigillo noſtro proprio ſigillari mandauimus Ex iuſſione itaque prænominatæ ſereniſſimæ poteſtatis ſcripſi ego Alexander Clericus & notarius ac ſcriba noſtræ Beneuentanæ prouinciæ, in anno Incarnationis Domini noſtri Ieſu Chriſti, milleſimo nouageſimo nono, necnon & decimo tertio anno Comitatus eiuſdem glorioſiſsimi Comitis Indict. 17.

Datum 25. Calend. Septembris. Actum in ciuitate Beneuentana.

Signum † Roberti Comitis, feliciter.

Robertus Comes, de Eccleſia S. Saluatoris de Florentino, & S. Nicolai.

In nomine Domini Dei Salnatoris noſtri Ieſu Chriſti Omnipotentiſque Domini, anno ab Incarnatione Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti 1115. menſe Octob. Indict. 8. Ego Robertus gratia Domini Omnipotentis noſtri Ieſu Chriſti Comes Comitatuum de Laurarello, filius bonæ memoriæ Roberti Comitis, notum necnon manifeſtum facio præſentibus omnibus ſcilicet ac futnris: Quoniam Cœnobium ſeu Monaſterium ſanctiſſimæ Virginis Sophiæ quod ædificatum eſſe dignoſcitur intra ſupranominatam Venetabilem Beneuentanam ciuitatẽ, ſecundum ſcita Canonum intra fines noſtri Comitatus tenet ſeu poſsidet Eccleſiam vocabulo s. Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, quæ conſtructa dicitur in finibus ciuitatis Florentinæ, & Eccleſiam ſancti Leonis quæ conſtructa eſt iuxta mœnia eiuſdem ciuitatis Florentinæ, & Eccleſiam S. Petri Apoſtolorum Principis quæ dicitur in loco quodam eſſe nomine Viriano, & Eccleſiã s. Stephani protomartyris quod eſt primi martyris in loco qui nominatur Franciſca, quæ Eccleſiæ iure merito ſubditæ ac pertinentes ſunt eidem Eccleſiæ ſupranominatæ ſancti Saluatoris, vna cum omnibus earum pertinẽtijs & rebus mobilibus & immobilibus. Iam nunc autem congruum mibi necnon placitum mihi eſſe videtur, bona etenim mea mobilia atque immobilia voluntate mea propria pro firma ſtabilitate, necnon & pro remedio ac ſaluatione animæ meæ ſupradictique patris vel matris ac genitricis meæ meorumque conſanguineorum atque amicorum, confirmo ac concedo ſupranominatas Eccleſias cnm omnibus earũ pertinentijs, quemadmodum ſupra nominatum eſt, perpetuo iure in eodem ſupranominato Cœnobio ſeu Monaſterio ſanctiſſimæ Sophiæ Virginis, & tibi Domino Bernardo Venerabili Abbati eiuſdem Monaſterij ſanctæ ſupra nominatæ Sophiæ: quatenus perpetuis futuriſque temporibus eaſdem ſupranominatas Eccleſias tu & tui ſucceſſores & ſupradicti Monaſterij pars ſecuriter ac firmiter teneatis ſeu poſsideatis, necnon & ordinetis ſecundum veſtram voluntatem, ſecundnm veſtrum liberum arbitriũ ac opinionem, quomodocunque vobis placuerit, ſine mea, meorum quoqne hæredũ ac ſucceſſorum, necnon Vicariorum contradictione vlla vel requiſitione ſeu etiam moleſtatione; & poteſtatem quoque habeatis vos ibidem conducere homines ad habitãdum & reſidendum, placitumque vel conuenientiam quam illis ipſis feceritis, concedimus eſſe firmam; ea nimirum ratione, vt nec ego neque mei hæredes vel ſucceſſores, nec aliquis Conneſtabilis nec Stratigedus vel Vicecomes ac Gaſtaldius aliquam moleſtationem ſeu requiſitionem in eiſdem ſnpradictis locis faciant: Sin autem ipſi cõducti homines terras noſtrorum hominum laborauerint, terraticum inde ſolummodo reddant, vobis autem nihil, ſimili modo concedimus: Sin vero quicqnam Canonico ordine ac recto per quoſlibet omneſque fines ac terminos noſtri Comitatus acquirere noſtro conſilio potueritis, liberè necnõ abſolute poſsideatis: Atque conſtituimus, vt in locis veſtris vanum noſtrum nullo modo nullaque ratione ponatur, veruntamen ſanguis ſi ibi effuſus fuerit, vel etiam aliquod delictum, necnon ſcandalnm perpetrauerint atque commiſerint, nulla nobis requiſitio inde fit, aut etiam vllo vnquam tẽpore fiat, veruntamen veſtro iudicio omnino ſubiaceant, omni noſtra remota conditione vel etiam requiſitione. Præterea quoque concedimus eidem Monaſterio & Cœnobio S. Sophiæ Virginis, vt omni in tẽpore eorum animalia per omnes omniũ fines noſtri Comitatus ſecuriter paſcant, necnon perambulent; ita vt nullum herbaticum, vel donum, vllamque ſolutionem exinde poſtulent ac exigant vel etiam requirant. Sin vero aliquis auſu temerario ſcienterque hanc noſtram conceſsionem quam liberrimam ac abſolutam ab omni cõditione ſupra nominato Monaſterio fecimns, eandemque impreſſione noſtri ſigilli ſignauimus, illam irritam facere præſumpſerit, perpetuo vinculo anathematis colligatur, & cum Core Dathan & Abiron, ſeu cum Iuda traditore Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti Omnipotentiſque Dei æterna perpetuaque diſcrimina ſortiatur: Obſeruantibus autem gaudia infinita condonentur.

Quod tibi Ioanni noſtro Notario taliter ſcribere mandauimus ac præcepimus.

Actum iuxta Caſtellum S. Martini feliciter admodum.

Signum propriæ manus qui ſupra Roberti Comitis.

Signũ propriæ manus Malgerij Cõſtabuli.

Signum manus Ingelberti.

Signum manus Iordani.

Signum manus Roberti Saporiti.

Henricus Comes de ſancto Nicolao & ſancto Saluatore in Florentino.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, decimo anno regnante Domino Alexio ſanctiſſimo Imperatore noſtro, menſe Februario, octaua die, Indict. 17. Ego Henricus Domini Omnipotentis gratia Comes de Monte ſancti Angeli, credens me à Domino conditore omnium dignas mercedes accepturum, ſi ſanctis, ac venerabilibus locis ſeruitium ſollicite impendam, & eorum cultoribus ijſdem ſanctis locis ſeruientibus pro poſſe ſeruire paratus fuero, timore & amore ipſius compulſus

qui

A qui filium ſuum pro nobis carnem ſumere,
nec non patibulum crucis ſubire mortem-
que guſtare fecit, vt nos morte ac paſſione
ſua Spiritu ſancto cooperante à morte per-
petua, ac ſempiterna paſſione ac cruciatu
liberare poſſet, vitamque ſempiternam
in cæleſti throno ac palatio tribueret atq;
elargiri poſſet. Quamobrem ego vna cum
Gulielmo fratre meo chariſſimo amantiſſi-
moque pro ſaluatione, redemptioneque
animæ noſtræ miſerrimæ, noſtrorumque
parentum, amicorũ, & conſanguineorum,
confirmamus, & affirmamus nos cum no-
ſtris hæredibus, tibi Madelmo Abbati vene-
rabili tuiſque hæredibus necnõ tuis ſucceſ-
ſoribus ſanctæ Sophiæ de Beneuentano do-
B nationem quam Guillelmus de Nominata,
necnon Godfridus de Baſtia ſupranomina-
to Monaſterio ſanctæ Sophiæ atque tibi
Madelmo venerab. Abbati, ſeu & ſucceſſo-
ribus tuis donauerunt; in primis donatio-
nẽ Godfridi per ſingulas etiam decimas,
nimirum, eccleſiam ſancti Nicolai Epiſco-
pi, quæ fundata videtur eſſe in Monte Fili-
zo cum omnibus obedientijs & pertinentijs
ſuis: ex parte Guillelmi de Nominata, ec-
cleſiam ſancti Saluatoris, quæ videtur eſſe
proxima colli Incendule, vna cum ſancto
Leone, eccleſiam quæ eſt intra ciuitatem
Florentinam, atque Eccleſiam ſancti Petri
Principis Apoſtolorum in Viliano, inſuper
C ſancti Stephani Protomartyris de Frãciſca,
vna cum omnibus earum pertinentijs; &
hoc videlicet tenore, vt tu atque tui ſucceſ-
ſores coram ſubſcriptis teſtibus licentiam
tibi Abbati concedimus facere ad commo-
dum & vtilitatem, quã ſæpiſſimẽ ſuprano-
minati Monaſterij ſanctæ Sophiæ de his om-
nibus quodcunque volueritis, & homines
per has pertinentias vbicunque volueritis,
vobiſque pro veſtro libero arbitrio, ac opi-
nione placuerit, à nobis licentiam recolli-
gere habeatis ſine hominibus noſtris qui
ſunt in noſtro dominio. Et has affirma-
tiones, noſtraſque conceſſiones quas ſupra-
nominato Monaſterio ſanctæ Sophiæ virgi-
nis, & tibi Abbati venerabili, tuiſque ſuc-
D ceſſoribus pro remedio, & pro ſaluatione
animæ noſtræ, ac noſtrorum parentum
conceſſimus, atque pro redemptione pa-
rentum, fratrum, ſororum, conſanguineorũ,
ſeu amicorum permiſimus, & per cultrum
noſtrum ante ſubſcriptos teſtes tradidimus,
vt ſi quis frangere, vel infeſtare, ac decre-
ſcere voluerit vos, defenſores tutoreſque
noſtros hæredes maniſeſtamus eſſe contra
omnem qui hanc paginam irritam vult fa-
cere. Illud autem quod intermiſimus no-
minare de Godefrido de Baſtia hoc in loco
per vnumquemque nominamus, nimirum
de ſancto Nicolao Epiſcopo quem ſupra
memorauimus, vna cum Eccleſia ſancti Pe-
tri Apoſtolorum principis, quę ſita eſſe mo-
derno tempore dignoſcitur extra foriſque
ante ciuitatem Baſtiam, vna cum omnibus
rebus ſuis, ac Eccleſia ſancti Martini Epi-
ſcopi, atque Confeſſoris, quæ dicitur eſſe
in loco qui nominatur de Cannito, vna cum
omnibus ſuis pertinentijs, atque Eccleſia
ſancti Georgij Martyris, quæ extra Cannitũ
eſſe dicitur, cum omnibus ſuis pertinentijs,
necnon Eccleſia ſanctiſſimæ Barbaræ virgi-
nis, quæ eſſe dicitur in loco qui nominatur
Rhodus cum omnibus ſuis pertinẽtibus, &
Eccleſia ſancti Benedicti, quæ eſſe dignoſci-
tur in loco quodam iuxta vrbem Neapoli-
tanam cum omnibus ſuis pertinentijs, &
Eccleſiam ſanctæ Catharinæ, quæ ſita eſt in
loco qui dicitur Tereno extra muros ciui-
tatis Florentinæ, cum omnibus ſuis perti-
nentijs, necnon & Eccleſiam ſancti Hen-
rici Cæſaris, quam Gregorius ædificaſſe
dicitur, quæ eſſe dicitur in telo noſtro, loco
qui vadit ad plateam publicam, vna cum
omnibus ſuis pertinentibus, & Eccleſiam
ſancti Bernardi quam Helena Regina ædi-
ficare viſa eſt in loco qui nominatur Pato-
no in ciuitate Medianenſe cum omnibus re-
bus ad eandem Eccleſiam pertinentibus, cũ
terris ſcilicet vineis, pratis, campis, hor-
tis, caſis, famulis ac ancillis, mobilibus,
ac immobilibus territorijs, omnibuſque
rebus, quemadmodum ad ſac. noſtrum de-
uenit Palatium, cum omnibuſque pertinẽ-
tijs ſupranominatis. Nunc autem quicun-
que hanc offertionem noſtram irritã atque
in nihilum facere vllo modo, vllaque ra-
tione voluerit, aut attentauerit, anathe-
matis vinculo religetur, & excommuni-
cetur tanquam hæreticus, & ſchiſmaticus,
qui Dei Omnipotentis præcepta ſanctorũq;
omnium mandata deſpicit, atque contem-
nit, & partem atque conditionem, ſeu ſo-
cietatem habeat cũ Iuda proditore, ac tra-
ditore Omnipotentis Domini noſtri Ieſu
Chriſti Domini æterni, & cũ peccatoribus
illis grauiſſimis de quibus ſacra Scriptura,
ſacrumque Euangelium dicit Chore, Da-
than & Abiron, quos terra ob enormia
crimina, ac peccata quæ commiſerant vi-
uos & validos abſorbuit atque deglutiuit,
& ad æterna perpetuaque ſupplicia reiecit:
qui autem adiutores atque defenſores exin-
de fuerint, omni benedictione cæleſti prote-
gantur, ac perfruantur, & gaudia Paradiſi
à Domino Omnipotente accipiant & poſ-
ſideant; & hæc chartula noſtræ confirma-
tionis firma & ſtabilis ſemper permaneat,
atque in perpetuis temporibus.

*Et tibi Sammaro notario noſtro hanc char-
tulam ſcribere iuſſimus.*

*Signum crucis propria manu Henrici Co-
mitis.*

Signum crucis propria manu Gulielmi.

*Signum crucis propria manu Ricardi de
Sarno.*

*Signum crucis propria manu Ricardi Tri-
ſtani.*

 Si-

Signum crucis propria manu Normanni filij.
Signum crucis propria manu Hugonis Aſclitini filij.
Signum crucis propria manu Rocherij filij.
Signum crucis propria manu Roberti filij.

Stephanus Schuldachis de platea publica ubi modo eſt dormitorium.

In nomine Domini Dei Omnipotentis Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Domini ęterni, & in nomine indiuiduæ ſanctiſſimæque Trinitatis. En Rector Vrbis Stephanus, prudenſque Dacomarius, amore charitateq; ducti Martyrum inuictiſſimorum hoc facere conſtituunt vt Dominum propitium, cui non eſt initium nec vllus finis, aut terminus, habeant in perpetuum, dum ad celebrandam ſolemnitatem B. Mercurij ego Stephanus Schuldachis cum magno cœtu Beneuentanorum nobilium, nec non & aliorum bonorum hominum probaſſem in Eccleſia illa in qua ſacrum corpus eius decenter locatum eſt, nimirum intra clauſtra Cœnobij ſanctæ Sophiæ, iam tum Dominus Madelmus Abbas eiuſdem Monaſterij vir egregius, ac venerabilis, circumſeptus aliorum virorum bonorum ordinibus, inter ſalutaria verba quæ ore melliſluo voceque admodum ſonora proferebat, monendo nos ſpernere debere lubricos luxus ſæculi, & totis viribus carni, ebrietati, aliiſque peccatis grauioribus omni cum fortitudine ac robore reſiſtere, ſeu opportere nos debere, totiſque viribus Dominum Deum Omnipotentem qui pro noſtra redemptione carnem humanam aſſumpſit, pro nobis mundum intrauit, natus in ſtabulo pauperrime, & tandem poſt ætatem virilem tranſactam pro nobis, parentumque noſtrorum ac noſtris peccatis captus, cæſus, flagellatus, virgiſque acerrimè cæſus eſt, & tandem morte crudeliſſima in cruce, qui & Rex Regum erat & Dominus Dominantiũ, pro noſtris peccatis miſerrimè martyrizatus occubuit, viamque ad cæleſtem ſuum Patrem nobis præparauit, eundem ſupranominatus Abbas venerabilis nos feruẽter amare admonuit & adhortatus eſt; cœpitque idem Abbas nos anxiè obſecrare, quatenus pro amore charitateque Omnipotentis Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ſalute, ſeu proſperitate patriæ noſtræ, ac pro ſaluatione animarum noſtrarum concederemus ſibi ad partem ſupranominati Monaſterij plãteã illam publicam quæ moderno tempore eſſe videtur retro parietem ſupra nominati Monaſterij aperti loco Caballi nomine, in qua liceret illis habitacula ædificare, & habere, ad requiem Monachorum. Igitur ego ipſe Stephanus Schuldachus hoc audiens, ſententias explorare omnium aſtantium ciuium cœpi, cognoſcere cupiens vtrum tantæ petitioni concedere, necnon reſiſtere præſumpſiſſent. Interea ad memoriam ducitur quid B. Mercurius in tranſlatione ſacri ſui corporis hac in vrbe egerit, quæ & quanta & qualia à benigniſſimo Principe huius patriæ ab eius ſodalibus ſibi fuerint oblata; quæ omnia populus audiens, magis magiſque accenſus ad amorem Domini, Sãctorumque omnium in eodem ſacro Monaſterio ſanctæ Sophiæ requieſcentium, libenter optabat iuxta petitionem prænominati Abbatis fieri, cogendo quidem & obſecrãdo me ac Dacomarium (quem ſumma poteſtas præfecit ad gubernandum vna mecũ Rempublicam & populum huius vrbis) in tali bono propoſito aſſenſum præbere; & quoniam iuſte, recteque petentibus non eſt negandum ſolatium, atque conſolatio illis haud quaquam deneganda eſt, & iuxta Dauidis pſalmum, qui in hæc verba aureo quaſi ore ac voce prorumpit, ſcilicet: prope eſt Dominus inuocantibus ſe in veritate, necnon in petitione eorum accommodat aurem, & voluntates illorum perficiet. Quamobrem talibus monitis talibuſque adhortationibus adhortati ac animati, concedimus in eodem ſupranominato ſacro Monaſterio plateam ipſam quæ eſt in nominato loco Caballo, coniuncta quidem cum pariete eiuſdem Monaſterij vſque in traſenda illa vnde iterantes properant, perguntq; ad ſacrum Beneuentanum Palatium; ea videlicet ratione, quatenus amodo, & deinceps ipſa noſtra conceſſio perpetuo iure ſit manens ad proprietatem ſupranominati Monaſterij, cum inferius ac ſuperius, firmiſſimã licentiam habendo ipſe Dominus Madelmus Abbas, eiuſque ſucceſſores, & pars eiuſdem venerabilis loci, in eadem platea fodere, & ædificium conſtruere iuxta eorũ voluntatem, integram poſſeſſionem ex eo ſemper obtinentes, ſine qualibet noſtra vel cuiuſlibet hominis contrarietate. Et hoc vt abſque vlla ambiguitate credatur, manibus noſtris hic nomina ſubter annotauimus.

Et tibi Ioanni Clerico ſcribere iuſſimus taliter ſcribendum; in anno ſcilicet ab Incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti 1082. & anno decimo pontificatus Domini noſtri Summi Pontificis & vniuerſalis Papæ Septimi Gregorij, in ſacratiſſima Sede Beati Petri Apoſtoli, menſe Auguſto, hoc eſt, 8. Kalend. Septemb. Indict. 5.

Stephanus Dacomarius.
Ego Bernardus.
Ego Adelchiſius.
Ego Ioannes.
Ego Atenolphus.
Ego Petrus Clericus.
Ego Riſo Cardinalis.

Ego

A *Ego Lambertus Cardinalis, nos omnes ſubſcripſimus.*

Landolphus de molendinis in ponte marmoreo.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Domini æterni, & in nomine ſanctiſſimæ & indiuiduæ Trinitatis. Landolphus diuina ordinante prouidentia Longobardorum gentis Princeps, cum principali excellentia petitionibus dilectorum ſuorum omnibus iuſte petentibus clementer admodum fauet. Quamobrem nouerit omnium ſcilicet præſentium, ac futurorum B ſagacitas, quoniam Dacomarius noſter fidelis filius cuiuſdam Petri Clerici per Roffridum Archiepiſcopum noſtrum dilectiſſimum amantiſſimumque parentem ac genitorem, noſtram acceſſiſſe à Domino protegendam principalem dignitatem, petendo, precandoque, vt concederemus ac cõfirmaremus ſibi ſuiſque hæredibus, amicis, atque cognatis, omnia & in omnibus, quæ & qualia hic inferius declarantur, habenda ac in perpetuum poſſidenda iure quieto; de quibus etenim à nobis petijt ſibi fieri munitiones exinde à nobis, vt conſuetudo, ſeu mos eſt ab anteceſſoribus noſtris. Cuius petitionibus vſquequaque libẽter aſſenſum C præbuimus, & hos noſtræ munitionis apices inde eis fieri iuſſimus: per quos omnino ſancimus, perpetualiterque per præſens hoc noſtrum roboreum, firmitatiſque præceptum concedimus tibi ipſi Dacomario tuiſque hæredibus, vt licentiam firmamq; poteſtatem habeatis quantum eſſe voluerit in ponte marmoreo quod dicitur de leproſis, tam ſubtus eodem ponte, quam deſuper eundem pontem rumpere, & rumpere ac conſtringi facere, & omne ædificium ac laborem, omnẽque veſtram vtilitatem, quam vobis vtile, atque neceſſe fuerit in eodem ponte tam de ſubtus quam deſuper facere faciatis, ſemperque illud ibidem habeatis, abſque vlla cuiuſlibet moleſtatione; ve- D runtamen, vt pro eadem ruptura atque ædificio ipſe pons non decidat, & ædificium, atque labor ipſe quem deſuper ipſum pontem facitis, non ſit contrarius ad carros oneratos cum lignis omnibus, vel fœno, quę inde tranſitura ſunt; ac concedimus vobis habendum quodcunque ad partem noſtræ Reipublicæ euenire debet de omni negotio per eundem pontem tranſituro; Sed & concedimus vobis ipſi Dacomario, tuiſque hæredibus viam illam publicam, quæ pergere videtur ab eodem ponte inter terrã tuã & terrã Archiepiſcopi huius Beneuent. ciuitatis, atque erga murum ipſius noſtræ Beneuentanæ ciuitatis, atque ſecus vallonẽ vnde aquæ de molinis tuis, & de alijs molinis modo decurrunt, vt licentiam firmamq; poteſtatem habeatis viam vbi atque quan- A tum volueritis cauare ac cauare facere, necnon aquæductus inde deriuare ad vtilitatem de molinis tuis ſecundum veſtram voluntatem, liberumque veſtrum arbitrium, omne prætercea ædificium omnemque laborem quem neceſſe habueritis, abſq; aliqua cuiuſlibet contrarietate; & pro eadem via quam pro ipſo veſtro ædificio atq; labore iuxta eadem; ſi turris, catena, murus aut mœnia illa aliquando deſtruantur, liceat vobis inter ipſam catenam, & murũ in eadem turri rumpere à in altitudinem & latitudinem in laxitudinem & trans foratum quantum volueritis, vt homines illi qui de die in diem ſinguliſque horis inde tranſitu- B ri ſunt bene, necnon commode poſſint inde cum ſuis animalibus, cæteriſque rebus quas habent, aut tranſtuleriot ac eorum omnibus vtilitatibus tranſire; & eandem turrim quæ iam nunc ad cadendum quaſi poſita eſt, liceat vos reſtituere antiquæ formæ ac ſtatui, omneq; ædificiũ omnemq; laborẽ qui vobis placuerit ad veſtrã vtilitatẽ ac commodũ & pro veſtro libero arbitrio ibidẽ habeatis ac faciatis, & ſemper habeatis, cũ via & andito, cũ omnibus veſtris vtilitatibus, tam per ſcalas ipſius muri, quam & per andita illius muri; tantummodo ſic habeatis eandem turrim omni tempore conciatam, vt ex ipſo veſtro ædificio ac la- C bore eadem turris non cadat. Ea etenim ſanctione cuncta hæc quæ ſupra leguntur noſtra conceſſione, ac confirmatione tibi ipſi Dacomario, ac hæredibus tuis illa omnia conceſſimus, & confirmauimus, quatenus amodo & ſemper tã tu, quam & hæredes tui, & quibus à vobis data paruerit, illorumque hæredibus illa omnia habeatis, ac poſſideatis, omniaque exinde faciatis, quæcunque volueritis vobiſque placuerint, ſine vllius Comitis, Gaſtaldi, ſeu Iudicis, vel Schuldachi noſtri, aut cuiuſcunque perſonæ hominum aliqua contrarietate, vel moleſtatione, aut inquietudine à nemine ex hoc vobis in aliquo ingerente contrarium. Si quis vero contra hæc quæ ſupra D legimus, lectitauimuſq; quoquomodo agere, aut irritum facere præſumpſerit, ſciat ſe compoſiturum eſſe auri puriſſimi libras cẽtum quinquaginta, medietatem noſtro ſacro Palatio, & alteram medietatem vobis, veſtriſque hæredibus, & in poſterum ſemper omnia illa quæ ſupra ſcripta ſunt in prænominata ratione vobis firma, ac ſtabilia permaneant. Vt autem hæc noſtra conceſſio, ac confirmatio ab omnibus veriſſime credatur, atque immobiliter obſeruetur, ſcriptura propriarum manuum ea ſubter confirmauimus, annulique noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri.

Carus Clericus ac Notarius atque ſcriba ex iuſſione ſupranominatæ poteſtatis ſcripſit, in anno ab Omnipotentis Domini noſtri Ieſu Chriſti Incarnatione 1077. & quarto

to anno pontificatus Domini noſtri Summi Pontificis & vniuerſalis Septimi Papæ Gregorij in ſacratiſſima ſede Beati Petri Apoſtolorum Principis, & trigeſimo nono anno principatus Domini noſtri Landolphi glorioſiſſimi Principis, de menſe Ianuar. Ind. 15.

Actum in ſacro Beneuentanorum Palatio, feliciter admodum.

Landolphus de curte in Suſiano.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, Domini æterni, & in nomine ſanctiſſimæ & indiuiduæ Trinitatis. Conceſſimus nos Dominus, ac vir glorioſiſſimus Landolphus Domini Omnipotentis gratia Longobardorum gentis Princeps, per rogum Buſi prioris venerabilis noſtri, tibi Auſonio hortulano noſtro, necnon & filio Magiri, Domini noſtri curtem in loco qui nominatur Suſiano in integrum, quę olim maiorumque noſtrorum tempore ſpectauit pertinuitque ad filium Tereſium cum ſeruis iuxta ac ancillis, mobili, atque immobili, ad eandem curtem ſpectantibus; ea quod propter crimina illius commiſſa haudquaquam immerito legibus ad noſtram deuenit auctoritatem, tibi ſupranominate eandem curtem cum ſupradictis omnibus habendam, ac poſſidendam conceſſimus; in ea nimirum ratione, vt amodo ac deinceps per hoc noſtrum roboreum firmitatiſque præceptum ſupranominata omnia quemadmodum ſupra tractatum eſt, tu vna cum hæredibus tuis habere & poſſidere valeatis necnon & poſſitis; à nemine quoque ex noſtris, hoc eſt Comitibus, aut à quibuſcunque gentibus habeatis in minima etiam re aliquam requiſitionem, aut moleſtiam, veruntamen ſemper perpetuiſque temporibus poſſideatis.

Quod autem præceptum iuxta, ac mandatum conceſſionis ex iuſsione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Theobaldus not.

Actum in ciuitate noſtra Beneuentana 1092. anno ab Incarn. Domini Omnipotentiſque Seruatoris noſtri, menſe Septemb. Ind 15. feliciter admodum.

Lambertus Dux.

In nomine Domini Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Domini æterni, & in nomine ſanctiſſimæ & indiuiduæ Trinitatis, permiſimus nos Dominus, ac vir glorioſiſſimus Lambertus Domini Omnipotentis gratia Longobardorum gentis princeps, per rogum Euerhardi Theſaurarij noſtri, tibi Vvinando procuratori noſtro, terram & vineā modios viginti, quam Leo, & Theodorus liberi homines à famulis noſtræ prouinciæ fraude ac dolo abſtulerunt, vectigalia dati remigio; ea nimirum ratione, vt amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum firmitatiſq; præceptū prænominatum terram tu vna cum hæredibus tuis habere atque in diuturna admodum tranquillitate habere & poſſidere valearis, & à nemine ex noſtris ſuperioribus, id eſt Comitibus habeatis aliquam requiſitionem, ſed perpetuis temporibus, vt ſuperius conceſſimus, tu ſupranominatam terram poſſideas.

Quod autem præceptum conceſſionis ex iuſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Leo Notarius.

Actum in ciuitate noſtra Beneuentana in ſacro noſtro Palatio, quarto anno, menſe Decemb. ab Incarn. Omnipotentis Domini Ieſu Chriſti, an. .... Ind. 14. proſpere admodum.

Rodolphus de loco in Vineto.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Domini Omnipotentis, & in nomine indiuiduæ Trinitatis. Conceſſimus nos Dominus vir glorioſiſſimus ac Magnificus Dominus Rodolphus ſummus Princeps gentis Beneuentanorum tibi Odoaldo referendario noſtro, filium nomine Conſtātium, vna cum muliere, filijs ac filiabus ſuis qui in terra noſtra ad habitandum, vitamq; tranſigendam ſine licentia Imperatoris, Conſulis atque alijs omnibus Senatoribus, ſub quorum iure ac licentia locus ille ſupranominatus eſt; quorum bona ac opes ab hodierna luce tu habeas, atque poſſideas, & in tui iuris dominio illis vtaris, defendas, ac tuearis, tam tu qui ſupra nominate, quam & filij filiorum, aut amicorum tuorumque conſanguineorum omnium, & à nullo vnquam tempore à nullo quopiam mortali vnquam habeas diebus vitæ tuæ quamdiu tibi vita ſuperſtes fuerit, aliquam quæſtionem, aut vllam in minima re moleſtiam, veruntamen perpetuis temporibus hoc ob noſtrum firmiſſimum, roboreumq; mandatum ac edictum ſecuriter firmiterq; vos ſupra nominati ipſas prædictas res territoria nimirum, mobilia & immobilia, cum omnibus illorum rebus cum ſanitate vitaque diuturna frui, ac poſſidere valeatis.

Quod autem præceptum mandatumq; conceſſionis, ex iuſſione & licentia ſupranominatæ poteſtatis ſcripſi ego Notarius ciuitatis Beneuentanæ ac Referendarius ſacratiſſ. noſtri Palatij, in anno ab Incarnatione Omnipotentis Domini noſtri Ieſu Chriſti . . . .

Actum in ſacro noſtro Beneuentanorum Palatio menſe Nouembri, per Indictionem ſecundam feliciter.

Madelmus de templo ſancti Benedicti.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Domini æterni, & in nomine ſanctiſſimæ atque indiuiduæ Trinitatis. Conceſſimus nos Dominus vir glorioſiſſimus

A mus Madelmus Domini Omnipotetis prouidentia Longobardorum gentis Princeps, dulcis piæque recordationis ac memoriæ, per rogum Antornati fidelis noſtri tibi Ergelberto fideli noſtro integram domum, vna cum terra vacua intra hanc Beneuentanam ciuitatem iuxta templum ſancti Benedicti, quæ fuit liberi hominis filij Teraſij, pro eo quod ſine hæredibus ex hoc mundo & ex hac vita migrauit; in ea nimirum conditione, ac ratione, vt amodo & in perpetuis temporibus per hoc noſtrum firmum mandatum, ſupranominatam caſam cum iam nominata terra, vna cum hæredibus tuis amicis, atque cognatis habere, ac poſ- B ſidere multis abhinc temporibus poſſitis, & à nemine ex noſtris Iudicibus, Senatoribus id eſt, Comitibus vel à quibuſcunque gentibus habeatis aliquam requiſitionem, aut moleſtiam, veruntamen perpetuis temporibus poſſideatis.

Quod autem præceptum conceſſionis ex iuſſione nominatæ poteſtatis dictaui ego Henricus Referendarius tibi Bernardo notario ſcribendum.

Actum in ciuitate Beneuentana, decimo nono anno, ab Incarn. Omnipotentis Domini ac Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti . . . . menſe Iulio, Indictione 15. feliciter & proſpere admodum.

C

Madelmus de terra quæ ſita eſt intus hanc Beneuentanam ciuitatem.

In nomine Domini Omnipotentis Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Domini æterni; & in nomine ſanctiſſimæ, atque indiuiduæ Trinitatis. Conceſſimus nos vir glorioſiſſimus, necnon eximius Madelmus Domini Omnipotentis prouidentia ac gratia gentis Beneuentanorũ Principes, per rogum Hermanni Subdiaconi noſtri tibi ſupra nominato Ioanni Diacono noſtro, terram illam ante ciuitatem noſtram, vbi tempore Domini Tiroaldi horreum ſtetit; nec non & habet eadem ſupranominata terra in lati- D tudine paſſus viginti quinque, & in longitudine centum & quinquaginta, quam Bartholomæus Duddus ſine noſtro mandato tenuit, & ipſe ad Florentinos ſe contulit; in ea nimirum ratione, vt amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum firmitatiſque mandatum prænominatam terram tu & hęredes tui habere & poſſidere valeatis, & à nemine ex noſtris Iudicibus, Principibus, aut Senatoribus, vel à quibuſcunque gentibus, aut hominibus habeatis aliquam quæſtionem aut reprehenſionem, veruntamen omni tempore poſſideatis.

Quod autem præceptum confirmationis ex iuſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Godefridus Notarius.

Actum Beneuenti in Palatio anno ſecundo, menſe Martio, Ind. 15. feliciter admodum.

Adelchis de Dracone.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Domini Omnipotentis. Permiſimus nos glorioſiſſimus Adelchis Domini Omnipotentis gratia Longobardorũ gentis Princeps & Comes per rogum Iacobi Referendarij noſtri tibi Leonardo germano noſtro eandem rerum ſubſtantiam Draconis ex genere Iberiorum, Hugonis hominis libertate donati, hoc eſt, mobile, ac immobile, quemadmodum iure legibuſque ad noſtrum ſacrum deuenit palatium; ea nimirum ratione ac cauſa, quia abſque hæredibus mortem vna cum vita commutauit; in ea quippe ratione, vt amodo & deinceps ob hanc noſtram firmiſſimam indictionem ea quæ ſuperius leguntur tu vna cũ cognatis, amicis, hæredibuſque habere nec non poſſidere poſſitis; & à nullo ex noſtris Iudicibus, hoc eſt Comitibus, vel à quibuſcunque gentibus habeatis aliquam requiſitionem ſeu quæſtionem, veruntamen perpetuis temporibus habeatis.

Quod autem mandatum conceſſionis ex iuſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Iodocus Notarius.

Actum Beneuenti in ſacro noſtro Palatio, quinto anno, menſe Decemb. ab Incarn. Omnipotentis Domini noſtri Ieſu Chriſti . . Ind. 15. feliciter admodum.

Marcianus de Eccleſia S. Mariæ.

In nomine Domini Omnipotentis Ieſu Chriſti Domini æterni, & in nomine ſanctiſſimæ & indiuiduæ Trinitatis. Confirmamus nos Dominus vir glorioſiſſimus atque ſummus Dux gentis Longobardorum, per rogum Arnoldi Abbatis noſtri propter petitionem ſanctiſſimæ Genitricis Mariæ & ſancti Marciani, Eccleſiam quam quidam Abbas à nouo fundamento exſtruere, ac ædificare viſus fuit in loco qui nominatur Gerra; quatenus per hoc noſtrum firmitatis mandatum, ſeu præceptum quod Laurentius venerabilis vir Beneuentanæ prouinciæ ſigillauit, necnon confirmauit; veruntamen noſtra benigniſſima excellentia in prænominato templo hoc noſtrum firmitatis mandatum firmauit, in ea ratione, vt tãtummodo ad Beneuentanam noſtram prouinciam audientiam habere debeat, quemadmodum & aliæ noſtræ executiones, ſit ſemper in poteſtate ordinandi, & à nullo ex noſtris ſuperioribus, vel à quibuſcunque gentibus vnquã habeas aliquam moleſtiam contra illa quæ noſtra confirmauit celſitudo, verumtamen perpetuo in ſui iuriſdictione quomodocunq; veſtris ſuperioribus placuerit, aut etiam noſtris ſucceſſoribus, ipſe idem ille Præſul qui ibidem electus fuerit,

libero

libero nomine ac arbitrio vitam tranſigere A poſſit.

Quod autem mandatum permiſſionis ex iuſſione nominata licentia ac poteſtatis ſcripſi ego Aud fuſius notarius.

Actum in ciuitate noſtra Beneuentana in Palatio, menſe Aprili. per Ind.... .feliciter admodum, ab Incarn. autem Omnipotentis Domini noſtri an.........

Tereſius de Oceano.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Dei æterni, & in nomine ſanctiſſimæ & indiuiduæ Trinitatis, nos vir glorioſiſſimus Tereſius Domini fauẽte prouidentia Longobardorum gentis Princeps, B per rogum Ioannis Comitis noſtri conſanguinei ob remedium animæ noſtræ Monaſterio eidem ſancti Lamberti poſſidendam totam illam aquam, ac fluuium qui ad ſacrum noſtrum Palatium pertinuit, piſcationem nimirũ illam damus ex animo & concedimus pro libero arbitrio in eadem aqua piſcari omnes illos in Monaſterio ſãctæ Sophiæ viuentes poſſint, & quãdo illis placuerit; in eo ordine ac ratione, vt vlterius non pergatis quam ab hac via publica vſque ad Monaſterium ſancti Bennonis, vt tantum in toto habeatis centum & triginta paſſus in longitudine, & in latitudine centum; quemadmodum iure ac legaliter ad noſtrũ C ſacrum Palatium deuenit; in ea nimirum conditione, vt amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum, firmitatiſque mandatũ tu atque hæredes tui, amici & conſanguinei firmiſſimis perpetuiſq; temporibus habere ac poſſidere valeatis; & à nemine ex noſtris Senatoribus, Comitibus aut Principibus habeatis vllam in minima etiam re moleſtiam ac reprehenſionem, veruntamen omni in tempore tranquilla pace frui poſſitis illis.

Quod quippe mandatum conceſsionis ex iuſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Lambertus Notarius.

Actum Beneuenti anno decimo nono menſe D Maio, Ind.7. & ab Incarn. Omnipotentis Domini noſtri Ieſu Chriſti ann. .... feliciter admodum.

Balthaſar Comes de famulo ſuo.

In nomine Domini Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Domini æterni, & in nomine ſanctiſſimæ & indiuiduæ Trinitatis, permilimus nos vir glorioſiſſimus de Domini prouidentia Beneuentanorum gentis Princeps, per rogum Diaconi noſtri tibi Aldegundæ filiæ puerum nomine Philippum, qui fuit ſeruus tuus cum Elberta vxore ſua quæ fuit libera, damus licentiam, in ea nimirum ratione vt amodo & deinceps per hoc noſtrum firmitatis edictũ prænominata om- A nia tu, & amici ac cognati tui habere ac poſſidere valeatis, & quodcunque ex familia facere volueris, in tua ſemper ſit poteſtate, & à nemine ex noſtris Iudicibus, id eſt, Comitibus, Gaſtaldis, vel à quibuſcunque hominibus, aut gentibus habeatis aliquam requiſitionem, verumtamen nunc & in perpetuis temporibus poſſideatis.

Quod autem mandatum conceſſionis ex iuſſione nominatæ poteſtatis dictaui ego Anſelmus Referendarius tibi Franciſco Notario ſcribendum.

Actum in ciuitate Beneuentana, menſe Aprili per Ind. 8. feliciter admodum.

B

Adelebis de filijs ſuis.

In nomine Domini Omnipotentis noſtri Ieſu Chriſti, permittimus nos Dominus vir glorioſiſſimus ſummus Princeps gentis Lõgobardorum per rogum Sartoris noſtri tibi gaſtaldio proles duas, quatenus illas habeas & poſſideas, & pro arbitrio tuo regas ac educes, tam tu quam etiam amici atque cognati tui; nemo ex noſtris ſuperioribus in aliqua re contradicat, aut contradicere præſumat, veruntamen noſtra conceſſio omni in tempore inuiolata permaneat.

Quod autem mandatum permiſſionis ex iuſſione nominata poteſtatis ſcripſi ego referendarius, ac Notarius ciuitatis Beneuentanorum C in Palatio, menſe Auguſto. per Indictionẽ 9. feliciter admodum, anno ab Incarnatione Domini Omnipotentis noſtri ....

Pandolphus de ſtrada quæ vadit ad Curtem

In nomine Domini Dei Omnipotentis Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, Domini æterni, & in nomine ſanctiſſimæ & indiuiduæ Trinitatis. Ego Pandolphus diuina Omnipotentis prouidente gratia Longobardorũ gentis Princeps cum principali excellentia petitionibus dilectorum ſuorum omnibus iuſte ac recte petentibus ac inſtantibus clementer admodum fauet. Quamobrem nouerit omnium fidelium noſtrorum, præſentium ſcilicet ac futurorum ſagacitas, quoniã D fidelis noſter Anaſtaſius per amantiſſimum genitorem noſtrum, noſtram quamſæpiſſime acceſſit auctoritatem, inſtititque ac rogauit de die in diem, protulitq; vt permitteremus illi alteram partem de cunctis omnibuſque rebus quæ pertinuerunt ad famulum noſtrum liberum hominem, qui ſine hæredibus ex hoc mũdo ad æternum throni palatium migrauit, eamque ob cauſam quoniam nec parentes nec amicos habuit, bona illius legaliter, & iure ad ſacratiſſimum deuenerunt palatium; præterea permittimus illi latitudinem in eadem ſupra nominata via recta quæ pergit ad vrbem ciuitatemque Campanorum; & quia clementia noſtra petitionem ipſius æquo animo

admiſit

admiſit,hos noſtræ munitionis apices exinde fieri curauimus & mādauimus; per quos omnino ſancimus & perpetualiter per præſens hoc noſtrum roboreum præceptum,aut mādatum prænominatæ petitiones de omnibus rebus quæ fuerunt ipſi conceſſimus, vt in perpetuis temporibus illa omnia habeatis; veruntamen vt hæc omnia quæ iubemus atque mandauimus ab omnibus recte beneque obſeruetur,manu propria ſubſcripſimus annuliſq; noſtris iuſſimus ſigillari.

Vrſus Clericus ac ſcriba ex iuſſione ſupranominatæ poteſtatis ſcripſit.

Datum in ciuitate Beneventana quinto nonas Nouemb. in an.5 2.Ind.17.

Iodocus & Aldiſius.

In nomine Domini Dei Omnipotentis noſtri Ieſu Chriſti, & in nomine ſanctiſſimæ & indiuiduæ Trinitatis.Iodocus & Aldiſius diuina ordinante prouidentia Beneuentanorum gentium Comes cum principali excellentia petitionibus dilectorum ſuorum omnibus iuſte petentibus clementer fauet, necnon concedit.Quamobrem nouerit omnium noſtrorum fidelium præſentium ſcilicet ac futurorum ſagacitas, quod Ioannes qui fuit habitator in domo Taceonis per Lambertum dilectum fidelem noſtrum, noſtram acceſſit clementiam & dominationē, vt permitteremus ac confirmaremus ea quę hic inferius nominantur poteſtate legitima; de quibus etiam firmitatem aliquam ſibi fieri voluerunt à noſtra dominatione; cuius petitioni quam primum locum dedimus has noſtræ firmitatis probationes exinde fieri mādauimus,per quas planè ac omnino ſancimus, ac perpetualiter confirmamus per præſens hoc noſtrum firmiſſimum præceptum ac mandatum concedimus, ac confirmamus tibi Tenſenio fideli noſtro, tuiſque ſucceſſoribus,omnes illas gentes libertate dotatas iam peregrinos, quam etiā alios qui Reipublicæ, mandatoque Senatorum non adhærent,vt omnes illos,filioſq;illorum in poteſtate veſtra habeatis,& vna cum hæredibus illorum obtineatis ea omnia quemadmodum in decreto noſtro confirmauimus & fieri iuſſimus;facientes exinde quæcunq;etiam volueritis,aut vobis placuerit, nemine exinde vobis in aliquo contrarium ingerente.

Dict.sui ego Adolphus referēdarius tibi Vincentio Not. ciuitatis noſtræ Beneuentanæ ſcribendum ex iuſſione ſupranominatæ poteſtatis.

Actum Beneuenti in anno ab Incarnatione D.N. Ieſu Chriſti .... feliciter admodum.

Leonardus & Vvinandus de porta Summa.

In nomine Domini Omnipotentis Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, Domini Omnipotentis, & in nomine ſanctiſſimæ & indiuiduæ Trinitatis, nos Dominus Vvinandus diuina ordinante prouidentia Beneuentanorum gentis Princeps. Concedimus tibi Ioanni dilectiſſimo amantiſſimoque Comiti noſtro patrem, nec non & filium, & terram illam prope hanc Beneuentanam ciuitatem foris ante portam Summam,quę eſſe dicitur inter duas vias publicas, vna quæ venit intra eandem portam, & alia quæ deſcendit ad ipſum Lanltum; vt tam in quam & hæredes tui eandem habeatis, atque poſſideatis, nulla imminente aliqua moleſtia, ſed pacifice obtineatis.

Actum in ciuitate Beneuentana, 15. anno feliciter ac proſpere admodum.

Iordanus Epiſcopus de S.Martino.

In nominè Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Domini æterni, eiuſque ſanctiſſimæ Genitricis, temporibus Domini viri glorioſiſſimi . . . ſummi Ducis gentis Longobardorū anno viceſimo quinto Ducatus ſui magnifici, menſe Martio Indictione decima conſtituimus nos Dominus vir excellentiſſimus huius ſacratiſſimæ ſanctæ Sedis . . . ob ſolutionem Eccleſiæ S.Martini tibi Traſemundo Schuldacho, qualiter ipſam frequentius nominatam Eccleſiam ex imis fundamentis vſq; ad culmen conſecrationis extruere viſus es in tua propria mente ac voluntate, loco qui dicitur Solonus, qui eſſe dicitur in Vento Canineana; in co nimirum conuenimus cum eadem Eccleſia, vt nullus Epiſcopus Diaconus, aut Subdiaconus licentiam in ea dominandi, regendiqueh abeat, veruntamen illos in libero arbitrio, ac voluntate relinquat, aut ſubtrahēdi,per quem titulum excepto Presbytero, quem tu nominate Traſemunde, vel tui hæredes per tempora ordinare volueritis, ipſam iam nunc dictam Eccleſiam noſtris, vel à nobis omnibus permiſſione in nominatam ſanctam Sedem perueniat conſecrandus ſecundum Canonicam ſanctionem, nam aliam nullam præterquam eam habeas rerum poteſtatem, ac licentiam dominandi; neque à me Iordano Domini fauente gratia Epiſcopo, neque ex poſteris meis vnquam habeas aliquam requiſitionem, vel reprehenſionem de hac mea abſolutione, veruntamen & ex nunc vſque in perpetuum, qualiter ſuperius legere eſt, in eadem ratione ac propoſito permanere valeas.

Quod vero præceptum, ac conceſſionem tibi Iordano ſcribere in noſtra omnium Senatorum præſentia mandaui, & annulo noſtro ſignum affiximus roborandum.

Actum Beneuenti in Palatio menſe Iun. Ind.1. feliciter admodum.

Ego Iordanus teſtis.

Ego Aegidius teſtis.
Ego Leuita teſtis.
Ego Clerus teſtis me propria manu ſubſcripſi, anno ab Incarnatione Domini Omnipotentis ....

Giſolphus de ſancto Aegidio.

In nomine Domini Omnipotentis Domini noſtri Ieſu Chriſti, diuina Seruatoris noſtri inſpirante clementia Reuerendiſſimus Dominus atq; Comes firmauimus, atq; concedere præuidimus nos Dominus vir glorioſiſſimus Dux gentis Longobardorum illa quæ in initio Ducatus noſtri per noſtrũ mandatum vobis excellentiſſimo Zachariæ Abbati confirmauimus ac conceſſimus nos Dominus vir eximius, qualiter bonæ piæque memoriæ, ac recordationis Dominus genitor meus vobis eandem conceſſionem donauit; hoc eſt, Monaſterium ſancti Ægidij, tam domos & ædificia, quam curtes, & omnes res adpertinentes, vel omnem cenſum, quem in eodem loco maiores noſtri prædeceſſoreſq; transmiſerunt, & quodcunque in eodem ſacratiſſimo loco ſpectare videtur; vt omnia atque in omnibus in tua ſint poteſtate ac licentia, vt quem tu in vita tua quamdiu tibi vita ſuperſtes fuerit elegeris Priorem, ac Præpoſitum, poſt tuum diſceſſum idem Prior, ac Præpoſitus eſſe inueniatur, & nullis aliquando Epiſcopis morem gerere cogatur, veruntamen in ſua permaneat libertate ac arbitrio, & ad ſacram noſtram obedientiam ſolummodo pertineat. Illud ipſum quoque vobis firmare præuidimus, vt neque filij & poſteri noſtri, nec vllus Senatorum ciuitatis noſtrę vnquam habeat licentiam vobis, aut cuius veſtrum quemlibet hominem in ſeruitium dare vel etiam ad habitandum acceptare, niſi quem nominatus Prior, aut poſteri illius, aut qui ibidem præfuerint, permiſerit; ſed hanc noſtram conceſſionem vniuerſis ab hominibus ſtabilem & firmam volumus permanere.

Quod autem præceptum renouationis ex iuſſu atque mandato ſupranominatæ poteſtatis ac licentia dictaui ego Ioannes referendarius tibi Gerbardo Notario noſtro ſcribendum.

Actum Beneuenti in Palatio menſe Septembri, per Ind. 11. feliciter.

Pandolphus de Porticu.

In nomine Domini Omnipotẽtis Domini noſtri Ieſu Chriſti; Domini æterni. Nos vir excellentiſſimus Pandolphus Beneuentanæ prouinciæ Princeps & Dux, Domini Omnipotentis miſericordia commotus, & pro ſalute necnon redemptione animæ noſtræ & omnium noſtrorum parentum, amicorum, cognatorumq; conceſſimus in Mo-

A naſterio s. Annæ totum noſtrum porticum, quod ex eodem Monaſterio per morem, vt in omnibus fere prouincijs conſuetudo eſt, dare debetis in ciuitate Beneuentana, tam de loco quam etiam de agris omnibus reditibus circumiacentibus; ita vt nec vlla in Monaſterio veſtro perſona excipiatur, veruntamen omnia quæ quotannis ex eodem ſupra nominato Monaſterio in ciuitatem noſtram ablegata fuerit, ſiue ſerui, ſiue liberi homines inibi ſpectantes, qui in prænominata noſtra prouincia ab omni penſu, ac datione liberi ſint, & à nullis noſtris Iudicibus habeant in minima re aliquam requiſitionem cuſtodes nominati Monaſterij, veruntamen amodo & in perpetuis tempo-
B ribus ea quæ conceſſimus ibidem firmiter ac ſecuriter poſſideant.

Quod autem præceptum ſeu mandatum cõceſſionis ex iuſſione nominatæ poteſtatis, ſcripſi ego Leo Not. Actum in ciuitate Beneuent. quinto anno menſe Auguſto, Ind. ... feliciter admodum; ab Incarn. Omnipotentis Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti an. ....

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Domini æterni, & in nomine ſanctiſſimæ & indiuiduæ Trinitatis ego Dom. vir glorioſiſſimus Longobardorum gentis Princeps, cum principali excellentia petitionibus dilectorum ſuorum omnibus clementer fauet petentibus. Quocirca no-
C uerit omnium fidelium noſtrorum præſentium ſcilicet, ac futurorum ſagacitas; quoniam Angelica quaſi inſpirante clementia ac benignitate horam diei qua ex hoc vitæ curriculo migraturi ſumus, animo inſigere inchoauimus, vt quando de hac luce miſerrima abire neceſſario tandem aliquãdo debuerimus, hæc noſtra permiſſio pro liberatione animæ noſtræ miſerrimæ, tam & pro ſaluatione animarum amicorum, parentum, atque cognatorum omnium, quam & pro ſaluatione noſtri Principatus ante Tribunal æterni Iudicis, ac Saluatoris noſtri. Quamobrem cogitando de die terribilis illius Iudicis, nec non & retribu-
D tione vniuſcuiuſque ſecundum peccata ſua, quæ in hoc mundi pelago commiſit; quoniam Deus Omnipotens hanc in ſententiam per ſemetipſum dignatus eſt prorumpere: Vigilate, quoniam latet vos dies, ac hora; vt cum Dominus Omnipotens de hoc ærumnoſo vitæ ſtatu acceſſiri iuſſerit, orantes deuote nos inueniat; quemadmodum ipſa per ſe veritas agit quem Saluator, ac Redemptor noſter vigilantem comprehenderit: Non attendamus quid habemus, veruntamen magis quid & quod ſumus. Quemadmodum dum hæc tali modo animo volueremus; quoniam maiorum noſtrorum tempore fuit Hoſpitale hoſpitij modo factum ad Eccleſiam nomine ſancti Conſtantini, ſitam nimirum intus hanc Beneuentanam ciuitatem,

A tatem, in loco qui quondam maiorumque
noſtrorum tempore ad Generoſum nomi-
nari ſolebat; quod autem templum ſpectaſ-
ſe dicitur ad Monaſterium s. Mariæ Annun-
ciatæ, conſtructum nimirum Monaſterium
illud prope ciuitatem Florentinam, verum
quamplurimorum hominum negligentia
deſtructum & in nihilum redactum eſt. Quã-
obrem pro amore charitateque Omnipo-
tentis Domini noſtri ac remedio animarũ
noſtrarum, pauperum peregrinorum com-
modum ſpectare cœpimus. Quamobrem
concedimus ac confirmamus ædificandum
hoſpitale ad permanendum omni tempore
in Eccleſia vocabulo ſancti Marciani, quæ
extructa eſſe apparet foris hanc noſtram
B ciuitatem Beneuentanam trans ipſum flu-
uium ponticellum infra ipſam viam publi-
cam; quod templum pertinens eſt ad ſupra
nominatum Monaſterium noſtrum, atque
confirmamus in nominata Eccleſia S. Ioan.
Baptiſtæ ad ſemper & in perpetuis tempo-
ribus pertinendum ad idem nominatum
Monaſterium ac hoſpitium quod iuxta idẽ
Cœnobium conſtructum eſſe appatet, in
commodum & vtilitatem ipſorum peregri-
norum, qui ad idem hoſpitium appulerint
in eorum vtilitatem hoſpitale illud integrũ
ipſam vineam & terram ſecus eandem viã
quam Ioannes Comes contulit in præfato
hoſpitali, ſeu & integras alias res de loco
C Cupuli vbi Caſale rimuli vocatur in finibus
muniti, quas Grauſo, qui modo eſt Reli-
gioſus & filius Iſapi donauit pro liberatio-
ne animarum parentum ac amicorum in
nominato Monaſterio offerre viſus eſt. Si-
mulque concedimus ac cõfirmamus in eo-
dem hoſpitio permanendum atque licen-
ter faciendum vnum molinum trans eundẽ
ipſum fluuium. Hæc omnia quemadmo-
dum prælegitur confirmauimus cum vijs &
aquis omnibuſq; pertinentijs mobilibus ac
immobilibus, omneſque illos homines qui
in eodem loco morantur, vt ſint ſemper li-
berati ab omni moleſtia militum, princi-
pum ac cenſuum; ea nimirum conditione
D vt amodo & in perpetuis temporibus præ-
nominati Domini poteſtatem habeant om-
nia illa quemadmodũ prælegunrur pro ſuo
libero arbitrio ac voluntate regere, mode-
rari, & ad laborandum dare, & quodcunq;
ex illis ipſis rebus Dominus donauerit, ve-
runtamen quodcunque etiam oblatum fue-
rit, totum in illorum ſit poteſtate moderã-
dum, & hoſpites qui illac venerint poſt il-
lorum diſceſſum ex hac vita quicunque ho-
ſpitale regere viſus fuerit, poteſtatem ha-
beant omnia illa ſupra nominata tenere
necnon poſſidere. Et quicunque ex illis quæ
prælegunrur quomodocunque remouere,
aut in minima etiam re cõtradicere volue-
rint, & eo modo quo præceptum eſt ſem-
per omnique tempore non obſeruauerint,
aut ſi vllam moleſtiam, necnon violentiam
intulerit, notum perſpectumque habeat, ſe
iure, quo tenetur, compoſiturum ſolidos
mille in eodem Cœnobio; & demum habeat
maledictionem ab Eccleſia & excommuni-
cationẽ, & vna cum Core, Dathan & Abi-
ron, necnon & cum Iuda traditore Omni-
potentis Domini noſtri Ieſu Chriſti parti-
ceps, necnon & coniungatur. Quamobrẽ
vt hæc noſtra conceſſio atque confirmatio
bene ab omnibus obſeruetur, manu propria
ſubſcripſimus, annuliſque noſtris iuſſimus
ſigillari.

*Marcus ſcriba Beneuentanorum ex iuſſio-
ne nominatæ poteſtatis ſcripſit in anno quin-
quageſimo Principatus Domini Landolphi glo-
rioſiſſimi Principis menſe Iulio Indict. 13.*

Ego Robertus Diaconus ſubſcripſi.

*Actum in ſacratiſſimo Beneuentanorum
Palatio, anno ab Incarnat. Omnipotentis Do-
mini noſtri milleſimo centeſimo quinquageſi-
mo nono, feliciter admodum.*

Hieronymus Martino Abbati.

In nomine Domini Saluatoris noſtri Ie-
ſu Chriſti, & in nomine ſanctiſſimæ atque
indiuiduæ Trinitatis. Ego Hieronymus
ſeruus ſeruorum Domini, dilecto filio in
Chriſto Martino Abbati Monaſterij S. Vin-
centij intra ciuitatem Siracuſanam ſiti
cui Domino prouidente præſidere cogno-
ſcitur ſub tutela & iuriſdictione Sedis Apo-
ſtolicæ, quemadmodum hactenus fuit, per-
petuo permanere, per præſens hoc noſtrũ
mandatum, ſancimus, & ſolummodo Ro-
manæ Eccleſiæ ſubditum ab omnium homi-
num Dominorumque ſeruitio liberum ha-
beri volumus. Nos quoque tibi, necnon
poſteris tuis præſenti noſtro Priuilegio tri-
buimus cellas, præterea villas, quæ Præde-
ceſſorum tuorum vel tua induſtria præno-
minato videntur Monaſterio iuſte ac rega-
liter acquiſita, poſſidendas omni in tem-
pore confirmamus, hoc eſt, Eccleſiam s. Be-
nedicti quæ nominatur Xenodochium ſan-
cti Andreæ intra ipſam ciuitatem Beneuẽ-
tanam Eccleſiam S. Mariæ Virginis genitri-
ciſque Domini Dei Omnipotentis noſtri, &
Eccleſiam s. Petri Apoſtolorum Principis,
eccleſiam ſancti Lanſenij epiſcopi in loco
Maremino nominato, Eccleſiam S. Gertru-
dis, s Annæ in Perino loco, ſancti Leonar-
di foras eandem ciuitatem Florentinam,
S. Cuniberti epiſcopi, s. Cordulæ Virginis,
ſanctæ Vrſulæ cum ſocijs ſuis nimirum duo-
decim millibus ad Oliuellam, S. Mariæ de
Indulgentijs, s. Claræ Virginis, ſanctæ A-
gathæ Martyris ad duodecim Apoſtolos
vna cum omnibus pertinentijs, in agro Syl-
uio, S. Petri, s. Auguſtini, ſancti Gulielmi,
S. Hyacinthi, s. Ludouici, ſancti Pantaleonis,
apud S. Mariam in Porticu s. Euſtachij ſan-

cti Alexij, S. Anacleti, s. Leonis, ſancti Gorronis S. Blaſij, s. Georgij, ſancti Ambroſij, S. Monicæ, s. Alexandri in Paſcuo, S. Laurentij, S. Lucæ Euangeliſtæ, s. Brigidæ, ſancti Ioannis ad Cordulam, S. Maximini in loco qui Cunica nominatur, s. Engelberti, S. Colūbæ Virginis, S. Mauri, s. Victoris cum omnibus ſuis pertinentijs mobilibus ac immobilibus, S. Lamberti in loco vocabulo Fanorio, s. Marcelli, ſancti Pantaleonis, S. Gereonis, s. Chriſtophori, ſancti Palūbi, S. Gerhardi, & in loco qui nominatur Brinco, S. Deſiderij, s. Hugonis, ſancti Dionyſij, S. Matthiæ s. Ioannis, s. Florentij, S. Euſebij, s. Naboris, S. Rochi, s. Sebaſtiani, S. Adriani. Hęc ſupra nominata omnia damus ac cōcedimus confirmamus tibi ſupra nominato Martino, atq; in perpetuum corroboramus, omnia quæcunq; ſupra nominata Eccleſia habuerit, aut etiam acquiſierit, tam in Eccleſijs, caſis, terris, vineis, hortis, oliuetis, pratis, campis, paſcuis, caſtellis, ſiluis, campis, ac in ſeruis & ancillis, quam in omnibus rebus ac poſſeſſionibus, mobilibus ac immobilibus, & quæcunque hactenus acquiſiuit aut acquirere poterit, illi firmata ac corroborata piorum bonorumque hominum præceptis; quandoquidem illa capella in Capuano ad partem alterius deuenerit, in Palimure capella S. Bartholomæi Martyris & Apoſtoli, S. Claudij, s. Hermanni, ſancti Adolphi, S. Memorati, s. Marciani, S. Fabiani, S. Henrici, & curtem de capillo, hæreditatem de Sepiano, Eccleſiam s. Annæ.

Hæc omnia vt ſuperius legitur tibi Martino chariſſimo amantiſſimoque Abbati noſtro concedimus, illis tu vna cum poſteris tuis, amicis ac cognatis frui, quandocunque tibi libet aut placet, poteris. Si vero quiſpiam mortalium contra hanc noſtram conceſsionem verbo vel facto, aut in minima etiam re ſe oppoſuerit, ſciat ſe abſque omni miſericordia & remiſsione compoſiturum centum quinquaginta libras auri puriſsimi; & ab omnibus Chriſti fidelibus ſegregetur, & partem habeat cum Core Dathan & Abiron, & cum Iuda traditore Omnipotentis Domini noſtri Ieſu Chriſti mancipetur ac congregetur: Seruantibus vero hanc noſtram firmiſsimam conceſſionem ſit pax & tranquillitas in perpetuum.

Actum Beneuenti Indict. 2. menſe Nouemb. feliciter.

Petrus, de rebus Titianenſibus.

Nos Petrus Dominus glorioſiſsimus fauentes precatui & petitioni Domini Bernardi Venerabilis Abbatis noſtri per hoc nimirum ſcriptum concedimus tibi ſupra nominato Abbati religioſiſsimo Monaſterij S. Modeſti integram eandem curtem ac hęreditatem quæ fuerat pertinens iam nunc nominato Petro ad partem illius prænominati veſtri Monaſterij, per hos nimirum fines: de vna parte quæ eſt de ſubtus, qualiter vadit cum limite & ſepe communi inter hoc & rem pertinentem Eccleſiæ vocabulo S. Euſtachij vſque in viam communem quæ intrat in eandem rem, & ab eadem via ſimiliter qualiter vadit cum limite & ſepe communi inter hoc & rem ipſam, quæ ſpectauit ad Gerhardum calciolarium, de alia autem parte qualiter vadit ac aſcendit cum ſepe communi inter hoc & ipſam rem quæ pertingit eidem Gerhardo calciolario, & rē illam quam maiorum noſtrorum tempore tenuit Toto Clericus filius Totonis Presbyteri, de alia autem parte quæ eſt deſuper, & vadit cum limite & ſepe communi inter hoc & rem quæ fuit Siconis Clerici, & rem quæ ſpectauit ad Aldeſerium filium Magionis Comitis, de alia parte qualiter reuoluit ac deſcendit cum ſepe communi inter hoc & rem pertinentem Archiepiſcopo huius ſanctæ Beneuent. Sedis & coniungit in priorem finem? Per hos fines, qui prælegun tur, integram iam nominatam rem, quæ eſt vinea, & terra, & oliuetū, & in prænominato loco cupuli ſubtus ipſa guardia non multum longe, & eccleſia vocabulo, ſancti Liberatoris quæ fuit pertinens ipſius iam nominati Petri tibi eidem Domino Abbati venerabili ad partem atque poſſeſſionem iam nunc nominati veſtri Monaſterij reſtituimus conceſſimus necnon confirmauimus; ea nimirum ratione, vt amodo & ſemper perpetuis temporibus tuipſe Dominus Abbas Venerabilis, & tui ſucceſſores, & pars ipſius iam nominati veſtri Monaſterij integram eandem noſtram reſtitutionem, conceſſionem, necnon & confirmationem habere atque poſſidere valeatis vna cum inferius & ſuperius cum vijs necnon & aquis & anditis ſuis, necnon & cum munimini bus proprijs, & cum portione de munimi nibus cōmunibus inde pertinentibus iuxta ac continentibus, necnon cum omnibus alijs inde pertinentijs, & faciatis inde omnia quęcunque volueritis atque quæcunque vobis pro veſtra ſpontanea mente placuerint, ſine noſtra noſtrorumque Iudicum, Vicariorum, necnon & parte Beneuentanæ Curiæ vel vllius hominis in minima etiam re aliqua contrarietate ingerente, vel vlla etiā moleſtia aut perturbatione. Quoniam in Domino accepimus iure à te eodem Domino Abbate venerabiliſſimo pro parte eiuſdem Beneuentanæ Curiæ triginta tercentanas bonorum denariorum de monetis Ottonis & Henrici. Vt autem hæc noſtra reſtitutio confirmatioque firma permaneat, annulo Domini noſtri Papæ illam confirmari fecimus.

Et tibi Ioanni Clerico atque Scriba ſacri Beneuentani Palatij taliter ſcribere mandauimus, an. 1105. Ind. 13. feliciter admodum.

Pan-

Pandolphus de S. Sophia, & S. Vincentio.

In nomine Domini Dei Omnipotentis Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Dominique æterni. Nos Pandolphus Diuina ordinante atque diſponente prouidentia Lōgobardorum gentis princeps, per rogum Adelpherij Comitis dilecti Parenti noſtro concedimus tibi Affioni Venerabili Abbati Monaſterium S. Sophiæ quod conſtructum eſt intra hanc Beneuentanam ciuitatem propinquum admodum ſacro noſtro Beneuentano Palatio à parte iam nominati Monaſterij,& Eccleſias & res pertinentes Monaſterio s Vincentij, quod ſitum eſſe dignoſcitur ſubter fluuium Vulturnum, quod pertinentes habere videtur iuxta pertinentia de principali noſtro Beneuentanorum palatio,qualiter hic inferius declaratur ac iudicatur iure quieto: In primis Eccleſiam ſanctiſſimæ Virginis Mariæ de loco ſanctorum vna cum pertinentijs ſuis, & eccleſiam ſancti Stephani quæ ædificata eſt in vico cū omnibus ſuis pertinentijs, & eccleſiam S. Martini Epiſcopi vna cum omnibus ſuis pertinentijs, & Eccleſiam s. Deodati quæ eſt fundata intus eandem ciuitatem Beneuentanam vna cum caſis omnibuſque ſuis pertinentijs; quatenus amodo & deinceps per hanc noſtram principalem conceſſionem pars ipſius Monaſterij ſanctæ Sophiæ, eiuſque Rectores illud habere & poſſidere debeant; pro eo quod Abbas Monaſterij S. Vincentij contraxit ad partem Monaſterij ſanctæ nominatæ Sophiæ, vna cum omnibus rebus necnon facultatibus, quod vſque modo tenuit, & donauit infra nominata pertinentia totam terram Capuanam. Proinde nos conceſſimus in iam nominato Monaſterio s. Sophiæ omnes ſupradictas eccleſias,& res pertinentes prænominati Monaſterij ſancti Vincentij Diaconi ad tenendum & dominandum & laborandum dandum, & omnia quod voluerint de frugibus ipſis faciendum,abſque vllius Comitis. Gaſtaldi ſeu Iudicis Schuldachi noſtri aut cuiuſcunque perſonæ contrarietate, à nemine aliquid contrarium in eodem ſancto exinde aliquo ingerente, præter quandocunque reddiderit Rectores prænominati Monaſterij S. Vincentij, & de eius rectoribus quemadmodum de antea fuit.

Scripſi ego Ioannes Clericus & Notarius ac ſcriba, ex iuſſione nominatæ poteſtatis, in anno primo Principatus ſupra nominati Domini Pandolphi glorioſiſſimi Principis, menſe Octobri Indict. 1. feliciter.

Ego Hubertus Domini tuente gratia Comes, per hoc videlicet ſcriptum vna cū meis fidelibus damus atque confirmamus pro amore Domini, & ſaluatione animarū

A noſtrarum in Monaſterio S. Sophiæ quod ædificatum eſt intus Beneuentanam ciuitatem cunctam noſtram fidem, quam nos noſtrique hæredes necnon fideles vſque modo ſoliti fuimus exigere de loco Pantano de re quæ modo eſt pertinens prænominato Monaſterio ſub tali ratione iuxta ac conditione damus & confirmamus in eodem Monaſterio de illis rebus eiuſdem Monaſterij de prænominato Monaſterio, vt ſi pars prænominati Monaſterij laborauerit ipſis rebus eidem Monaſterio pertinentibus nullā fidem inde tollam aliquando; & ſi pars prænominati Monaſterij ipſas prænominatas res cum illorum bonis non laborauerint, partem prænominati Monaſterij tollam

B exinde ipſo terratico & ipſo montatico, & non tollam exinde alio ſeruitio quod exinde ſoliti ſumus tollere amodo & deinceps, nec nos,neque noſtri filij, nec hæredes aliquando quærant exinde tollere vllam fidē in alio modo, veruntamen amodo & ſemper pars prænominati Monaſterij ſecuriter habeant & poſſideant vel laborent & fruangent ipſas res, ſine qualibet à noſtra parte contradictione aut etiam deprædatione. Quod ſi autem aliquis ex vobis exinde in aliquo fidem tollere quæſierit aut prædare attentauerit, centum quinquaginta libras auri puriſſimi componat obligec ad partē ſupradicti Monaſterij & ad illius cuſtodes.

C Vt hæc qualiter ſuperius leguntur immobiliter & inuiolabiliter obſeruentur in Domino exinde hoc ſcriptum fieri mandauimus, & annulo noſtro ſigillari præcepimus.

Datum enim nobis 3. non. Ian. Scriptum per manus Ioannis Clerici & Notarij ac Defenſoris prænominati Monaſterij.

Ego Gerhardus Domini Omnipotentis tuente gratia Comes, & per hoc nimirum ſcriptum vna cum meis fidelibus, damus atque confirmamus per amorem charitatiſque Domini, necnon & ſaluationem animarum noſtrarum in Monaſterio ſanctiſſimæ Virginis Sophiæ, quod ædificatum eſt

D intus Beneuentanam noſtram ciuitatem cunctam noſtram fidem quam nos & noſtri fideles vſque modo ſoliti fuimus exigere de rebus præfati Monaſterij, de loco qui moderno tempore nominatur locus Pantanus. Quamobrem eaque de ratione ac cauſa fidem noſtram pro amore OmnipotentisDomini damus & confirmamus in eadē Monaſterio totas illas res quæ eidem Monaſterio pertinent de prænominato loco Pantano, vt amodo & deinceps neenon fideles noſtri aliquando non quærant exinde ſubmouere aut tollere, veruntamen amodo & ſemper pars prænominati Monaſterij ſecuriter habeant ſiue aliqua noſtra contradictione. Quod ſi aliquis contra egerit, aut prædare tentauerit, centum libras auri puriſſimi componere obligetur ad partem

no-

nominati Monaſterij, & ad cuſtodes illius. Et vt hæc quę præleguntur immobiliter obſeruentur, hoc noſtrum ſcriptum exinde fieri mandauimus, & annulo noſtro ſiguari.

Datum id. Maij. Scriptum per manus Ioannis Clerici Notarij ac Defenſoris nominati Monaſterij.

In nomine Domini Omnipotentis Dei, anno ab Incarn. Domini noſtri Ieſu Chriſti 1099. & Domino Gotfrido Venerabili Archiepiſcopo reſidente in ſacra Beneuentana ſede, prima die menſis Aprilis, Ind. 7. Nos itaque Benedictus Dominus Venerabilis Lucerinæ Sedis Epiſcopus verum indagantibus innoteſcimus: quoniam Gullielmus filius Roberti Comitis vna cum Baſilia vxore ſua, & cum Simone filio eorum, atque cum conſenſu Domini Henrici Comitis in præſentia Domini Vgonis Bibinenſis epiſcopi & Domini Petri Abbatis Monaſterij S. Nicolai Epiſcopi Tralonenſis, & coram quibuſdam ſuis militibus, alijſque bonis hominibus, pro redemptione animarum noſtrarum & omnium noſtrorũ amicorum conſanguineorum, obtulimus Domino Omnipotenti in Monaſterio s. Sophiæ quod ſitum eſt intra mœnia Beneuentanæ ciuitatis, in quo nunc Madelmus egregius Abbas præeſſe videtur, Monaſterium ſcilicet ſancti Aroncij Martyris quod conſtructum eſt prope Caſtellum Bacearici iuxta fluuium qui nominari maiorum noſtrorum tempore ab omnibus ſolebat flumen Acelonis, moderno autem tempore nominatur flumen Tirenum, & Eccleſiam ſanctiſs. Virginis Mariæ in Sabuceto, & vnam eccleſiã ſancti Nicolai Trolanenſis, & aliam eccleſiam S. Benedicti quæ eſſe videtur in eodem caſtello Baccarico, & vnam Eccleſiam vocabulo s. Ioannis præcurſoris Domini noſtri Omnipotentis Ieſu Chriſti, & quæ ſita eſſe dignoſcitur in Caſale loco qui nominatur Petra ficta, & eccleſiam ſancti Anaſtaſij Martyris quæ dicitur eſſe in loco qui nominatur Coltoranus, & eccleſiam S. Maximini quæ eſſe dicitur in loco nomine Petroneo vna cum omnibus ſuis pertinentijs, & eccleſiam s. Conſtantini quæ eſt in Pontino loco proxime & iuxta viam publicam ante ciuitatem Cumanam, vna cum omnibus pertinentijs, & Eccleſiam ſancti Laurentij Martyris, vna cum omnibus pertinentijs in loco qui nominatur Montoſo, necnon & Eccleſiã S. Hermanni militis fortiſſimi quæ ſita eſt aduerſus mare Sipontinum, cum omnibus illarum pertinentijs, & alias quamplurimas eccleſias s. Terentij templo ſubditas, vna cum cunctis omnibuſque earum pertinentijs; velut hoc & aliud vna chartula offertionis continet, & quam ſcripſit Ildeprandus Notarius, in qua etiam propria manu noſmetipſos ſubſcripſimus. Quod cum minime ſine noſtra voluntate ac per-

A miſſione facere ac in opus deducere poterant quoniã nonnulla de ſupranominatis Eccleſijs intra noſtrã Diœceſin eſſe videntur; quamobrem idem Dominus Madelmus Abbas valde me obſecrauit, perpetuiſque petitionibus ac orationibus de die in diem me ſollicitanit, quatenus illi ad partem eiuſdem Monaſterij ad partem eiuſdem Eccleſiæ eaſdem eccleſias concederemus, vna cum omnibus earum pertinentijs in præſentia ſupranominati Domini in Monaſterio S. Sophiæ concederemus ac cõfirmaremus. Nos autem præuidentes ex hoc maximam vtilitatem prænominatarum Eccleſiarũ, placuit nobis ipſis prædictas res cum omnibus earum pertinentijs in præſentia

B Domini Roffridi Reuerendiſs. Archiepiſcopi Præſulis, & Domini Roffridi Archipreſbyteri & ſagaciſſimi Bibliothecarij eiuſdẽ Beneuentanæ Sedis, & coram alijs Presbyteris & Clericis, per hoc videlicet ſcriptum in eodem Monaſterio confirmare atque concedere; ea nimirum ratione illud tibi eidem nominato Madelmo egregio Abbati ad partem ipſius Monaſterij per iam dictam chartulam offertionis tradidi, conceſſi atque etiam confirmaui, vt amodo & deinceps perpetuiſque temporibus tuipſe magnificus Abbas, tuique ſucceſſores, amici ac cognati ſeu conſanguinei poteſtatem ac licentiam integram habeatis prænominatas

C Eccleſias vna cum omnibus earum pertinentijs tenere, dominari, necnon rectores cęteroſque eccleſiaſticos ordines in ipſis eccleſijs ordinare, & illos pro veſtra libertate veſtroque libero arbitrio amouere, & alios in eundem locum ſubſtituere ſeu mittere iuxta & omnia facere de ipſis eccleſijs necnon ipſarum pertinentijs quæcunque vobis placuerint, aut quæcunque vos volueritis ad opus ſiue vtilitates ac congruitatẽ eiuſdem Monaſterij & prædictarum Eccleſiarum, ſine qualibet mea vel meorum contradictione, necnon & abſque cuiuſdam hominis magni ſeu parui requiſitione. Tantummodo tuipſe Abbas & tui ſucceſſores

D ſeu pars ipſius Monaſterij omni anno ſeu quotannis per hoc debeatis dare cenſum in noſtra Lucerina Sede pretium duorum Romanorum. Quod ſi autem quiſcunque hominum hanc noſtram conceſſionem diſcutere aut rumpere tentauerit, volendo prænominatas Eccleſias vel exinde de prænominato Monaſterio ſubtrahere, ſine hoc irritum facere contra hanc noſtram conceſſionem agens, anathematis diſtrictus vinculo in extremo iudicio niſi reſipuerit iuxta ac emendationem firmiſſimam aſſumpſerit, damnatis in ſocietatem perpetuam æternamque adiudicetur. Et vt hæc noſtra conceſſio perpetualiter firma ac ſtabilis permaneat atque in futuris temporibus durare poſſit, has litteras noſtro ſigillo inſigniri iuſſimus, atque proprijs manibus nos ſub-

ſcri-

ſctibendo illos corrnboraulmus.

Hoc itaque ſcriptum conceſſionis noſtra tibi Franconi Clerico ac Notario taliter ſcribere præcepimus.

Actum in ſacratiſſimo prænominato Beneuentana ſedis Palatio, anno ab Incar. Omnipotentis Domini noſtri 1099.

Ego Benedictus Lucerinus Epiſcopus hanc chartulam ſcribere iuſſi.

Ego Adelbertus venerabilis Presbyter ſubſcripſi.

Ego Georgius Cardinalis Beneuentanus interfui.

In nomine Domini Omnipotentis noſtri Ieſu Chriſti, & in nomine ſanctæ ac Indiuiduæ Trinitatis. Quamobrem nouerit omnium fidelium præſentium ſcilicet ac futurorum ſagacitas; dum reſidemus in ſancta Synodo congregati, vnuſquiſque confitens ſua facinora & delicta, quemadmodum beatus Apoſtolus Iacobus proclamat in ſua epiſtola dum hanc in ſententiã, ac verba prorumpit: Confitemini alterutrum peccata ac crimina veſtra, & orate Dominum Omnipotentem pro inuicẽ vt ſaluemini; ne tremendam illam vocem Iudicis ęterni audiatis in extremo Iudicij die quando ad peccatores dicet: Ite à me maledicti in ignem æternum; & è contra ad iuſtos: Venite Benedicti Patris mei poſſidete vitam æternam quæ præparata eſt vobis à Patre meo: etenim multũ valet coram Deo Omnipotenti deprecàtio aſſidua hominis iuſti, & recti corde: ibique reſidente Dom. Vdalrico egregio Archiepiſcopo eiuſdem ſedis, & iuxta eum reſidente Dom. Landolpho ſereniſſimo Principe, necnon & Bernardo Epiſcopo ac Cancellario Domini Sũmi Põtificis & vniuerſalis Papæ Nicolai nomine; vbi & Dodo Epiſcopus ac Vicarius eiuſdẽ D. Papæ in eodem Concilio, & Epiſcopus Amelgerius ſanctæ Sedis Ciuitatenſis, & Landolphus Epiſcopus S. Sedis Florentinẽſis, & Ioannes Epiſcopus S. Sedis Larinenſis; cæteriq; Epiſcopi ac Abbates, Sacerdotes ac Clerici, & cuncto populo ibi aſſiſtente. Poſteaquam autem ſancta lectio in eadem ſancta Synodo terminata eſt ad emendationẽ, vniuſcuiuſq; hominis, cuius res aut Eccleſia ſeu quæcunque cauſa iniuſta reperta eſt, acquirere in omnibus ſuis iuribus ac petitionibus, quod iuſte in ſua poſſeſſione legaliter habere, & poſſidere videntur, vt Domino Omnipotẽte tuente vnuſquiſque cum ſuis poſſeſſionibus ad propria cum gaudio ac lætitia remearet. Interea ſurrexit Amicus humilis Abbas Monaſterij ſanctiſsimæ virginis Sophiæ, humoq; & in terram proſtratus cum reuerentia, ac humilitate ſumma, cœpit reclamare contra, & aduerſus Leonem Epiſcopum ſanctiſſimæ Sedis Dragonariæ, & in hæc verba quam primũ prorupit: quod ipſe Leo Epiſcopus Dragonarius iniuſte, & irrationabiliter teneret eccleſiam vocabulo ſanctæ Mariæ conſtructam in loco qui maiorum noſtrorum tempore Sico nominari ſolebat, moderno autem tempore ab omnibus hominibus Nolicino nominatur, vna cum iuribus ac poſſeſſoribus ipſius Eccleſiæ pertinentibus; ſimulque & eccleſiam nomine ſancti Benedicti conſtructam intus eandem ciuitatem Draconariam, cum ſuis iuribus ac poſſeſſionibus, quibus Eccleſiæ ipſæ, vt ſupra dictũ, legibus ſunt ſubditæ, ac pertinentes iam nominato Monaſterio. Quamprimum ipſe Leo ſurgens cum humilitate, & patientia adorauit in eadẽ ſancta Synodo & cũ reuerẽtia cœpit manifeſtare & dicere: quod veraciter prænominatæ Eccleſiæ cum omnib. ſuis iurib. nec nõ & poſſeſſionibus legaliter, & iuſte eſſent pertinẽtes ſub lege prænominati Monaſt. verũtamen ab alijs Rectoribus iniuſte poſſeſſæ; & nequaquam ipſe Leo aliquid tollere, vel minuere tentaſſet de poteſtate prænominati Monaſterij, veruntamen ab alijs Rectoribus iniuſte, & inordinariè adminiſtratum; & iterum profeſſus eſt, vt neque ipſe Leo Epiſcopus, neque ſui ſucceſſores, neque pars iam nominati Epiſcopi vnquam contra eum & eum parte iam dicti Monaſterij non cauſarent, neque contenderent, per nullam quamcunque etiam inuentam occaſionem, ac rationem altercandum illic cum parte iam dicti Monaſterij, aliquid tollere, vel inuadere, ſeu minuere; ſed amodo & deinceps ipſe Amico humilis Abbas, eiuſque ſucceſſores, & pars iam dicti Monaſterij omnibus iuribus ac poſſeſſionibus ad eandem Eccleſiã pertinentibus, tam quod modo poſſidere videntur; ſeu & illud quod amodo, & in antea Dominus per ſuos fideles in ipſam iam nominatam Eccleſiam dederit, ſeu ibi à quocunque oblatum, ſeu delegatum fuerit, ſiue per offertiones, donationes, emptiones, commutationes, ſeu præcepta conceſſionis in Domino totum, ac integrum pars iam nominati Monaſterij, eiuſque Cuſtodes, ac Præpoſiti qui in ipſa Eccleſia à parte iam nominati Monaſterij præordinati fuerint, firmiter illud habeant, & poſſideant in omnibus iuxta textum de nomine eiuſdem Monaſterij, & iam dictarum Eccleſiarum continentium, atque pertinentium, vna cum inferius, & ſuperius, & cum aquis, & cũ vijs ac anditis ſuis, omnibuſque pertinentijs, mobilibus ac immobilibus, faciendum inde pars eiuſdem Monaſterij, & iam nũc dictarum Eccleſiarũ iuxta atq; ſecundum legis rationẽ, omnia quæcũque voluerint; ſine à parte iam dicti Leonis Epiſcopi, & de illius ſucceſſoribus, ſeu pars iam dicti ſui Epiſcopij aliqua contradictione, ſiue cuiuſcunque requiſitione ab illorum partibus. Hæc omnia, vt ſuperius taxata ſunt, & conſenſu omnium qui in

ipſa

ipſa ſancta Synodo reſederunt, abſque omni dolo perpetuis tēporibus firmatum eſt; vt amodo & in perpetuis temporibus nullus audeat inde in aliquo modo violare, aut etiam vllam vim, nec non violentiam inſerre in quacunque re; veruntamen iuxta inſtitutionem ſanctorum Canonum ſemper firmum, ac ſtabile permaneat ad poſſeſſionem iam nominati Monaſterij & iam dictarum Eccleſiarum, & de illis qui ibidem à parte iam nominati Monaſterij prærordinari fuerint. Et vt hæc cuncta quæ ſuperius leguntur in Domini nomine habeant vigorem, & in perpetuum recordentur & obſeruentur, annuli ſuperius dicti Dom. Principis impreſſione iuſſimus inſigniri, cæteroſque ſuis manibus teſtes ſubſcribere mandauimus.

Datum Id Iun Scriptum per manus Ioannis Clerici & Notarij, necnon Defenſoris prænominati Monaſterij, anno Dominicæ, Omnipotentiſque Domini Incarnationis reuoluto 1062. & viceſimo quinto anno Principatus ſuperius dicti Dom. Pandolphi eximij, ac excellentiſſimi Principis, necnon quinto anno principatus Dom. Landolphi eximij generoſiſſimique Principis, & quinto anno principatus Dom. Atenolphi magni Principis filij, per Indict. 14.

Actum in eodem ſancto Epiſcopio. Subſcripſerunt autem, teſteſque ſunt

Dominus Bernardus Epiſcopus.
Dominus Conſtantinus Epiſcopus.
Dominus Ioannes Cardinalis.
Dominus Lambertus Cardinalis.
Dominus Aegidius Cardinalis.

In nomine Domini Omnipotentis ac Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Domini æterni, & in nomine ſanctiſſimæ & indiuiduæ Trinitatis. Conceſſimus nos vir glorioſiſſimus Sicardus Domini Omnipotentis prouidentia, necnon gratia Longobardorum gentis Princeps, motus Domini Omnipotentis miſericordia, pro redemptione animæ noſtræ, ſeu gētis & patriæ, ſeu & omnium meorum ac noſtrorum amicorum, parentū, cognatorumque omnium qui defuncti abhinc aliquot annis ſunt, ſuggerente poteſtati noſtræ viro venerabili Præpoſito Monaſterij ſanctæ Sophiæ ſito ac locato intra hanc Beneuentanorum ciuitatem, per rogum Aceoni dilecti cognati, ac amici noſtri concedimus in præfato Beatę Sophiæ Monaſterio vbi Vvilerona Abbatiſſa præeſſe dignoſcitur, ipſam curtem ſacri noſtri Palatij loco Leoni coniunctam, cum integro ipſo gualdo vbi ipſa Carbareze dicitur, quod eſt milliaria duo in longitudine, & in latitudine milliare vnum, integram ipſam curtem cum eodem gualdo in eodem Monaſterio conceſſimus; in ea nimirum ratione, vt amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum mandatum cuncta omniaq; quæ præleguntur, ipſum Monaſterium, eiuſq; cultores ſecuro nomine habere, necnon poſſidere valeant, & à nemine ex noſtris Indicibus, hoc eſt, Comitibus, Gaſtaldeis, vel à quibuſcunque gentibus, aut hominibus habeatis in minima etiam re aliquam moleſtiam aut requiſitionem, veruntamen perpetuis temporibus, omnique in tempore poſſideatis.

Quod autem præceptum ac mandatum conceſsionis, ex iuſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Theodoricus.

Actum Beneuenti feliciter, primo anno Indict. 19. menſe Aprili.

In nomine Domini Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Conceſſimus nos Domina glorioſiſsima Scauniperga, & Dominus vir glorioſiſſimus ſummus Dux gentis Longobardorum, per rogum Atenolphi Cubicularij noſtri, mulierem noſtram nomine Fuſam vna cum duobus infantulis ſuis, & cum caſa, vineis, territorijs, omnia, & in omnibus, quantum illi pertinuit, portionem Peroaldi, qui habitare dignoſcitur prope pōtem Pinu, & fuit de ſubactione Ferdolphi Gaſtaldei noſtri; quatenus amodo, & ſemper in perpetuiſque temporibus habeas ac poſſideas, tam tu qui ſupra nominate Pinno, quam & filij filiorum tuorum, & à nullo ex noſtris Gaſtaldeis, vel Actionarijs, aut à quopiam nomine habeas aliquam moleſtiam, nulluſque contra ea, quæ noſtra conceſſit poteſtas, quandoque ire præſumat, & omni in tempore roborata perennisque temporibus firma ac ſtabilis permaneat.

Quod autem præceptum conceſsionis dictaui ego Gaydemarius Duddus ac referendarius in gualdo noſtro Mirencla, menſe Februario, per Indict. 13. anno autem ab Incarnat. Omnipotentis Saluatoris noſtri . . . . feliciter admodum.

In nomine Domini Omnipotentis Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, anno Dominicæ Incarn. 1118. menſe Iunio Indict. 11. Ego Raymundus filius Rodolphi Comitis de Loritello, cum quadam die eſſem in terra mea in Caſtello Monilari, Bernardus Abbas ſanctæ Sophiæ vna cū fratribus quamplurimis ad me veniunt obnixe orantes, ac deprecantes, vt pro anima mea atque patris mei Comitis Rodolphi bonæ piæque memoriæ, & fratrum meorum, omniumque parentum concederem quandam domum Eccleſiæ ſancti Efrem, vt amodo & perpetualiter habere, & videlicet hanc libertatē, vt nemo nulluſq; ex meis hominibus, neque frater meus, neq; Vicecomes, neq; Gaſtaldius quidquam de Eccleſia auferat, veruntamen ſit libera, cum omnibus poſſeſſionibus & omnibus pertinentijs mobilibus, necnō immobi-

A mobilibus, cum omnibus quæ moderno tempore poſſidet, & in poſterum poſſeſſura eſt, aut acquirere poteſt. Ego audito hoc cum filio, cum Dom. Giſone Epiſcopo Bibinenſi, qui cum Abbate ſupranominato eó venerat, & cum Baronibus meis, videlicet Roberto Capitanio, & Sigiſmundo & Gulielmo filio Nanterlj, Pandolpho, Ioanne, Baſilio, Acardo Iudice dilecto, Pandulmo Vicecomite, & Ilberto Vicecomite, accepi, & petitionibus tanti viri locum damus. Quoniam autem mea pro tantare quemadmodum eccleſia Domini Omnipotentis Dei eſt, nolo vt detrimentum necnon tormentum patiatur; verumtamen fir- B miter concedo, & ex animo dono tibi, quæ ſupra nominata ſunt, Bernardo venerabili Abbati, omnibuſque tuis ſucceſſoribus ad habendum, & perpetualiter poſſidendum, & quicquid inde volueritis faciatis, ſine mea meorumque hæredum, amicorum, cognatorum, omniumque conſanguineorum contradictione, aut requiſitione. Præter illud quod mihi referuaui, videlicet, duo opera ad ſeminandum, & vnum ad metendum in campo maximo delecti; & concedo tibi paſcua, & aquam, & ligna quemadmodum Eccleſia ſolita eſt habere; & ſi homines ibidē capti fuerint in defenſa ſylua ad incidēda ligna, hoc enim dent vt homines mei C dilecti emendant: & ſi in via capti fuerint cum lignis de ipſa ſylua defenſa, ad iudicium ipſius loci præpoſiti iudicentur; & poſtquam in caſali vna cum lignis ingreſſi fuerint, abſque vlla calumnia permaneant, & à nemine iudicentur. Inſuper rogaui Dominum Epiſcopum Bibinenſem, & mandaui, vt ſi ego & mei hæredes, vel aliqua perſona hoc donum, & hanc conceſſionem minuere, aut ſubmouere aliqua ratione, necnon ingenio tentauerint, aut etiam ſubtraxerint in aliqua re quicquam, mandaui vt idem ille nominatus Epiſcopus Bibinenſis illos condemnaret, & excommunicaret, nec non & anathematiza- D ret, & à liminibus ſanctæ Eccleſiæ ſegregaret. Nunc ergo ego Giſus Epiſcopus ſupranominatus audiens deprecationem Domini Raymundi, excommunico omnes illos qui hoc donum frangere quæſierint, vt ſint anathematizati, & excomunicati, & à cœtu, aut congregatione Chriſtianorum omnium ſegregati, & cum Iuda traditore Omnipotentis Dom. noſtri Ieſu Chriſti ſociati, necnon cum Chore Dathan & Abiron quos terra viuos, dum vitam quaſi beſtialem agerent propter enormia peccata, ac crimina deglutiuit, partem & ſocietatem habeant, & cum illis æternis pœnis, necnon tormentis cruciéntur: Obſeruatores autem & defenſores illius conceſſionis ſint abſoluti, in honorem Domini Omnipotentis Patris, ac Filij & Spiritus ſancti, & Beati Petri Principis Apoſtolorum, & omnium Apoſtolorum, & Beati Mercurij Martyris, & ſanctorum duodecim fratrum Martyrum, omniumque ſanctorum & amicorum Domini.

Ego Raimundus præcepi Roberto noſtro Notario hoc præceptum ſcribere.
Inſuper ego Robertus Notarius ſcripſi taliter in Caſtello montis Hilarij.
Actum in ciuitate Beneuentana feliciter:
Ego Giſus Epiſcopus Bibinenſis me ſubſcribo.

Robertus de ſancta Maria.

In nomine Domini Omnipotentis Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, & in nomine ſanctiſſimæ & indiuiduæ Trinitatis; anno ab Incarnatione Domini 1119. menſe Nouembri Indictione duodecima. Quoniam anteceſſorum & parentum obligationes iure factæ, & pacta legitima ſucceſſoribus, atque hæredibus ſeruanda, & confirmandæ leges mandatorum, maxime quæ pro redemptione animarum illarum ſiunt. Quamobrem ego Robertus Domini gratia Boianenſis Comes, filius quondam bonæ memoriæ Comitis Vgonis, conceſſionem factam ab auo meo Comite Raone, necnon à patre meo Comite Vgone, quoque à fratre meo Comite Simone in Eccleſia ſanctæ Sophiæ, laudans, ac confirmans notum facio omnibus fidelibus noſtris præſentibus necnon futuris: quoniam per hoc ſcriptum ego concedo atque cōfirmo in Monaſterio ſanctæ Sophiæ quod conſtructum eſſe videtur in veteri Beneuentana ciuitate, & in manum Domini Bernardi venerabilis eiuſdem Monaſterij Abbatis, ſecum habentis duos ex confratribus ſuis religioſos, ac honeſtos viros, nimirum Dominum Conſtabilem, & Dominum Petrum, ſcilicet Caſtrum quod nominatur Vetus, vna cum omnibus hominibus inibi habitantibus, ac morantibus in eodem caſtro, & cum omnibus pertinētijs ſuis, quemadmodum auus meus Rao bonæ memoriæ ac recordationis, & ſupranominatus pater meus, necnon frater meus conceſſerunt, ac permiſerunt habere. Item concedo atque irreuocabili iure, ac præcepto confirmo in Monaſterio ſanctæ Sophiæ virginis, & in manus Reuerendiſſimi, ac venerabilis Abbatis ſupranominati Bernardi, nimirum Monaſterium ſanctæ Genitricis, Virginiſque Mariæ, quod conſtructum eſt in veteri ciuitate Sepina, cum omnibus pertinentijs ſuis, vna cum inferius & ſuperius poſitis; item Eccleſiam vocabulo ſanctæ Mariæ, quæ extra & iuxta ciuitatem Sipontinam conſtructa ac ædificata eſt, vna cum omnibus ſuis pertinentijs; prætereà Eccleſiam ſancti Iacobi Apoſtoli, quæ non longe

longe diſtat à riuo Saraceno vna cum omni- A
bus ſuis ad idem illud Monaſterium perti-
nentijs; Eccleſiam quoque quæ nominatur
ad s.Saluatorem iuxta prænominatum riuũ,
vna cum omnibus ſuis pertinentijs; & me-
dietatem eccleſiæ s.Siluestri, quę eſt ſita nõ
procul à flumine Tappone iu via populiBe-
neuentana, vna cum omnibus quæ ſibi per-
tinent; necnon & Eccleſiam s.Gregorij,quę
eſt ſita ex alia parte, & prope eundem
fluuium, vna cum omnibus pertinentijs
ſuis. Hæc omnia ſupranominata,nimirum
& caſtrum Vetus cum hominibus in eodem
loco habitantibus, & cum omnibus quæ
pertinent illi tam intus, quam etiam foris,
& cum omnibus ſibi pertinentib. ſyluis, cũ B
aquis,vijs,& anditis ſuis, terris,vijs,planis,
ac montibus; & eccleſiam ſanctæ prædictæ
Dei Genitricis Virginiſque Mariæ vna cum
omnib. ſimiliter ſupranominatis Eccleſijs,
atque vna cum omnibus illarum pertinen-
tijs. Ego qui ſupra nominatus Robertus
Comes pro redemptione,ac ſaluatione ani-
mæ meæ, atque genitricis meę,& aui mei,
& pro omnibus parentibus meis tam viuo-
rum, quam & mortuorum ſalute, concedo
atq; confirmo in præſentia Domini Adam-
monis Bolanenſis diuina dic diſponente mi-
ſericordia Reuerendiſſimi Antiſtitis, alio-
rumque ſubſcriptorum teſtium in iam no-
minato Monaſterio ſanctæ Sophiæ, in quo C
videntur requieſcere quadraginta quatuor
corpora ſanctorum, offertionem, ac tradi-
tionem fecimus in manus ſupranominati
Abbatis nomine Bernardi venerabiliſſimi
idem illud Monaſterium, in eadem condi-
tione, quemadmodum parentes, ac maio-
res mei quondam maiorumque noſtrorum
tempore conceſſerunt ac obtulerunt; hac
nimirum ratione & conditione, vt amodo
& in perpetuis temporibus firmiter, & im-
mobiliter, ac inuiolabiliter prænominatum
Monaſterium illud quod cõceſſimus teneat
& poſſideat prænominatum caſtrum,necnõ
præfatas eccleſias cum omnibus ſuis perti-
nentijs,ſine contradictione noſtra noſtrorũ-
que hæredum omniumque aliorum homi- D
num,omni remota Vicecomitum, vel cæte-
rorum actorum Curiæ noſtræ moleſtia, vel
contrarietate; omnibuſq; quæ fuerunt hac-
tenus iniquis & prauis conſuetudinibus ex-
ploſis atq; eiectis. Vt autem hæc noſtra lar-
gitio atque conceſſio firma, ac ſtabilis ha-
beatur, ego prænominatus Robertus Co-
mes obligo me meoſq; hæredes, ac amicos
prænominatæ Eccleſiæ s.Sophiæ,tibiq;Ber-
nardo eiuſdem Monaſterij venerab. Abba-
ti veſtriſque poſteris prænominatam largi-
tionem noſtram amodo & omni tempore
defenſam ab omnibus etiam hominibus ab
omnique parte. Quod ſi ego vel quilibet
noſtrorum hæredum, vel actorum noſtrorũ
temerario auſu, & iniqua præſumptione
hanc noſtrã conceſſionem irritam in quo-
libet membro, ac qualibet ratione facere
præſumpſerit, noſtræ Curiæ iudicio coa-
ctus centum librarum auri puriſſimi com-
poſitione mulctetur, atque in nominato
Monaſterio;& inſuper omni tempore taceat
inuitus anathematis vinculo damnatus
cum Iuda traditore Domini donec reſipi-
ſcat iaceat.

Hæc autem chartula ſupra nominatæ con-
ceſſionis facta à ſupranominato Comite Ro-
berto,ac Vicecomite.
Ego Gentilis Comes ſcripſi.
Ego Gerhardus Epiſcopus.
Ego Balthaſar Cardinalis.
Ego Benedictus Abbas interfui & ſubſc.
Actum in ciuitate Bolana legitime.
Signum propriæ manus ſupranominati
Præſulis.

Calliſtus Epiſcopus.

In nomine Domini Omnipotentis noſtri
Ieſu Chriſti,& in nomine ſanctiſſimæ & in-
diuiduæ Trinitatis,Calliſtus Epiſcopus ſer-
uus ſeruorum Domini. Dilecto in Chriſto
filio Ioanni Abbati Monaſterij venerabilis
ſanctæ Sophiæ intra Beneuentum ſiti, eiuſq;
ſucceſſoribus regulariter promouendis In
perpetuum. In Apoſtolicæ Sedis admini-
ſtratione,diuina diſponente clementia,con-
ſtituti, neceſſe quidem habemus omnes ec-
cleſias B. Petri patrocinio confouere, & ip-
ſarum quieti paterna ſollicitudine prouide-
re; veruntamen locis illis, ac perſonis quæ
deuotius Romanæ adhærent Eccleſiæ,quæq;
ampliorîs religionis gratia præeminent,
propenſiori nos conuenit ſtudio ſubuenire.
Quamobrem in Chriſto fili Ioannes poſtu-
lationi tuæ clementer annuimus, & ſanctæ
Sophiæ Cœnobium, ad cuius regimen
nos te,auctore Domino, noſtris tanquam
Beati Petri manibus conſecrauimus, ſub
tutela & iuriſdictione, ſicut hactenus man-
ſit, perpetuo manere, præſentis paginæ
auctoritate ſancimus; vt nimirum ſoli Ro-
manæ Eccleſiæ ſubditum, ab omni Eccle-
ſiarum, ſeu & perſonarum iugo liberum
habeatur. Præterea prædeceſſorum noſtro-
rum veſtigijs inhærentes, vniuerſa quæ pri-
uilegijs illorum ad eiuſdem Monaſterij im-
munitatem, vel poſſeſſionem tuis ſunt pię-
deceſſoribus attributa, tibi tuiſque ſucceſ-
ſoribus regulariter promouendis præſenti
priuilegio contribuimus; cellas quoque
& Eccleſias, aut villas quæ à prędeceſſori-
bus tuis prænominato videntur Cœnobio
iuſte, ac rationabiliter acquiſita,poſſiden-
das omni in tempore confirmamus; hoc eſt
eccleſiam s.Benedicti quæ dicitur Xenodo-
chium s.Ioannis, s.Euphemiæ, s.Petri, quæ
nominatur Traſarij, s. Raimundi, s. Ma-
riæ Rotundæ intra eandem ciuitatem Bene-
uentanam, Eccleſiam ſanctę Mariæ, S.Pe-
tri,s. Nicolai, s.Eraſmi, s.Marciani,ſanctæ
Mariæ, s. Angeli foras ante eandem ciuita-
tem

tem in Pantano Eccleſiam, S. Benedicti, Beati Vitalis, s. Mercurij apud oliuam, ſancti Angeli, S. Mariæ de Scolcaturi vna cum omnibus pertinentijs, in vado Azara s. Benedicti in Faſſoue ſancti Valentiniani, apud Votũ S. Felicis cum terris, in Cornito s. Silueſtri cum duobus riuis ſanctæ Mariæ, in Parituli S. Marciani, in Ventecano s. Martini, in Cuano ſancti Petri, io Pazano S. Nicolai, item Beneuenti s. Stephani, in Palearia S. Mariæ in Lucernara, & curtes duas S. Mariæ in Sableta S. Mariæ in Tẽplana, in ciuitate Triana s. Angeli cum cellis s. Stephani in Fromarij S. Gregorij in Eſile, s. Angeli in Peſclo; in Alipergo eccleſias ſanctæ Mariæ, S. Angeli s. Petri, ſancti Marci, S. Ioannis, s. Laurentij, ſancta Lucia in Caſale, S. Maria, s. Appollonia, ſancta Anna in Caliſi, S. Mariæ in territorio s. Marcelli, in Curſiano ſancti Mauri S. Ioannis, s. Conſtantini ſancti Anaſtaſij, in Aſculo S. Petri s. Deſiderij, in Ilicetto ſancti Ffrem, in Morteto S. Petri, in Tuſcano s. Adolphi ſancti Hieronymi S. Euerhardi s. Seuerini ſancti Anaſtaſij, apud Arolam S. Mercurij, apud Biuinum s. Martini, in Biterno Monaſterium ſancti Angeli cum cellis, in petri, S. Vincentij, s. Trinitatis in Valle Luparia ſanctæ Crucis, apud Rederiũ S. Martini, in Alirino s. Michaelis, ſanctæ Mariæ, in Monte Malo S. Felicis in Sertore s. Viti, apud Montes ſancti Marci, iuxta foſſã S. Stephani, in territorio Campi læti s. Luciæ, iuxta ciuitatem Florentinam Monaſterium ſancti Saluatoris, in Cluſano S. Chriſtophori, Caſtellum Forneti cum omnibus pertinentijs, Caſtellum antiquum cum omnibus pertinentijs, Eccleſiam S. Donati cũ omnibus illorum pertinentijs, mobilibus ac immobilibus. Per præſentis itaque huius priuilegij paginam Apoſtolica auctoritate ſtatuimus, vt quicunque hodie nominatum illud Monaſterium iuſte poſſidet, quæque in futurum conceſſione Pontificũ, liberalitate principum, ſeu oblatione fidelium iuſte canoniceque poterunt adipiſci, firma tibi tuiſq; ſucceſſoribus & illibata permaneant. Quamobrem decreuimus, vt nulli omnino hominum liceat idem Cœnobiũ temere perturbare, aut illi poſſeſſiones auferre ſeu oblationes requirere, minuere, vel temeratijs vexationibus fatigare; veruntamen omnia integre conſeruentur eorũ pro quorum ſuſtentatione ac gubernatione conceſſa ſunt vſibus omnimodè profutura. Obeunte autem eius loci Abbate, vel tuorũ quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptione, aſtutia vel violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu vel fratrum pars conſilij ſanioris ſecundum Domini timorem atque B. Benedicti regulam elegerint, à Romano Pontifice maximo inungendum ac cõſecrandum; chriſma, oleum ſanctum, conſecrationes altarium ſiue Baſilicarum, & ordinationes Mona-

A chorum qui ad ſacros Ordines promouendi ab Epiſcopis in quorum Diœceſibus eſtis, accipietis; ſi quidem gratiam & communionem Apoſtolicæ Sedis habuerin, & ſi gratis ea ac ſine prauitate impenderint: ſi quis vero his obſtiterit, liceat vobis à quocunque volueritis Catholico Epiſcopo prædicta ſacramenta percipere. Si qua igitur Eccleſiaſtica ſæculariſue perſona hãc noſtram Conſtitutionis paginam ſciens temere contra eam venire tentauerit, ſecundo, tertioue commonita, ſi non ſatis ſactione congrua emendauerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe Diuino iudicio exiſtere cognoſcat de perpe-
B trata iniquitate, & à ſacratiſſimo ſanguine & corpore Domini Omnipotentis noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat ac ſegregetur, atque in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem econtra iuſte obſeruantibus ſit pax & tranquillitas Domini Omnipotentis noſtri Ieſu Chriſti; quatenus hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen Amen.

Ego Calliſtus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

Firmamentum eſt Dominus timentibus eum.

C *Datum Beneuenti per manus Sitonis S.R.E. Diaconi Cardinalis ac Bibliothecarij 3. Cal. Dec. Indict. 14. Pontificatus autem Domini Calliſti ſecundi Papæ anno ſecundo, ab Incarnatione autem Omnipotentis Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti anno milleſimo centeſimo decimoquinto* 1120.

Calliſtus Ioanni Abbati.

Calliſtus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Domini. Dilectis in Chriſto filijs, Ioanni Abbati reuerendiſſimo, & Monachis S. Sophiæ Virginis Monaſterij, Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum Beneuenti anno præterito in noſtro reſideremus Palatio,
D quidam noſtris auribus ſuggeſſerunt, vos duo molendina in loco qui Ponticellus nominatur extruxiſſe in terra quæ noſtris regalibus pertinebat: Nos autem hoc audientes, & ſuper Regalium noſtrorum diminutione dolentes, deſtrui molendina illa mandauimus; quo facto vos vna cum nobilioribus Beneuentanorum ciuibus ante noſtram præſentiam conuenientes querimoniam lacrymabilem protuliſtis, aſſerentes aquam fluuij Caloris in loco illo iure veſtro Monaſterio pertinere; inſuper veſtrum ius per antiqua Principum præcepta & prædeceſſoris noſtri felicis memoriæ Papæ Gelaſij ſcriptum oſtendere voluiſtis, quod & poſtea oſtendiſtis. Nos igitur & veſtris rationibus intellectis, & Monaſterij veſtris neceſſitatibus conſideratis & excogitatis, quod ab eodem

A prædeceſſore noſtro de hoc negotio factũ, & ſcripti ſui robore confirmatum eſt, ratũ decreuimus permanere.

Ego Calliſtus Epiſcopus.

Datum in ciuitate Beneuentana 3. non. Ian. Indict. quarta decim. ann. ab Incarnat. Omnipotentis Domini noſtri Ieſu Chriſti milleſimo centeſimo vigeſimo primo, Pontificatus autem Domini Calliſti II. Papæ anno ſecundo.

Declaratio litis in Monaſterio S. Sophiæ.

Innocentius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Domini, Venerabili fratri Archiepiſcopo **B** & dilecto filio Abbati terræ maioris, & Archipresbytero ...... Apoſtolicam benedictionem. Olim Venerabili fratri noſtro Archiepiſcopo & dilecto filio Archidiacono Tranenſi dedimus in mandatis, vt ſententiam quam Venerabilis frater noſter Epiſcopus & dilectus filius noſter Archidiaconus Aſculenſis ſuper quæſtionem inter Venuſinum, & S. Sophiæ Beneuentanum Monaſteria de quibuſdam terris habitam pro Epiſcopo Monaſterio s. Sophiæ protulerant, facerent per cenſuram eccleſiaſticã firmiter obſeruari, & poſſeſſione ipſarum terrarum ſicut iuſtum eſſet, cum fructibus ex eis per **C** præcepta latæ ſententiæ in integrum eidem Monaſterio reſtituta, iniungerent Abbati & Conuentui Venuſino, vt ſi de iure confiderent vſque ad Aſcenſionem Domini venturam per ſe, vel reſponſalem idoneum, ad præſentiam noſtram accederent, recepturi iuſtitiam & facturi. Prænominati autem Iudices iuxta mandatum noſtrum in negotio procedentes, dictis Abbati & Conuentui Venuſino per ſuas litteras iniunxerunt, vt vel reſtituerent poſſeſſionem terrarum ipſarum cum fructibus. Ad quod idem Abbas ſic reſpondit: quod quamuis voluntatem haberet eaſdem terras Monaſterio iuxta mandatum Apoſtolicum reſignandi, hoc tamen facere non poterat neque audebat, **D** tum propter Dominos Corneti qui illas ipſas terras poſſident & colunt; quod ſi fieri poſſet, homicidium exoriri; tum quia nullus erat qui fines terrarum illarum cognoſceret de quibus quæſtio agebatur, & Dominum humiliter ſupplicabat vt ad cõponendum inter illos efficaciter ac feruenter laborarent; cumq; ad concordiã componendã iuxta petitionẽ illius diligenter intendere procuraſſent, & partes ad id nõ poſſent inducere aliqua ratione, ijdem tam ſententiam à prænominatis Epiſcopis & Archidiacono Aſculanenſibus pro nominato ſanctæ Sophiæ Monaſterio latam, quam ea quæ per litteras & nuncium Abbatis perceperant Venuſini, necnon excommunicationis ſententiam quam in eundem tulerant ſi venire contra dictam ſententiam attentauerit

A diligenter attendentes, prudentum virorum conſilio poſſeſſiones terrarum ipſarũ iuxta mandatum noſtrum, dilecto admodũ filio Nicolao nuncio Abbatis S. Sophiæ Epiſcopi nomine & auctoritate Apoſtolica reſtituere procurarunt, iniungentes Abbati & Conuentui Venuſino, vt fructus ex ijſdem terris à tempore latæ ſententiæ perceptos eidem Abbati reſtituere non different, & poſſeſſionem ipſam non præſumerent de cætero aliquatenus perturbare, ſed permitterent ipſum eaſdem terras pacifice poſſidere. Licet autem in mandatis à nobis ijdem Iudices recepiſſent, vt ſi dicti Abbas & Conuentus Venuſinus de iure confiderẽt, **B** ipſis iniungere procurarent vt vſque ad Aſcenſionem Domini Omnipotentis proxime venturam vel per ſe, vel etiam per reſpõſalem idoneum ad Apoſtolicam ſedem accedant, recepturi iuſtitiam & facturi, quia litteras Apoſtolicas ſuper hoc traditas receperant, illis vt tamen ſe poſſent commode præparare, mandarunt vt vſque ad feſtum Pentecoſtes accederent per ſe vel per idoneum reſponſalem; poſtmodum autem ad preces Abbatis eiuſdem, illi & ſuo Conuentui propter impedimenta viarum per totum menſem Iunij proxime præteritum de voluntate partium indulſerunt terminũ longiorem; ad quem idem Abbas nec venit **C** nec Procuratorem quendam mittere procurarunt, quamuis nuncius prænominati Abbatis diutius exſpectarit apud Sedem Apoſtolicam conſtitutus. Ne igitur Abbas vlterius fatigetur laboribus & expenſis, & alterius Abbatis contumacia puniatur, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mãdamus necnon præcipimus, quatenus reſtitutionis ſententiam facientes firmiter obſeruari, Venuſinum Abbatem ſupranominatum tamdiu, appellatione remota, denuncietis excommunicationis vinculo innodatum, donec prænominatum Abbatem s. Sophiæ pacificam ipſarum terrarum permiſerit tenere poſſeſſionem, necnon & à **D** tempore latæ ſententiæ fructus perceptos reſtituere procurarit. Sin autem nec ſic poterit illius duritia molliri, vt illi vexatio præbeat intellectum, & pœna doceat cognoſcat, quam temerarium ſit Apoſtolicis poſſeſſionibus contraire, ac iuſsionibus ſe opponere, Priori & Conuentui Venuſino auctoritate noſtra firmiter iniungimus, vt iuxta tenorem ſententiæ quã contra eum nominati Iudices protulerunt, eum tanquã excommunicatum euitent, & ipſi nullatenus intendentes nullam illi adhibeant reuerentiam ac honorem, Priorem & Monachos ad hoc vbi neceſſarium fuerit per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione remota cogentes. Nos autem, ſi prænominatus Abbas Venuſinus, priuſquam dicto Abbati ſanctæ Sophiæ iuxta tenorem latæ ſententię fuerit ſatisfactum, de iure confidens aliquid ad-

aduerſus eum tam ſuper dictis terris quàm alijs proponere voluerit quæſtionis, faciemus iuſtitiam exhiberi. Quod ſi non omnibus his exequendis poteritis intereſſe, tu cum fratre Epiſcopo nihilominus exequaris.

Datum Viterbij 4. non. Aug. Pontificatus noſtri anno duodecimo, feliciter admodum.

Innocentius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Domini, Venerabilibus fratribus Biſacentinum Laquedonenſium & Vicanenſium Epiſcopis, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Dilecti filij, Abbas & Conuentus S. Sophiæ de Beneuento ſuis nobis litteris intimarunt, quod cum executionem ſententiæ pro ijs à Venerabili fratre noſtro Epiſcopo, & dilecto filio Archidiacono Aſculenſium ſuper limites quarundam terrarum in Corneto contra Venuſianum Monaſterium promulgatæ Venerabili fratri noſtro Archiepiſcopo & dilecto filio Archidiacono Trarenſium duxerimus committendam, eandem ſententiam confirmantes poſſeſſionem earum terrarum prænominatarũ cum fructibus inde à tempore litis cõteſtatæ perceptis reſtitui ſub excommunicationis vinculo præceperunt ac demandarunt; eandem ob contumaciam Venuſini Abbatis, bonæ piæque memoriæ Sipontino Archiepiſcopo & coniudicibus ſuis dedimus in mandatis, vt quæ geſta fuerant per alios delegatos facerent immobiliter obſeruari; qui Abbati & Conuentui Venuſino firmiter iniunxerunt, vt ſecundum Iudicum mandata priorum ipſarum terrarum poſſeſſionem Monaſterio S. Sophiæ reſtituerent, & permitterent idem Monaſterium illa omnia pacifice poſſidere: veruntamen prænominati Abbas & Monachi Venuſini, mandatis ac præceptis Iudicum & excommunicationis ſententiæ ſe temere opponentes impediunt excommunicationis ſententiam potentia Laicorum: Verum memorati Abbas & conuentus S. Sophiæ nos humiliter ac manſuete ſupplicarunt, ac precibus quam maxime ſollicitarunt, vt & obuiarem, meque opponerem partis aduerſæ malitiæ, ac laboribus ſuis finem necnon colophonem imponere, deberemus atque dignaremur. Nos itaque volentes vt prænominata malitia & contumacia puniatur, fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus iam nominatos Abbatem & Conuentum ſanctæ Sophiæ in corporalem poſſeſſionem dictarum terrarũ appellatione poſtpoſita inducatis, & faciatis in ipſarum pacifica poſſeſſione gaudere memoratos Abbatem & Monachos Venuſinianorum pulſatis ſonatiſque campanis & candelis incenſis denunciantes tamdiu excommunicatos ſingulis diebus Dominicis ac feſtiuis, & facientes ab omnibus euitari, donec ſententiæ pereant, locumque det prænominatis, & de memoratis expenſis à tempore excommunicationis contumaciæ ipſorum in iudicio factis à parte altera prænominato Monaſterio S. Sophiæ ſatisfaciant competenter, contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcentes. Quod ſi non omnes his exequendis poteritis intereſſe, duo veſtrum ea nihilominus vt oportet exequantur.

Datum Signiæ 3. Kal. Sept. Pontificatus noſtri anno decimo quinto.

Ego Calixtus . . . . Epiſcopus; Dominique ſeruus ſeruorum, Tibi dilecto filio Henrico Domini gratia Romanorum Imperatori Auguſto, concedo electiones Epiſcoporum & Abbatum Teutonici Regni qui ad Regnum pertinent, in præſentia tua fieri, abſque ſimonia & aliqua violentia; vt ſi qua inter partes diſcordia emerſerit, Metropolitani & Comprouincialium conſilio vel iudicio, ſaniori parti aſſenſum præbebis & auxilium: Electus autem regalia per ſceptrum à te accipiat; & quæ ex his iure tibi debet faciat; ex alijs vero partibus Imperij conſecratus infra ſex menſes regalia per ſceptrum à te accipiat, & quod ex his iure tibi debet faciat; exceptis omnibus quæ ad Romanam Eccleſiam pertinere dignoſcuntur. De quibus vero mihi querimoniam feceris atque auxilium poſtulaueris, ſecundum officij mei debitum auxilium præſtabo. Do itaque vobis veram pacem & omnibus qui in parte tua ſunt vel fuerunt à parte huius diſcordiæ.

Henricus Imperator *Romanorum.*

In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Ego Henricus Domini gratia Romanorum Imperator Auguſtus, pro amore Domini, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & Domini Papæ Calixti, & pro remedio animæ meæ, dimitto, nomino & ſanctis Dei Apoſtolis Petro & Paulo, Romanæ ſanctæque Catholicæ eccleſiæ, omnem inueſtituram per annulum & baculum; & concedo omnibus eccleſijs quæ in Regno meo ſunt Canonicã fieri electionem & illibatam conſecrationẽ, poſſeſſiones & Regalia S. Petri quæ ab initio huius diſcordiæ vſque ad hodiernam diem ſiue à parte patris mei, ſiue etiã modo ablata ſunt, quæ habeo ſanctæ Romanæ Eccleſiæ reſtituo: quæ autem non habeo, vt reſtituantur fideliter iuuabo. Poſſeſſiones etiam aliarum omniũ Eccleſiarum & Principum, tam aliorum quam Clericorum & Laicorum quæ in guerra illa amiſſæ ſunt conſilio principum iuſtitiam ab eo reddam; quæ enim habeo, vt reddantur fideliter iuuabo, Et do veram pacem Domino Papæ Calixto, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & omnibus qui in partibus illius ſunt vel fuerunt & in quibus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ auxilium

lium

liuni poſtulauerit fideliter inuabo, & de quibus mihi fecerit querimoniam debitam illi faciam iuſtitiam. Hæc omnia acta ſunt conſenſu & conſilio Principum, quorum nomina ſubſcripta ſunt.

Adelbatus Archiepiſcopus Moguntinus,
Colonienſis Archiepiſcopus.
Ratisbonenſis Epiſcopus.
Spirenſis Epiſcopus,
Conſtantienſis Epiſcopus,
Et Abbas Fuldenſis.
Henricus Dux.
Fridericus Dux.
Marchio Tripoldus.
Marchio Engelbertus,
Godfrid Palatinus,
Otto Palatinus.
Comes Berengarius.
Ego Fredericus Colonienſis Archiepiſcopus & Archicancellarius recognoui,

Rogerius Comes.

In nomine Domini Omnipotentis Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti anno milleſimo centeſimo quarto, Indict. 12. Ego Rogerius Italiæ Rex, Rogerij primi Comitis hæres & filius. Conuenit omnes in regimine conſtitutos Dominicis obedire mandatis, atque illi per quem regnant, colla ſubijcere, vt Regni illius mereantur eſſe participes, quod ſine caree, quod ſemper ſine iactura ſine mœrore durabit. Et propterea Monaſterij S. Sophiæ de Beneuento Venerabilis Abbas, petitionibus tuis, Fratrumque tuorum clementius annuentes, ob amorem Regis cæleſtis, per quem ſubſiſtimus & regnamus, & pro ſalute animæ prænominati Patris noſtri Rogerij glorioſæ memoriæ Magnifici Comitis, noſtræ, noſtrorum denique parentum, confirmamus in eodem Mona-

A ſterio omnes retro Principum, Ducum Comitum ac Baronum ſeu quorumcumque aliorum hominum vtriuſque ſexus conſenſiones, donationes iuſte ſeu Canonice factas. Prætrerea concedimus vt de omnibus eiuſdẽ Monaſterij animalibus pro tota terra noſtra nemo herbaticum tollat, vel qualemcunque rem vllo modo, ſed ſecure eant & redeant, mançant atque paſcantur, ſiue cuiuſcunque contrarietate, de quibuſcunq; rebus nullus in tota terra noſtra plateaticũ tollat, vndecunque venerint; ſed ſine omni contrarietate permittant abire. Addimus quoque, vt quidquid pars nominati
B Monaſterij donatione Pontificum, liberalitate principum impoſterum poterit adipiſci, omni noſtra noſtrorumque hæredum vel ſucceſſorum vel parte Reipublicæ contrarittate vel inquietatione ſeu aliqua perturbatione remota, iam ſæpe nominatum Monaſterium iure teneat. Inſuper, ſi quæ mala conſuetudo in aliquibus & ſupradictis rebus vel poſſeſsionibus aut hominibus ipſius Monaſterij hactenus fuit impoſita, mandamus, vt deinceps omnino deleatur. Si qua autem, quod abſit, magna, humiliſue perſona huius noſtræ conceſſionis paginam temerario auſu in aliquo violare præſumpſerit, ſciat ſe compoſiturum auri li-
C bras viginti, medietatem Palatio, & medietatem prædicto Monaſterio; præſenſque decretum priſtinum robur obtineat, & inuiolatum omni tempore permaneat. Ad huius ſane noſtræ conceſſionis iudicium per manus Vvidonis noſtri Notarij ſcribi mandauimus.

Datum Salerni per manum Guarini noſtri Cancellarij 12. Auguſti. Teſtor

† *Ego Rogerius Rex qui ſupra.*
† *Rex ſemper viuas pius & clemens Domini vas &c.* ſunt exciſa ſequentia.

BENE-

BENEVENTANORVM
EPISCOPORVM,
ET
ARCHIEPISCOPORVM
INDEX CHRONICVS.

Epiſcoporum.

Ann. Chr.			pag.
40	1	S.Photinus.	11
305	13	S.Ianuarius.	13
315	14	Theophilus.	14
320	15	S Dorus.	15
326	16	S.Appollonſus.	15
340	17	S.Caſianus.	15
347	18	S.Ianuarius II.	15
369	19	Lincinus.	16
405	20	Æmilius.	16
448	21	S.Ioannes I.	16
448	22	Dorus II.	17
	23	S.Thammarus.	17
490	24	S.Sophias.	17
494	25	Epiphanius.	18
520	26	Felix.	18
588	27	S.Marcianus.	18
543	28	S.Zeno.	18
583	29	Felix II.	19
571	30	Lincinus II.	19
600	31	Dauid.	19
603	32	Barbarus.	20
615	33	Alphanus.	20
612	34	Ildebrandus.	21
663	35	S.Barbarus.	22
700	36	Aldericus.	32
748	37	Ambroſius.	32
750	38	Toto.	32
769	39	Ioannes II.	32
980	40	Dauid II.	45
833	41	Vrſus.	56
875	42	Ayo.	63
886	43	Conſeruatus.	68
894	44	Petrus.	68
	45	Valdefridus.	67
913	46	Ioannes III.	69
957	47	Landolphus.	84

Archiepiſcoporum.

Ann. Chr.			pag.
969	1	Landolphus.	91
984	2	Alo, ſeu Alix	103
998	3	Alphanus I.	108
1011	4	Alphanus II.	111
1053	5	Vdaricus.	117
1071	6	Aurelius.	131
1075	7	S.Milo.	135
1078	8	Roffridus.	138
1108	9	Landulphus II.	143
1119	10	Roffridus II.	160
1132	11	Gregorius.	168
1148	12	Petrus.	175
1157	13	Henricus.	179
1171	14	Lombardus.	188
1179	15	Rogerius Card.	193
1221	16	Vgolinus.	207
1254	17	Capoferrus.	213
1282	18	Io.Card. de Caſtro-Cæli.	202
1295	19	Ioannes Copuana.	225
1300	20	Adenulphus.	225
1302	21	Fr. Iacobus.	225
1303	22	Monaldus de Monaldeſchis, pag.	226
1333	23	Fr. Arnaldus de Bruſacco.	226
~~1344~~	~~24~~	~~Fr. Guillelmus.~~	230
1349	25	Stephanus.	231
1350	26	Petrus Pinus.	233
1363	27	Fr Guillelmus II.	236
1363	28	Fr.Hugo.	236
1365	29	Hugo II. Ripti.	236
1383	30	Franciſcus.	240
1384	31	Nicolaus Zanaſius.	241
1385	32	Donatus de Aquino.	241
1427	33	Paulus Capranica.	246
1429	34	Gaſpar Columna.	247
1436	35	Aſtorgius Card. Agneſis.	248
1451	36	Iacobus della Ratta.	249
1460	37	Alexius de Cæſareis.	251
1464	38	Nicolaus Piccolomineus.	252
1469	39	Corradus Capycius.	252
1482	40	Leonardus Gryphius.	253
1486	41	Laurentius Card. Cybo.	253
1503	42	Ludouicus Cardin. Podocatarius.	254
1504	43	Galeottus Cardin. Franciottus. pag.	254
1508	44	Siſtus Gara Card. de Ruuere. pag.	254
1514	45	Alexander Card. Farneſius.	255
1521	46	Alphonſus Sfortia.	255
1530	47	Franciſcus Roboreus.	255
1544	48	Ioannes della Caſa.	258
1517	49	Alexander II. Card Farneſius. pag.	260
1560	50	Iacobus Card. Sabellus.	260

1574

1574	51	Maximilianus Palumbara.	260
1607	52	Pompeius Cardin. Arigonius. pag.	261
1616	53	Alexander de Sangro.	262
1633	54	Augustinus Cardin. Oregius. pag.	263
1641	55	Vincentius Cardin. Maculanus. pag.	264
1643	56	Io.Baptiſta Foppa.	264

ABELLINENSIVM

Epiſcoporum

INDEX CHRONICVS.

Ann. Chr.			pag.
499	1	Timotheus.	267
	2	N.	268
1124	3	Ioannes.	268
1232	4	Robertus.	268
1189	5	Guillelmus.	270
1219	6	Rogerius.	271
	7	Iacobus.	271
	8	Ioannes.	271
	9	Leonardus.	271
1288	10	Benedictus.	272
1295	11	Franciſcus.	272
1310	12	Gotifredus de Tuſo.	272
1326	13	Natimbene.	272
1334	14	Nicolaus.	272
1351	15	Raymundus.	272
1374	16	Nicolaus II.	272
1391	17	Mattheus.	275
1423	18	Ciccus.	275
1432	19	Fuccius.	275
1466	20	Baptiſta de Ventuto.	280
1492	21	Antonius de Pyrrho.	280
1503	22	Bernardinus Card. Carauagial. pag.	281
1503	23	Antonius de Caris.	281
1507	24	Gabriel Setarius.	281
1510	25	Ioan.Franciſcus Setarius.	281
1516	26	Archangelus Madrigarius.	281
1520	27	Syluius Meſſalia.	281
1545	28	Hieronymus Alberrinus.	282
1548	29	Bartholomæus Cardin. della Queua.	282
1549	30	Aſcanius Albertinus.	282
1580	31	Petrus Antonius de Vicedominis	285
1591	32	Fuluius Paſſerinus.	285
1599	33	Thomas Vannuccius.	285
1612	34	Mutius Cinquinus.	286
1626	35	Bartholomæus Iuſtinianus. pag.	286
1653	36	Laurentius Pollicinus.	287

ALLIFANORVM

Epiſcoporum

INDEX CHRONICVS.

Ann.Chr.			pag.
499	1	Clarus.	291
1059	2	N.	291
1179	3	Balduinus.	292
1200	4	N.	292
	5	N.	292
1251	6	Alpherius.	292
1254	7	Romanus.	292
1305	8	Petrus.	292
1346	9	Nicolaus.	292
1346	10	Thomas de Fontibus.	292
1350	11	Bertrandus.	293
1356	12	Andreas.	293
	13	Guillelmus.	293
1389	14	Ioannes de Alferijs.	293
1413	15	Angelus de San-Felice.	294
1458	16	Antonius Morettus.	294
1483	17	Ioannes Bartolus.	295
1486	18	Ioannes de Zefra.	295
1504	19	Angelus.	295
1529	20	Bernardinus Fumarellus.	295
1532	21	Michael Torellus.	295
1541	22	Hippolytus de Marſilijs.	295
1546	23	Sebaſtianus Pighius.	295
1548	24	Philippus de Serraglis.	296
1556	25	Antonius Auguſtinus.	296
1561	26	Iacobus Gibertus de Naueras. pag.	296
1567	27	Angelus Roſſius.	296
1568	28	Ioan.Baptiſta Sanctorius.	297
1586	29	Henricus Syrus.	297
1598	30	Modeſtus Guazzettus.	297
1608	31	Valerius Seta.	297
1625	32	Hieronymus Zambeccarius. pag.	297
1633	33	Io.Michael Rubeus.	297
1939	34	Petrus Paulus Medices.	297
1658	35	Henricus Burgenſis.	298
1659	36	Sebaſtianus Doſſena.	298

ARIANORVM

Epiſcoporum

INDEX CHRONICVS.

Ann.Chr.			pag.
1070	1	Mainardus.	300
1098	2	Gerardus.	302
1179	3	Bartholomæus.	302
	4	N.	303
1238	5	Meinardus.	303
1247	6	Rogerius.	303

1277

1277	7	Peregrinus.	305
1291	8	Rogerius de Vetro	305
1300	9	Raynus.	305
1309	10	Roſtagnus.	305
1331	11	Laurentius.	305
1349	12	Robertus.	305
1349	13	Raymundus.	305
1356	14	Ioannes.	305
1358	15	Thomas.	305
1364	16	Dionyſius.	305
1370	17	Iacobus.	306
1382	18	Giroaldus.	306
1390	19	Lucas.	306
1400	20	Donatus.	306
1406	21	Angelus de Raymo.	306
1432	22	Angelus de Graſſis.	306
1349	23	Vrſus Leo.	306
1470	24	Iacobus Perſida.	308
1480	25	Nicolaus de Hippolytis.	308
1481	26	Paulus de Brachijs.	308
1511	27	Nicolaus de Hippolytis.	309
1518	28	Diomedes Carafa.	309
1546	29	Octauianus Preconius.	311
1563	30	Donatus de Laurera.	311
1585	31	Alphonſus de Ferrenu.	312
1603	32	Victorinus Manſus.	313
1612	33	Octauius de Rodulphis.	313
1624	34	Paulus Caiatia.	315
1642	35	Andreas Aguado.	316
1650	36	Alexander Rubeus.	316

ASCVLANORVM

Epiſcoporum

INDEX CHRONICVS

Anu. Chr.			pag.
1059	1	Maurus.	320
1092	2	Ioannes.	320
1179	3	Ioannes II.	320
1190	4	Goferdus.	320
1226	5	Ioannes III.	320
1276	6	N.	322
1280	7	Benedictus.	322
1280	8	Adam.	323
1301	9	R.	323
1308	10	Angelus	324
1310	11	Franciſcus.	325
1310	12	Franciſcus II.	325
1352	13	Petrus.	325
1353	14	Petrus II.	325
1396	15	Petrus III.	325
1397	16	Paſcharellus.	325
1419	17	Iacobus.	325
1458	18	Ioannes Antonius Buccarellus. pag.	331
1469	19	Petrus Lucas de Girona. pag.	331
1477	20	Fatius de Galleranis.	332
1479	21	Ioſue Caieta.	332
1509	22	Agapitus Caieta.	333
1517	23	Io. Franciſcus Caieta.	333
1567	24	Marcus Landus.	334
1593	25	Franciſcus Bonſilius.	335
1603	26	Ferdinandus Auila.	335
1620	27	Franciſcus Maria della Marra. pag.	336
1625	28	Andreas Gelſominus.	336
1630	29	Gregorius Bolognetius.	336
1639	30	Michael Reſtius.	337
1648	31	Pyrrhus Aloyſius Caſtellomata. pag.	337
1657	32	Philippus Baſilicapetri.	340

BOVIANENSIVM

Epiſcoporum

INDEX CHRONICVS.

Ann. Chr.			pag.
501	1	Laurentius.	342
1001	2	N.	342
1075	3	Adalbertus.	342
1105	4	Bernardus.	344
1129	5	Adamon.	344
1147	6	Robertus.	346
1181	7	Andreas.	346
1189	8	Petrus.	347
1195	9	Matthæus.	347
1206	10	Raynaldus.	347
1215	11	Policianus.	347
1226	12	Ioannes.	347
1244	13	Ioſeph.	347
1252	14	Palmeru.	347
1277	15	Ioannes.	347
1291	16	Guillelmus Borges.	347
1314	17	Angelus.	347
1319	18	Petrus.	347
1322	19	Andreas.	348
1337	20	Bernerius Dobonella.	348
1345	21	Angelus Lupara.	348
1364	22	Berardus.	348
1390	23	Guillelmus II.	348
1396	24	Carolus.	348
1412	25	Ioannes.	348
1413	26	Nicolaus de Offerio.	348
1423	27	Nicolaus II, Sanframundus. pag.	349
1428	28	Petrus Vrſus.	349
1431	29	Raymundus.	349
1439	30	Andreas.	349
1452	31	Iacobus de Monte.	349
1458	32	Antonius de Teramo.	349
1486	33	Odo de Odonibus.	349
1489	34	Sylnius Pandonus.	350
1519	35	Franciſcus Vrſinus.	350
1523	36	Valentinus Francus.	350
1548	37	Pyrrhus Francus.	350
1572	38	Carolus Carafa.	351
1573	39	Fabritius de Afflicto.	352

1613	40	Petrus Paulus Euſtachius.	352
1623	41	Octauianus Gazzadorus.	353
1632	42	Fulgentius Galluccius.	352
1633	43	Petrus de Philippis.	352
1641	44	Philippus de Sio.	352
1651	45	Petronius Veronius.	352
1653	46	Cæleſtinus Brunus.	353

BOVINENSIVM SIVE BIVINENSIVM

Epiſcoporum

INDEX CHRONICVS.

Ann.Chr.			pag.
1061	1	Odo	353
	2	Hugo.	355
1100	3	Giſo.	355
1179	4	Pandulphus.	355
1180	5	Giſo II.	364
1190	6	Robertus.	368
1215	7	Guillelmus.	371
1220	8	Petrus.	371
1240	9	Matthæus.	378
1244	10	Manerius.	378
1255	11	Io. Baptiſta.	378
1269	12	Henricus.	378
1289	13	Richardus.	378
1300	14	Alexander.	378
1324	15	Iacobus.	378
1329	16	Roſtagnus.	380
1329	17	Rogerus.	380
1340	18	Matthæus II.	380
1354	19	Nicolaus.	381
1354	20	Petrus.	381
1381	21	Petrus II. Auletta.	381
1386	22	Ioannes.	381
1386	23	Bernardus Ferrarius.	381
1394	24	Antonius.	381
1403	25	Bartholomæus de Porta.	381
1425	26	Bartholomæus Sperello.	383
1429	27	Petrus III. de Scalerijs.	383
1463	28	Natulus.	384
1477	29	Ioannes Candida.	384
1514	30	Ioannes de Capellanis.	384
1530	31	Benedictus Accoltus.	384
1535	32	Gabriel Marinus.	385
1535	33	Alphonſus Oliua.	385
1541	34	Ferdinandus de Anna.	385
1565	35	Io. Dominicus Annius.	385
1578	36	Angelo Iuſtinianus.	386
1601	37	Paulus Toloſa.	387
1616	38	Io. Antonius Galderiſius.	387
1658	39	Vincentius Rauiglionus.	388

CIVITATENSIVM

Epiſcoporum

INDEX CHRONICVS.

Ann.Chr.			pag.
1062	1	Amelgerius.	388
1075	2	Rogerius.	388
1091	3	Landulphus.	389
1179	4	Robertus.	389
1255	5	N.	390
1303	6	Petrus.	390
1310	7	Ioannes.	390
1318	8	Hugo.	390
1347	9	Ioannes II.	390
1347	10	Chriſtianus.	390
1347	11	Matthæus.	390
1353	12	Raymundus.	390
1367	13	Stephanus.	390
1367	14	Iannes III.	390
	15	Benedictus.	390
	16	Petrus.	390
1405	17	Ioannes IV.	390
1412	18	Iacobus Minutulus.	391
1425	19	Iacobus II. Caracciolus.	391
1478	20	Nicolaus.	391
1483	21	Petrus II.	391
1504	22	Pancratius Rotundus.	391
1505	23	Robertus Tibaldeuus.	392
1517	24	Antonius de Monte.	362
1545	25	Gaſpar de Monte	392
1545	26	Lucas Gauricus.	392
1550	27	Gerardus Rambaldus.	393
1561	28	Franciſcus Alciatus.	393

DRACONARIENSIVM

Epiſcoporum

INDEX CHRONICVS.

Ann.Chr.			pag.
1061	1	Leo.	394
1071	2	Campo.	397
1100	3	Berardus.	397
1179	4	Nicolaus.	397
1191	5	Ioannes.	397
1220	6	N.	398
1236	7	Ioannes II.	398
1283	8	Benedictus.	404
1298	9	R.	404
1301	10	Benedictus II.	404
1318	11	Petrus.	404
1333	12	Simon.	404
1343	13	Petrus II.	404
1345	14	Marinus.	405
1349	15	Bernardus.	405

1347

1347	16	Valerius de Coppello.	405
1347	17	Ioannes III.	405
1363	18	Marcheſanus.	405
1366	19	Guido.	405
	20	Iacobus.	405
1398	21	Ioannes IV.	405
1398	22	Franciſcus de Bardis.	405
1438	23	Nicolaus de Tartaglis.	405
1452	24	Benedictus.	407
1519	25	Iacobus Bruno.	407
1554	26	Alphonſus.	407
1554	27	Ludouicus Suarez.	407

FARENTINORVM SIVE FLORENTINORVM

Epiſcoporum in Apulia.

INDEX CHRONICVS.

Ann. Chr.			pag.
969	1	Ignizzo.	408
1061	2	Landulphus.	408
1075	3	Robertus.	408
1179	4	Giſo.	408
1179	5	Robertus II.	408
1200	6	N.	408
1211	7	Ranfridus.	409
1236	8	N.	409
1345	9	Rogerius.	409
1347	10	Matthæus.	409
1391	11	Melius.	409

FREQVENTINORVM

Epiſcoporum

INDEX CHRONICVS.

Ann. Chr.			pag.
440	1	S. Marcianus.	410
1062	2	Engelinus.	416
1142	3	Ioannes.	416
1179	4	Iaquintus.	426
1189	5	Agapitus.	426
1200	6	Martinus.	426
1252	7	Ioannes II.	426
1254	8	Iacobus de Aqua putrida.	426
1257	9	B.	426
1306	10	G.	426
1307	11	Rogerus.	426
1343	12	Petrus.	427
1348	13	Chriſtianus.	427
1348	14	Euſtachius.	427
1370	15	Iacobus.	427
1399	16	Martinus II.	427
1405	17	Ioannes III. Caracciolus.	427
1424	18	Gaſpar.	427
1455	19	Baptiſta de Ventura.	427

GVARDIENSIVM

Epiſcoporum

INDEX CHRONICVS.

Ann. Chr.			pag.
1075	1	Petrus.	429
1179	2	Hilarius.	429
1311	3	Ioannes.	429
1348	4	Matthæus.	429
1348	5	Ioannes II.	429
1354	6	Benedictus.	429
1354	7	Petrus II.	429
1354	8	Petrus III.	429
1392	9	Antonius.	429
1392	10	Antonius II. de Ruſſis.	429
1399	11	Iacobus.	429
1402	12	Antonius III.	430
1404	13	Thomas.	430
1411	14	Exquillus.	430
1411	15	Iacobus II. de Treppe.	430
1419	16	Sabinus.	430
1428	17	Iacobus III.	430
1490	18	Antonius IV.	430
1490	19	Marcus Cybo.	430
1494	20	Robertus.	430
1498	21	Benedictus II.	430
1498	22	Troylus Agneſius.	431
1519	23	Zaccharias.	431
1519	24	Valentinus de Valentinis.	431
1524	25	N.	431
1539	26	Hieronymus Vaſcherius.	431
1552	27	Io. III. Cardellus.	431
1552	28	Antonius V. de Benedictis.	431
1556	29	Iacobus Lomellinus.	431
1562	30	Io. Baptiſta Lomellinus.	431
1567	31	Carolus Carafa.	433
1572	32	Alticotius de Alticotijs.	433
1575	33	Franciſcus Indelius.	433
1580	34	Pompilius Perottus.	433
1591	35	Bartholomęus Beuarinus.	433
1616	36	Sebaſtianus.	433
1617	37	Ioannes Dominicus Iconia. pag.	433
1637	38	Alexander Riparolus.	433
1640	39	Lucas Moncaluus.	433

LARINENSIVM

Epiſcoporum

INDEX CHRONICVS.

Ann. Chr.			pag.
960	1	Azzo.	436
1073	2	Guillelmus.	436
1179	3	Petrus.	436
1226	4	N.	436
1254	5	Gualterus.	436
1288	6	Petronus.	436
1308	7	Paſchalis.	437
1318	8	Rao.	437
1344	9	Delphinus.	437
1344	10	Andreas de Valle regia.	437
1365	11	Bertrandus.	437
1392	12	Sabinus.	437
1401	13	Petrus II.	437
1418	14	Ioannes.	437
1418	15	Dominicus.	437
1440	16	Ioannes II. Leo.	437
1488	17	Bonifacius.	438
1503	18	Antonius	438
1503	19	Iacobus de Petruccijs.	438
1528	20	Franciſcus.	438
1528	21	Dominicus II.	438
1539	22	Iacobus II.	438
1539	23	Ferdinandus Madpara.	439
1551	24	Io. Franciſcus Borengus.	439
1555	25	Belliſarius Baldinus.	439
1591	26	Hieronymus Vela.	439
1612	27	Io. Thomas Euſtachius.	439
1616	28	Gregorius Pomiaurei.	442
1628	29	Petrus Paulus Capurus.	442
1631	30	Perſius Caraccius.	442
1656	31	Ferdinandus Apicella.	443

LESINENSIVM

Epiſcoporum

INDEX CHRONICVS.

Ann. Chr.			pag.
1254	1	Nicolaus.	444
1265	2	Perenus.	445
1343	3	Laurentius.	445
1348	4	Guillelmus.	445
1351	5	Gualterus.	445
1351	6	Andreas de Caluinis.	445
1384	7	Iſnardus.	445
1384	8	Iacobus.	445
1390	9	Nicolaus II.	445
1400	10	Franciſcus Montis-Martis. pag.	445
1407	11	Bartholomæus.	446
1409	12	Nicolaus III. de Tartaglis.	446
1479	13	Thomas.	448
1482	14	Maſellus.	448
1507	15	Franciſcus Nomicitius.	448
1526	16	Lucas Matthæus Caracciolus. pag.	448
1526	17	Iacobus II.	448
1538	18	Antonius Pannella.	448
1538	19	Vincentius Taurellus.	449
1542	20	Guillelmus II.	449
1542	21	Annuellus de Euſtachijs.	449
1544	22	Balthaſar Monachus.	449
1551	23	Horatius Græcus.	449

LVCERIAE-SARACENORVM

Epiſcoporum

INDEX CHRONICVS.

Ann. Chr.			pag.
300	1	Ioannes.	454
328	2	S. Marcus.	454
743	3	Marcus II.	455
917	4	Adelcheſius.	455
964	5	Albertus.	455
999	6	Landenulphus.	455
1075	7	Azo.	455
1099	8	Benedictus.	455
1119	9	Raynaldus.	457
1219	10	N.	457
1220	11	N.	458
1255	12	Albertus II.	458
1261	13	Nicolaus.	458
1265	14	Bartholomæus.	458
1295	15	Guillelmus.	458
1295	16	Aymundus.	458
1301	17	Stephanus.	458
1304	18	Stephanus II.	458
1138	19	I.	458
1314	20	Iacobus.	458
1317	21	B. Auguſtinus.	458
1324	22	Iacobus II.	463
1348	23	Marinus.	461
1348	24	Antonius.	461
1363	25	Iacobus III.	461
	26	Bartholomæus II.	461
	27	Thomas.	461
1378	28	Thomas II.	461
1396	29	Bartholomæus III.	461
1396	30	Baſſaſtachius de Formica. pag.	461
1412	31	Franciſcus.	462
1422	32	Baſſaſtachius II.	462
1450	33	Antonius Augelus.	462
1450	34	Ladiſlaus Dentice.	462
1476	35	Petrus Ranzanus.	462
1493	36	Ioan. Baptiſta de Conteſtabilibus.	463
1496	37	Antonius Torres.	463
1497	38	Raphael Rocca.	463
1499	39	Ioannes de Aloyſio.	463

1512

1510	40	Alphonſus Carafa	464
1524	41	Andreas Palmeriu s	464
1535	42	Michael de Vicecomitibus	465
1538	43	Euricus de Villalobos	465
1540	44	Fabius Mignanellus	465
1553	45	Fuluius Corneus	465
1553	46	Petrus de Petris	465
1580	47	Iulius Monachus	465
1582	48	Scipio Bozzutus	466
1593	49	Marchus Hugnacerius	466
1601	50	Fabius Aceſtius	466
1609	51	Ludouicus Magius	467
1609	52	Fabritius Suardus	467
1637	53	Brunorus Scamanna	467
1642	54	Thomas de Auolos	467
1643	55	Silueſter de Aſſlicto	468

MONTIS - CORBINI

Epiſcoporum

INDEX CHRONICVS.

Ann.Chr.			pag.
	1	Beatus	469
1037	2	S.Albertus	469
	3	Creſcentius	479
1037	4	Bichardus	479
1059	5	Deodarus	479
1136	6	Petrus	479
1179	7	Roſridus	479
1220	8	Vrſus	479
1221	9	Raus	479
1319	10	Rogerus	479
1343	11	Iacobus	479
1365	12	Bartholomæus	479
1368	13	Petrus II.	479
1368	14	Conſtantinus	479
1400	15	Thomas	479
1400	16	Antonius	479
1402	17	Nicolaus de Aedio	479
1432	18	Antonius II.	480

MONTIS - MARANI

Epiſcoporum

INDEX CHRONICVS.

Ann.Chr.			pag.
	1	S.Ioannes	481
1179	2	Ioannes II.	486
1296	3	Ruffinus	486
1329	4	Petrus	486
	5	Barbatus	486
1345	6	Petrus II.	486
1345	7	Pontius Eſcandeuilla	491
1346	8	Marcus	491
1347	9	Andreas	491
1350	10	Nicolaus	491
1365	11	Iacobus Caſtellæ	491
1396	12	Auguſtinus	491
1452	13	Auguſtinus II.	491
1458	14	Marinus	491
1477	15	Ladiſlaus	491
1477	16	Auguſtinus III.	491
1484	17	Simeon de Dominicis	491
1487	18	Antonius Bonitus	491
1494	19	Iulianus Yſopus	491
1516	20	Petrus Ioannes de Melis	491
1517	21	Seuerus de Petruccijs	492
1520	22	Andreas de Aloyſijs	492
1528	23	Hieronymus Yſopo	492
1532	24	Antonius Gaſpar Rodriguez, pag.	492
1570	25	M.Antonius Alferio	492
1596	26	Silueſter Brocarius	493
1603	27	M.Antonius Genuenſis	493
1611	28	Eleuterius Albergonius	493
	29	Franciſcus Antonius Purpura. pag.	493
1640	30	Vrbanus Zambottus	493
1657	31	Ioſeph Battaglia	493

SANCTAE AGATHAE.

Epiſcoporum.

INDEX CHRONICVS.

Ann.Chr.			pag.
	1	Madelfridus	497
	2	Adelardus	498
1075	3	Bernardus	498
1108	4	Henricus	498
1152	5	Andreas	498
1168	6	Ioannes	498
1168	7	Vrſus	499
1190	8	Ioannes II.	499
1213	9	Ioannes III.	499
1234	10	Bartholomæus	499
1236	11	Ioannes IV.	499
1255	12	Petrus	499
1262	13	Nicolaus	499
1282	14	Euſtachius	501
1294	15	Ioannes V.	501
1295	16	Guido de S.Michaele	501
1318	17	Robertus Ferrarius	502
1327	18	Pandulphus	502
1344	19	Iacobus Martouus	502
1350	20	Nicolaus de S. Ambroſio	502
1386	21	Nicolaus III.	502
1391	22	Antonius	502
1394	23	Iacobus II.	502
1400	24	Petrus Gattula	503
1423	25	Raymundus de Hungottis	503
1431	26	Ioſeph Mormile	504

An-

1437 27 Antonius Bretonus 504 A
1440 28 Galeottus de la Ratta 504
1455 29 Amorottus 504
1469 30 Petrus Matthæus de Paganata pag. 505
1472 31 Mannus Morola 505
1487 32 Petrus Paulus Capobianco 505
1505 33 Antonius Caraſa 505
1512 34 Ioannes de Aloyſijs 505
1523 35 Ioannes Gueuara 505
1556 36 Ioannes Beroaldus 505
1566 37 Felix Perettus 505
1572 38 Vincentius Ceſenda 506
1583 39 Felicianus Niguarda 506
1588 40 Euangeliſta Pelleo 506
1595 41 Iulius Santueeius 506
1608 42 Hercules Dietaleuius 506 B
1635 43 Io. Auguſtinus Candulphus 506
1653 44 Dionyſius Campanella 506

SANCTI SEVERI

Epiſcoporum

INDEX CHRONICVS.

Ann. Chr. pag.
1581 1 Martinns de Martinis 512 C
1583 2 Germanus de Maleſpinis 512
1604 3 Octauius Vipera 512
1606 4 Fabritius Verallus 512
1615 5 Vincentius Caputus 513
1625 6 Franeiſcus Venturius 513
1629 7 Dominicus Ferrus 513
1635 8 Franciſcus Antonius Saecheitus pag. 518
1650 9 Leonardus Seuerolus 519
1655 10 Io. Baptiſta Montius 519
1657 11 Franeiſeus Denſa 519

TELESINORVM

Epiſcoporum

INDEX CHRONICVS

Ann. Chr. pag.
1075 1 Gibertus 520 D
2 Thomas 521
1179 3 Petrus 521
1240 4 R. 521
1286 5 Rao 521
1286 6 Salemus 521
1326 7 Riſus 521
1329 8 Thomas II. 521
1340 9 Thomas III. 521
1345 10 Matthæus 522
1348 11 Dominicus 522
1353 12 Iacobus 522
1387 13 Iacobus II. 522
1413 14 Marcutius 522
1454 15 Fernandus Gimel Gurre 522
1459 16 Melus de Maleambrunis 522
1464 17 Matthæus de Iudicibns 523
1487 18 Troylus Agneſius 523
1487 19 Petrus Pelagarius 523
1515 20 Andreas Riecius 523
1515 21 Blaſius Caropipe 524
1524 22 Gregorius Peruſcus 524
1525 23 Maurus de Petris 524
1533 24 Sebaſtianus de Bonfilijs 524
1540 25 Albericus Iaquintus 524
1548 26 Ioannes Beroaldns 525
1556 27 Angelus Maſſarellus 525
1566 28 Cherubinus Lauorius 526
1577 29 Anibal Cataneus 526
1584 30 Io. Stephanus 526
1587 31 Cæſar Bellochius 526
1596 32 Eugenius Sauinus 526
1604 33 Placidus Faba 527
1606 34 Eugenius Cataneus 528
1608 35 Io. Franciſcus Leo 528
1613 36 Sigiſmundus Gambaenrta 528
1637 37 Petrus Paulus de Ruſticijs 529
1643 38 Petrus Marionus 529
1661 39 Fabritius Marraçchus 529

TERMVLANORVM

Epiſcoporum

INDEX CHRONICVS.

Ann. Chr. pag.
969 1 Scio 530
1071 2 Nicolaus 531
1179 3 Gofredus 531
1196 4 Alferius 531
1265 5 Ioannes 531
1308 6 Bartholomæus Aldomariſcus pag. 531
1319 7 Ioannes II. 531
3353 8 Bartholomæus II. 531
1353 9 Lucas 531
1364 10 Franeiſcus de Stella 531
1379 11 Ioannes III. 532
1379 12 Andreas Cinus 532
1387 13 Dominicus de Giarda 532
1387 14 Andreas II. 532
1390 15 Conſtantinus 532
1390 16 Petrus 633
1400 17 Thomas 533
1402 18 Antonius 533
1405 19 Stephanus 533
1422 20 Paulus 533
1422 21 Antonius II. 533
1456 22 Dncius 533

Leo-

1468 23 Leonardus 533
1474 24 Iacobus 533
1509 25 Ioannes de Veteribus 533
1509 26 Paulus Antonius de Giulianco pag. 533
1517 27 Santius de Ayeche 533
1518 28 Antonius Attulius 533
1536 29 Petrus Durantes 533
1539 30 Vincentius Durantes 533
1565 31 Marcellus Dentici 534
1569 32 Cæſar Ferrantius 534
1594 33 Annibal 534
1595 34 Franciſcus Scotus 534
1599 35 Albertus Dragus 535
1602 36 Federicus Meſius 535
1612 37 Camillus Morus 535
1626 38 Hector de Monte 535
1626 39 Hieronymus Cappellus 535
1643 40 Alexander Creſcentius 535
1644 41 Cherubinus Manzzonus 535
1651 42 Antonius Leoncellus 535

TRIVICANORVM SIVE VICANORVM Epiſcoporum

INDEX CHRONICVS.

Ann.Chr. pag.
1136 1 Amatus 537
1179 2 Rogerus 540
1183 3 Amatus II. 540
1252 4 Raymundus Zottonis 541
1340 5 Ioannes 543
1344 6 Gerardus 543
1347 7 Pontius de Locadauilla 543
8 Ioannes II. 543
9 Marcuccius 543
1406 10 Donatus 543
1422 11 Nicolaus 543
1434 12 Antonius Morellus 543
1450 13 Gregorius Attaccus 544
1475 14 Michael 543
1497 15 Iacobus Torella 544
1521 16 Hieronymus 544
1521 17 Sixtus Egnatij 544
1541 18 Sebaſtianus 544
1548 19 Franciſcus Leo 544
1562 20 Auguſtinus Malignatus 544
1564 21 Hieronymus II. Politus 544
1575 22 Bernardinus de Oliua 544
1576 23 Antonius Balduccius 544
1580 24 Alphonſus Pardus 544
1608 25 Gregorius Semontius 545
1604 26 Hieronymus Mezzanlus 545
1636 27 Horatius Muſcetula 545
1638 28 Fabius Magneſius 545
1640 29 Sylueſter de Afflicto 545
1643 30 Alexander Salzilla 545
1646 31 Donatus Paſchaſius 545

TVRTIBVLENSIVM Epiſcoporum

INDEX CHRONICVS.

Ann.Chr. pag.
1236 1 N. 546
1254 2 Stephanus 547
1300 3 Bartholomæus 547
1366 4 Iordanus 547
1383 5 Ioannes 547
1409 6 Bartholomæus II. 547

VVLTVRARIENSIVM Epiſcoporum

INDEX CHRONICVS.

Ann.Chr. pag.
1037 1 Ioannes 549
1054 2 Arderadus 549
1059 3 Pelagius 551
1135 4 Rau 551
[illegible] 5 Hugo 551
1265 6 Benedictus 551
1321 7 Petrus 551
1348 8 Nicolaus 551
1349 9 Iacobus 551
1353 10 Ioannes II. 551
1391 11 Stephanus 551
1391 12 Nicolaus II. 551
1402 13 Thomas 551
1434 14 Antonius 551
1472 15 Iacobus II. 551
1496 16 Alexander Gerardinus 551
1515 17 Andreas della Cacellara 557
1516 18 Vincentius de Sabatinis 557
1526 19 Innocentius Cybo 557
1526 20 Iulius Maſtroiudex 557
1537 21 Io. Batiſta de Iudicibus 557
1542 22 Hieronymus de Vecchiano 557
1550 23 Federicus Ceſius 558
1551 24 Leonardus Bonzanus 558
1552 25 Iulius Gentilis 559
1572 26 Simon Maiolus 559
1594 27 Leonardus Rouellus 559
1597 28 Fabritius 559
1607 29 Iulius Tertius Lana 559
1609 30 Petrus de Federicis 559
1623 31 Bernardus Burattus 559
1623 32 Franciſcus Maria Burattus 559
1623 33 Thomas Carafa 559
1637 34 Bartholomæus Gypſius 559
1643 35 Bonauentura Dauolus 559

INDEX

I N D E X
N O M I N V M
OMNIVM EPISCOPORVM SINGVLARVM CIVITATVM,
Qui in hoc Octauo Tomo Italiæ Sacræ continentur.

Ordine Alphabetico diſpoſitus.

A

ADAM Aſculan. pag. 323.8
Adamon Bouian. 344.5
Adalbertus Bouian. 342.3
Adelardus S.Agathæ. 498.2
Adelcheſius Lucerin. 455.4
Adenulphus Beneuen. 225.20
Aemilius Beneuen. 16.20
Agapitus Frequentin. 426.5
Agapitus Caieta Aſculan. 332.22
Albertus Drago Termulan. 535.35
Albertus Lucerin. 455.5
Albertus ij. Lucerin. 458.12
S Albertus Montis Corbini. 469.2
Albericus Iaquintus Teleſin. 524.25
Aldericus Beneuen. 32.36
Alpherius Allifan. 292.6
Alexander Bouinen. 378.14
Alexander Creſcentius Termulan. 535.4.
Alexander Gerudinus Vvlturar. 151.16
Alexander Farneſius Beneuen. 255.45
Alexander ij. Farneſius Beneuen. 260.49
Alexander Liparolus Guardien. 433.38
Alexander Rubeus Abellinen. 316.36
Alexander Sarzilla Triuican. 545.30
Alexander de Sangro Beneuen. 262.53
Alexius de Cæſareis Beneuen. 251.37
Alferius Termulan. 531.4
Alphanus 20.33
Alphanus Beneuen. 108.3
Alphonſus ij. Beneuen. 311.4
Alphonſus de Ferrera Arianen. 312.31
Alphonſus Carafa Lucerin. 464.40
Alphonſus Draconarien. 407.26
Alphonſus Oliua Bouinen. 385.33
Alphonſus Vardus Triuican. 544.24
Alphonſus Sforza Beneuen. 255.46
Alo ſeu Alix Beneuen. 103.2
Alticotius de Alticotijs Guardien. 433.32
Ambroſius Beneuen. 32.37
Amelgerius Ciuitaten. 285.1
Amorotius S.Agathæ. 504.29
Andreas Agathen. 498.5
Andreas Bouian. 349.30
Andreas ij. Bouian. 348.19
Antonius Bretonus Agathen. 504.27
Andreas Aguado Arianen. 316.35
Andreas Allifan. 273.12
Andreas de Aloyſijs Montis Marini. 492.22
Andreas de Caluinis Leſinen. 445.6
Andreas de Cacellaria Vvltuu 557.17
Andreas Cinus Termulan. 532.12
Andreas ij Termulan. 532.14
Andreas Gelſominus Aſculan. 336.28
Andreas Montis-Marran. 491.9
Andreas Palmerius Lucerin. 463.41
Andreas Riccius Teleſin. 523.20
Andreas de Valle Regia Larinen. 437.10
Amatus Triuicen. 537.1
Amatus ij. Triuicen. 543.3
Angelus Bouian. 347.17
Angelus ij. Allifan. 295.19
Angelus Aſculan. 324.10
Angelus Iuſtinianus Bouinen. 286.36.
Angelus Lupara Bouin. 348.21
Angelus Maſſarellus Teleſin. 525.27
Angelus Roſſius Allifan. 296.27
Angelus de Raymo Arian. 306.21
Angelus ij. de Graſſis Arianen. 306.22
Angelus de S.Felice Allifan. 294.15
Anibal Cataneus Teleſin. 526.29
Annabil Termulan. 534.33
Antonius Angelus Lucerin. 462.39
Antonius Bonitus Montis-Marran. 491.18.
Antonius Gaſpar Rodriguez Montis-Marran. 492.24
Antonius Balduccius Triuican. 544.23
Andreas Bouian. 346.7
Antonius Bouinen. 381.24
Antonius Carafa Agathen. 505.32
Antonius de Cariſui Abellinen. 281.23
Antonius Guardien. 429.9
Antonius ij. de Ruſsis Guard. 429.10
Antonius iij. Guardien. 430.12
Antonius iv. Guardien. 430.18
Antonius v. Guardien. 431.28
Antonius Morellus Triuican. 543.18
Antonius Morettus Allifan. 294.16
Antonius Lucerin. 461.24
Antonius Torres Lucer. 463.37
Antonius de Monte Ciuitaten. 392.24
Antonius Montis Corbini. 479.15
Antonius ij. Montis-Corbini. 483.17
Antonius de Pyrrho Abellin. 280.21
Antonius Pannellus Leſinen. 448.18

An-

Antonius de Teramo Bouian.	349 32
Antonius Termulan.	533.18
Antonius ij. Termulan.	533 22
Antonius Attilius Termulan.	533.28
Antonius Leoncellus Termulan.	535 42
Antonius Auguſtinus Allifan.	296.25
Antonius Vvlturar.	551.14
Antonellus de Euſtachijs Leſinen.	442 21
S.Appollonius Beneuenianus.	15.16
Arnaldus de Bruſaeco Beneuen.	226.23
Archangelus Medrigarius Abellin.	281.26
Arderadus Vvlturarien.	549.2
Aſcanius Albertinus Abellin.	282 30
Altorgius Agneſis Beneuen.	248.35
Auguſtinus Lucerin.	458.21
Auguſtinus Malignatus Triuicen.	544.20
Aurelius Beneuen.	131.6
Auguſtinus Montis-Marran.	491.12
Auguſtinus ij. Montis-Marran.	491.13
Auguſtinus iij. Montis-Marran.	491.16
Auguſtinus Oregius Beneuen.	263.54
Azo Lucerin.	455.7
Ayo Beneuen.	63.42
Azzo Larinen.	436.1

B

BAlduinus Allifan.	291.3
Baltaſar Monachus Leſinen.	449.22
S.Barbatus Beneuen.	22.35
Barbarus Beneuen.	20.32
Baptiſta de Venuto Abellin.	289.20
Bartholomæus S.Agathæ.	499 10
Bartholomæus Arianen.	302.3
Bartholomæus Beccarius Guardien.	433 35
Bartholomæus Aldomariſius Termulan. 531.	6
Bartholomæus ij. Termulan.	531.8
Bartholomæus Gyptius Vvltur.	559.34
Bartholomæus Iuſtinianus Abellin.	286.35
Bartholomæus Leſinen.	446.11
Bartholomæus Lucerin.	458.14
Bartholomæus ij. Lucerin.	461.26
Bartholomæus iij. Lucerin.	461.29
Bartholomæus Montis-Corbini.	479.12
Bartholomæus de Porta Bouin.	381.12
Bartholomæus della Queua Abellin.	282. 29
Bartholomæus Sperella Bouinen.	383.26
Bartholomæus Turtibulen.	547.3
Bartholomæus ij. Turtibulen.	547.6
Baſſaſtachius de Formica Lucerin.	461.30
Baſſaſtachius ij. Lucerin.	462.32
Beliſarius Baldinus Larinen.	439.25
Benedictus Aſculan.	322.7
Benedictus Accoltus Bouinen.	384.35
Benedictus Abelſinen.	272.10
Benedictus Draconarien.	404.8
Benedictus Guardien.	429.6
Benedictus ij. Guardien.	430.21
Benedictus Lucerin.	455.8
Benedictus ij. Draconarien.	404.10
Benedictus iij. Draconarien.	407.24
Benedictus Vvlturarien.	551.6
Bonauentura de Auolos Vvltur.	559.35
Bonifacius Larinen.	438.17
Brunorus Scamanna Lucerin.	467.53
Blaſius Caropipe Teleſin.	524 21
Bertrandus Larinen.	437.11
Beatus Montis Corbini	469.1
Bernardinus Coruagial Abellin.	281.22
Benedictus Ciuitaten.	390.15
Bernardinus Fumarellus Allifan.	295.20
Bernardinus de Oliua Triuican.	544.22
Bernardus S.Agathæ.	498.3
Bernardus Bouian.	344.4
Berardus Draconarien.	397.3
Bernardus ij. Draconarien.	405.15
Bernardus Burattus Vvlturar.	559.31
Berardus Ferrarius Bouinen.	381.23
Bernerius Dohanella Bouian.	348.29
Berardus Bouian.	348.21
Bernardus Allifan.	293.11

C

CÆſar Bellochius Teleſin.	526.31
Cæſar Ferrantius Termulan.	534.3
Camillus Morus Termulan.	535.37
Capoferrus de Capofertis Beneuen.	213. 17
Campo Draconarien.	397.2
Carolus Bouian.	348.24
Carolus Carafa Bouian.	351.38
Carolus Carafa Guardien.	433.31
S.Caſſianus Beneuen.	15.17
Cæleſtinus Brunus Bouian.	353.46
Cherubinus Lauorius Teleſin.	526 28
Cherubinus Manzzonus Termulan.	535 41
Chriſtianus Ciuitaten.	390.10
Chriſtianus Frequent.	427.13
Ciccus Abellinen.	275.18
Clarus Allifanen.	291.1
Corradus Capycius Beneuen.	252.39
Conſeruatus Beneuen.	68.43
Conſtantinus Termulan.	532.15
Conſtantius Montis-Corbini.	479.14
Creſcentius Montis-Corbin.	479.3

D

DEelphinus Larinen.	437 9
Dauid Beneuen.	19 31
Dauid. ij. Beneuen.	45.40
Dominicus Ferrus S.Seueri.	513.7
Dominicus Larinen.	437 15
Diomedes Carafa Arianen.	309.28
Deodatus Montis-Corbin.	479.5
Dionyſius Arianen.	305.16
Dionyſius Campanella S. Agathæ.	506. 44

Dominicus del Giarda Termulan. 532.
.13
Dominicus Teleſinen. 522.11
Donatus de Aquino Beneuen. 241.32
Donatus Arianen. 306.20
Donatus de Laurentijs Arianen. 311.30
Donatus Paſchaſius Triuican. 545.31
Donatus Triuican. 543.10
S. Dorus Beneuentanus. 15.15
Dorus Beneuen. 17.22
Duccius Termulan. 533.22

E

Eleutherius Albergonius Mõtis Maran. pag. 493.28
Epiphanius Beneuen. 18.25
Engelinus Frequentinen. 416.2
Enricus de Villalobos Lucerin. 465.43
Euangeliſta Pelleo S. Agathæ. 506.40
Eugenius Catanens Teleſin. 528.34
Eugenius Sauinus Teleſin. 526.32
Euſtachius S. Agathæ. 501.14
Euſtachius Frequent. 427.14
Exquillus Guardien. 430.14

F

Fabius Areſtius Lucerin. 466.50
Fabius Mignanellus Lucerin. 465.44
Fabius Magneſius Triuican. 545.28
Fabritius Maracchus Teleſin. 529.39
Fuluius Paſſerinus Abellinen. 285.32
Fabritius Suardus Lucerin. 467.52
Fabricius de Afflicto Bouin. 352.39
Fabritius Verallus s. Seueri. 512.4
Fabritius Vulturar. 559.28
Fatius de Galeranis Aſculan. 332.20
Felicianus Niguarda s. Agathæ. 506.39
Felix Beneuen. 18.26
Felix II. Beneuen. 19.29
Felix Perettus s. Agathæ. 505.37
Federicus Melius Termulan. 535.36
Federicus Cæſius Vultur. 558.23
Ferandus Gimel Gera Teleſin. 522.15
Ferdinandus de Anna Bouinen. 385.34
Ferdinandus Apicella Larinen. 443.31
Ferdinandus Auila Aſculan. 335.26
Ferdinandus Madpera Larin. 439.33
Franciſcus Abellinen. 272.11
Franciſcus Alciatus Ciuitaten. 393.28
Franciſcus de Bardis Draconar. 405.21
Franciſcus Aſculan. 325.11
Franciſcus ij. Aſculan. 325.12
Franciſcus iij. Bonfilius Aſculan. 335.25
Franciſcus Maria della Matta Aſculan. 336
.27
Franciſcus Beneuen. 240.30
Franciſcus Maria Burattus Vultur. 559.32
Franciſcus Denſa s. Seueri. 519.11
Franciſcus Indelius Guardien. 433.33
Franciſcus Larinen. 438.21
Franciſcus Leo Triuican. 544.19
Franciſcus Lucerin. 462.31
Franciſcus Montis-Martis Leſinen. 445.10
Franciſcus Nomiciſius Leſinen. 448.15
Franciſcus Antonius Sacchettus s. Seueri. pag. 517.8
Franciſcus Antonius Purpura Montis-Maran. 493.21
Franciſcus Scorus Termulan. 534.34
Franciſcus Roboreus Beneuen. 255.47
Franciſcus Venturius s. Seueri. 513.6
Franciſcus Vrſinus Bouian. 350.35
Franciſcus Abellin. 275.19
Fuluius Corneus Lucerin. 465.45

G

Gabriel Marinus Bouinen. 385.32
Gabriel Setarius Abellin. 281.24
Galeottus Franciottus Beneuen. 254.43
Galeottus de la Ratta s. Agathæ. 504.28
Gibertus Teleſinen. 520.1
Gaſpar Columna Beneuen. 247.34
Gaſpar de Monte-Ciuitaten. 392.25
Gaſpar Frequent. 427.18
Gerardus Arianen. 302.2
Giroldus Arianen. 306.18
Geraldus Rambaldus Ciuitaten. 393.27
Gerardus Triuican. 543.6
Germanus de Maleſpinis s. Seueri 512.2
Giſo Bouinen. 355.3
Giſo II. Bouinen. 364.5
Giſo Farentin. 401.4
Gofredus Aſculan 3.04
Gofredus Termulan. 531.3
Gotifredus de Tufo Abellin. 272.12
Gregorius Attaccus Triuican. 544.13
Gregorius Beneuen. 168.11
Gregorius Peruſcus Teleſin. 524.22
Gregorius Semontio Triuican. 545.25
Gregorius Pomiaureus Larinen. 442.28
Gregorius Bolognettus Aſculan. 336.29
Guillelmus Abellin. 270.5
Guillelmus Alliſan. 293.13
Guglielmus Beneuen. 233.28
Guillelmus II. Beneuen. 236.7
Guillelmus Bouinen. 371.7
Guillelmus ij. Bouian. 348.23
Guillelmus Borges Bouian. 347.16
Guillelmus Larin. 436.2
Guillelmus Leſinen. 445.4
Guillelmus ij. Leſinen. 449.20
Gualterus Laurien. 436.5
Gualterus Leſinen. 445.5
Guido Draconarien. 405.15
Guido de s. Michele s. Agathen. 501.16

H

Hilarius Guardien. 429.2
Hector de Monte Termulan. 535.38
Henricus s. Agathæ. 498.4
Henricus Beneuen. 179.13
Henricus Bouinen. 378.18
Henricus Burgenſis Alliſan. 298.35
Henricus Gynus Alliſan. 297.29

Her-

INDEX

Hercules Dictalculus s. Agathæ. 506.42
Hierouymus A'bertinus Abellin. 282.18
Hieronymus Cappellus Termulan. 535.39
Hieronymus Mezzanius Triuican. 545.26
Hieronymus ij. Triuican. 544.16
Hieronymus iij. Politius Triuican. 544.2
Hieronymus de Vecchiano Vulturan. 557 22
Hieronymus Yſopo Montis-Marrani. 492 23
Hieronymus Vaſcherius Guardien. 431. 26
Hieronymus Vela Larin. 439.26
Hippolytus de Marſilijs Alliſan. 295.22
Horatius Græcus Leſinen. 449.23
Horatius Muſcetola Triuican. 545.27
Hugo Beneuen. 236.28
Hugo ij. Beneuen. 236.29
Hugo Bouiuen. 355.2
Hugo Ciuitaten. 390.8
Hugo Vulturarien. 551.5

I

Iacobus Abellinen. 271.7
Iacobus Arianen. 306.17
Iacobus ij. Perſida Arianen. 308.24
Iacobus Aſculan. 325.17
Iacobus Beneuen. 225.21
Iacobus Bruno Draconarien. 407.25
Iacobus Bouinen. 378.15
Iacobus Caracciolus Ciuitaten. 391.19
Iacobus Caſtellæ Montis-Marran. 491.11
Iacobus Draconarien. 405.20
Iacobus Guardien. 429.11
Iacobus ij de Treppe Guard. 430.15
Iacobus iij. Guardien. 430.17
Iacobus Lome[illegible]us Guardien. 431.29
Iacobus Gibertus de Nouare Alliſan. 296 26
Iacobus Frequent. 426.8
Iacobus ij. Frequent. 427.15
Iacobus Leſinen. 445.8
Iacobus ij. Leſinen. 448.17
Iacobus Martonus S. Agathæ. 502.19
Iacobus ij. S. Agathæ. 502.23
Iacobus Minutulus Ciuitaten. 391.18
Iacobus de Monte Bouian. 349.38
Iacobus Montis-Corbin. 479.11
Iacobus de Petruccijs Larinen. 438.19
Iacobus ij. Larinen. 438.22
Iacobus della Ratta Beneuen. 249.36
Iacobus Sabellus Beneuen. 260.50
Iacobus Teleſinen. 522.12
Iacobus ij. Teleſinen. 522.13
Iacobus Totella Triuican. 544.15
Iacobus Vulturarien. 551.9
Iacobus ij. Vulturarien. 551.12
Iaquintus Frequentin. 426.4
Ignizzo Farentinen. 408 1
Ioannes S. Agathæ. 498.6
Ioannes ij. S. Agathæ. 499.8
Ioannes iij. S. Agathæ. 499.9
Ioannes iv. S. Agathæ. 499.11
Ioannes v. S. Agathæ. 501.15
Ioannes vj. de Aloyſij S. Agathæ. 505.34
Ioannes vij. Gueuara S. Agathæ. 505.35
Ioannes Bertoldus S. Agathæ. 505.36
Ioannes Abellinen. 268.3
Ioannes ij. Abellinen. 271.8
Ioannes de Aloyſio Lucerin. 463 39
Ioannes de Alferijs Alliſan. 293.14
Ioannes Arianen. 305.34
Ioannes Aſculan. 320.2
Ioannes ij. Aſculan. 320.3
Ioannes iij. Aſculan. 320.5
Ioannes ij. Bartolus Alliſan. 294.17
Ioannes iij. de Zafra Alliſan. 294.18
Ioannes Beroaldus Teleſin. 525.26
S. Ioannes j. Beneuent. 16.21
Ioannes ij. Beneuen. 32.34
Ioannes iij. Beneuen. 69.46
Ioannes de Caſtro Cœli Beneu. 202.18
Ioannes ij. Capuanus Beneuen. 115.19
Ioannes de Caſa Beneuen. 158.48
Ioannes Bouian. 347.11
Ioannes Boninen. 381.51
Ioannes Bouian. 348.15
Ioannes ij. Bouian. 347.15
Ioannes de Cappellanis Bouinen. 384.30
Ioannes della Caſa Benenen. 158.48
Ioannes Ciuitaten. 390.7
Ioannes ij. Ciuitaten. 390.9
Ioannes iij. Ciuitaten. 390.14
Ioannes iv. Ciuitaten. 390.17
Ioannes Candida Bouinen. 384.19
Ioannes Draconarien. 397.5
Ioannes ij. Draconarien. 398.7
Ioannes iij. Draconarien. 405.17
Ioannes iv. Draconarien. 405.11
Ioannes Frequentin. 416.3
Ioannes ij. Frequentin. 416.7
Ioannes iij. Caracciolus Frequen. 417 17
Ioannes Guardien. 419.3
Ioannes ij. Guardien. 419 5
Ioannes iij. Guardien. 435.17
Ioannes Larinen. 437.14
Ioannes ij. Leo Larinen. 437.16
Ioannes Lucerin. 454 1
S. Ioannes Montis-Marran. 481.1
Ioannes ij. Montis-Marran. 486 2
Ioannes Termulan. 531 5
Ioannes ij. Termulan. 531 7
Ioannes iij. Termulan. 532.11
Ioannes de Veteribus Termulan. 533. 5
Ioannes Turtibulen. 547.5
Ioannes Triuican. 543.5
Ioann. ij. Triuican. 543.8
Ioannes Vulturarien. 549.1
Ioannes ij. Vulturar. 551.10
Ioannes Antonius Buccarellus Aſculan. pag. 351.18
Io. Antonius Salderiſius Bouin. 387.38
Ioannes Auguſtinus Candulphus S. Agathæ. pag. 505.43
Io. Baptiſta de Conteſtabilibus Lucerinen. pag. 452.36
Io. Baptiſta Bouinen. 378.11

Io. Baptiſta Foppa Beneuen. 264.55
Io. Baptiſta de Iudicibus Vvltura. 557.21
Io. Baptiſta Lomellinus Guardien. 421.30
Io. Michael Rubeus Aliſan. 297.32
Io. Baptiſta Montius S.Seueri. 519.10
Io. Baptiſta Sanctorius Aliſan. 297.28
Io. Baptiſta de Ventura Frequen. 427.19
Io. Dominicus de Anna Bouinen. 385.55
Io. Dominicus Iaconia Guardien. 433.37
Io. Franciſcus Barenghus Larinen. 459.24
Io. Franciſcus Caiera Aſculan. 333.23
Io. Franciſcus Leo Teleſin. 548.35
Io. Franciſcus Setarius Abellin. 281.25
Io. Stephanus Teleſin. 526.30
Io. Thomas Euſtachius Larinen. 439.27
S. Ianuarius Beneuentanus. 13.2
S. Iannarius ij. Beneuentanus. 15.18
Ildebrandus Beneuen. 21.34
Innocentius Cybo Vvltur. 557.19
Iordanus Turtibulen. 547.4
Ioſeph Battaglia Montis-Marran. 493.31
Ioſeph Bouian. 347.13
Ioſeph Mormile S.Agathæ. 504.26
Ioſue Caiera Aſculan. 333.21
Iſnardus Leſinen. 445.7
Iulius Gentilis Vvltur. 559.25
Iulius Lana Vvltur. 559.29
Iulius Maſtroiudex Vvltur. 557.2
Iulius Monachus Lucerin. 465.47
Iulius Santuccius S.Agathen. 506.41
Iulianus Yſopo Montis-Marran. 491.19

L

LAdiſlaus Dentiec Lucerin. 452.34
Ladiſlaus Montis-Marran. 491.15
Landolphus Beneuen. 84.47
Landolphus II. Beneuen. 143.9
Landulphus Ciuitaten. 387.3
Landulphus Farentin. 408.2
Landenulphus Lucerin. 455.6
Laurentius Arianen. 305.11
Laurentius Bouian. 342.1
Laurentius Cybo Beneuen. 253.41
Laurentius Leſinen. 445.3
Laurentius Pollicinus Abellin. 287.36
Leo Draconarien. 397.1
Leonardus Abellinen. 271.9
Leonardus Bonzanus Vvltur. 555.24.
Leonardus Gryphius Beneuen. 253.40
Leonardus Senerolus S.Seueri. 519.9
Leonardus Ronellus Vvltur. 559.27
Leonardus Termulan. 533.23
Lincinus Beneuen. 16.19
Lincinus ij. Beneuen. 19.30
Lombardus Beneuen. 188.14
Lucas Arianen. 306.19
Lucas Matthæus Caracciolus Leſin. 446.16
Lucas Moncaluus Guardien. 433.39
Lucas Gauricus Ciuitaten. 392.26
Lucas Termulan. 531.9
Ludouicus Magnus Lucerin. 467.51
Ludouicus Podoheatotius Beneuen. 253.41
Ludouicus Suarez Draconar. 407.27

M

MAldefridus San.Agathæ. 471.1
Mainardus Arianen. 300.1
Manerius Bouinen. 378.10
M. Antonius Alferius Montis-Marran. 492.25
M. Antonius Genueſis Montis-Marran. 493.27
Marcus Landus Aſculan. 337.24
S Marcus Lucerin. 454.3
Marcus [illegible] Lucerin. 455.[illegible]
Marcus Hugnaceruus Lucerin. 466.49
Marcus Montis-Marran. 491.8
Marchelarius Draconarien. 4[illegible]5.18
Marcus Cybo Guardien. 430.19
Marinus Morola S.Agathæ. 505.33
Marinus Montis-Marran. 491.14
Marcucius Triuican. 543.9
Marcucius Teleſinen. 522.14
Marcellus Dentici Termulan. 534.38
S. Marcianus Beneuen. 18.27
S. Marcianus Frequentinus. 410.1
Marinus Draconarien. 405.14
Martinus Frequent. 426.6
Martinus [illegible] Frequent. 427.16
Martinus de Martiniis S.Seueri. 51[illegible].1
Martinus Lucerin. 461.23
Marcellus Leſinen. 448.14
Matthæus Abellinen. 275.17
Matthæus Bouian. 347.9
Matthæus Bouian. [illegible]78.[illegible]
Matthæus ij. Bouinen. 3[illegible]
Matthæus Ciuitaten. [illegible]9[illegible]
Matthæus Farentinen. 4[illegible].7
Matthæus Guardien. [illegible]
Matthæus de Iudicibus Termulen. 5[illegible]3.17
Matthæus Teleſinen. 522.1[illegible]
Maurus Aſculanen. 320.1
Maurus de Petris Teleſin. 527.23
Maximilianus Palumbara Beneuen. [illegible]6[illegible].51
Meinardus Arian. 303.5
Melius Treuican. 4[illegible].8
Melus de Maccambrinis Teleſin. 523.16
Michael Rauius Aſculan. 3[illegible]
Michael Triuican. 544.14
Michael Torellus Aliſan. 295.21
Michael de Vicecomitibus Lucerin. [illegible].43
S Mileo Beneuen. 135.[illegible]
Modeſtus Cu[illegible]zettus Aliſan. 2[illegible]7.[illegible]
Monaldus de Monachis Beneuen. [illegible].22
Mutius Cinquinus Abellinen. 285.34

N

NAtinbene Abellinen. 272.13
Nicolaus Abellinen. 271.12
Nicolaus Abellinen. 272.16
Nicolaus de Aedio Montis-Corbini. 479.16

Nico-

Nicolaus Allifan. 292.9
Nicolaus S.Agathæ. 499.13
Nicolaus de S.Ambroſio S.Agathæ. 502.20
Nicolaus iij. s.Agathæ. 502.21
Nicolaus Bouinen. 381.19
Natulus Bouinen. 384.28
Nicolaus Ciuitaten. 391.20
Nicolaus [illegible] Hippolytis Arianen. 308.25
Nicolaus Draconarien. 397.4
Nicolaus Leſinen. 445.9
Nicolaus [illegible] Leſinen. 446.13
Nicolaus [illegible] de Tartagiis Leſinen. 446.12
Nicolaus [illegible] 455.13
Nicolaus [illegible] Bouian. [illegible]
Nicolaus [illegible] bouian. 349.27
Nicolaus Montis-Marran. 491.16
Nicolaus Piccolo[illegible] beneuen. 52.38
Nicolaus [illegible] Draconar. 405.23
Nicolaus Termulan. 531.2
Nicolaus Triuicen. 545.11
Nicolaus Vulturarien. 551.8
Nicolaus [illegible] 551.12
Nicolaus [illegible] n. 241.31

O

Octauianus [illegible] Arianen. 311.17
Octauianus de Rudulphis Arianen. 313.23
Octauius Vipera S.Seueri. 512.3
Octauianus Gazza[illegible] bouian. 352.41
Odo Bo[illegible]n. 353.8
Odo de Odonibus bouian. 349.33

P

Palmerius bouian. 347.14
P[illegible] Ciuitaten. 392.22
[illegible] 355.4
[illegible] 437.7
Paſcaſius [illegible] 325.16
Paulus A[illegible] de [illegible]ianeo, Termul. 533.26
Paulus [illegible] acchijs Arianen. 308.26
Paulus Caraffa Arianen. 315.34
Paulus Capranica beneuen. 216.33
Paulus Termulan. 533.20
Pandulphus S.Agathæ. 502.18
Paulus Toloſa bouerin. 387.37
Peregrinus Arianen. 305.7
Pelagius Vulturarien. 551.2
Perennius Leſinen. 445.2
Perſius Caraccius Larinen. 442.30
Petronius Veronius bouian. 342.45
Petrus Aſculan. 325.13
Petrus ij. Aſculan. 325.14
Petrus iij. Aſculan. 325.15
Petrus Lucas de Girona Aſculan. 331.19
Petrus Allifan. 292.8
Petrus Antonius de Vicedominis Abellin. 185.31
Petrus bouinen. 371.8
Petrus ij. bouinen. 381.20
Petrus [illegible] bouinen. 381.21
Petrus beneuen. 175.12
Petrus ij. beneuen. 68.44
Petrus bouian. 347.8
Petrus ij. bouian. 347.18
Petrus Ciuitaten. 390.6
Petrus Ciuitaten. 390.16
Petrus [illegible] Ciuitaten. 391.21
Petrus Draconarien. 404.11
Petrus ij. Draconarien. 404.13
Petrus Durantes Termulan. 533.19
Petrus de Federicis Vulturarien. 559.30
Petrus [illegible] 427.12
Petrus Guardien. 429.1
Petrus ij. Guardien. 429.7
Petrus iij. Guardien. 429.8
Petrus Larinen. 436.3
Petrus ij. Larinen. 436.13
Petrus Paulus Caputus. 442.29
Petrus Montis-Corbini. 479.6
Petrus ij. Montis Corbini. 479.13
Petrus Marionus Teleſin. 529.38
Petrus Montis-Marran. 486.4
Petrus ij. Montis-Marran. 486.6
Petrus pelagarius Teleſin. 523.19
Petrus de petris Lucerin. 465.46
Petrus [illegible] beneuen. 233.26
Petrus de Philippis bouian. 353.43
Petrus Ranzanus Lucerin. 462.35
Petrus de Scalerijs Bouinen. 383.27
Petrus Termulan. 533.16
Petrus Teleſinen. 521.3
Petrus ij. Pelagarius Teleſinen. 523.19
Petrus Vulturarien. 551.7
Petrus S.Agathen. 499.13
Petrus Gargula S. Agathæ. 503.24
Petrus Matthæus de Paganata S. Agathæ. 505.30
Petrus Paulus Capobianco S.Agathæ. 505.32
Petrus Ioannes de Malis Montis Marran. 486.20
Petrus Paulus Caputus Larinen. 442.29
Petrus Paulus Euſtachius [illegible] bouian. 352.40
Petrus Paulus Medices Allifan. 297.34
Petrus Paulus de Ruſticis Teleſin. 529.37
Petrus Vrſus bouian. 349.18
Placidus Faba Teleſin. 527.37
Philippus Baſilicapetrii Aſculan 330.32
Philippus de Serragli Allifan. 296.23
Philippus de Sio bouian. 352.44
Politianus bouian. 347.18
Pompeius Arigonus beneuen. 261.52
Pompilius Perettus Guardien. 433.34
Pontius de Locadauilla Triuicen. 541.7
Pontius Eſcaudenilla Montis-Marran. 491.7
Potinus beneuentanus. 12.8
Pyrrhus Aloyſius Caſtellomara Aſculan. 337.31
Pyrrhus Franeus bouian. 350.37

R

R. Aſculan. 323.7
R. Draconarien. 404.9
Rao Teleſinen. 521.5
Rau Larin. 437.8
Raus Vvlturar. 551.4
Raphael Rocha Lucerin. 463.38
Ranfridus Farentin. 408.5
Raymundus Abellin. 272.15
Raymundus Arianen. 305.13
Raymundus Bouian. 349.29
Raymundus Ciuitaten. 390.12
Raymundus de Hongottis S. Agath. 502.25
Raymundus Zottonis Triuican. 542.4
Raynaldus Bouian. 347.10
Rayualdus Lucerin. 453.9
Raynus Arianen. 305.9
Raus Montis-Corbini. 479.9
Richardus Bouin. 378.13
Richardus Montis-Corbini. 479.4
Riſus Teleſin. 521.7
Robertus Abellin. 268.4
Robertus Arian. 305.12
Robertus Bouin. 368.6
Robertus Ferrarius S. Agathæ. 502.17
Robertus Bouian. 346.6
Robertus Ciuitaten. 389.4
Robertus Farentin. 408.3
Robertus Guardien. 430.20
Robertus Tibaldeſcus Ciuitaten. 392.23
Rogerus Abellin. 271.6
Rogerius Arian. 303.6
Rogerius ij. de Vetro Auen. 305.8
Rogerius Beneuen. 193.15
Rogerius Montis-Corbin. 479.10
Rogerus Bouin. 380.17
Rogerus Ciuitaten. 388.2
Rogerus Frequent. 426.11
Rogerus Farent. 408.6
Rogerius Triuican. 540.2
Roffridus Beneuen. 138.8
Roffridus Montis-Corbin. 479.7
Romanus Allifan. 292.7
Roſtagnus Arianen. 305.10
Roſtagnus Bouin. 380.16
Roffridus ij. Beneuen. 160.10
Ruffinus Montis-Marran. 486.3

S

S. Abinus Guardien. 430.26
Sabinus Larin. 437.12
Salemus Teleſinen. 521.6
Sanctius de Ayethe Termulan. 533.27
Scipio Bozzutus Lucerin. 466.48
Seio Termulan. 530.1
Sebaſtianus de Bonfilijs Teleſin. 524.24
Sebaſtianus Doſiena Allifan. 296.35
Sebaſtianus Guardien. 433.36
Sebaſtianus Pighius Allifan. 295.23
Sebaſtianus Triuic. 544.18
Seuerus de Petruccijs Mõtis-Marran. 491.21
Sigiſmundus Gambacurta Teleſin. 548.36
Silueſter de Afflicto Lucerin. 468.55
Silueſter de Afflicto Triuic. 545.29
Silueſter Brocarius Montis-Marran. 493.26
Simeon de Dominicis Montis-Marr. 491.17
Simon Draconar. 404.12
Simon Maiolus Vvlturar. 559.26
Sixtus Egnatij Triuic. 544.17
Sixtus Gara de Ruuere Beneuen. 254.44
S. Sophias Beneuen. 17.14
Stephanus Beneuen. 231.25
Stephanus Ciuitaten. 390.13
Stephanus Termulan. 533.19
Stephanus Turribulen. 546.2
Stephanus Vvlturar. 551.11
Syluius Pandonus Bouian. 350.34
Syluius Meſſalia Abellin. 281.27

T

T. Heophilus Beneuen. 14.14
S. Thammarus Beneuen. 27.47
Thomas Arian. 305.15
Thomas Carafa Vvltur. 559.33
Thomas de Fontibus Alliſan. 292.10
Thomas Guardien 430.13
Thomas Leſinen. 448.17
Thomas Lucerin. 401.27
Thomas ij. Lucerin. 461.8
Thomas de Auolos Lucerin. 461.54
Thomas Teleſin. 521.2
Thomas ij. Teleſin. 521.8
Thomas iij. Teleſin. 521.9
Thomas Vvlturar. 551.23
Thomas ij. Carafa Vvltur. 559.33
Thomas Termulan. 533.17
Thomas Vannucci Abellin. [illegible]5.33
Timotheus Abellin. 267.8
Toto Beneuen. 32.38
Troylus Agneſius Guardien. 411.22
Troylus Agneſius Teleſin. 513.18

V

V. Aldericus Beneuen. 69.45
Vldaricus Beneuen. [illegible]47.5
Valentinus Francus Bouian. 350.36
Valentinus de Valentinis Guardien. 431.24
Valerius Seta Allifan. 297.[illegible]
Valterus de Coppello Dracon. 405.16
Vgolinus Beneuen. 207.16
Victorinus Manlus Arian. 313.32
Vincentius Caputus S. Seueri. 515.5
Vincentius Ceſenda S. Agathen. 506.38
Vincentius Durantes Termulan. 533.30
Vincentius Galluccius Bouian. 352.42
Vincentius Maculanus Beneuen 264.55
Vincentius Rauiglionus Beneuen. 288.39
Vincentius de Sabarinis Vvltur. 557.18
Vincentius Taurellus Leſin. 449.19
Vrbanus Zambottus Montis-Marr. 493.30
Vrſus S. Agathæ. 499.7
Vrſus Leo Arianen. 306.23
Vrſus Beneuen. 56.41
Vrſus Montis-Corbini. 479.8

Z

S. Zeno Beneuen. 18.38
S. Zaccharia Guardien. 431.23

INDEX
COGNOMINVM
OMNIVM EPISCOPORVM SINGVLARVM CIVITATVM,
Qui in hoc Tomo octauo Italiæ Sacræ continentur.

Ordine Alphabetico diſpoſitus.

A

ACcol[illegible]us Benedictus [illegible] [illegible] 4.21
de Ædio Nicolaus Montis-Corbin. 479.16
de Afflicto Silueſter Lucerin. pa[illegible] 468.55
de Afflicto Silueſter Triuican. 545.29
de Afflicto Fabritius Bouian. 352.39
Agnel[illegible] A[illegible]orgius B[illegible]uen. 24[illegible].35
Agneſius Troylus Guardien. 43[illegible].22
Agneſius Troylus Teleſin. 52[illegible].18
Aguado Andreas Arian. 316.35
Albergo[illegible] Eleutherius Montis Marran. pa[illegible] 493.28
Albertonus Hieronymus Abellin. 282.20
Aſcanius Abellin. [illegible].30
Al[illegible] [illegible]olomæus Termul. 531.6
A[illegible]atus [illegible] Ciuitaten. 393.28
Alterius M. Antonius Montis-Marr. 492.25
de Aloysijs Ioannes S. Agathæ. 505.34
de Aloysijs Ioannes Lucerin. 465.39
de Al[illegible] A[illegible] Montis-Marran. 492.23
de A[illegible] [illegible]an. 293.14
de Alucorijs A[illegible] Guardien. 43[illegible]
de Anna Ferdinandus Bouin. [illegible]85.34
Dominicus Bouin. 385.35
Apicella Ferdinandus Larinen. 44[illegible]
de A[illegible] Donatus Beneuen. 2[illegible]
Are[illegible]tius Fabius Lucerin. 466.[illegible]
Arigonius Pompeius Beneuen. 261.5[illegible]
Attaccus Gregorius Triuican. 544.1[illegible]
Atti[illegible]us Antonius Termulan. 53[illegible]
de Auguſtinis Antonius Aliſan. 296.25
Auila Ferdinandus Aſculan. 33[illegible].26
Auletta Petrus Bouin. 3[illegible]
de Auolos Thomas Lucerin. 467.54
de Auolos Bonauentura Vvltur. 559.35
de Ayethe Santius Termulan. 533.27

B

BAldinus Bellifarius Larinen. 439.25
Balduccius Antonius Triuic. 544.23
de Bardis Franciſcus Dracouar. 40[illegible]
Barenghus Io. Franciſcus Larin. 439.24
Bartolus Ioan. Alliſan. 295.17
P[illegible]ca [illegible] Philippus Aſculan. 340.32
B[illegible] Mont. Marran. 493.[illegible]
B[illegible] Antonius Guardien. 431.28
Be[illegible] Bartholomæus Guardien. 433.35
Be[illegible] Cæſar Teleſin. 526.3[illegible]
Beroaldus Ioannes S. Agathæ 505.36
Beroaldus Ioannes Teleſin. 525.26
Bolog[illegible]tus Gregorius Aſculan. 33[illegible].29
Bonfilius Franciſcus Aſculan. 335.25
de Bonfilijs Sebaſtianus Teleſin. 524.24
Bonitus Antonius M. Marran. 491.18
Bruzanus Leonardus Vvltur. 558.24
Borges Guillelmus Bouian. 347.16
Bozzutus Scipio Lucerin. 466.48
de Bracchijs Paulus 308.26
Bretonus Antonius S. Agathen. 504.27
Brocarius Silueſter M. Marran. 493.46
Buccarellus Io. Antonius Aſculan. 331.18
Bruno Iacobus Dracon. 307.25
Brunus Cæleſtinus Bouian. 351.46
Burattus Bernardus Vvltur. 559.31
Burattus Franciſcus Maria Vvltur. 5[illegible]6.32
de Bruſacco Arnaldus Beneuen. 226.23
Burgenſis Henricus Alliſan. 298.35

C

DE Cancellaria Andreas Vvltur. 557.17
de Caieta Ioſue Aſculan. 332.2
Agapitus Aſculan. 332.22
Io. Franciſcus Aſculan. 333.23
Caiatia Paulus Arianen. 31[illegible].34
Candida Ioannes Bouin. 384.29
Candulphus Io. Auguſtinus S. Agath. 506.4[illegible]
Capycius Corradus Beneuen. 25[illegible].39
Cappellus Hieronymus Termulan. 535.39
Capobianco Petrus Paulus S. Agathæ. 505.32
de Cappellariis Ioan. Bouin. 384.30
Capraula Paulus Beneuen. 246.33
de Capoferris Capoferrus Beneuen. 213.17
Caputus Petrus Paulus Larinen. 442.29
Campanella Dionyſius S. Agathæ. 506.44
Capitus Vincentius S. Seueri. 5[illegible]3.5
Cardellus Ioan. Guardien. 431.27
Caracciolus Iacobus Ciuitaten. 361.19
Caracciolus Ioannes Frequent. 427.17
Caracciolus Lucas Matthæus Leſin. 448.16
Caraccius Perſius Larin. 412.30
Carafa Antonius S. Agathæ. 505.33

Cara[illegible]

Carafa Alphonſus Lucerin. 464.[illegible]
Carolus [illegible] 35[illegible].38
Carolus Guardien. 4[illegible]
Diomedes A[illegible] [illegible]
Thomas V[illegible]r. [illegible]
de Caſis Antonius A[illegible]lin. [illegible].23
Caropipe Blaſius Teleſin. 5[illegible]4.21
Carnagial Bernardinus Abellin. [illegible].22
Caſtellæ Iacobus Montis-Marrani. 491.11
Caſtellomata Pyrrhus Aloyſius Aſculan. 337.11
de la Caſa Ioannes [illegible] [illegible].8
de Caſtro C[illegible] Ioannes Beneuen. 2[illegible].18
Cataneus [illegible]genius Teleſin. [illegible].29
de Ca[illegible] Alexius [illegible]uen. 251.27
C[illegible] Federicus Vvltur. [illegible]
Ceſ[illegible]da Vincentius s.Agathæ. 500.3[illegible]
Cinqui[illegible]us Mutius Abellin. 28[illegible].34
Ci[illegible]us And[illegible] Termulan. 3[illegible]
Colonna Gaſpar Beneuen. [illegible]47.34
Creſce[illegible] [illegible] Termulan. 535.40
de Conteſtabilibus Io. Baptiſta Lucerin. 163.30
de Coppello Valrerus Draconar. 405.16
Corneus [illegible]lius Lucerin. 465.45
Cybo Innocentius Vvlturarien. 557.19
Cybo Laurentius Beneuen. 253.41

D

DE Faſa Franciſcus s.Seuer. 519.11
De[illegible]tici Ladiſlaus Lucerin. 462.34
Dentici Marcellus Termulan. 53[illegible].31
Dieſalenius Hercules s.Agathæ. 500.4[illegible]
Dohonella Bernerius Bouian. 348.20
de Dominicis Simeon Montis-Marran. 491.17
Drago Albertus Termulan. 5[illegible].35
Doſſena Sebaſtianus A[illegible]n. 29[illegible].16
Durantes Petrus Termulan. 533.29
Vincentius Termulan. 5[illegible]3.30

E

EGnatij Sixtus Triuicen. 544.17
Eſcandeuilla Pontius Montis-Marran. 491.7
de Euſtachijs Antonellus Leſinen. 449.21
Euſtachius Petrus Paulus Bouian. 352.4
Io.Thomas Larinen. 439.27

F

FAba Placidus Teleſin. 527.33
Farneſius Alexander Beneuen. 25[illegible].45
Alexander ij. Beneuen. 260.49
de Federicis Petrus Vvlturar. 55[illegible].3[illegible]
de Ferrera Alphonſus Arianen. 31[illegible].3[illegible]
Ferrarius Berardus Bouinen. 38[illegible].23
Ferrerius Robertus s.Agathæ. 502.17
Ferrantius Cæſar Termulan. 534.32
Ferrus Dominicus s.Seueri. 513.7
de Fontibus Thomas Alliſan. 292.10
Foppa Io.Baptiſta Beneuen. 264.56
Fra[illegible]cus Pyrrhus [illegible]an. 350.37
Va[illegible] Bouian. 350.36
Fomate[illegible] Bernar[illegible]us Alliſan. 295.20

G

DE Galerano Fa[illegible] Aſculan. 332.20
Gallucius Vincentius Bouian. 352.43
G[illegible] Io Antonius Bouinen. 387.[illegible]8
[illegible] S[illegible] [illegible] 548.[illegible]6
[illegible] s Agathæ 503.2[illegible]
Gaz[illegible]adorus O[illegible] [illegible] 35[illegible]
[illegible] 2[illegible].42
[illegible] A[illegible] A[illegible]n [illegible]36.26
[illegible] A[illegible] Vvltur 55[illegible]
[illegible] Vvltur. [illegible]59.25
Genuenſis M.Antonius Montis Marian. 491.27
de Giarda Dominicus Termulan. 5[illegible]2.12
Gi[illegible] Gerra Ferrandus Teleſin. 523.1[illegible]
de Girone Petrus Lucas Aſculan. 33[illegible]
de Graſſi[illegible] Angelus Arianen. 306.22
Græcus Horatius Leſinen. 44[illegible].23
Gryphius Leonardus Beneuen. 253.40
Guazzeitus Modeſtus Alliſan. 297.30
Gueuara Ioannes s.Agathæ. 505.5[illegible]
de Giuliano Petrus Antonius Termulan. 533.36
Guarneus Lucas Ciuitaten. 393.26
Gy[illegible]us He[illegible] [illegible]n. 297.3[illegible]
Gyptius Bartholomæus Vvltur. 559.34

H

DE Hippolytis Nicolaus Arianen. 308.25
[illegible] Marcus L[illegible]en. 456.49
[illegible]ottis Raymundus [illegible] Agathen. 503.25

I

IAqo[illegible]us Albert[illegible] [illegible]n. 524.25
Io[illegible].Dominicus Guardien. 437.37
Indelius [illegible] Guardien. 433.[illegible]3
de Iudicibus Matthæus Teleſin. 523.17
Iudici[illegible] Io.Bapt. Vvltur. 557.[illegible]1
Iuſtinianus Angelus Bouinen. 386.36
Bartholomæus Abellin. 286.35

L

LAna Iulius Vvltur. 559.29
Landu[illegible] Marcus Aſculan. 334.24
Lauorn[illegible] Cherubinus Teleſin. 526.28
de Laurentijs Donatus Arianen. 31[illegible].30
Leo Franciſcus Triuican. 54[illegible].19
Leo Io.Franciſcus Teleſin. 348.2[illegible]
Leo Vrſus Ariagen. 306.25
Leoncellus Antonius Termulan. 535.48
Liparolus Alexander Guardien. 453.38

de

de Locodauila Pont... Triuicen. 543.7 A
Lomellinus Iac... Guardien. 411.29
Io. Baptiſta Guardien. 431.30
Lupara Angelus bouian. 34...

M

MAgneſius Fabius Triuican. 5...
Maculanus Vin... utius Beneuen.
264. 55
De Madparra Ferdinand... Larin. 439.23
Magi... Ludouicus Lucerien. 467.51
M... lignatus Augustinus Triuican. 5...20
de Maleſpinis Germa... Seueri. 5...
Maio'us Simon Vultur. ...9.20
Manl... Victorinus Arian... 3...
d... a Mar... Franciſcus M... Abelan.
336. 27
Manzzonus Cher...us Termulan. 5...
41
Maracchus Fabritius Telean. 5...9.39
Marinus Gabriel bouian. 385.3...
Marionus ... Tr... 529.38
de Marſ...s Hippoly... Aliſan. 295.23
Maſtroiud... x Iulius. 557.20
de Marti...is Martinus S.Seueri. 5...
de Maſ... am... Melus Teleſin. 52...
Maſtarel... Ange... Telein. 525.27
Medices Petrus Paulus Aliſar. 29...
Madrigatius Archangelus Abellin. ...
26 C
de Melis Petrus Ioannes Montis Marran.
491. 20
Manzz... H'eronymus ...
Meli... Sylou... Abellin. ...
Me...us Fed... Termulan 535.36
Mignanellus Fabius Lucerin. 463.44
Minutulus Iacobus Ciuitaten. 391.1...
Monachus Baltaſar Leſinen. 44...
Iulius Lucerin. 465.47
Mo...us Luca Guardien. 433.39
de Monte Antonius Ciuitaten. 39...
Gaſpar Ciuitaten. 39...
de Monte Hector, Termulan. 5...
de Monte Iacobus bouian. 319.3...
Mont... us ... Baptiſta S.Seueri. 519.10
Monte Marte Franeiſcus Leſinen. 445.1... D
Morellus Antonius Triui... 543.12
Mormile Ioſeph S.Agathæ 50...
Morettus Antonius Aliſan. 29...
Morola Marinus S.Agathæ. 50...
Mortonus Iacobus S.Agathæ. 502.19
Morus Camillus Termulan. 535.37
Muſcetula Horatius Triuicen. 5...

N

NIguarda Felicianus S.Agathæ. 5...6.
39
de Nouares Iacobus Gibertus Aliſan. 296.
26
Nomiciſius Franciſcus Leſinen. 448.15

O

DE Offerio Nicolaus bouian. 348.26
Olqua Alphonſus bouinen. 385.33
de ... Ciua ... Triuican. 54...
de Odo... Odo bouian. 349.33
Ore... Auguſtinus Beneuen. 263.54

P

P... Petrus ... 523.19
... An... as Lucer... 464.41
... Maxim... 280.
51 B
de Paga...a P...r... Mat... S. Agathæ.
30
...uan. 17...34
... A...us Triuicen. 54...
... Alphonſus Triuicen. 54...
... Donatus. 545.3...
... Antonius ...en 448.18
de Philippis Petrus ...ian. 35...
... Abellin. 28...
Pelſo Enan... S.Agathæ. 506.40
Per... Guardien. 43...
Perettus Felix S.Agathæ. 50...
Perniciu... Gregorius Teleſin. 52...
Perfida Iacobus Arianen. 308.24
de Petris Maurus Teleſin. 524.23
de Petris Petrus Lucerin. 465.40
de Petruccijs Iacobus Larinen. 438.19
de Petruccijs Seuerus Montis Marran.
492. 21
Picco... omineus Nicolaus Beneuen. 252
38
Pighius Sebaſtianus Aliſan. 295.23
Pinus Petrus Beneuen. 233.26
Padocath... rius Ludouicus Beneuen. 255.41
Ponticinus Laurentius Abellin. 287.36
de Politis Hieronymus Triuicen. 54...
Pon... Gregorius Larinen. 44...8
de Porta Bartholomæus bouinen. 38...
Preconius Octauianus Arianen. 31...
Purpura Franciſcus Antonius Montis-Marrau. 493.29
de Pyrrho Antonius Abellin. 280.21

Q

DElla Queua Bartholomæus Abellin.
285 29

R

DE Raymro Angelus Arianen. 306.28
Rambaldus Gerardus Ciuitaten.
193. 27
Ranzonus Petrus Lucerin. 462.35
Rauighonus Vincentius bouinen. 388.39
Retius Michael Aſculan. 317.30
Riccius Andreas Teleſin. 523.20
Riuellus Leonardus Vultur. 559.17
Ripti Hugo Beneuen. 236.19
Ro-

Roboreus Franciſcus Beneuen. 355.47
Rocha Raphael Lucerin. 463.38
Rodriquez Antonius Gaſpar Montis Marran. 491.23
de Rodulphis Octauius Arian. 313.33
Roſſius Angelus Allifan. 296.22
Rotundus Pancratius Ciuitaten. 392.22
de la Ratta Galeottus S. Agathæ. 504.18
della Ratta Iacobus Beneuen. 247.26
Rubeus Alexander. 316.36
Rubeus Io. Michael Allifan. 297.33
de Ruffis Antonius Guardien. 427.10
de Ruſticis Petrus Paulus Teleſin. 529.38

S

SAbellus Iacobus Beneuen. 26.50
de Sabatinis Vincentius Vultur. 557.18
Sacchettus Franciſcus Antonius S. Seueri 513.8
Sanctorius Io. Baptiſta Arian. 297.18
Sanfranmundus Nicolaus Bouian. 349.27
Sanfelice Angelus Allifan. 294.15
de Sangro Alexander Beneuen. 262.53
Sarſilla Alexander Triuicen. 545.30
Saninus Eugenius Teleſin. 526.34
Santuccius Iulius S. Agathæ. 506.41
de Scalerijs Petrus Bouinen. 383.28
Sciamanna Brunorus Lucerin. 467.53
Scotus Franciſcus Termulan. 534.34
Semnltius Gregorius Triuicen. 545.25
de Seraglis Philippus Allifan. 296.24
Sera Valerius Allifan. 297.31
Setarnus Gabriel Abellin. 281.24
Io. Franciſcus Abellin. 281.25
Seuerolus Leonardus S. Seueri. 519.9
de S. Ambroſio Nicolaus S. Agathæ. 502.20
de S. Michaele Guido S. Agathæ. 501.16
Sforza Alphonſus Beneuen. 255.46
Sperella Bartholomæus Bouinen. 383.26
de Sio Philippus Bouian. 352.44
de Stella Franciſcus Termulan. 534.10
Suardus Franciſcus Lucerinen. 467.52
Suarez Ludouicus Draconar. 407.7

T

DE Tartaglis Nicolaus Dracon. 405.22
de Tartaglis Nicolaus Leſinen. 446.12
Tibaldeſius Robertus Ciuitaten. 392.23
Tolosa Paulus Bouinen. 387.37
Taurellus Vincentius Leſinen. 449.19
Torella Iacobus Triuicen. 544.25
Torellus Michael Allifan. 295.21
de Treppe Iacobus Guardien. 430.25
Torres Antonius Lucerin. 463.37
de Tuſo Gotifredus Abellinen. 272.12

V

DE Valentinus Valentinis Guardien. 431.24
Vannucius Thomas Abellin. 285.33
Vaſcherius Hieronymus Guardien. 431.26
de Vecchiano Hieronymus Vultur. 557.23
Vela Hieronymus Leſinen. 439.26
de Veuuto Baptiſta Abellin. 280.20
Verallus Fabritius S. Seueri. 512.4
Veronius Petronius Bouian. 352.45
de Veteribus Ioannes Termulan. 533.25
de Vetro Rogerius Arianen. 305.8
de Vicecomitibus Michael Lucerin. 465.42
de Vicedominis Petrus Antonius Abellin. 282.31
de Villalobos Enricus Lucerin. 465.43
de Ventura Baptiſta Frequen. 427.19
Venturius Franciſcus S. Seueri. 513.6
Vipera Octauius S. Seueri. 512.3
de Valleregia Andreas Larinen. 437.10
Vrſinus Franciſcus Bouian. 350.35
Vrſus Petrus Bouian. 349.28

Y

YSopus Iulianus Montis-Marran. 491.19
Hieronymus Montis-Marran. 492.23

Z

ZAmbeccarius Hieronymus Allifan. 297.32
Zambottus Vrbanus Montis-Marran. 493.30
Zanaſius Nicolaus Beneuen. 241.22
de Zefra Allifan. 295.18
Zottonis Raymundus Triuican. 541.4

Finis Laus Deo.

Com-

Commiſſa delenda, vel corrigenda, & omiſſa addenda in hoc octauo Tomo Italiæ Sacræ.

PAg. 2. linea 16. *quos*, lege quas.
Pag. 7. liu. 35. *venerata eſt*, corrige veneratum eſt.
Pag. 9. l. 8. pro 48. lege 47.
Eadem pag. l. 31. *in Calibus*, lege, in Caſalibus.
Pag. 10. l. 11. *ianthina*, lege, iacynthina.
Pag. 11. l. 5. *Abollinenſis*, leg Abellinenſis.
Pag. 17. l. 1. *Montis Maroni*, lege Montis-Marani.
Pag. 21. l. 21. *condit*, lege cadit.
Pag. 21. l. 40. *Rondoaldus*, lege Rodoaldus.
Pag. 22. l. 9. *defuncta*, corrige diſiuncta.
Pag. 24. l. 21, *defenſorum*, corrige deſcoſorem.
Pag 32. l. 36. *Ioannes IV.* corrige II.
Pag. 68. l. 7. pro 44 lege 47. & inſequentium Epiſcoporum numeros corrige.
Pag. 102. l. 50. poſt illa verba, *dimicaturus Calabriam*, adde, ſe.
Pag. 121. l. 23. *Amalficanus*, corrige Amalphitanus.
Pag. 122. l. 10. *Amalfianus*, corrige Amalfitanus.
Pag. 125. l. 47. *nomine*, corrige, nomini.
Pag. 141. l. 56. *tua*, corrige, ſuæ.
Pag. 143. l 28. *& alij*, corrige, & alio.
Pag. 160. l. 28. poſt conſecrauit dele. ante Caliſtus
Pag. 168 l. 25. *illi*, corrige illic.
Pag. 198. l. 5. dele, hi.
Pag. 212. l. 33. *maximum*, corrige, maximam.
Pag. 215. l. 63. *erectam*, corrige. erecta.
Pag. 226. l. 32. *Scotienſis*: corrige Stabienſis.
Pag. 241. l. 25. *ſchiſmi*, corrige ſchiſmæ.
Pag 251. l. 34. poſt illa verba Commendatarius adde punctum. & l. 35. dele ibidem.
Pag. 254. l. 14. *Podocatherius*, corrige Podocatharius.
Pag 261. l. 4. *ni*, corrige in.
Pag. 265. l. 14. *Ennij*, corrige Annij.
Pag. 257. l. 9. *eu*, corrige, ſeu.
Pag. 267. l. 12. *ſannis*, corrige annis.
Pag. 289. l. 25. *Allibe*, lege Allifæ.
Pag. 292. l. 28. *Coſtinenſi*, corrige, Caſſinenſi.

A Pag. 294. l. 8. *Franciſcus Rextius*, corrige Renſius.
Pag. 299 l. 25. *Carlantis*, corrige Ciarlantes.
Pag. 305. l. 53. *an.* 1342. corrige 1349.
Pag. 306. l 56. *ex*, corrige eſt.
Pag. 310. l. 20. *erexerun*, corrige, crexerunt.
Pag. eadem 310. l. 36. *detrimenta*, corrige paramenta.
Pag. 315. l. 29. *conſenſu*, corrige, Conuentus.
Pag. 316. l. 30. *ab Vrbano*, corrige Innocentio
Pag. 347. l. 7. *anno* 1115. corrige 1215.
Pag. 368. l 46. *è quod eſumptum*, corrige, è quo deſumptum.
B Pag. 392. l 38. poſt illa verba *die* 14. *Decemb.* adde anno 1545.
Pag 427. l. 28. *electus*, 1349. corrige 1399.
Pag. 442. l. 44. *Venuſini*, corrige Venaſini.
Pag 443. l. 27. *vindex pro pater*, corrige, vindex pro poſſe.
Pag. eadem l. 40. *per bellū. in noſtro*, dele punctum in noſtro, &c. Pergit, &c.
Pag 445. l. 3. poſt MCCCC. adde . . . . : corroſum eſt epitaphium, nec poſſunt legi, quæ ſequuntur; nam Franciſcus iſte non anno 1400. defunctus eſt, ſed circa annum 1416.
Pag. eadem l. 27. *anno* 1499 corrige 1409.
Pag 447. l. 58. *ſub eodem*, corrige ſub Nicolao V.
Pag. 470. l. 50. adde à capite lineæ;
C 15 Thomas ex Epiſcopo Termulano tranſlatus eſt ad hanc Montis Corbini eccleſiam anno 1400.
16 Antonius Epiſcopus Montis Corbini tranſlatus eſt ad Termulanum Sacerdotium 6. Id. Decembris 1400.
Eadem pag. 147. l. 50. die 6. Decembr. 1399. corrige 1402.
Pag. 502. l. 52. *Venerieenſem*, corrige Venecienſem.
Pag. 521. l. 40. *Honorio III.* corrige Honorio IV.
Pag. 524 l. 31. 1624. corrige 1524.
Pag. 530. l. 46. *Ann.* 1069. corrige 969.
Pag. 532. l. 32. *Giardinis*, corrige, Giardini.
Pag. 503. l. 14. 1399. corrige 1402. & l. 15. 1402. corrige 1405. & l. 18. 1402. corrige 1405.

F I N I S.

ADMO-

ADMONITIO AD LECTOREM.

LECTOR aduerte in elogijs Virorum Illuſtrium, quos hoc libro amplexus ſum, nonnulla me obiter attingere, quæ ſanctitatem ipſis videantur adſcribere: perſtringo nonnunquam aliqua ab ijs geſta, quæ cum vires humanas ſuperent, miracula videri poſſunt: præſagia futurorum, arcanorum manifeſtationes, reuelationes, illuſtrationes, & ſi quæ ſunt alia huiuſmodi: beneficia item in miſeros mortales eorum interceſſione diuinitus; demum nonnullis ſanctimoniæ, vel martyrij videor appellationem tribuere. Verùm hæc omnia ita meis Lectoribus propono, vt nolim ab illis accipi, tanquam ab Apoſtolica Sede examinata, atque approbata, ſed tanquam quæ à ſola ſuorum auctorum fide pondus obtineant, atque adeo non aliter quam humanam Hiſtoriam. Proinde Apoſtolicum S. Congregationis S. R. & vniuerſalis Inquiſitionis decretum anno 1625. editum, & anno 1634. confirmatum integrè, atque inuiolatè, iuxta declarationem eiuſdem decreti à ſan. mem. Vrbano Papa VIII. anno 1631. factam, ſeruari à me omnes intelligant, nec velle cultum, aut venerationes aliquas per has meas narrationes vlli arrogare, vel famam, vel opinionem ſanctitatis, aut martyrij inducere, ſeu arguere, nec quicquam eius exiſtimationi adiungere, nullumque gradum facere ad futuram aliquando vllius beatificationem, vel canonizationem, aut miraculi comprobationem, ſed omnia in eo ſtatu à me relinqui, quem ſecluſa hac mea lucubratione obtinerent, non obſtante quocunq; longiſsimi temporis de curſu. Hoc tam ſanctè profiteor, quam decet eum, qui ſanctæ Sedis Apoſtolicæ obedientiſsimus haberi filius cupit, & ab ea in omni ſua ſcriptione, & actione dirigi.

Ferd. Vghellus Abbas.

Ad 1447 0277